12
7 H
4

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Digitized by Google

Digitized by Google

DE THERMIS
ANDREAE BACCII
ELPIDIANI,
CIVIS ROMANI,

Apud Sixtum Quintum Pontificem Maximum Medici.

LIBRI SEPTEM.

OPVS LOCVPLETISSIMVM, NON SOLVM MEDICIS
neceſſarium, verumetiam ſtudioſis variarum rerum naturæ perutile.

In quo agitur de vniuerſa Aquarum natura, Deq. earum Differentijs omnibus, ac Miſtionibus tum Terris, cum Ignibus, cum Metallis.

De terreſtris Ignis natura noua tractatio: De Fontibus, Fluminibus, Lacubus: De Balneis totius Orbis, & de Methodo medendi per Balneas.

Deq. Lauationum, ſimul atque exercitationum inſtitutis in admirandis Thermis Romanorum.

Demum ab ipſo Auctore recognitum, nouis hiſtorijs locupletatum, ac plus mille locis illuſtratum, & auctum.

Quæ in ſingulis Libris tractentur, verſa pagina indicabit.



ROMÆ, Ex Typographia Iacobi Maſcardi. MDCXXII.

SVPERIORVM PERMISSV.

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſs. P. Mag. Sacri Palatij Apoſtolici.

A. Epiſc. Hieracen. Viceſg.

DE mandato Reuerendiſs. P. Mag. ſacri Palatij Apoſt. ego infraſcriptus, præſentem librum inſcriptum *De Thermis Andreæ Baccij Elpidiani* olim impreſſum Venetijs apud Vincentium Valgriſium legi: & nihil in eo inueni, quod Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, aut bonis moribus aduerſetur. In quorum fidem ego Proſper Martianus Medicus Romanus ſcripſi, & ſubſcripſi hac die 21. Nouemb. 1621.

Ego Proſper Martianus Medicus manu propria.

Imprimatur,
Fr. Vincentius Martinellus Reuerendiſs. P. Fr. Nicolai Rodulphi Sacri Apoſtolici Palatij Mag. Socius.

Google

BIBL. SEC. COLL. ROM. SOC. IHS

PERILL. AC EXCELL. D. D.

BALTHASARI BONANNO

ANDREAS BROGIOTTVS F.

TERTIVM tandem Elpidianus de Thermis, vt ab orco redux, in lucem flagitantibus vbique terrarum clariſſimis medendi facultate viris, poſtliminio redit; auram popularem, principum gratiam, qua dum vixit pręcęteris excellere viſus eſt, more maiorum fugitans, te vnum hoſpitem, te amicum; te, ſi quid de nominis celebritate, temporis intercapedine obliteratum ſit, præconem eligit præcipuum, apud quem enim per Deum immortalem, iucundius hoſpitari, humanius excipi, ſplendidius illuſtrari, quam ab eo, qui ſe magnis deuinctum profiteatur nominibus, tùm conſuetudine familiari, tùm ea qua ab eo eruditus eſt arte medendi potiſsima? Ego mi Balthaſar, lubens pro mea in te ſingulari obſeruantia in Elpidiani ſententiam pedibus iui, mihique ſum ipſe gratulatus, quod virum ſanè doctum, ingenio fœlici, iudicio ſubtili, lectione multiplici præditum, amoris mei teſſeram, apud te ſim habiturus æternam; neque, quod eum tibi de meliori nota commendem eſſe video, cum tu præter cæteros, hominis doctrinam non modo verbis ampliſsimis ornaueris; ſed etiam eum planè tibi, in ea, qua præſtas facultate propoſueris ad imitandum, id quoque meritò gloriari ſolitus, operam ei nauaſſe te egregiam, & ſemina virtutum, quæ in te ſunt, omnium iudicio, cumulatiſsima, ab eo quaſi per manus tradita, auidiſſimè percepiſſe: præterea, vt Elpidianum tuearis, ac defendas non poſtulo: eo enim loci fama illius ſita eſt, vt venenata inuidiæ iacula facillimè eludere queat. Tantum, amicorum optimè, hoc à te peto, vt humanitate, qua præceptorem de te benè meritum excepturus es, ea beneuolentia, quod facis apprimè, tui amantiſsimum proſequare, & ſi quid à me in eo reducendo, ac reſtituendo elaboratum ſit, æqui bonique conſulas. Vale. Romæ, ex ædibus noſtris 10. Kal. Octobris 1622.

ORDO

ORDO LVCVLLENTISSIMVS
Omnium eorum, quæ in Libris ſeptem De Thermis tractantur.

IN PRIMO Libro, qui eſt Phyſicus, agitur de natura, atque origine aquarum omnium in communi. Continet autem Cap. XXX. Notabilia DCCCLXII. Aquas, & Fontes CCCXXXVI. Flumina CLII. Maria, ac nomina in toto orbe LXX. Lacus diuerſos, & paludes XXX. De natura terreſtris ignis demonſtrationes. Loca vbique terrarum ardentia XXV. Aeſtus maris, Inundationes.

In II. libro, qui eſt Balnearius, continetur tota ars Balnearia. Notabilia in Balneis CCCLXIII. Cap. XXIII. Iudicia, Electiones, vſus, Potus, Balnea, Duccia, Sudatoria, Lutationes, Saburratio, victus ratio, & Regimen in omni Balneo.

In III. libro, qui eſt Medicus, agitur de Methodo medendi omnes ægritudines per balneas. Continet autem Cap. VI. In quibus Notabilia CCCXII. Summæ vtilitatum XXXIII. Curatio ægritudinum CCCXV. Exceptiones XXVI. Accidentia in bal. XXXI. Regimen in bal. & poſt bal.

In IIII. qui Thermeuſis inſcribitur, conſcribuntur Hiſtoriæ Thermarum ſulphurearum. In quibus Notabilia CCCCCCCLX. Continet Cap. XVI. Ignium terreſtrium naturam, ac varias hiſtorias. Incendia ſingularia Italiæ VII. Sudatoria. Balnearum Hiſtorias ſingulares CXLII. Flumina, Fontes, Lacus, & Stagna: Septentrionalium, & Mundi noui balnea.

In V. libro qui eſt Mineralis, deſcribuntur Hiſtoriæ aquarum Mineralium. Continet autem Cap. XVI. In quibus Notabilia habentur DCLX. Mineræ Salis, Nitri, Salis Nitri, Aluminis, Gypſi, Chalcanthi, Bituminis, Hiſtoriæ ſingulares CXX. Fontes, & aquæ ſingulares & balnea. CCXX. Salinæ, & ſalſi fontes innumeri, Fontes olei XXVII. Mannæ VII. Maria, Lacus, Fontes mellis, Flumina, & Balnea bituminoſa.

In VI. libro, qui eſt Metallicus, deſcribuntur Hiſtoriæ ex Metallis. Continet autem Cap. XXXI. In quibus Notabilia. DCCCCXVIII. Hiſtoriæ ſingulares Baln. & Fontium. CLXXVI. Ferri, Aeris, Plumbi, Stanni, Argenti, atque Auri. Flumina, & Lacus LXI. Metallicorum impreſſiones, Terrarum, & lapidum. Proprietates aquarum occultæ. Figuræ, quæ vanæ fabulæ, & ſuperſtitiones, Aquæ infernales, balneæ ſacræ. Mirabilia aquarum, Diuina.

In VII. libro, qui Thermæ inſcribitur, agitur de Thermis Romanorum. Continet autem Cap. XXXVI. in quibus Thermæ Imperatoriæ XII. & earum Icon, Magnificentia, ordo, Ritus, Deſitiæ, balnea vrbis DCCCLX. Externa plura. Aquarum, vrbis antiquarum, & nouarum cenſura. Inſtituta Rom. in Thermis, Paleſtræ, Exercitia, omnis vitæ ratio, Natationes ad ſanitatẽ tuend. Balnea in curationem Aegritud. CLXXXIIII. Exceptiones à balneis. Balnea Olei, Lactis, Sanguinis, Vini. Notabilia DCCCXLVII.

DE

INDEX CAPITVLORVM.

CAPITA LIBRI PRIMI.

De ratione, ac natura Aquarum ſponte manantium. Caput Primum. pag. 1

De loco aquarum ſponte manantium. Cap. 2 pag. 2

De origine aquarum duæ opiniones poſitæ ab Ariſtotel: . Cap. 3. 4

De mari, & vt ab eo communiſſima ſit omnium aquarum ac fluuiorum origo. Cap. 4. 6

De motu aquæ, ſitu. altitudine & proportione cum terra. Cap. 5. 8

De qualitatibus aquarum naturalium ſimplicium. Cap. 6. 10

De iudicijs bonitatis, vel malitiæ aquarum naturalium. Cap. 7. 11

De pluuialibus aquis. Cap. 8. 13

De fluuialibus aquis. Cap. 9. 15

De aquarum generibus ac mixtionibus, quæ pertinent ad aquarum bonitatem, vel malitiam. Cap. 10. 17

De triplici temperamentorum genere aquarum mixtarum, ex quibus cuncta ipſarum differentiæ ac impreſſiones emanant. Cap. 11. 19

De differentijs ſaporum, & eorum cauſis in aquis naturalibus. Cap. 12. 22

De differentijs odorum, & eorum cauſis, in aquis naturalibus. Cap. 13. 23

De differentijs, calorum, & eorum cauſis, in aquis naturalibus. Cap. 14. 25

De differentijs conſiſtentiæ aquarum naturalium, & earum cauſis. Cap. 15. 26

De differentijs primarum qualitatum in aquis naturalibus, & earum cauſis. Cap. 16. 28

De cauſis agentibus caliditatis, in aquis ſponte manantibus calidis. Cap. 17. 30

Quomodo aquæ naturaliter calores gradum poſſint concipere. Cap. 18. 32

De cauſis materialibus calorum in aquis ſponte manantibus. Cap. 19. 34

De natura ſulphureis, & quam ob rem ex eo non caleſcant aquæ omnes vno tenore, imo aliquæ ſint frigidæ. Cap. 20. 35

Quod ex metallis, ac cæteris mineris quæcumque calent aquæ participant ſulphure. Cap. 21. 37

De differentijs fontium in quaque ſpecie mineræ. Cap. 22. 38

De mutationibus fontium. Cap. 23. 40

De inundationibus. Cap. 24. 42

De fluminum inundationibus. Cap. 25 pag. 47

✱✱ CA-

CAPITA LIBRI SECVNDI.

De primis balnearum naturalium inſtitutis. Cap.1. 51
De vſu aquarum naturalium ſimplicium. Cap.2. 54
De iudicijs mineraarum in aquis naturalibus. Cap.3. 57
De iudicijs impreſſionum ac virtutum in aquis naturalibus medicatis. Cap.4. 60
De iudicijs particularibus operationum aquarum naturalium. Cap.5. 61
De iudicijs an vtilia futura ſint balnea ſingulis annis. Cap.6. 62
De preparationibus ad balnea naturalia. Cap.7. 63
De electionibus, & temporibus balnearum naturalium. Cap.8. 65
Methodus vtendi balneis naturalibus. Cap.9. 66
De vſu potulentarum aquarum medicatarum. Cap.10. 67
Ad vſum potulentarum aquarum neceſſaria aliqua obſeruationes. Cap.11. 71
De vſu balnei in Thermis naturalibus. Cap.12. 72
De vſu aſperſionum ex aquis ſimplicibus. Cap.13. 74
De vſu aſperſionum quam in balneis naturalibus ducciam appellant. Cap.14. 75
De ſudatorijs, atque vſu vaporum balnearum naturalium. Cap.15. 77
De illutamento in balneis naturalibus. Cap. 16. 78
De vſu ſaburrationum, & inſolatus. Cap. 17. 79
De his qua ad vſum inſolatus ac ſaburrationis vſurpantur. Cap.18. 80
An in cibarijs vtendum ſit aquis medicatis. Cap.19. 81
De ratione victus in balneis naturalibus. Cap.20. 82
De reliquis rebus, qua pertinent ad rationem victus in balneis naturalibus. Cap. 21. 85

CAPITA LIBRI TERTII.

De ordine vſuum ac eorum proprietatibus in curandi ratione. Cap.1. 97
De operationibus tam communibus, quam proprijs balnearum naturalium. Cap.2. pag. 99
De communi methodo medendi ſingulas affectiones in balneis. Cap.3. 102
Quibus in caſibus à balneis naturalibus cauendum ſit. Cap.4. 128
De accidentibus, qua penes vſum balnearum naturalium corrigenda veniunt. Cap.5. 131
Iuuamenta à balneis an præſentia, an futura ſperanda ſint, & quænam vitæ ratio eſſe debeat proficiſcentium à balneis. Cap.6. 145

CAPITA LIBRI QVARTI.

De ordine partium, qua tractanda ſunt de naturalibus thermis. Cap.1 pag. 148
De ſulphuris qualitatibus in aquis naturalibus. Cap.2. 150
De locis, & aquis vbicumque terrarum ſulphuratis. Cap.3. 151
De natura ignis terreſtris, eiuſque fomite in ſulphure. Cap.4. 154
De incendijs terrarum hiſtoria. Cap.5. 155
Catholica de dignitate ignis, ac noua demonſtratio terreſtris ignis, vt in cauſam veniat thermarum. Cap.6. 164
De ſudatorijs naturalibus. Cap.7. 166
De locis, & aquis, qua aut ſapore, aut odore abominabiles ſunt. Cap.8. 171
De igneis, & bullientibus aquis. Cap. 9. pag. 177
De ſulphuris aquis naturaliter calidis in quarto gradu. Cap.10. 181
De ſulphuratis, & calidis aquis in tertio gradu. Cap.11. 185
De ſulphuratis, & calidis aquis in ſecundo gradu. Cap.12. 192
De ſulphuratis, & calidis aquis primo gradu. Cap.13. 204
De temperatis, & tepidi caloris aquis. Cap. 14. 209
De ſulphuratis, & frigidis tactu aquis. Cap.15. 216
Varia aquarum, & ignis terreſtris impreſſiones in terris ſub polo arctico, & ſub Zona torrida. Cap.16. 219

CA.

CAPITA LIBRI QVINTI.

DE communiſſimis impreſſionibus mediorum mineralium in aquis. Cap. 1 pag. 224
De marinis aquis. Cap. 2. 225
De ſalſis aquis naturalibus. Cap. 3. 232
De ſalſugineis aquis, & locis. Cap. 4. 234
De nitratis aquis naturalibus. Cap. 5. 240
De nitratis aquis, & locis. Cap. 6. 241
De ſalnitratis aquis. Cap. 7. 247
De aluminatis aquis naturalibus. Cap. 8 pag. 250
De aluminoſis aquis, & locis. Cap. 9. 252
De aquis naturalibus ex Gypſo ac caeterorum lapidum generibus. Cap. 10. 264
De aquis atramentoſis naturalibus. Cap. 11 pag. 266
De atramentoſis aquis, & locis. Cap. 12 pag. 267
De bituminoſis aquis naturalibus. Cap. 13 pag. 270
De locis, & aquis ardentibus ex bitumine. Cap. 14. 273
De balneis bituminoſis. Cap. 15. 278

CAPITA LIBRI SEXTI.

DE communibus metallorum impreſſionibus in aquis naturalibus. Cap. 1 pag. 281
De ferratis aquis. Cap. 2. 283
De ferratis aquis, & locis. Cap. 3. 286
De aeneis aquis. Cap. 4. 302
De aeneis aquis, & locis. Cap. 5. 303
De plumbeis ac ſtamneis aquis naturalibus. Cap. 6. 308
De plumbeis aquis, & locis. Cap. 7. 309
De aquis naturalibus ex auro atque argento. Cap. 8. 310
De aureis aquis, & locis. Cap. 9. 311
De aquis naturalibus ex mineralibus excrementis. Cap. 10. 317
De aquis naturalibus ex minio. Cap. 12. pag. 321
De aquis naturalibus ex auri pigmento, & ſandaracha, atque arſenico. Cap. 13. pag. 322
De aquis naturalibus ex molybdena, & antimonio. Cap. 14. 323
De aquis naturalibus ex pyrite, ac marmore. Cap. 15. 324
De aquis ex cadmia naturali aliiſque aeris excrementis. Cap. 16. 325
De aquis naturalibus ex chryſocolla, & ex lapide armeno dicto, & cyaneo. Cap. 17. pag. 327
De aquis naturalibus ex ochra, rubigine, ac rubricis. Cap. 18. 328
De aquis ex combuſtis terrenis corporibus calce, cinere, ac pumice. Cap. 19. 329
De amaris naturaliter aquis. Cap. 20. pag. 331
De acidis aquis naturalibus. Cap. 21. 332
De vinolentis aquis naturalibus. Cap. 22. pag. 339
De occultis aquarum proprietatibus. Cap. 23. 341
De proprietatibus aquarum, quae praeter aquae naturam aliqua generent animalia. Cap. 24. 346
De proprietatibus aquarum vitioſis. Cap. 25. 347
De aquis quae gulae gignunt tumorem. Cap. 26. 348
De proprietatibus aquarum, quae in potibus immutent colores animalibus. Cap. 27. pag. 349
De aquis quae fama iactantur in admirandis. Cap. 28. 351
Catholica concluſio proprietatum occultarum, & de indiciis fontium virtutibus à caelo, & ſtellis. Cap. 29. 354
Diuina in aquis, ac miracula de altiſſima cauſa cauſarum. Cap. 30. 358
Tria miracula in tota aquarum natura. Cap. 31. 359

CAPITA LIBRI SEPTIMI.

IN quo agitur de balneis artificialibus penes inſtituta veterum, & Galeni in Thermis Romanorum. Cap. 1. 364
De primis thermarum inſtitutis in Vrbe Roma. Cap. 2. 365
Romanarum thermarum cenſura, atque magnificentia. Cap. 3. 367
De aquis Vrbanis ad vſum Thermarum adductis. Cap. 4. 369
Icnographia Thermarum, & de his, quae tractanda ſunt. Cap. 5. 373

De

De partibus Thermarum, ac exercitationum. Cap.6. 375
De exercitationum generibus, ac præparationibus ad balnea. Cap.7. 376
De natatione. Cap.8. 379
De partibus balnearum, & de milliarijs vaſis in hypocauſto. Cap.9. 380
De Laconico, & de ſolijs balnearum. Cap. 10. 382
De penſilibus balneis ac balnearijs rebus. Cap.11. 385
De ritibus antiquis in Thermis Vrbis. Cap. 12. 387
De vtilitatibus balnearum, & quando primum balnea in vſum medicinæ venere. Cap.13. 389
Thermæ cur aliquibus fuerint derogatæ. Cap.14. 391
Thermæ ad ritus ſanctos Eccleſiæ ſubrogatæ. Cap.15. 392
De thermulis, quas Stuphas appellant ad imitationem thermarum. Cap.16. 393
De hypocauſtis, quæ ſunt Stuphæ domeſticæ. Cap.17. 396
De vaporarijs, & ſudatorijs in priuatis hypocauſtis. Cap.18. 398
De balneis artificialibus priuatis ac facile parabilibus. Cap.19. 399
De vſu balnei aquarum dulcium temperatarum in cauſa tuenda ſanitatis. Cap.20 pag. 401
De vſu balnei temperatarum aquarum ad omnes febres communiter. Cap.21. 403
De vſu balnei aquarum temperatarum ad ſingulas febres. Cap.22. 405
De vſu balnei aqurum temperatarum in particularibus ægritudinibus. Cap.23 pag. 407
De vſu balnei aquarum dulcium plus iuſto calidarum. Cap.24. 409
De balneo ſimplicis aquæ frigidæ, & natatione in fluuijs, ac lacubus. Cap.25. 410
Quibus in caſibus cauendum ſit à balneis aquarum ſimplicium. Cap.26. 413
De balneis medicatis artificialibus. Cap.27 pag. 416
De balneis compoſitis emollientibus. Cap.28 pag. 416
De balneis compoſitis adſtringentibus. Cap. 29. 417
De balneis compoſitis diſcutientibus. Cap. 30. 417
De fomentis. Cap.31. 418

DE

DE THERMIS ANDREAE BACCII ELPIDIANI, MEDICI, ATQVE PHILOSOPHI CIVIS ROMANI,

Et in Almæ Vrbis Gymnaſio olim Profeſſoris.

LIBER PRIMVS,

In quo de ratione, ac natura Aquarum ſponte manantium agitur.

CAPVT PRIMVM.

ELEMENTI RATIO quanquam ſuſceptæ tractationis excedit materiam, ſupponenda tamen aquæ communis natura eſt, circa quam verſabimur. Quæ planè mundi, ac naturæ eſt quarta pars: tantæ verò neceſſitatis in ordine vniuerſi, vt ex primis philoſophantibus quidam elementum aquæ primum omnium rerum principium dixerint: rati forſan, ad Heſiodi ſententiam, id omnibus elementis eſſe antiquius. Vel quoniam (vt putat Ariſtoteles) hoc ipſum ſpermatis, ac nutrimenti eſſentiam promptiùs exprimit. Vel (vt equidem dixerim) quia huic prima omnis miſtionis, & cohæſionis ratio tribuitur: contrà ignem, qui diſgregat. Eſt enim aqua in fundamento naturæ, in quo vnumquodque diſtingui incipit, elementum exquiſitè frigidum. Deinde humidum; minus tamen quàm aër, qui totus idcirco difflabilis eſt: at aqua adhæret ſuperficiei, facileq. cogit miſcibilia in vnionem naturæ. Et planiùs, quæ eſt generabilium iſtorum, corruptibiliumq. ſubſtantia, aqua medium inter corpus, & ſpiritum, pro elementi conditione obtinet: ignis mobilitate firmius, aëre denſius, minus contumax, ac vitacius quàm terra; ob idq. multiformes animalium ſpecies in ſe generans, vt verè (quod dicunt) in nulla parte naturæ videantur tot alia eſſe miracula. Quod idem in rebus diuinæ ſolertiæ contemplatio confirmat: ſiquidem per hoc elementum, natura partes, quas lis antiqua diremit, in amicitiam, miſturamq. conciliat, ac plaſmat corpora, alioqui minus ab ariditatem terræ, ac tenuitatem ignis, atque aeris, in vnionem concordia. Impetum caloris coercet, fomitemq. vitæ temperat, æternum pabulum impertit ætheri, & quæ eſt nonnullorum ſapientũ ſententia, ſydera paſcit. Porrò ſi ad mortalium rerum vſum, ac neceſſitatem reſpicias, vix aliud reperies, ſine quo aliquando vita conſtare non poſſit, ſed ſine aqua nunquam. Si frumenta deſint, ſuppetit alma ipſa tellus arborum fruges, carnes, aucupia, piſcatus, olera, radices; in quibus tamen minimè vnquam natura valet proficere, ſi aqua deficiat. Nam multa ſunt animalia, quæ ſine ignis vſu degunt, ſed ſine aqua nullum. Quam ob rem, vt nunquam diuina mens ſolet in neceſſarijs deeſſe; ita in ſubgerendam cunctis rebus aquarũ copiam, ſemper fuit largiſſima. Aurum, argentum, gemmas; quæ nec corpus, nec natura deſiderat, neque ſemper, neque vulgò propalauit: Aquarum verò tanta vbique copia funditur, vt nõ ſolum terræ inexhauſtam ſatiet ſiccitatem, eam intrà, extrà, ſuprà complectens; verumetiam ad inſatiabilia viuentium commoda paſſim elargita, ac diſtributa, tunc dici ſolet mortalibus non deeſſe, quùm exuberat. Cùm ergo aqua in cunctis neceſſaria ſit naturæ operibus, ſimulq. infinitos præſtet vſus ad vitam; Nos præcipuam partem tractare aggredimur, de omni, ſcilicet aquarum natura, quatenus ad vſum humanæ vitæ, aut ſanitatis, aut elegantiæ corporis gratia conferre poſſint. Sunt autem ad hunc vſum aptiſſimæ in primis aquæ calidæ, quas idcircò Thermas cum Græcis, quorum primum hoc fuit inſti-

Aqua primũ omnium rerũ principiũ

1. Metaph.

11. de Gener.

Aquæ neceſsitas.

Aqua tunc ſufficit quum exuberat.

Thermæ quid.

tutum, vocamus: ſiue quidem naturali calore, atque igne, ſiue arte calefactæ intelligantur. ſub quarum poſteà ratione alteratæ vtcunque, ac miſtæ aliæ intelligendæ veniunt, quas appellant communiter balneas, quæ nimirùm ex quibuſcunque miſturis medicatam aliquam

Balneę & Aquę Medicatæ.

conceperint qualitatem. Qua in parte ſuperat aqua cæterorum elementorum vtilitates: cum multa enim ſint aquæ cum cæteris elementis communia, id tamen eius prærogatiuum eſſe videtur, quod nullum planè elementorum, nulla rerum miſtarum eſt, quæ faciliùs, vel meliùs valeat in ſe concipere cæterarum rerum virtutes, easq. communicare corpori, & conſequenter inducere ſanitatem, quàm aqua. Itaq; rectè quidam primi philoſophantes,

Aquę naturaLunę ſimilis.

atque etiam aſtronomi aquæ naturam Lunæ aſſimilant. Nam ſicut Luna medium quoddam eſt inferæ, ſupereq. naturæ, & quas ſuſcipit à ſuperioribus aſtris impreſſiones, eas ſtatim infimis communicat rebus: ita & aqua medium obtinet locum in elementis; & ſuprà quidē terræ faciem diffuſa ſe cunctis rebus, & cunctis viuentibus præſtat ad vſum; infrà verò terræ viſcera, cæterorum elementorum grauidata miſturis, quacunque irrigat, aut penetrat, præbere videtur ſpeciebus rerum terreſtrium materiam ad propagationem. Ac vice verſa, ipſa interim ſuſcipit in ſe vires à præuijs rebus, & a loco, & à ſingulari, cui ſubiacet, aſpe-

Aqua facilis impreſſionis.

ctu cęli, ad medelas corporum. Cui muneri vt aptiſſima aqua ſit tota ſui ſubſtantiæ natura præ cæteris, planè demonſtratur: quippe vt corpus eſt humidum, facile recipit à quacunq; re impreſſiones. Vt tenax, retinet fortius quàm aer. Vt fluidum, ac ſubtile, penetrat, ſemelq. conceptas virtutes, quacunque penetrat, communicat corpori, ſiue intrinſecus in potu, ſiue extrinſecus per balneum adhibeatur. Ex quibus omnibus intelligitur,

Subiectū.

quòd iure aqua ſuſcepti operis genus ſubiectum exiſtit: cuius partes idcircò, & paſſiones, tam ſimplicis naturæ, quàm conſequentes ex miſturis inueſtigabimus, vſque ad aduentitias, & arte paratas. Inter has autem obtinet ignis primarum differentiarum, ac paſſionum lo-

Ignis eſt de primis differētiis in Thermis.

cum; vix enim intelliguntur balnea, quæ non calida ſint; deinde cætera elementa, & alia, quæ veniunt in aquarum miſturam. Adeoq. permira in tota hac tractatione naturæ opera videre licebit, in aquis, in ignibus, in terris, in metallis, in ſingularibus denique impreſſionibus, ac mutationibus, quas elementa vario inuicem occurſu in toto hoc globo terreſtri, maximè cum aquis ſolet efficere. Mira & artificialium Thermarum penes antiquos inſtitu-

Thermæ artificiales.

ta, in quibus veniſſe artem in certamen cum natura videbitur, atq; hanc ſuperaſſe tantum, quantum in Thermis conſtare poterit, prima fuiſſe Romanæ gentis ſtudia, primaq. exordia ad tanti imperij maieſtatem. Nam Thermarum antiquarum ratio non erat munditia ſolùm, & cura corporum, vt quis facilè arbitrari poteſt: ſed etiam ad illa inſtituta veniebant exercitia in armis; atque gymnaſia, in quibus iuuentus prima capiebat ad bonas artes rudimenta; ratio victus, & veſtitus, & totius degendæ vitæ. Quare huius quoq; partis, quæ erit vltima totius operis, multa erit vtilitas, primùm ad vſum balnearum, ac lauationum, pro ſalubritate, atque elegantia vitæ. Et præter hæc ad veræ Medicinæ imita-

Thermæ ſunt optima Medicinæ pars

tionem; ſunt enim Thermæ Medicinæ optima pars, quæ cùm penes illa inſtituta tradita fuerit à veteribus, & à Galeno ſcripta; magnam, his ritibus explicatis, conſequetur facilitatem, ac lucem. Procedemus autem methodo compoſitiua: is enim eſt ordo entium, quæ à ſimplicibus prima habet exordia, ad minus ſimplicia, & compoſita, vſque ad accidentia

Via.

ipſa. Rationes autem cum peripateticis modo è re ipſa venabimur; & modò vt clarior ſimul, ac fœcundior fiat oratio, exemplis ſimul vtemur cum ratione coniunctis. Itaque nunc ab aquarum origine faciemus initium.

De loco aquarum ſponte manantium. Cap. II.

QVoniam quidem demõſtrationes, quas de omni aquarum natura facturi ſumus, perpetuò ſumi debent à ſenſibilibus qualitatibus, quas aquæ ipſæ obtinēt ex origine, & cõmunicatione cū terra (eſt enim terra mater cūctarū rerū, atque locus aquarū) manifeſtum eſt, quòd in primis ſtatim cauſsis de aquarū origine, ſingularis terræ diſpo-

Terræ diſpoſitio cauernoſa.

ſitio eſt proponenda. Hæc autem cùm tota inæqualis ad ſuperficiem ſit, vbi montibus conglobata, vbi lata planicie patens, culta, aut inculta, & vbi vallibus depreſſa, vnde vel fluuijs irrigatur, vel in vaſtis receſsibus occupatur mari; haud minus infrà, & circa mediā eius regionem, quæ inter centrum & extimam ſuperficiem intereſt, tota anfractuoſa, ac inæqualis exiſtit, ac ita ſpecus in ſe vaſtos, ſpatiaq. ſuſpenſis hinc inde montibus immenſa continet, quæ plena aut aquis ſunt, aut ſpiritu, aut igne, aut aere, ſeu potius vmbroſa caligine diuerſarum qualitatum. nihil enim vſquam inane. Quę ſanè ſpatia, interuacuaq. terræ pleriſque in locis apertè patent: in alijs ſubdita ſentiuntur, vt exemplo teſtatur Plinius,

Lib. 11. c. 96.

in Gabinenſi agro non procul ab vrbe Roma, vbi ad ingreſſum terræ, tremunt, iugera fermè c c. equitantium curſu. Similiter (inquit) & in agro Reatino, qui hodie vocatur

Campus

Campus Penſilis, xx. mill.paſſ.à Reate, vbi tellus dimidio ferè vnius milliarij, quaſi æquis ſuſpenſa, ad ingreſſum tremit. Item Tarteſſus, quæ & Carteia, ciuitas in Hiſpania iuxta Gades, à ſubterraneis cauernis quaſi Tartarus dicta eſt, Strabone, & Mela teſtib. Sicilia maximè, & Italia tota tellus breuiter cauernoſa eſt, vbi plus, vbi minus. In alijs quibuſdam locis probantur ex varijs, quæ viſuntur accidentibus, quorum ipſa interuacua ſunt cauſſæ.

Solum tremere.

Primùm, hæ cauernæ ſunt cauſſa manifeſta cur certis locis ſubmergantur fluuij, vbi incurrunt. Quemadmodum fama erat tempore Plinij de Nilo in Aphrica, ſubmergi in deſertis plurium dierum itinere, qui maximus, ac fœliciſſimæ naturæ omnium fluminum totius orbis, merito primus venit in exemplis. Subſidet in Atinati agro fluuius xx. milliariorum itinere, mox in conſpectum redit. Lycus item in Aſia, Eraſinus in Argolica, Tygris in Meſopotamia, Rheni, & Danubij pars quibuſdam in locis abſorbentur. Ana, qui Guadiana hodie dicitur in Hiſpania x. leucas, & Fucinus lacus in Marſis ſubſident. Et è Coriceo Ciliciæ ſpecu ingenti ore ortum fluuium, breui itinere ſe cuniculo condere, occultiſq. latebris in mare exonerare, author eſt Strabo. Qui & Orontem meminit in Syria inter Apameam, & Antiochiam hiatum irrumpere, quem Charybdim appellant, & rurſus ad xl. ſtadia excurrere.

Flumina aliquacur ſubmergã tur.

Nilus fœliciſsimæ naturę omniũ fluminum.

Ex his quoque intimis terrarum receſsibus, patet cauſſa cur quidam lacus, ac fluuij immenſæ dicantur profunditatis, & ſine vadis. Non quòd in quaque altitudine aquæ non ſubſiſtat terra, ſed immenſæ profunditatis intelligenda, & operoſę nimis experientiæ: alij enim cuniculorum hiatus anfractuoſi, alij tranſuerſim torquentur. Imò cùm venæ aliquæ ſub lacu, aliquæ ſub medijs fluctibus emergere videantur, Plinio teſte; haud dubiè ſit, vt ſub mare quoque imi aquarum dulcium inceſſus ſint, quæ res ad Chelidonias inſulas Arabum memoratur: & quodam loco in Gadito Oceano.

Fluuiorũ, ac lacuũ profunditates.

Alibi hæc ſubterranea loca ſunt plena ventis, qui iugiter generantur in terris, ac vel calore concluſo, vel incendijs, quæ alicubi contingunt, vel ob cauſſam aliquam antiperiſtaſis multiplicantur, & quaqua viam inueniunt, penetrant ad aliquem exitum, tam ſub terris, quàm ſub mari. Vt quæ ventorum ora appellant, & quæ fiſſuræ lapidum in montibus, aut calidi ſunt, aut frigidiſſimi halitus. Et qui longiſsimi in montanis aditus ſpeluncarum intimis reſonant mugitibus, vt multis locis ſub Alpibus, & ſub Apennino monte memoratur.

Vẽtorum ſpiracula

Qui ſi in abditas terræ latebras ſuopte impetu deferantur; non inuenientes exitum, vel quatiunt terram, vel dirumpunt loca, ac integras ſæpè in eas ruinas peſſundant ciuitates.

Ciuitatũ ruinæ.

Quam cauſſam, cur repente interdum nauigia in mare abſorbeantur, reddit Ariſtoteles: quippe (inquit) cauernoſus locus terræ ſubditæ mari quandoque diſrumpitur, diductoq. hiatu abſorbetur nauigium. Quale elapſis annis accidiſſe portentum accepimus apud Melitam inſulam, quatuor de repente nauigijs abſortis.

Nauigia in mare abſorta.

Sub mare quoque ſpiramenta aliqua eſſe ventorum, exemplũ eſt apud littus Aquitanicum haud procul à Baiona, vbi mare ſine vllis ventis extrinſecis adeo turgeſcit, vt terram iam iam occupare videatur, mox ſubſidet, vento nimirum ex imis cauernis ſubeunte. Eadem, ventorũ, ſimul atque aquarum in mari ratio eſt, de Scyllæ & Charybdis voraginibus ad fretum Siculum, quæ explicatiore poſteà ſermone declarabitur.

Ventorũ ſpiracula in mari.

Aquas præterea in his interuacuis contineri, non eſt dubium; alias fluentes ad aliquẽ exitum, & alias deciduas. Recenſuit ex Aſclepiodoro Seneca, Philippum Macedonum Regem complures homines miſiſſe in intimas metalli cauernas, vt penitus perſcrutarẽtur eius venas; illoſq. lanternis vſos cùm multis diebus longius obijſſent, vidiſſe ad poſtremum magnos amnes, & immanes lacus aquarum.

Aquæ in cauernis terræ.

Taceo nunc ignes, quos infrà tellus continere, non minus clarum, & manifeſtum eſt, quàm emanationes aquarum, vt de Aetna, ac alijs eiuſmodi locis ardentibus poſteà narrabimus.

Ignes ſub terra.

Et in ſumma niſi tellus tota intus concaua eſſet, ac plena adeo tot elementarium, ſemicœleſtiumq. impreſſionum, quas in ea ſummus opifex conſtituit ad generationem rerum terreſtrium, ad vegetationem ſeminum, atque plantarum, & ad productiones fontium, qui irrigarent, ac humectarent supernè terram ad ſatietatem viuentium; terra ipſa ex ſe rudis (vt mihi videtur) ac tota denique natura infœcunda exiſteret.

Terra intus plena impreſsionum elementari.

Quam ob rem, vt quæ de natura aquarum tractaturi ſumus, per capita propoſita ſint: primùm nemo dubitat hos concauos ſub terra receſſus, locum eſſe, ac primam originem aquarum ſponte manantium. Deinde quæ naſcuntur aquæ, prout ipſæ aquæ, aut ex natura, aut ex admiſtione quapiam rerum, quas in ſe obiter concipiunt, alterantur; ita diuerſam in vno loco, ac in alio accipiunt formam, ac diuerſæ ſpeciei ſubeunt rationem.

Prima capita de omni natura aquarum.

Simplex emanat è ſimplici vena; frigida è frigidis ſpecubus; inflatur alicubi, ac ſalit, vrgẽte in eam flatu; incaleſcit igne multis modis; & admiſta tandem fit aut ex origine, aut pro qualitate rerum, qui cum accidit commiſceri. Hæc ratio eſt, ac ſumma naſcentium tàm ſimplicium, quàm compoſitarum aquarum. Vbi primo videndum eſt, quo modo, & vnde in his locis producatur aqua: & poſteà conſequenter quomodo concipiat vbi aliam, & vbi aliam qualitatem, ac formam. Nam in aſſerenda illic aquarum cauſſa, tres inuenio diuer-

De natura aquarũ tres opiniones.

ſas opiniones : vna eſt Ariſtotelis,ex aere,ac naturali ſimul cæterorum elementorum inuicem mutatione, ibi aquam generari. Duæ aliæ ſunt antiquiorum quorundam : quorum hi quidem dicunt aquas ſupernè deplutas infrà terram deſtillare : & alij quidam aſſeuerant ex mari aquas penetrare infrà terrã,ac exinde oriri in lucem. Quæ cauſſæ vt veræ ſunt omnes; ita vel ſingulæ, vel duæ, vel ſimul omnes concurrunt ad originem fontium. Nam vt planè conſtare poterit, alij fontes naſcuntur infrà terram ex aere, ibi conuerſo in aquam : aliqui diſtillant ex collectis imbribus : alij occultè deriuantur à mari : & alij, quæ eſt maxima pars,admiſtas habent cauſſas, vt iam ſigillarim demonſtrabitur.

De origine Aquarum duæ opiniones poſitæ ab Ariſtotele. Cap. III.

Prima poſitio.

PRincipiò optima quidem poſitio Ariſto. eſt. Qui in tota ratione naturæ eandem ſeruans effectuum, & cauſſarum conformitatem, quam cauſſam supernè de pluuijs dederat ex aere naturaliter conuerſo in aquam; eandem de ſponte manantibus ſub terra aquis aſſeruit. Cui veræ vndecunq; demonſtrationes conſentiunt, & conſonant ſenſibus; locus, materia, cauſſa agens, modus tranſmutationis, modus originis, & accidentia ipſa.

Materia.

Nempe multum ſpiritus, ſiue humentis vaporis in ſubterraneis cauernis contineri, qui inſtar nubium conuertantur in aquas.

Agens.

Conuerſio autem vaporum naturaliter à frigido fit per condenſationem; ſicut enim quos videmus vapores ad mediam aeris regionem frigidam, denſantur in nubes, & fiunt pluuia; haud ſecus qui à terræ viſceribus ad ſupremas montium, & cauernarum conuexitates leuantur, ex natura loci frigida denſantur, vertunturque in aquam. Vnde quamplurimos fontes videmus emanare è montibus;

Cauernæ montium cur frigidæ.

Cauernæ enim, ac ſuſpenſuræ montium lapidoſæ ſunt, ac natura frigidæ, quà nec radij ſolares penetrant: ac vapores, quorum natura eſt tendere ſurſum, ad eas eleuati, congelantur in aquam, quæ deſtillat ad infima.

Ars deſtillatoria.

Exemplo artis in deſtillatorijs vaſis planiſſimo; in quibus eleuati à ſubiecta materia vigore ignis vapores ad ſuperiorẽ teſtam;ex ea deſtillant liquores in ſuppoſita receptacula.

Campeſtres aquæ cur malæ.

Atque hinc nos docet experientia malas plerunque eſſe campeſtres aquas, vtpote quæ ex impuris adhuc vaporibus ab ima cauernarũ parte creantur : nam vt altiùs ad conuexitates montium vapores leuantur,eo magis conceptam à matrice craſſiciem, ac caliginoſam partem deponunt; ita quòd purificati inſtar nubium conuertuntur primò in tenuiſſimas ſtillas, quæ per ſucceſſiuam inuicem cohærentiam, in

Venarum aquarum origo.

ſatis magnam ad poſtremum exeunt venam. Et vt gutta guttam auget, ita longo tractu aquæ à diuerſis hinc inde riuis confluentes, in tam magnam deniq; augentur copiam, vt

Fluminũ origo.

grande flumen efficiant.

Perennitas fontium.

Perennis autem origo fit, ac indeficiens copia, manente ſemper cauſſa; quicquid eà ſit (vti inquit Seneca) vmbra perpetua, frigus æternum, inexercitata in his locis aeris denſitas. Adde; ſed immenſa vis præter cætera, quam diximus, ſpirituum elementarium. Hi enim replent viſcera terræ, ac præter inclyta, quæ ex eis natura molitur opera, gemmarum, lapidum, metallorum, ac aliarum terreſtrium rerum; aliqua ex parte leuantur, trahunturq. virtute ſyderum ad ſuperna ſpatia montium ad creandos fontes. Adde & alteram amplificationem dictis ſummi Philoſophi, quam nos proponimus, ac meminiſſe volumus, vt primum quoddam omnium Thermarum principiũ.

Miſtarum aquarum naturalia principia.

Nempè qualis aer, ſeu vapor, vbicunque is ſit, talis & aquæ natura, quæ ex ipſo fit, cenſenda eſt : quare & pluuia hieme dulcis, ex vdo, ſcilicet ſimpliciter aere; autumno ſalſa proditur in Probleumatibus, ob ſicciorem tunc aerem; & aliquando ſulphurea. Ergo ſi aer infra terram tot ſuſcipit alterationes vaporum ſpirituum,totq. aliarum impreſſionum elementarium, ac miſtarum etiam ex metallicis fumis; neceſſarium videtur eſſe, vt dum is in aquam conuertitur, varias in ea congeneret qualitates pro natura ſua. Sapiunt enim vapores naturam rei vnde eleuantur, teſte ipſo Philoſopho in Quarto Meteor. & aquæ pariter vaporum, ac aeris ipſius, vnde generantur, referunt qualitates. Dulces fiunt è ſyncero aere; fumoſæ è graui ,& craſſa caligine; acres, acidæ,varijs præditæ alijs qualitatibus, ex aere,qui varijs id genus vaporibus commiſtus ſit,præſertim metallicis.

Aquarum alterationes aliæ naturales aliæ ex accidenti.

Ad hæc, ſicut aer, vbicunq; ſit, ſuſcipit alterationes ſuas, vnde & aquæ, quæ ex eo concreantur emanant naturaliter alteratæ; ita iam factæ aquæ diuerſis alijs ex accidenti obnoxiæ fiunt mutationibus, quippe à loco mutantur, ac eo terræ ſpatio, vnde colliguntur ad venas ſuas. Vbi alterationes contingere cenſendum eſt inumerabiles; at ſumma hæc eſt, bonas aquas ex puro defluentes ſolo poſſe fieri meliores, ex impuro deteriores : ſicut è contrà, malas è laudabili ſolo exui malitia, deteriores ex malo fieri. De quibus differentiarum generibus ſatis eſt hactenus iudicaſſe naturam, quæ opportuno magis loco poſteà fuſiùs explicabuntur. Hæc eſt prima poſitio. Porrò altera, quæ fuit proprium quorundam philoſo-

phantium

Digitized by Google

phantium poſitio de origine fontium, ponitur item ab Ariſtotele, minus tamen ab eo acceptatur. Illi enim etſi non negaſſent vllam ſub terris generari aquam, fortaſſe vix adduci potuiſſent, vt concederent tantum aeris continuè, & æqua ſemper portione corrumpi poſſe ſub his cauernis; quantum indies aquarum videmus, ac mente concipimus emanare ſine fine. Quamobrem, rati forſan ad tantam vniformitatem vnius etiam fonticuli à primordio mundi vſque modò, ad immutabilemq. iam tot ſeculis faciem fluminum, ac lacuum, cauſſam deberi quandam vniformem, immutabilem, ac perpetuam; putauerunt congeſtam in immenſis terrę cauernis aquam ex aſſiduis per hiemem pluuijs, rurſus tanquã ex aluis, ſuo quanquam modulo corriuatam ſcaturire.

Secunda poſitio.

Ad quam opinionem pariter Ariſtoteles obijcit; nam ſi aquarum (inquit) multitudinem, quæ per ſingulos dies, toto anni ſpatio exinde effluit, è tot venis, contemplari velimus; tam valla ea receptacula eſſe oporteret pro portione naſcentiũ aquarũ, vt vniuerſam quidem terræ molem ea interuacua occupare neceſſe eſſet. Sicque illi opinioni antiquorum impoſſibile videbatur tantum aeris indies corrumpi poſſe in terræ viſceribus, quantam videmus ſcaturire aquam; huic autem ex eodem argumento, impoſſibile videtur infrà terram locum tantæ copiæ ſubeſſe capacem.

Cenſura Ariſtotelis.

Sed re vera aliquam perſuaſionem hæc quoque opinio obtinet, à diſpoſitione terræ, à natura ac motu aquæ, a certa origine fluminum, ac lacuum multorum, quibus non ita quadrat multiplicatio aquarum prædicta ex aere. Nam ad obiectionem Philoſophi, non ponit hæc opinio ſubſiſtere infra terram tam vaſta interuacua, vnde collectæ aquæ tanquam ex immẽſo gurgite ſcaturiant: ſed quòd terra veluti ſpongia ſit (vt infrà planius dicetur) & quod influentes per poros ſuos vndecunque aquas, & maximè à pluuiis hibernis concipiat, quas ſubinde reddat è fontibus. Quod diſſimile veri non ſit. Eſt enim tellus laxa ad hanc ſeperficiem, & poroſa, ac maximè attractiua humidi. Deinde nemo negat aquas ſui natura graues, ſubtilis ſubſtantiæ, & penetrabiles, & (in quo videtur quædam naturæ neceſſitas) eas terram ipſam permeare, pro generatione, ſcilicet ac nutritione plantarum. Itaque deciſis alicubi ſyluis, fontes ſubnaſci ſolere, quorum prius humiditates arborum alimenta conſumebant, meminit Plinius. Res certa eſt, ac euidentiſſima, aquas puteorum non aliam ferè habere originem, quàm per exudationem occultam ab aliquo vicino vel lacu, vel flumine, vt paulò infra oſtenſuri ſumus.

Ad Ariſtotelem.

Porrò ſi regiones aliquas coniectura diſcurramus, inueniemus Septentrionales omnes, plures idcirco fluuios, ac eos maximos continere, quòd terra magis diluta pluuijs, ac frequentibus imbuta niuibus, minusq. radijs ſolaribus exiccatur. At Meridionalem plagam, in qua rarus eſt imber, & calor aſſiduus; aquis maxime carere cæterarum terrarum. Ideoq. ſiccam, harenaq. volubili deſertam aiunt Aethiopiæ partem, atque minus vnquam exterarum gentium impetu laceſſitam, arcente in tanta ſoli ariditate copioſos exercitus aquarum penuria.

Flumina vbi maxima.

Aquæ vbi paucæ.

Demum, quæ quiſque quotidie experimur, plana campi, & loca in acumen edita, quàm raras, niſi è quopiam vnico fonte irrorentur, easq. inſalubres obtinent venas. At plurima, & maxima flumina è maximis, atque altiſſimis montibus oriri videmus, & ab iis potiſſimum; qui in ſummitate alueatam quampiam planiciem, aut etiam lacunam habent: terra laxa, aut ſabuloſa, aut ſpatijs ſubterraneis interciſa, quibus facilè tanquam ſpongia, humidos vapores, ſtillanteſq. imbres poſſit concipere.

Flumina oriri è mõtibus.

Cuius rei ſingularia paſſim occurrerunt exempla. In Alpibus ſummo vertice plures ſunt lacus, qui ſine origine, ac ſine exitu cum ſint, & tamen innumeræ vndique è cliuo montis ſcaturigines exiliant; veriſimile fit, ſupernos lacus per ima interuacua in eas exonerari. Quare ad pedes montium, vnde poſt nomen latinum Alpium vniuerſa illa regio accepit nomen, maiora ac plura excurrunt flumina, quàm in reliquo Italiæ.

Lacus in Alpibus, ſine exitu.

Ad eum modum amœniſſimus lacus in ſumma Ceniſij planicie eſt, qua ex Italia tranſitur in Galliam; quippe ſine exitu, ſed infra iugum Duria fluuius ſuboritur. Alius ſimilis lacus in Veſulo, vnde Padus.

Lacus Ceniſii montis.

Lacus Veſuli.

In Apennino autem monte, pluribus locis, continuas è penitiſſimis cryptis extillare aquas vidimus, quæ rurſus partim abſorbentur, partim exeunt in puſillos riuos. Quæ omnia manifeſta ſunt experimenta, de origine fontium non eſſe alteram iſtam contemnendæ efficaciæ cauſſam. Deficit tamen à prima, cum exploratum ſit imbres non plus decem paſſibus permeare à ſuperficie terrarum. Deinde multæ ſunt planæ regiones, & totæ tamen obſitæ paludibus, vt de Lituania, & Moſchouia meminit Olaus Magnus, nouus illarum partium author. Multæ contrà montuoſæ, vt Illyria, quæ tamen paucas, raraſq. emittant aquas, quare eam hiſce annis, ob inſolitam ſiccitatem, longo tractu ab Iſtria in Epirum, ineffabilem ſuſtinuiſſe accepimus aquarum penuriam. Quapropter vera hæc opinio videtur de quibuſdam venis, quæ non perenniter emanant, ſed humectis quandoque colliculis ad cliuos deſtillant. Et, ſi fluuiorum origines, quæ huic tribuuntur cauſſæ, non augerentur aut niuibus aſſiduis toto anno in illis montibus, aut fontibus è viuis, ac perennibus venis

 exortis;

Aquæ fontium non omnes ex aere generari.

exortis; vix vllius eſſent ad fluuium momenti. Porrò tamen nec ratio quæ ſumitur à conuerſione aeris in aquam, ſatisfacit ſola cunctorum fontium origini. Vel ſi vera concedatur de venis puſillis, fontium ſcilicet ac balnearum quarundam; magna tamen pars aquarum naſcentium, & maximè fluminum, ac lacuum, maiorem adhuc videntur habere cauſam.

Flumini variæ origines.

Nimirum quæ (vt ſpecierum natura eſt æterna) indeficientem, vniformem, perpetuam præ ſe ferunt naturam, ſi non aliæ eſſent rationes. Vel ſi aliqua generantur eo modo, & perexigua flumina, non tamen omnia concedendum eſt.

Flumina Meridionalia.

Minus ingentia quædam flumina, & ea potiſſimùm quæ ſub tota illa plaga meridionali oriri conſtat, vbi vix vllæ ſunt pluuiæ, & terræ ſiccitas, quam diximus, inexhauſta.

Puteorum origo.

Nec putei; qui, perinde tota infrà tellus aquis exiſtat imbuta; quaſi noſtro arbitrio fodiuntur, ad eliciendas è vicinia aquas. Minimè verò lacus ita naſcuntur, qui vel maria ipſa æmulantur amplitudine, æſtu, viuacitate æterna.

Lacuũ in mõtibus.

Minimè omnium lacus in altis montibus, quò ſubire aquas ſiue deſtillantes, & collectas è pluuijs, ſiue ex aere oriundas, ferè modum humana coniectura non capit. Propter hæc igitur argumenta, aliaq. proximè dicenda, quæ multam habent ſenſuum euidentiam, fateri cogimur duo prædicta cauſſarum genera, ad aſſerendam vniuerſam fontium originem, non plenè ſufficere.

Tertia opinio.

Ergo tertiam his cauſſam adiungere neceſſe eſt: quæ eſt, Aquas; præſertim perennes, è larga vena, & flumina; per ſubditas terræ cauernas à mari eſſe oriundas. Qua ratione vt nulla alia eſt antiquior: ita eam oſtendemus neceſſariam, & vel ipſis ſenſibus manifeſtam.

De mari, & vt ab eo communiſſima ſit omnium Aquarum, ac Fluuiorum origo. *Cap. IIII.*

IAm ergo ſi vniuerſi iſtius compoſitionem, pulchritudinemq. contemplemur, planè conſtat omnia corpora ſitu, diſpoſitione, & communicatione partium, ſimilem quandam, eamq. pro condecentia ſeruare in ſe proportionem. Vt quemdamodũ in humano corpore pars parti, & partes toti, & ſibiinuicem omnes proportione reſpondent; pariter ac perfectiori quodam modo, vniuerſi partes cùm inter ſe, tùm toti immenſo compoſito congruant. Quæ antiqua, acceptataq. communiter omnibus, comparatio eſt; hoc enim κόσμον, illud μικροκόσμον appellant.

Κόσμος, καὶ Μικρόκοσμος.

Super hæc, quæ vni toti, vt totum, eſt conformitas in omnibus partibus, quas appellant diſſimilares, eadem partium inter ſe ſimilium eſt conformitas, atque natura. Vnde qua ratione totus ſanguis in humano corpore (vt exemplo vtar Annei Senecæ) per venas variè diſperſus, tùm maiores, tùm maximas, vnus eſt ſanguis, qui ab vno communi fonte emanat:

Omnes aquæ vna aqua.

pariter etiam omnes aquarum venas, riuos, fontes, flumina, lacus, maria per vniuerſam terram intra, & extra, varieq. diffuſa, vnam continere aquam, prout ab vno communiſſimo promptuario emanant, cenſendum eſt. Id promptuarium eſt immenſus Oceanus.

Aqua, & terra vnus globus.

Quippe qui (iam vt experimento conſtat) totam circumfluit terram: ac mutuo ſimul amplexu ita iunguntur mare & terra; hac ſinus pandente, illo ſe inſinuante totum, vt vnus ex vtroque ſit globus; diuerſa facies, vbi mare, vbi tellus.

Terræ, & maris partitio.

Porrò ſicut globus hic vniuerſus diuiſus eſt à nobis per climata, quas plagas, & tractus aliquando dicimus: ita terra per prouincias, mare per partes variat nomen, aut à ſitu, aut à regione, aut à prima celebris alicuius authoris memoria. Et vbi mare, vbi fretum, vbi ſinus appellatur. Quarum partium, ſimulatq. & de vniuerſæ communicantiæ ratione, & de fluuiorum ortu, ex curſu vario, ſitu, ac magnitudine, opportunam hic cenſionem faciemus, quam præſciuiſſe ad aliqua infra dicenda, eſt operæprecium.

Mare quid, & Sinus qui. Fretum.

Nam mare dicitur, vbi immenſa eſt ipſius elementi effuſio. Sinus verò vbi in amplos ipſius terræ receſſus obiectu aliquo montium ſe ſubducit. Fretum anguſtiæ: vniuerſum Oceanus.

Oceani partitiones.

Quo loco rectè iuniores noſtros ſequar authores, quibus explorata melius eſt totius terræ & maris partitio, quam antiquis; vt in hac potiſſimè aquarum emanatione à mari Scaligerum. Nam vbi primum mare inter Abylam excelſum Mauritaniæ montem, & Calpem Hiſpaniæ promontorium irrumpit, Aphricam ab Europa dirimens, Mediterraneum à ſitu dicitur.

Mediterraneum mare.

Quod particularia ſubinde nomina penes regiones acquirit. Nam primo ſtatim ingreſſu terras ab Hiberia, quæ eſt Hiſpania, Hibericum dicitur, proximè a Balearibus Inſulis Balearicum. Poſt hæc Narbonenſium prouinciam contingens, Gallicum, deinde à Liguria Liguſticum, moxq. à Thyrrhenis, Thyrrhenum, ſiue Tuſcum, ſubinde Siculum, Vbi & Fretum Siculum, & hoc traiectu Adriaticus Sinus. Exinde maria Ionium, Creticum, Lybicum, Aegyptium, Pamphilicum, Aſiaticum, Pontus Euxinus, Boſphoros, quod eſt anguſtiſſimum fretum, curru quaſi boum transmeabile in Thracia, & alter ſuprà, Cymmerius, vſque in extremam paludem Mæotidem. A Mediterraneo rurſus, à ſiniſtris extra Fretum Herculeum

Ocea-

Digitized by Google

Oceanus Atlanticus nominatur. Et ſubinde in Auſtrum ſinus magnus Aphricæ, Barbaricus, Arabicus, Perſicus, Mare Aerithræum, mare Indicum, Sinus Gangeticus, ſinus magnus Eous. Mare Sinarum, mare del Sur, Coluaçanum, Magellanicum, & occiduum, quod diximus Atlanticum. A quo rurſus in Aquilonalem plagam, ab ipſis Gadibus Gaditanus dicitur Oceanus, altiùs Cantabricum mare, quod citeriorem alluit Hiſpaniam. Suprà Britannicum, Deucalydonium, Germanicum, Bothnicum, Scythicum, Sarmaticum, Tartaricus Sinus, Hyperboreum, & Glaciale mare. Omnia circum vndiq. vna aqua, & vnus Oceanus. Et Caſpium, quod mare Hircanum quoque appellant, cum rectè ſeparauerit ab Oceano Ptolomæus, & Strabo anteà coniunxerit, rectè conciliant nonnulli id diſſidium, hoc mare æquè ac lacus, ac paludes multas immenſas, per ſubterraneos meatus in proximum Euxinum communicare. His ita conſtitutis, hanc conficimus demonſtrationem. Mare quidem ſicut vnum eſt mare, quod ſupra terram tot ſinibus diuiditur, & tamen admirabili diuinæ prouidentiæ iuſſu ſuos terminos vnquam non egreditur; ita per multiplices ſub terra anfractus, perinde in venas vaſtiſſimi corporis effuſus, occultas vſquequaque emittit aquas. Quæ ſubinde, quaſi emancipata ſoboles à parente Oceano, libero iure quæcunque inueniunt terræ ſpatia penetrant, humoresq. ſuos per terrarum fibras diſtribuunt, metalla diluunt, lapidum ſubſtantiam cogunt, in radices ſtirpium, vegetaliumq. pro alimentis ſe ingerunt. Sic aquæ è venis emanant, multæ, vel paucæ, pro alueorum magnitudine, vnde corriuantur. Syncerae, vel permiſtæ, pro terreni, ac vaporum qualitate, quam in venis obiter concipiunt, deferuntq. & in fontes, & in balnea. Quæ vna eſt quoque lacuum, ac Fluuiorum origo: Siue enim ſingularis vena ſit, ſiue plures, aliæ alijs viciſſim auctæ, prout loca ſortiuntur idonea, vel lacus efficiunt locis humilibus, vel flumina decliuibus. Cui propagationi fidem faciunt antiquorum numina, qui in ſuis fabulis nihil ignoraſſe viſi ſont. Pegaſus equus, quem finxerunt alatum, velocemque, & à Neptuno ortum, aliam figuram non continet, quàm quòd omnes fontes, omnia flumina à mari ſint. Eſt enim πηγὴ latinè fons, vnde pagos, & paganos dictos putat Fulgentius, quaſi ἐκ αὐτῆς πηγῆς, hoc eſt ex eodem bibentes fonte. Item finxere Thetin ex Oceano peperiſſe ingentes fluuios. Maximum omnium Gangem (vt perhibent) proximè Indum, deinde Nilum, Tanaym quarto loco, Boryſthenem, Tygrim, Euphratem. Poſteà ſuos græcos, Caicum, Scamaodrum, Peneum, Alpheum, Meandrum, Strimonem, Simoenta, Phaſim, Rheſim, Parthenium, Sangarium, Euenum, cæteroſque. Quorum tamen magnitudinem, poſt illos primos, multi illuſtres Septentrionales fluuij ſuperant. Iſter in primis, qui & Danubius, Volga in Tartaris, Diuidna in Moſchouia, Hiber, & Tagus in Hiſpania, Rhenus, Rhodanus, Padus, Tyberis. Appingunt hodie nouarum terrarum deſcriptores fluuium Marannon in Peru quindecim leucarum latitudine, ob id forſan mare dulce à primis nauigantibus nuncupatū. Pezcoram in Aquilonaribus tam vaſtum ponit Scaliger, vt eius hiſtoria propè fabula videatur. Porrò tam magna, quam parua flumina, vt à mari propagantur, ita recurrunt in mare: tùm quia ad ſuum finem, tùm formæ ratione, quia grauia ſunt. De diſtributione verò; ac excurſu eorum in varias terras, tria contemplabimur. Flumina quiddam habere neceſſarij, quod vocant Philoſophi finem cui, pro commoditate, ac vita viuentium. Quiddam pulchri & delectabilis, cùm terram curſu vario infinitis veluti ſegmentis adornent. Et quiddam admirandi. Nam fluuij cùm in mare trahantur, vel ſinguli omnes, vel alius per alium viciſſim: diuino tamen haud dubiè iuſſu, propinquum ſæpè refugiunt reditum, dùm demandatam quaſi legationem, longiſſima terrarum plaga peragrata adimpleant. Nimirum vt vſui ſint pluribus, vt inquit Plinius. Paſſim exempla habentur, & in fluuijs maximis, maximè. Aſpiciantur depictæ terrarum tabulæ. Nilo vbi oriri putatur ab extremo Aphricæ, circunſtat proximè totum mare Meridionale, & nihilominus à circulo Capricorni peragrata prius tertia ferè mundi parte, citrà Cancri circulum venit in Mediterraneum, alioquin Aphrica exhauſta omni humore, non eſſet Aphrica. Volga apud Tartaros relinquit hinc Meotim, inde Scyticum mare, & longiſſimè abſcedit in Caſpium. Hiberus vſque à littore Cantabrico modicis lacubus ortus, tranſuerſim totam ferè dirimit Hiſpaniam, currens in Mediterraneum. Et cùm non procul à Tagi decurrat fontibus, Tagus tamen diuerſo itinere alteram alluit partem, & mittit in Oceanum. Sic Rhenus, Rhodanus, & Danubius propinquis exorti fontibus, in diuerſas tamen trahuntur regiones. Sic Tyberis, Arnus, & quidam alij non parui rigui, ab vna ferè origine, diuerſos faciunt curſus. Simile in infinitis ſpectaculum eſt; Simul atque verum argumentum, ſi non neceſſarium, idcirco non redire fluuium in propinquum mare, quòd ſic illi contrà impulſum recurrendum eſſet, vnde primo curſus cœpit originem. Alijs, ne ſitibunda alicubi terra relinqueretur, diceres continuos ceſſiſſe montes, curſuiq. præbuiſſe commeatum. Alicubi vt ſe pluribus communicent, ſe findunt in partes, vt Nilus, qui expanſis veluti brachijs totam Aegyptum

Mare Auſtrale.
Mare Aquilonale.
Mare Caſpium.
Venarum aquæ propagationes.
Aquarum naſcentiū catholica Fluuiorū, ac lacuū origo.
Pegaſi equi figura.
Thetis figura.
Fluminū magnitudo.
In mūdo nouo maxima flumina.
Curſus fluminū ratio.
Flumina cur non [illegible] pro pinquum mare, & abeunt in longinquum.
Nili curſus.
Volgæ.
Hiberi.
Tagi.
Rheni.
Rhodani.
Danubii.
Tyberis.
Arni.
Fluminū diuiſiones.

Digitized by Google

Fluminũ magnitudinis cauſſa.

gyptum amplectitur, ſeptem maximis oſtijs mittens in Mediterraneum mare. Ganges è quinque faucibus mittit in Indicum, Danubius in Pontum ſex, Padus in Adriaticum ſeptem. Rhenus in Germanicum tribus. Cauſſa autem magnitudinis diuerſa eſt. Aut a diuiti vnde producuntur vena. Aut à pluribus tùm venis, tùm fluuijs, quos admittunt. Cui rei facit maximè longitudo curſus, vt in Nilo, Gange, atque Indo viſum eſt. Et deinde pluuiarum, ac niuium additamenta: Quam cauſſam verè aliqui aſſignaruut, cur Septentrionales fluuij eſſent tàm magni. Et qui inundant, vt Nilus in Aphrica, Ganges, & Indus in Aſia, & quidam in Italia, non alia de cauſa inundare videntur, niſi quia augentur ob copiam pluuiarum.

De motu Aquæ, ſitu, altitudine, & proportione cum terra. Cap. V.

11. Meteor. cap. de Terræmotu.
Thales Mileſius.
Vitruuius.
Plutarchus.
Aqua quomodo ſubeat terræ glebam.
An aqua ſit maior quàm terra.

PORrò propoſitam à mari fontium emanationem aliqua demonſtratione cõfirmabimus: non quia iam planiſſima non ſit; ſed quoniam eædem rationes plurima continent problemata, de motu aquæ, ſitu, altitudine, proportione cum terra, & præclaræ circa hæc ſummorum authorũ ſententiæ elucidãtur. De fontium ergò emanationibus à mari, fermè omnes ſapientes, hac etiam noſtra ętate ſingulares aliqui, in hanc ſenientiam cõueniunt. Nec eam negauit Ariſtoteles: etiamſi (vt in multis alijs fecit veterũ placitis) conſueuerit hic mirabilis author aliqua potius acutè diſſerere ad amplificandam doctrinam, quàm negare. Differunt aliqui in aſſignando modum duntaxat, quamquam veteres minus definita tradunt, certiora iuniores, quibus meliùs aquæ natura explorata eſt. Thales Mileſius primum principium rerum omnium cùm poneret Aquam, terrarum orbem perinde aqua ſuſtineri, ac fluctuare dixit, vt paruum nauigium inter vndas. Itaque terram ipſam exugere aquam, hanc permeare. Vel (vt aſsimilant Vitruuius & Plutarchus) tanquàm ſudor è corpore, vel tanquàm lac ad vbera, ita aquarum è circunfluo collecta elemento, è ſuis tandem venis emanare. Quod partim veriſimile eſt: pro naturali enim vnione, qua amplecti inuicem videntur aqua & terra, attrahit terræ gleba è plana ſuperficie aquam, aqua ſubit manifeſte poros, aer expellitur. Partim ieiuna nimis aſſignatio eſt, & quæ aliqua concludit abſurda. Primùm facit aquæ molem ſuperare magnitudine terram: quod poſito antiquis, ſed infirmiſſimo nititur fundamento. Creditum eſt enim antiquis elementi ad elementum eſſe proportionem decuplam; quare terræ certos fines aſſignari, mare autem maiorem globi huius occupare partem, nec compertos eius fuiſſe terminos. Quæ falſa eſſe, noſtra hæc ætate compertum eſt, quando mare vndique adnauigatum ſit, Aquæ enim facies, quæ oculis ſubiecta noſtris (iuxtà demonſtratiua recentiorum aſſerta) largiùs expanditur, ac ad terræ ſuperficiem ferè dupla eſt. Profunditas verò non multa. Nam duo, aut tria quæ recenſentur miracula, quam fidem faciunt in vniuerſi ratione? Vt quæ refert ex Fabiano Plinius, mare x v. ſtadiorum altiſſimum. In Ponto trecentis ferè à continenti ſtadijs immenſum. Et noſtri nautæ in Suecia ad mare Germanicum, inutiles dicunt eſſe anchoras ob profunditatem, ac anulis ferreis idcirco alligari nauigia. Aliqua ſub Atlantico mari loca profundiſſima, ad extremum Aphricæ: Et aliqua in India ad Taprobanam Inſulam. In vniuerſum tamen obſeruatum eſt à noſtris nautis, altitudinem maris pauciſſimis locis accedere ad centenos paſſus, plurimis vicenos non excedere. Computetur reliqua terræ dimenſio, inuenietur terram non ſolum excedere magnitudinem aquæ ſtadijs, & milliarijs: ſed etiam multis centeſimis, tantùm abeſt vt decuplo ſit minor. Subtrahas terræ quantum licet vaſtiſſima interuacua, quà mare recipit (vt bene inquit Scaliger) tantum dicam illi ſupererogandum pro montium vaſtitate. Vt mutuæ ſunt aliæ viciſſitudine. Terra mari aperit ſinus: mare cedit terrarum excurſibus. Terrarum iſthmi ſunt & anguſtiæ; maris freta, & vada breuia. Et demum, quantum terra ſubſidet lacubus, & fluminibus, tantum vel amplius ſpatij rependit mare in maximis, quas ſine numero continet inſulis.

Aqua ſuperficie maior.
Maris altitudo.
Terræ, & maris inuicẽ amplexus.
Altera poſitio Coſmographorum reprobata.
An aqua ſit altior terra.

Paulò verò melius hanc aſſignant venarum originem, qui coſmographiæ ſequuntur rationes. Dicunt elementum aquæ terrę circumfluum totam ipſam terram poſitu excedere, omnesq. montes ſub ſe relinquere, altiſſimum etiam (vt aiunt) Caucaſum. Itaque Aquam, perinde natura grauem, in ima ſpatia terræ permeare naturaliter. Et quamquam ad exitum ſcateat è montibus, haud tamen eam ſubire dicendum: ſed ſolicitari naturali ſuo appetitu ad æquandam Oceani, ſuæ altiſſimæ originis ſuperficiem. Hanc verò dicunt eſſe aquæ inclinationem manifeſtam, vt quantum deſcendit, tantum & aſcendat. Quæ poſitio partim falſa eſt, & partim qua vera, eſt declaranda.

Latices aqua cur dicta.
Puteorũ ars.

Primum non eſt dubium aquam permeare terram, non rectà tantùm & in decliue, ſed ad latera, qua poroſa eſt & laxa tellus. Nec apertis tantùm meatibus, ſed occultis quoque; Vnde aquis primò nomen latices inditum eſt. Ad mare, littore Aphrico, quibuſdam locis è ſcrobe facta eliciunt dulces aquas. In effoſſionibus puteorum

(vt præ-

(vt prædictum eſt) vbique ferè inuenitur aqua, quùm ad libramentum aluei propinqui alicuius vel lacus, vel fluuij peruentum eſt. Quo artificio obſeruatur, terrã ſegmentis quibuſdam longiſſimis interſeptam, quæ Phyſiologi, & Plinius, modò vertices appellant, modò coria: & quò maximè declinant coria, eò fodientibus aquas certiſſimo inditio ſucceſſuras; An verò deſcendat ſemper, an aliquo loco aſcendat aqua, de ſitu eſt cum terra videndum. Verum ergo eſt, vbicunque aqua ſit, terram ſubeſſe, quaſi locum & baſim leuioris ac inſtabilis elementi. Itaque ſupereſt aqua terræ: at mare terram non ſuperat. Haud enim hoc ordini condecens erat vniuerſi. Imo id ſpeciem habet exquiſitæ ſolertiæ illius ſummi opificis, maria, ac ſinus ſuos perpetuo ferè argine montium concluſos eſſe, vt tutò pateret terra, & partim aquæ, partim aeris occuparet loca: pro vtilitate, ordine, ornamento vniuerſo, & pro loco, tutela, ac vita viuentium, quod Geneſis primo quoque tangitur. Quare vbi ſitus terræ deprimitur, opponunt incolæ obices, faciuntq. argines indefeſsis operibus. Quod multis Italiæ locis (vbi plurima patet planicie litorum) vſu euenit. Tractu verò Germanici maris litora Belgica, vſque in Hollandiam, & inde Selandiam ob hanc ſitus humilitatem inſeliciſſima eſt, vt poſt omnia humanæ induſtriæ munimenta, horrendam ſæpè incumbentis pelagi ſæuitiam experiantur, cum miſerabili terrarum, & populorum iactura. Hactenus ergo demonſtrationes prædictæ nullæ ſunt, niſi aquæ & terræ vnum eſſe globum: An verò aqua altitudine ſuperior ſit, an magnitudine terra, non probant. Nulla igitur expedita magis ratio eſt, ad omnem de aquæ origine quæſtionem abſoluendam, quàm à motu. Oriri enim quoddam moueri eſt, ac tribus mouetur aqua montibus. Naturali, qui eſt à tota forma, nempè ad infima, vt grauiorum cæterorum inclinatio eſt. Ac nõ deſunt propterea, qui aquæ & terræ vnum commune eſſe centrum affirment. Mouetur & virtute ſyderum, cui neceſſariò obedit cuncta natura, ſed ſpeciali neceſſitate aqua; qua, vt perpetua mobilitate viget, & fluit, & refluit in finibus maris: ita trahi poteſt, vbi trahitur, ad capita montium. Et tertiò mouetur ex accidenti, quo ventis vndæ alliduntur ad littora, quem æſtum appellant. Quæ cauſſæ ad fontium originem, pro ſua quæque facultate concurrunt. Naturali ergo appetitu aqua tendit ad infima, nec vſque quieſcit; dum omne ſpatium, quà interfluit, impleat, aerem, & omne leue corpus excludit, omnem adæquat capacitatem. Quod in excurſionibus fontium, & fluminum liberis palam eſt. Vbi verò aqua in anguſtos cogitur meatus; maiores ſuopte naturę fluxu vires acquirit impetus, vt vſquequaque trahatur. Hoc ſenſit Vitruuius, & item Plinius, omnis enim aqua impellentem concludit ſpiritum; qui præfringit aliquando emiſſaria ipſa, & curſum retardat aquæ, ni ex interuallis ſpiramenta præbeantur, vnde exhalet impetum. Nos impulſus quoque damus manifeſtam cauſſam: ab incumbente extrinſecus mari. Ingreſſa enim à mari terræ cauitates aqua, ſolicitatur perpetuo vndarum alliſu. Ipſa ſe aqua præcedit, vrget, & ſequitur, inquit Ambroſius. Vrget pars partem poſterior anteriorem, itaque vbi ſpatia inuenit, etiam ſublimia adimplet, & ſubire cogitur, dum inueniat exitum. Quare nemo aquas ſubire negauerit. Haud tamen verum eſt, neque neceſſarium eam tantum aſcendere, quantum deſcenderit: ſed vbi æqua vtrinque eſt virtus, impellens, & reſiſtens. Vbi contrà, grauius premitur, ſurgit altiùs. Quod in organis manifeſtum eſt, quorum depreſſione in puteos, ſubſilit aqua per tubos. Cæterum huius rei, tàm apertæ, ſcilicet emanationis à mari, quàm impulſionis eius in venas, vt ſubeant aquæ, præclarum exemplum in rebus naturæ eſt, quod ponitur à Vergilio, Strabone, & Plinio, de Timauo fluuio in Carnis, qui conſpicuis ſeptem, vel nouẽ horis oritur à propinquo mari, omnibus propterea ſalſis, excepto vno. Et leni exiſtente mari, fluuius quoque currit leniter: turbato autem, ipſe quoque fluuius maiori compreſſus alliſu vndis æſtuat, &, vt Poeta de eo cecinit,

——Vaſto cum murmure montis
It mare præruptum, pelago, & premit arua ſonanti.

Quam propagationem à mari, vel à communi promptuario aliquo, manifeſta alia declarant fontium exempla. Vt de Aeſculapij fonte memoratur Athenis, in quem res coniectæ eædem in Phalarico redduntur. Et in Aretuſa fonte Siciliæ Siracuſis, vbi redduntur iacta in Alpheum fluuium, qui eſt in Græcia, & per Olympiam fluens, in Peloponneſiacum mittit. Quæ vel fabula eſt, vt Strabo putat; vel admiranda communicantia cauernarũ, quam Pindarus, & deinde Ariſtoteles, cum de Terræmotu loquitur, indicare videntur; Siciliam Inſulam cum ea parte Italiæ, ac Inſulis alijs vicinis, non ſolùm anfractuoſam eſſe totam, ſed ſub mare quoque vſque in Achaiam, & Græciam, milliarijs ferè duobus millibus, hiatus habere continuos, qui alibi aquas influentes reddant, alibi flatum, alibi quoque ignes, vt reddit pluribus locis ignes, & calores in terris Italiæ. Similis quidam fons eſt Ananiæ hic in Cãpania, qui Tophanus appellatur, qui, cùm Fucinus lacus glaciatur hieme, ſiccatur, æſtate abundat: abeſt autem minus triginta millia paſſuum. Similiter, narrat Plinius, fontes quoſ-

dam

Terræ ſegmenta.

De ſitu aquæ cum terra.

Terra cur patens.

Arginum ratio contrà aquas

Noſtra poſitio.

Aquę tres motus.

Aquæ naturalis appetitus.

Aqua ſuopte ſpiritu feruntur.

Aquæ pelluntur.

III. Hexameron.

Aquã ſubire.

Aqua nõ tantum aſcendit quantum deſcendit

Timauus flumen.

Primo Aeneid.

Aeſculapij fons.

I. Meteor.

Tophanus fons.

dam circa lacum Aſcanium æſtate ſiccari. Et item Scatebram fluuium in Caſinati. Sed vt veniatur ad magis autenticas probationes, hanc profectò aquarum naturam omnes ſapientes atteſtantur. Hinc Abyſſi immenſa profunditas apud ſapientiſsimum Moiſen conſtat: quo nomine omnis aqua, omnis humida natura, atque ſubſtantia circumquaque diffuſa per maria, & flumina, & antra, & occulta intelligitur, D. Auguſtino teſte. Neque alind per Tartarū ſignificare voluiſſe videtur Plato in Phedone. Quod è ſummæ ſapiētiæ libris videtur ſumpſiſſe, Eccleſiaſte dicente: omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat, & ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur, vt iterum fluant. Per hos hiatus concurſusq. intellexit Apollonius Thianeus in epiſtola quadam ad Indos conſcripta, Oceanum fluere, ac refluere, à ſpiritibus, qui partim ſub ipſo, partim circa ipſum anhelant, impulſum, retuſumque. Et quę diuiniſſimè contemplatus eſt Mercurius Trimegiſtus, digna quæ & hic referantur: Cantatorus ſum, inquit, creatorem omnium, & vnum, terrarum diſtributorem, cœlum ęquilibrantem, iubentem ex Oceano aquam diffluere dulcem ad hominum alimenta, iubentem ſolem fulgere supernè ad hominum actiones pariter, atque Deorum. Ad horum quoque ſententiam alluſit Lucretius:

Locus Moiſi.
Abyſſus quid.
D. Auguſtinus.
Tartarus quid.
Eccleſiaſtes.
Apollonius Thianeus.
M. Trimegiſtus.

Poſtremò quoniam rarò cum corpore tellus
Eſt, & coniuncta eſt, oras maris vndique cingens,
Debet, vt in mare de terris venit humor aquai,
In terras itidem manare ex æquore ſalſo.

Lucretius

Ex his ergo omnibus demonſtrationibus, concludendum eſt, de origine quorumcumque fontium, aliquam trium, aut certè duarum cauſſarum eſſe ponendam. Aut naturalem transmutationem aeris, vaporumq. in terræ cauernis vt definiuit Ariſtoteles; aut deſtillationem quampiam supernè à montibus, quamquam hæc ſterilis originis cauſſa eſt: aut certè emanationem à mari. Prima autem, atque optima cauſſa eſt, quæ ab Ariſtotele ponitur. Prima quidem, nam hęc naturalis eſt, ac ordinaria viciſſitudo elementorum, conuerti inuicem omnia, ac aerem ſtatim in aquam. Optima verò eſt, tum ad puritatem, nulla enim purior poteſt eſſe aqua, & quæ magis conducat ad vitam, quàm quæ aerea ſit, vt planè dicetur poſteà. Tùm ad qualitates, quæ ex trauſmutatione naturali aeris, vel vaporum, naturales ſunt, ac propriæ; quocunque autem alio modo accidentales, ac obiter acquiſitæ, vt inferius dicetur. Altera porrò cauſſa perſpicua eſt, ac tot Heroum comprobata ſententijs, per emanationem à mari. Hinc enim fontium, ac fluminum, & lacuum potiſsimè immenſorum perennitates. Hinc tanta, ac indeficiens vbique copia, tanta vniformitas. Hinc Mare non redundat, quia tantum flumina rependunt supernè mari aquas, quantum à mari infernè conceperant. Hinc variarum denique qualitatum ratio quatenus ſcilicet aquæ curſu, & percurſu ſuo, cum terrenis tàm varijs, ac vaporibus infrà concluſis obiter permiſcentur. Quam partem iam hinc examinare aggredimur.

Cauſſarū de origine fontiū epilogus.

De qualitatibus Aquarum Naturalium Simplicium. Cap. VI.

HActenus ſimplicem fontium originem conſiderauimus: & ſiue à mari ſit, ſiue per aeris tranſmutationem in aquam, vnam omnium in fundamento naturam ſupponimus, frigidam ſimpliciter, atque humidam. Quæ cùm duæ ſint primæ, innatę, ac maximè notæ qualitates in aquis, pro differentijs proprijs ſumuntur. Hoc excepto, quòd vt accidentis eſt, & intenduntur, & remittuntur: gradus enim non variant eſſentiam primam. Porrò ſicut intenſio harum primarum qualitatum in ſimplici aquarum natura intelligitur; ita remiſſio per admiſtionem contrarij ſit. Quot modis igitur permiſceri, aut vtcumque alterari per naturam contingit aquam; tot planè aquarum ſpecies conſtitui poſſunt. Difficile verò eſt in fundamentis naturæ quicquam diſtinctum, ſeu impermiſtum inuenire: Ac omnium maximè in aqua, teſte etiam Philoſopho. Quæ ſi in origine conſideretur, haud quaquam pura eſſe poteſt, ex impuro conflata aere, qui nec ſyncerus in pluuia, & in terræ cauernis concluſus, terreſtri loci caligine, vel ipſo carcere obſoleſcit. Per emanationem autem, vt in elemento confuſa potius vniuerſi natura humoris moles eſt, quàm ſimplex aqua, ita obiter vario terrarum incurſu, vbi plus, vbi minus alterari contingit. Quo circa manifeſto errore deceptus eſt Braſauolus ſuper Aphoriſmos, vbi merita aquæ ſecundū Galenum, ac Medicos percurrens; eam meliorē eſſe definiuit, quæ ſimplici elemento eſſet propinquior, ſed ipſe male eſt interpretatus. Syncerā enim & potabilem aquam exactè frigidam, ac omni miſtione vacare aſſerit Galenus: non ſimpliciter, ſed vt ad marinas eam comparat, & compoſitas minerales aquas. Alioqui (ſubdit) ne ipſa quidem vere ſyncera eſt, vt ad naturam, ſed vt ad ſenſum, & vſum ſyncera. Itaque rectius de elementis, ſyncerum dicitur, quod eſt integrum, & incorruptum, quàm ſimplex, & ſyncera, & munda aqua apud

Aquæ differentiæ proprię frigiditates, & humiditates Vlti. Phyſi. 13.
In Probl. Aquarum ſpecies. Aqua impura.
Aphor. 26 Sect. 5. Locus Galeni. 1. Simpli.

iuniores

iuniores latinos dicitur. Proſus enim Deus, & Natura nullum videtur intellexiſſe elementum ad puritatem, ſed ad compoſitionem rerum, nec aquam. Quandoquidem ſi quis rectè conijciat, vix vllo Naturæ vſui ſimplex quodcũque eſt: cui rei & generatio, ortuſque, & nutritio viuentium, & varia aliarum rerum experimenta argumento eſſe poſſunt. Vt terra quæ ſicubi ſimplex putabitur, quomodo aut gignere, aut alere quicquam poterit? etſi in cẽtro aliqua portio ſimplex eſt, ea vniuerſæ prorſus naturæ ſideret inutilis. At ociari quicquam natura non patitur. Et pariter de aqua concludendum: ſanè ſimplicem non reperiri, quæ videtur Ariſtotelis ſententia in problematibus: aut ſi reperitur ea contumax, nulliusq. meriti ad corporis vſus conſtabit. Quippe quæ frigidiſsima exquiſitè eſt. Frigiditatem verò vix humana natura admittit rerum humiditate præſertim tenaci, ac impenetrabili. Siqua verò accedit aqua ad puritatem elementi, ea cruda eſt. Quæ vel ipſa voce crudæ contemnitur, inepta plantis, ac omnibus animantibus inineunda. Ad olera irriganda Theophraſtus haud quaquam puram, ſed craſſam, paludisq. meliorem affirmat. Quam & iumenta libentius bibunt, & ſanius, nullo exinde dolore, ſicut cùm crudam bibũt, vexari ſolita. Itaque Cameli obturbatam prius conculcatione aquam bibunt, aliter potu non gaudent: author eſt Plinius. Et piſces Ariſtoteles aut limo veſci, aut humore dulci, aut præda, nullus alitur aqua, ſed conceptas ore remittunt. Et duriores aſſerit ſterilitatẽ, ac pecori partum fœmineum ſolere facere, ſalſiuſculis maturius coire. Porrò vno elemento non ali homines in II. de Gener. & Corr. concluſum eſt, & puriores & crudas, vel cœci ipſi aſpernantur. Imò antiquiſsima conſuetudo eſt, puram & crudam decoquere: nam ex coctione per experientiam intellexere, ſi contemerata eſſet, aut terrea, ſequeſtrari heterogeneas partes, & purificari: ſi pura, aut cruda, per ignem victa contomacia renouari. Quam ob rem ſcientiſsimi naturæ interpretes, ac Medici, ad quorum artem hæc maximè prudentia pertinet, cùm notas electiſsimæ aquæ aſſignant, vnica eam ſimpliciq. hac conditione definiunt, vt aeri ſit quamſimillima. Nam hæc prima eſt de aquæ bonitate conditio, vt ſit aerea, cæteræ hanc conſequuntur, vt quæ ſplendida ſit, tenuiſſima, & leuiſſima, valdeq. alterabilis, vnde facilè, ac citò legumina percoquat & carnes. Quæ omnia tenuitatis, atque aeris indicia ſunt. Id quod trita fontium experimenta confirmant: illas enim quæ per hiemem frigidæ ſunt, & halitum aereum non fumant, ipſo vſu noxias reperimus, cruditatis & duræ ſubſtantiæ vitio, quare tardiùs à calore vincuntur. At contrà, quæ leuioris elementi participes ſunt, calidæ, ſeu tepidiuſculæ emanantes, non frigidæ, citò caleſiunt, citoq. refrigerantur, & primæ bonitatis habentur. In hanc ſententiam venit Ariſtoteles in eo problemate, Cur calidæ potabiles album pilum bibentibus armentis ſoleant facere: quòd plus, inquit, aeris habent, & frigidæ contrà, nigrum. Porrò penes hãc aquæ tenuitatem, aereamq. ſubſtantiam, multus eſt apud diuerſas nationes conſenſus, cùm electiſsimam aquam intelligunt, eam vt dulcem appellent, aut ſynceram, raro ſimplicem niſi quodam appellationis abuſu. Quaſi profectò vera, inſitaq. omnibus intelligentia ducti, eam minus rectè puram dici poſſe, arbitrentur, quæ multum participet aeris: ſed tamen quæ præ alijs admodum compoſitis aquis, bibentibus ſuauis ſit, nullam aut guſtui, aut odoratui qualitatem repræſentans, eatenus dulcis. Hic ergo typus, hæc ſumma eſto ſyncerræ, & bonæ aquæ, vt ſit aerea. Qua veluti Polycleti regula ad electionem propoſita; iam vnde has aeris, bonitatisq. conditiones aquæ magis concipiant, percurremus.

Syncerũ quid, & ſyncera, & munda aqua.
Elementa impura.
Crudæ aquæ inuſtis.
Irrigationes.
Iumentorum potus.
Piſcium pabulum.
Vnum elemẽtũ nõ nutrit.
Aqua cocta.
Aquæ optimæ prima cõditio, vt ſit aerea.
Locus Ariſt.
Aqua dulcis quæ.
Aquæ prima electio.

De iudicijs bonitatis, vel malitiæ aquarum naturalium. *Cap. VII.*

PRima verò coniectura fit à loco vbi aqua ipſa generatur, vel vnde percurrit: Conſideratis natura materię, ſitu, & quo aſpectu cœli ſubiaceant. Ex antiqua ergo Pythagoræ ſententia ea optima fuerit aqua, quę ex ſublimioribus locis, è collibus, & ad montium radices ſcaturit, ſaxis, tenui glarea, ſabulo maſculo, vel harena conſtantibus. Singula enim huiuſmodi, quę ipſas pręfregerint, ac tenuauerint, dulces, leues, ſynceraſq. ſolent efficere, & quę hoc maximè præbent ſuæ bonitatis indicium, quòd hieme in venis ſuis tepeſcunt, æſtate verò frigent. Quod maximè fit vbi è profundis naſcantur venis. Porrò hoc alio potiſſimum indicio cognoſces, quæ non è iugi in altum vena; ſed hybernis extillent imbribus, ſi perpetuò frigidæ & paucæ. Quamquàm ſi plurimæ fiont, dummodò frigidæ, ſemper damnabiles; quales aliquæ inter abditas montium conualles erumpunt, quas ſolares radij vix adeunt. hæ enim etſi limpidiſſimæ ſint, & criſtalli magis ſerenitate perſpicuæ; graues tamen, duræ, atque crudæ, quas niſi aliquo calore, aut artis, aut naturæ ope præuẽtas habueris, ſemper experieris inutiles. Et item cãpeſtres, tophoq. exortæ, vt plurimum vliginoſæ, ſine curſu, hieme frigidæ, æſtate verò calidæ, & minus ſalubres. Solaribus planè radijs nimium expoſitæ, qui attrahunt ex humoribus quod.

A locis.
Crudæ aquę natura.
Campeſtres.
Solę cauſtæ.

eſt,

Aquarũ inutiliũ genera.
Vliginoſæ quæ.

eſt leuiſſimum & tenuiſſimum, reliquias verò incraſſant, ac inſuaues reddunt. Hinc gradus inutilium aquarum hi ſunt. Poſt campeſtres, quæ ſunt minus inſuaues, vulgò vliginoſæ improbantur, in quibus ſcilicet inter limum, & aquam radices propagatæ, cauliculos, herbulasq. progignunt. Deinde fumoſæ. Poſteà quæ ſalſedinem ſapiunt. Poſteà quæ hirudines, natrices, aliaq. eiuſmodi verminoſa nutriunt. Peiores quæ ob aliquam terræ pinguitudinem, immobiles concretam, aranearum modo ſuperficiem habent. Poſtremę omnium ſunt compoſitæ, ac miſtæ aquæ minerarum, quarum tamen claſſis inre balnei nobiliſsima eſt. Ita vt inter omnia genera aquarum duo extrema ſint laudatiſſima; in altero ſunt ſimplices aquæ, in altero balnearum miracula. Hoc enim aquæ genus quantum à ſimpliciſſima aqua ſequeſtratur, viſu, odore, guſtu, tactu, ac aliqua alia qualitate inſigni eſt; tantum vel amplius ob diuinas in re medica facultates veniet celebrandum.

Mineraliom; & compoſitarum aquarum catholica
A cœli partibus.

Sed nunc vt redeamus ad potabiles aquas, Aſtrologi à cœli partibus ità earum bonitatem contemplantur. Maximè laudant omni etiam ætati eas, quæ in locis ad ſolis exortum naſcuntur. Proximè quæ ad aquilonem erumpunt: quæ coctione tamen aliqua indigent, frigidiuſculæ enim emanant, ac nonnullæ duriores è duris cautibus, & profunda valle, quas Græci authores indomitas quandoque appellant. Dehinc habentur quæ ad occaſum vergunt, tardè enim refrigerantur, ac raucitatem inducunt vocis. Poſtremæ notæ Auſtrales habentur: niſi quia aluos adſtringunt fluidas, cæterum craſſæ ſubſtantiæ, & ſalſæ. Ea ratione (inquit Ariſtoteles) quòd Mare ab Auſtro in orbem terrarũ interrumpit, ac dulces cum ſalſis ita miſcentur.

τὰ ἀτέραμνα.
Oribaſius.
In Probl.
A pondere.

Porrò ad hæc experimenta venit aquarum ipſarum pondus. Qua de re tria nobis declarat experientia. Primum quidem quòd non omnes aquæ ſunt pondere ęquales. Nam & grauiores reperiuntur plus minus, maximè in admiſtis, & Mineralibus, quæ grauiori nimirum participant elemento. Et inter ſynceras & claras aquas, aliquæ ſunt (Plinio teſte) leuiores, plurimæ nullo penè momento ponderis differentes. Alterum notaui quòd indifferẽter inueniũtur aliquę, tàm bonæ, quàm malæ, æqui ponderis. Nempè (vt puto) quia ſeu bonę, ſeu malæ ſint aquæ, æquè è vaporibus, ſunt concreatæ: & aere plus minus craſſo, aut graui, qui in quingenteſimis libris vix aliquam poſſunt facere differentiam ponderis, niſi (vt ſum expertus) per grana, & minima.

Aquę amphiarati.
Aquę Aerethriæ.

Ac tales debent eſſe quas atteſtatur Athenæus authoritate Eraſiſtrati, Amphiarati, & Aerethrias aquas, quarum hæc bona, illa mala, haud tamen collatas pondere differentes. Cui rei experientia quoque adſtipulatur: cruda enim, & dura, & putealis, & quandoque mineralis aliqua, æqui ponderis inuenitur cum dulci, & pluuia; æquè item claræ, & ſubſtantia pares inueniuntur; cæterum ventre & coctione non pares. Ex quibus tertiò colligitur, quòd iudicium à pondere de bonitate, vel malitia aquæ, fallax eſſe facilè poteſt, niſi in maxima copia, ac exactiſsimo pondere comparentur.

Aph. 26. 5

Sed porrò coniectura ſunt ęſtimandæ penes facilem, vel difficilem in ventre coctionem. Quare in Aphoriſmo illo celebri diuini Hippocratis, Aqua quę citò calet, & citò refrigeratur leuiſsima eſt: rectè Galenus expouit, leuiſsimam intelligi debere, quæ ventrem non grauet, & citò permeet; & de pondere relinquendum eſſe ad eam, quæ perlancem fit, inquiſitionem.

A iuuantibus, & nocentibus.
Palladii locus.

Atque idem ſenſus in Plinio d. quòd de ſalubritate quidam ſtarera iudicant fruſtrante diligentia, quando (inquit) perrarum eſt, vt leuior ſit aliqua. Quapropter ſiqua id genus ſigna fallacia ſint, & quæ vix rectè interdum ſenſus humanus dijudicat: aut aſpernanda, ſed tanquam veri experimenti, acceptanda eſt Palladij coniectura de æſtimatione Aquarum, quę eſt omnium certiſsima ratio. Incolarum, ſcilicet regionis illius ſalubritatem noſſe oportere. Nam ſi ſani incolæ degant, faucibus bibentium liberis, capite, pulmonibus, thorace inſontibus, ſi venter indolens, nulla aut rara in præcordijs, renibus, veſica cauſatio, dignum oppidò, inquit, ac certum de ſalubritate aquarum, & aeris quoque illius inditium habebitur.

Vitioſæ aliquæ aquæ.

Nam multæ habentur potabiles, & iucundæ ſuauitatis, & tamen aliquæ inſigni malitia vitioſæ. Quales bibuntur in Cillera valle ſub Alpes, & in Sudera valle Rheriorum, in Picenis ad Callium, in Aequicolis, & multis alijs Italiæ locis, quæ ſingulæ gutturoſos faciunt bibentes. Et calculoſos longo tractu Eridani aquæ efficiunt: exilientes in puteos fiunt meliores. Capur pleraſque lædere in Campania, & in Troezene omnes pedum vitia ſentire, teſtis eſt Plinius. Aliæ voces indigenis faciunt ſtridulas, alijs graues. Canoras reddit voces fontium natura quædam in Balearibus Inſulis, Vitruuius. Et breuiter omnes affectus, diſpoſitionesq. alicui loco peculiares, natiuam ſæpenumero loci illius aquarum proprietatem habent in cauſſam.

Aquæ experiundæ tempus.

Nec minus diligentis curæ eſſe debet, quod monuit Columella, illuſtris Agricola, vt quarumcumque experimenta tentanda ſint, menſe Septembri antè æquinoctium autumnale id fiat. Si quidem tunc maximè vires fontium explorari, quum ex longa ſiccitate æſtatis terra caret humore pluuiali, qui minus eas in iudicio ſynceras reddit. Ac iam de Pluuialibus dicamus.

De

Digitized by Google

De pluuialibus Aquis. *Cap. VIII.*

NOn deſunt quidem authores, qui ponentes mare omnium aquarum originem, veluti diximus, dicant quoque nubes, quodam cœli, ac ventorum impulſu tractas, aquas à mari imbibere, eaſq. paſsim effundendas afferre, quod olim luſit Lucretius. Atque horum huueſta ratio eſt: Nam hæc ignaris figurantur, quibus difficile ſuaderi poteſt, quomodo vapores è ſubtilioribus ſalſarum aquarum partibus toto Oceano eleuati, ac mari, & terra, paulatim congelentur, donec à circunſtanti coacti frigore, in aquas conuertantur; ac depluant. Hoc non debet eſſe dubium apud quemqnam, quòd imbres immediatè fiant ex aeris vaporibus. Atque hoc iure imbrium aquæ prima laus in bonitate tribuitur, quæ (quod ſuæ originis eſt) leuiſſima neceſſariò fit, tenuiſſima, limpidiſſima, atque dulciſſima. Aliquam tamen pluuialis differentiam habet, ſecundũ tempura, quæ plus minus aerij vaporis temperaturam immutant. Ex quo vnum primò intelligitur, quòd omnis imbrium aqua varijs conſtet ex partibus. Quæ diuerſitas in collectis ſtatim à pluuia aquis, & non depuratis, facile deprehenditur, colure, ſcilicet nun ſatis aqueu, odore, ſubſtantia minus limpida, inæqualitate, ſedimento, bullis: Nec adeo ſyncerus ſapor, in plurimis fumoſus, atque etiam ſalſus. Salſedo tamen vt non ſentitur pauca, nec in paucula pluuia; ita manifeſta fit vbi multa ineſt: quo modo ſalſi autumno imbres, teſte diuino Philoſupho, ob acrium nimirum vaporũ ea tempeſtate copiam, vnde compluunt. Ex quo illud ſequitur, quòd aquarum imbrium bonitas, haud ſimpliciter definienda eſt, quia imbrium; ſed metienda penes aeris conſtitutionem, atque tempora. Et ſuper hæc, penes adhibitam diligentiam. Hieme enim aer frigidior: quare aquas ſub bruma collectas grauiores habemus, etſi dulciores quàm æſtate. Aeſtate verò prout denſior caligo eſt, vel magis tranquilla conſtitutio aeris, non eadem pluuia. Probatiſſima quæ ex nimbis ſenſim depluit, flantibus ab aquilone ventis. Nec inferior multo (ſi in bonam præſertim ciſternam excolentur) quæ tonitru deſtillet, quod diſſipat aerem, ac ſtillas attenuat. At quæ cum horrida nimborum procella depluit; crebris corruſcationibus, ventis, atque tonitruis, veluti incẽdijs exuſta, teſte Hippocrate, non laudatur. Qua planè ratione, imbriũ, aquæ haud debent ſub ardenti Syrio colligi, nempe quia tunc vſtæ, amaræ, ac peſtilentes interdum fieri aſſolent; & aliquando producunt vermes. Multoq. maximæ ſi tùm flantibus ab auſtro ventis depluerint, aut ijs qui ſolem inſequuntur, ac turbidas verrunt ab ijs locis exhalationes. Ex huris diei, cõmendauit eas Theophraſtus, quæ noctu depluiſſent, minus quæ interdiu. Niuales verò & glaciales aquæ omnino inutiles. Niuales enim frigidiſſimæ, & quæ minimũ habent aeris. Conglaciare verò aquas, eſt quædam aquæ paſſio, atque exceſſus, teſte Ariſtotele. Alexandro autem in quæſtionibus naturalibus, corruptio dicitur, eo argumento, quòd vbi ſemel concreuerit aqua, nũquam poſtea in priſtinam redit ſubſtantiam, humido iam fermè corrupto, qui cum quicquid haberent clarũm, & leue, & dulce amiſerunt, quod verò turbidiſſimum & ponderoſiſſimum relinquitur, introducta ſiccitate. Quamobrem, vt vſu conſtat Galeno authore, hæc illis inſunt vitia, concoctionem impediunt, vrinã cohibent, thoraci, pulmonibus, & ventriculo aduerſantur, neruos multifariã lædunt, conuulſiones, flatus, cruditates, & pleuritides gignunt. Synceræ autem pluuiales ſecundũ Hippocratem, ocularijs remedijs perhibentur vtiles, nactæ ſcilicet modicam ſiccitatem citrà calorem. Et item in medicamentis quæ leui, ac cita coctione cõfici debent, vtilis: ſecus in his quæ diutius cocturæ reſiſtunt, vt in ligni ſancti decocto, fontanas infundimus, nam pluuiales craſſeſcerent. Eſt autem pluuialium aquarum, quæ potabiles ſunt, inditium proprium, cùm in vaſis citò, ac facilè putreſiunt. Ob eam cauſſam, inquit Hippocrates, quod ex diuerſis conflata eſt, ac admiſta vaporibus, ſanè ab aquis ſtagnãtibus, fluuijs, mari, ac terra elatis. Quare huiuſmodi aquæ non ſolent putreſcere prius, quàm refrigeſcant in vaſe, partibus, ſcilicet ſiccioribus exhalantibus. Eadem mutationis facilitas in natiuis quibuſdam aquis virtuti potius tribuitur quàm vitio, vt inquit Paulus. Vtrobique enim multam indicat aere ſubſtantiæ partem, quæ vt facile ſoluitur, ita facile peregrino vel calore, vel frigure afficitur. Atque eæ propterea ſolent æſtate frigeſcere, hieme tepeſcere, ac tenuem illum è fontibus exhalare vaporẽ. At ne illud quidem neceſſarium: aliæ enim è natiuis ſi putreſcant, alienæ alicuius miſturæ indicant exceſſum. Aliæ optimæ, & tamen immutabiles, vt Nili aquæ & Tyberis: quibus ſcilicet ſatis eſſe putandum eſt ad bonitatem, ſi factæ ſint aut luci, aut decurſus beneficio tenues, & quaſi aereæ, vt de aliorum fluminum aquis infrà dicetur. Sicut ergo à putrefactione indicium de bonitate aquarum non eſt neceſſarium, neque perpetuum; ita ne id quidem putrefactæ ipſi aquæ beneficium eſt. Imò quæ ita mutari incipit, teſte Hippocrate, raucedinem, ac vocis grauitatem ſolet inducere: niſi prius decocta, priſtinas illas aeris partes recuperet. Tanti

Nubes, & pluuias à mari collectas.

Pluuiarũ generatio.

Pluuialis aqua optima.

Pluuialiũ ſubſtantia.

In problem.

A temporib. anni.

Nimboſę aquæ.

Tonitruoſæ.

Lib. de aere aquis & lo.

Colligendæ aquæ pluuiæ tẽpus.

Diurnæ & Nocturnæ.

Niuales, & Glaciales.

In 11. de rat. victus

Pluuialis vtilitas.

Lib. de aere, aquis, & locis.

Putreſieri aquas an bonũ.

Aqua corrupta inutilis.

Loco citato de aere, aquis

porrò momenti eſt noſtra diligentia,ſi ad naturam,ac bonitatem pluuiæ adhibeatur, vt eã omni ex parte laudabilem poſſit efficere. Danda ergo opera eſt, ne vitio vaſis, in quo reci-

Ciſternarũ ratio.

pitur,damnanda veniat,quod ſæpè accidit. Et primò quantum attinet ad Ciſternas,apprimè laudabuntur imbrium aquæ ſi è ſubgrundijs tecti ad vnum compluuium ſelectæ,per lapides,ac fictiles canales in ciſternam indantur. Quæ enim ex areis etiã ſilicatis, colliguntur, putrem quandam exuſtionem ſolent conducere: ac peiores quæ per medios ſtratarum

Tubi fictiles. Lignei. Aenei.

inciles contemerantur. Tubi fictiles aquas perducunt puras præter cætera; & cùm canales tolerentur,vt fieri ſolent de ligno è tecto penſiles;hi tamen non modicã guſtui ingratitudinem pariunt,ex muciditate ligni,quam poſteà contrahunt. Prudenter vero quæ per fiſtulas metallicas leguntur,cauendæ ſunt ob æruginem quam concipiunt, bibentibus,æſtuoſam,ac

Plumbei canales dãnãtur.

inteſtinis ſua acritate noxiam. Ex tegulis autem plumbeis, minus vitij aquas concipere, quidam hodie ſcriptores exiſtimant. Vſui ſiquidem eas eſſe Gallis, & Belgis,& Pannonijs, & toti ferè Germaniæ: adeoq. ſi lædantur nonnulli, id aquis ipſis inquiunt, non tubis vitio vertendum. Verumtamen minor huius authoris paradoxon; nam cùm nos ſciamus eas

Ratio vitruuii.

omni ætati fuiſſe damnatas, haud temerè obtrudenda poſteris noua opinio eſt. Vitruuius cùm vidiſſet has communi conſenſu damnabiles, vix aliud argumentum de earum malitia habuit, quarum à ceruſſa: quæ cùm ex plumbo fiat, per acetum in leuorem conuerſo,præfocatiuaq. ſpirituum ſit,ac viſceribus multiſariam noxia; pariter nec eius materiã vacare vitio arbitratus eſt, ac propterea qui in vſtrinis plumbi lapidem fundunt, ſqualenti facie

Ratio Galeni v 11. de Med. ſe.loc. Auicennæ.

eſſe,& paucæ vitæ. Galenus autem Medicorum princeps; limum quendam ex plumbeis tegulis aquas conducere aſſeruit,qui bibentibus varia alui profluuia ſæpè commouit. Ex eo Arabes,& Auicenna, eaſdem ventriculo, & inteſtinis admodum nocere tradiderunt. Quam noxam ex interpretribus ſuis, alij imputarunt formæ ſpecificæ plumbi,alij quòd partes ex eo ducant acres,& tenues, alij quòd ex impuritate naturali ſubſtantiæ plumbi qualitatem

Pluuiales ex tubis æneis nõ ſunt inutiles.

cõcipiant putredini valde obnoxiam. Ego vero cùm ſuo cuiq. iudicio vtendum ſit: æſtum ſolis exiſtimo,qui ſecundũ regiones adeò variat,maximè in cauſſam eius diuerſitati facere. In regionibus enim citrà prægelidas arctos, dum calor aſſiduus in materia denſa, adeoq́. impura referbuit; facilè vſta, ac diuerſæ ſubſtantiæ recrementa mittit, quæ ſubinde prauis qualitatibus aquas per eius materiæ laminas depluentes commaculant. Quo nimirum contagio regiones illæ commemoratæ,ac vlteriores maximè ſeptẽtrionales, quæ non adeò gaudent ſole aſſiduo,carere poſſunt. Et ob hanc ipſam cauſſam, videmus in antiquitatibus vrbis Romæ, quòd ſub prima illa artium luce, plerumque tubi aquarum ductuum ſubterranei, de plumbo fiebant,qui radiorum ſolarium expertes; nihil eius generis vitij contra-

Stannatæ hydriæ.

here poterant. Propterea,neque in æreis,neque in plumbeis hydrijs ſeruanda aqua; quanquam ſi vrcei ſtannati ſint, virus æris eo litu obducitur, vt communi vſui Plinius atteſtatur. Sed aut vaſa fictilia ſunto, ac multum capacia, cuiuſmodi nunc Romæ vtuntur, quas

Vittinarũ vſus.

vittinas appellant; Alexandriæ item & in tota Aegypto, vbi fluuiales condunt, & clarificant aquas. Aut Ciſternæ minus cæmentitiæ, & quæ calcem non ſapiant, diligenter puteolano puluere, aut lateritio rudere incruſtatæ,nec minori artificio communitæ ſpongijs, ſaxis viuis ſuperingeſtis, perleui ac pura glarea, lotiſſimaq. fluuiorum harena. In totum

Ciſternę.

non poſſunt nouę Ciſternę laudari æque ac veteris durateq. ſtructuræ. Imò illarũ aquæ quę longo vſu inuentę fuerint ſyncerę, quales deſcripſimus, & ſanis omnibus qui eas ſolent bibere, & quæ ciſternę ſoleant aquas hieme tepentes reddere, ęſtate verò frigidas, ſummæ bonitatis habendę ſunt, vt ſi etiam eas, quas damnauimus aliquando pluuias admiſerint,

Puteales aquæ.

nihilominus tamen ſalubres efficiant. De Putealibus, crudiores communiter puteorũ aquę ſunt. Ad bonitatem autem earum hoc primum requiritur, vt laudabilem habeant originem: deinde vt è ſpatio,ſolove nõ excurrant vitioſo: tertio vt quò minus fieri poterit cloacarum deſtillationibus contemerentur: Et præter hęc vt idonea ſit ipſius putei ſtructura,

Origo.

ac idoneus ſitus. Solet enim puteus è vicino quopiam vel fluuio, vel lacu, vel palude ſuas aquas per excolationem è terræ poris recipere. Atque hoc differt à Ciſterna, quia viuas, & ipſe continet aquas, vt fontes; non deplutas. Differt à fontanali aqua, quia fontis vena naturalis eſt: putei autem exudatio potius è vicino quopiam vel lacu, vel fluuio. Idcirco facit in primis ad ſuam bonitatem, vt ſua illa origine laudabilis ſit. Hoc tamen non ſatis eſt,niſi è ſolo ſpatioue non deſtillent vitioſo. Multę enim habentur vitioſæ aquæ in ſe; quæ tamen in vicinos puteos emergunt purgatæ, & ſalubres. Quales audio probari putea-

Padi puteales. Romæ.

les aquas iuxtà Padum, iuxtà Danubium, iuxtà lacum Traſimenum, iuxtà Benacum,& alibi. Et contra è dulcibus fluuijs vitioſæ certis locis transfunduntur: quales hic in vrbe Roma noſtrorum puteorum aquæ: quæ tranſcolantes è Tyberi fluuio, qui dulcis eſt natura ſua, & lectiſſimæ aquæ; tamen in puteis duræ, ac inſuaues pluri ex parte redduntur: Tùm vitio ſoli naturali, quod totum eſt tophaceum, & puteolanum, & ſalſum, tùm acciden-

tali

tali ex cæmentis antiquitatũ, ac latrinarũ ſimul, & cloacarũ ſine fine occulta illuuie, quæ ipſas contemerant. Quare vnius putei aqua minus hic vitioſa reperitur, quàm alterius. Bononiæ autem putei vſu ipſo viſcera grauant, atque oppilant, vitio ſoli, quod gypſum eſt, & eadem latrinarum deſtillatione: quæ procuidubio in omnibus magnis ciuitatibus, communis cauſſa de malitia putealium aquarum eſſe poteſt. Ideò ſitus non parum facit ad bonitatem: nempè vt putei editis locis ſint collocati, vnde altiſſimè veniant ad libramentum fluuij, ſub dio ſint, & in celebri præſertim vico, vt frequenti haurientium concuſſu agitentur aquæ, ampla atque veteri ſtructura. Nunc ad Fluuiales veniemus.

Bononiæ putei.

Situs puteorum.

De Fluuialibus aquis. *Cap. IX.*

FLuuialium verò maximè Aquarum non eſt vna ratio: aliæ enim potabiles, & vtiles corpori, aliæ quæ eſt plurima pars, inutiles. Sicut neque vna ipſarum natura eſt, quæ plurium, diuerſarumq. venarum confluxum recipiunt, & imbrium aquas, & niuales, & omnis miſturæ. Itaque Cor. Celſus, & communiter alij Scriptores, fluuialem aquam tertio loco adnumerant. Nimirum vt primæ bonitatis ſit pluuialis, tanquam maximè aerea, leuiſſima, atque dulciſſima: deinde eſt aqua fontium, tertia fluuiorum, & deinceps putealis, niualis, lacuum aqua, & ſtagnorum. De fluuialibus ergo plura quidem, ac digna ſcripſit Hippocrates in libro de Aere, aquis, & locis: & item Plinus lib. xxxi. Attamen in materia adeò variabili, haud quaquàm debemus Scriptorum poſitiones pro diffinitiuis ſentẽtijs accipere de quaque aqua fluuiali. Nam ita mutabilis eſt ſecũdum loca, ac planè differens omnis aquarum natura, vt quaruncumque ſingulatim propriã rationem habere opus ſit. Alioquin vniuerſim confuſa, & non vera notitia. Circunſcriptiuè igitur, ac per exempla aliqua maximè nota, ſummã quandam bonitatis aquarum fluuialium trademus, ex qua facilis erit in notitiam cuiuſcunque loci, & aquarum aliarum deductio. Solent ergo fluuiales aquæ eſſe laudabiles, quæ laudabili terræ genere, ac fœlici aſpectu cœli è largo fonte dulces emergant, & copioſæ, longiſſimo terrarum ſpatio, ac velociter currentes, alueis decliuibus, ſaxoſis, ſabuloſis, & multa glarea, argillaq. commiſtis, & quæ non recipiant multarũ aquarum, & præſertim compoſitarum adfluxum. Quapropter aſſidua ſolis, ac ventorum agitatione maturatæ, minus crudæ, facilè concoctiles, citò à præcordijs deſcendentes, nec inflantes, limpidiſſimę in hydrijs fieri aſſolẽt, & leuiſsimę. Ex quibus ſanè conditionibus cõcludi poſſe videtur, quàm rariſſimas reperiri fluuiales aquas vtiles in potibus; quoniã ſcilicet eas conditiones quàm rariſſimè obtinent omnes; & propterea aliqua fluminũ percurremus exempla, in quibus, complures ſunt, eęq. tàm ad bonitatem, quàm ad malitiam magis perſpicuæ. Inter cæteras autem in toto orbe fluminum aquas, Nilum inuenio in Aegypto meritò eſſe celebrandum, etſi de eius origine ab antiquis authoribus vix veri aliquid, aut dignum habemus hiſtoria, niſi aut mira tantùm, aut ad opinionem ſcripta, & hoc certum, quòd paucæ aquæ ipſi in bonitate comparari poſſint. Nili aqua ventrem mollit, vt ex Ruſo teſtatur Oribaſius, mulieribus purgationem citat, prægnantibus, ac fœcundandis mulieribus vtilis. Quin virtutem generatiuam maximè iuuat, non animantibus ſolùm, ſed etiam plantis, Diodoro teſte. Propterea Ptolemæus cognomento Philadelphus, ſecũdus Aegypti Rex, cùm filiam ſuam Berenicem Antiocho Syriæ Regi nuptui locaſſet, Nili aquam ei miſit, quã ſolam biberet, Polybio. Eſt autem curſus longiſſimi ſuper cæteros mundi amnes, in tantum, vt apud veteres incertæ originis habitus ſit. Hinç Meroitæ incolæ, authore Plinio, Aſtapum ipſum nuncupauère, quaſi è tenebris venientem, & rurſus læua Aſtaborem, dextera verò Aſtuſapem, quaſi tenebroſi & obſcuri principij. Quod luſit Ouidius in 11. d.

Aquarum geneia, & bonitatis gradus.

Fluuialiũ aquarum bonitatis ratio.

Nilus fluuius.

Nili aquæ vtilia.

Nili varia nomina.

Nilus in extremum fugit perterritus orbem,
Occuluitq. caput, quod adhuc latet. &c.

Plinius tamen aſſignauit Nili originẽ ex Iuba, in mõte inferioris Mauritaniæ, lacu protinus ſtagnante, quem Nilidẽ vocari. Clariùs noſtra tempeſtate, qua ad vniuerſum ferè orbẽ peragratum, & nauigatũ eſt, conſtat ab extremo Aphricæ oriri, vbi alij Lunæ montes appellant, alij Argenteos, alij de Bet, alij citrà mõtes à lacubus maximis in Regno Goiame. Quod ſpatium ab octano circiter gradu auſtrali vltra lineam Aequinoctialem, & hinc ad trigeſimum gradũ, quod eſt reliquum Aphricæ ad Mediterraneum, continet in totũ ſuprà vigeties centies milliariorũ, non computatis adhuc gyris ac flexibus, quos tãto itinere hic fluuius facit innumeros. Nec ſine diuinæ prouidentiæ iuſſu tàm longè excurrit, & tanta copia; nimirum vt calidiſſimi cœli temperaret exceſſus, viuentibus, alimenta præberet, auram, & vitam, vtpotè ſine quo Aphrica non eſſet Aphrica, ſed infœliciſſima regio. Hinc rectè ſacræ literæ ponunt Nilum inter quatuor flumina, quæ à paradiſo terreſtri oriuntur, ac Geon appellari quaſi à terra: cæteri Phyſon, Tygris, & Euphrates. Sacerdotes verò Aegyptii, quaſi indi-

Nili certa origo.

Nili longitudo.

Geneſeos. 11. 1111. Flumina paradiſi.

gnum exiſtimantes Nilum terrena propagatione contaminari,vt cæteros fluuios ; ab Oceano deductum voluère:vt Diodorus eſt teſtis. Ac ſacrarnm literarum ſententiæ aſſentit pater Homerus Od. 1111. aquam à Ioue venientem Nilum appellans, illis verſibus :

Nili aqua à Ioue. Homerus

Οὐ γάρ τοι πρὶν μοῖρα φίλους τ' ἰδέειν καὶ ἱκέσθαι
Οἶκον ἐϋτίμενον καὶ σὴν ἐς πατρίδα γαῖαν,
Πρίν γ' ὅτ' ἂν αἰγύπτοιο διϊπετέος ποταμοῖο
Αὖτις ὕδωρ ἔλθῃς ῥέξῃς θ' ἱερὰς ἑκατόμβας
Ἀθανάτοισι θεοῖσι, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσι.

Nili cauſſæ bonitatis.

Hinc bonitatis eius computabimus cauſſas . Primùm aſſidui illius plagæ calores (vt rectè Memphites Philoſophi ſenſère)conſeruant potius in Nilo bonitatem,quàm abſumant,quod fortaſſe nulli aliorum conceditur . Primùm,quia maximus amnis, tùm longiſſimus,tùm latiſſimus alicubi vbi totus incurrit,plus decē mill.paſſ.latitudine,perrarò minus tribus,profundusq. & multarum aquarum : vnde non aſſiccatur, quin dulceſcit calore, coquiturq́ue . Deinde quia neque niuibus, neque adulterinis vllis alluuionibus contemeratus, niſi riguis comitatus nónullis,quos orientali ſitu citrà æquinoctialem ſuſcipit . Sed genuinas,viuasq. perpetuò adducit aquas, vel largiſſimas certis temporibus pluuias, quæ ſuut delitiæ,refrigerium , & fœcunditas Aphricæ . Et quòd velox, præcepsq́ue , vt eſt aquæ natura ex motu arcere calorem,retundit tota mole ſua radiorum æſtus, qua re hunc nullas omnium fluuiorum expirare auras tradunt veteres,authore Plinio;& quod confractis aquis,domitaq. violentia tanto curſu perficitur . Quanquam verè Nilus non præcipitat aliquo loco , vt hodie conſtat;ſed ad ſententiam Plinij, properantibus aquis ad locum Aethyopum, qui Catadupi vocantur,nouiſſimo cataracte inter occurſantes ſcopulos , non fluere viſitur , ſed ruere potius immenſo fragore . Superbus etiam Tyberis modicis primo incrementis ab Auerniæ montanis ortus, interiecto deinde aliquanto ſpatio, complures alios,ac variæ miſturæ amnes recipiens , & cum primis Narnim , & Anienem dulcem ; grande flumen , ac nauigabile emergit, nulli fluuiali aquæ in tota fermè Europa comparandus . At contrà,Eridani aqua, quem & Padum vocamus , fluminum Regem à Poetis dictum , potu non ita probatur : cùm tamen nulli amnium claritate dicatur inferior , nec alius maioris incrementi tam breui ſpatio,nec maior in Italia . Quod non mirum : cruditatis vitio in primis,liqnatas ab inacceſſis alpibus niues toto anno recipiens,qua planè de cauſſa ad Canis ortum incrementum habere conſtat . Porrò per obſcuras vallium cautes infinitis hinc inde riuulis dliapſus,mox ob ſinuoſas flexuras in longa planicie non adeo velox,aſſiduo ſolis calori ſubiacet , craſſeſcitq́ue. Ac eo maximè,tam ingentium lacuum aquas capiens:nam traiectu ferè cccc.mill. paſſ. non amnes tantùm Alpinos,Apenninosq. nauigabiles capit,ſed lacus quoque immenſos, Verbanum,Larium,Benacum , & lacunarum impurarum effuſiones,quas vulgò Monatij appellant,Ternatij,Gauiratij,Mantuæ inferius paludes,aliasq. complures exonerat tota vtrinque Gallia Ciſalpina aquas,quæ omnes totam ipſi fluuio bonitatem contaminant.Atque hæc in magnis fluminibus bonitatis diuerſa ratio eſt . Alia verò de cauſſa Torrentium, & Fluentorum , ideſt paruorum fluminum aquæ improbantur . Nempe quæ ob paucitatem naturalium venarum , maiorem conducunt partem ſordidarum aquarum , terrarumq. illuuiem ; vnde facile à ſole,vento,pluuijs,ac aere ipſo patiuntur , & perturbantur . Pariter & nonnulla flumina , quæ etſi non paucas habeant aquas , eæ tamen aut lentè fluunt; aut ſtagnantes alicubi ſunt , ac aliquo ſeceſſu deſides ; aut ex natura aluei limoſę ; ac maximè ſi magnæ alicuius ciuitatis proluuijs contemerentur . Vel ſi minus ſalubres cuiuſpiam fontis aquas admiſerint: quæ;res cùm in paruis fluentis manifeſta cauſſa vitij ſit; reperitur tamen & in magnis aliquando noxia . Veluti poſt exortum magni Danubij vſque ad certum locnm accidit, cuius aqua idcirco non bibitur , ac lethalibus piſcibus vſque eò ſcatet : Et Hypanis in Ponto flumen ingens , Exampæo minimo fonticulo amarulentus , redditur . Alioqui minerales quædam aquæ , præſertim calidæ, miſtionibus fontium , & maximè fluuialium; ſalubriores longo tractu efficiunt potulentas,ac minus crudas. Niſi aut præ nimiæ ſint,aut quidpiā maius impediat . Id quod ratio dictat experimento in multis . Quia quod circumfuſum cęli calorem in Nilo dicebamus efficere;idem præſtant cum potulentis minerales calidæ . Siquidem hæ ſui qualitate calorifica digerunt minus idoneas , cùm commiſcentur,& crudas aſſiduo curſu ac motu puriores reddūt: vnde difflatis aduentitijs illis impreſſionibus in maiori ſyncerarum ſubſtantia , limpidiſſima efficitur,& leuiſſima aqua,haud differens propemodum ab aqua cocta . Quin imò (quod vniuerſim in omni aquarum æſtimatione conſtabit) cruda & inutilis potui perpetuò ea aqua extiterit , quæcunque ſit,quā virtus quæpiam calorifica non prçuenerit , quę ipſam alterando,ſubtiliando,ac rarefaciendo,in aeream,quæ requiritur,ſubſtantiam vendicet . Quo nomine pluuialem aquam , ac ex tonitru maximè,commendandam diximus,& aquam coctam: & contrà damnandam exactè

Nili latitudo.

Pluuiæ in Nilum.

Nilus an præcipitat.

Catadupa Nili.

Tyberis fluuius.

Eridanes flu.

Padi incremēta.

Lacus,flumina, ac ſtagna Padi.

Torrētes & Fluenta.

Danubii vitium.

Hypanis flu.

Exampæus.

Minerales & calidæ quando vtiles in potulentis.

Aquæ electiſsimæ ratio.

crudam ,

Digitized by Google

crudam, & puram, & caloris expertem. Neque tamen quis aquam hoc tranſitu in aerem, impuram dixerit: ſuperiora enim teſte Philoſopho, ſunt forma inferioribus, & quædam perfectio in ſuis ſymbolis. Quare ſicut nemo aerem impurum dixerit, qui ſolis illuminetur aſpectu; ita neque aqua impura, quæ aere tenuetur. Atque hæc quidem potiſsima cauſſa eſt de aquæ Tyberis bonitate; quæ è paucis, ſcilicet mineralibus aquis calidis, ac miſturis, ac omni partium cruditate digeratur, ac reddatur aerea, iucunda in potibus, ac ſaluberrima. Qualem inuenio habitam fuiſſe vſque ab vrbe condita: niſi quando quadringentos poſt annos, introducto Thermarum vſu, ac exinde aucta cloacarum illuuie inſtar maximi fluminis, Strabone teſte, dimiſſa fuit vt nimium inquinata. Quare ceſſatis Thermis, ac aquarum ductibus dirutis, cùm à ſeptingentis hinc annis ad Tyberinarum potus reditum eſt, nullus vnquam è ſcriptoribus poſteà, aut Medicis, eas in potibus condemnarunt. Niſi ad opinionem quidam, aut qui varia eius inquinamenta abhorrent: etſi nihilo minus Romæ communiſsimo vſui ſint, ac bibantur vtiliter. Imò examinatæ pluries in tanta ſummorum virorum luce, in eam omnium, ac principum exiſtimationem venère, vt habeantur incomparabiles. Summæ ſemper obſeruantiæ Paulus III. Pont. Max. qui admirando circà curam corporis ſtudio tres & octoginta vixit annos, Tyberinas ſecum aquas, quàcunque iret, longiſsimo etiam itinere, afferri iubebat, quas biberet. & item Clemens VII. alijque.

Aqua acrea haud impura.

Tyberis bonitas.

Tyberinarum exiſtimatio.

De Aquarum generibus, ac miſtionibus, quæ pertinent ad aquarum bonitatem vel malitiam. Cap. X.

PRima igitur aquarum genera ita ſe habent in vniuerſum. Sanè vt ſupremo loco proponatur elementum ipſum, aqua. Deinde hæc vt per ſuas partes diuiſa reperitur, alia ſimplex, alia compoſita. In genere ſimplicis aquæ, alia pluuia, qui cum Nix, glacies, & grando comprehendenda eſt. Alia naturalis, quæ aut ſimpliciter naturalis, vt aqua fontium, aqua fluminum, aqua lacuſtris. Aut naturaliter compoſita, vt verbi gratia, Aqua Maris, aquæ Minerales, & Balnea ipſa ſpecialiſsimæ miſturæ, ſulphureæ, ſalſæ, aluminoſæ, ferreæ, argenteæ, plurifariam miſtæ aliæ. Hæc prima genera ſunt, ac hæ propriæ ſpecies aquarum. At quoniam in his ſpeciebus multam cernimus varietatẽ, præſertim ratione miſturarum (vel minimo enim accidente diuerſa fit vna aquæ vena ab alia) ideo ad doctrinæ vſum neceſſe eſt, penes loca quoque ſpecialem ipſarum naturam definire. Ita quòd, vt ſpecialis cuiuſque loci natura eſt ex accidenti aliquo proprio, quo differt à cæteris locis; ſimiliter in aquis quotquot vbicunque terrarum ſcaturigines reperiuntur aquarum, tot planè ſpeciales ipſarum differentias conſtituere oportet. Quod planè patet experientia, cùm vnaquæque vena, ſi rectè examinetur, certas habeat proprietates, quæ in alijs quidem accidentia; in his verò quoniam ſoli, & ſemper conueniunt, propriarum potiùs differentiarum rationem habent. Exemplo etiã clariſsimo in his aquis, quæ puræ; & ſimplices æſtimantur, quæ in primis diuerſiſsimo cæli aſpectu in vno loco, ac in alio variant. (quam cauſſam moneo in omni aquarum æſtimatione eſſe principaliter animaduertendam, vt vniuerſam, ita infallibilem, ac certiſsimam proprietatum aliquarum cauſſam). Variant & venarum vbi naſcuntur natura; an ſimplex vena, an multæ admiſtæ, an paucæ, tardo an cito motu deferantur. Variant tertio & locorum vnde excurrunt diuerſo ſitu, longo aut breui, lato aut anguſto, aprico, aut opaco, profundo, aut breui. & tandem quali terreni ſpecie deferuntur, & quales exinde qualitates poſsint concipere. Quæ omnia, iam pluri ex parte oſtendimus, quales inueniantur facere differentias; niſi de eis, quæ à miſtionibus ſumuntur, quarum iam rationem habere oportet, primo in dulcibus, ac puris aquis, deinde in miſtis. Incipiemus autem à communiſſimis miſtionibus, aquæ cum aqua, nam diuerſa ratio eſt an ſimplici, an crudę, an compoſitæ miſcenda veniat; ac differentias ipſas (quoniam innominatæ ſunt) ab effectibus vel bonitatis, vel malitiæ circumſcribemus. Principiò maximi momenti in quaque aquæ conſideratione eſſe debet, an è ſimplici vena, ſimplicisq. ortu, vniusq. confluxus ſit, an plures in vnum confluant venæ. Nam quæ è fœlici ſolo venaq. ſingulari exoritur, ſyncera eſſe ſolet, & communiter laudabilis. Tales ſunt complurimæ aquæ fontium, atque etiam fluminum, quæ potantur: quæ ſcilicet è ſyncera emanant vena, ac perraris contemerantur riuis, aut fluminibus alijs: quæ forma eſt, ac regula ferè omnium bonarum aquarum. De his autem, quę pluribus venis, ac riuis conſtant, conueniunt quidem plures ac diuerſæ aquæ ex admiſtione, fiuntq. ex pluribus vna ſpecies, & vna aqua. Sunt enim vniformes in fundamento, conueniuntq. in genere primo: differunt partes accidentalibus conditionibus, quæ facilè vniuntur, ſed cùm per admiſtionem intendantur, & remittantur, ſemper ea quæ

Aquarũ noua partitio.

Quot loca aquarum, tot ſpecies.

Simpliciũ aquarum differentiæ.

Fauores cęli peculiares.

Plurium inuicem aquarum differentię à miſtionibus innominatæ.

Forma bonarum aquarum

Ex pluribus aquis vna aqua fit.

Cydni flu. bonitas.

Tyberis bonę miſturæ.

Tyberinę aquæ cur non putreſcunt.

Aquarũ multarũ partium malitia.

Lib. de aere, aquis, & locis.

Rhodani bonitas.

Differentiæ à locis.

Dulcium aquarum loca.

Lapidum vtilitates in aquis.

Ex glarea aquę.

Ex ſabulo.

Conſeruarũ modus.

Ex Argillæ aquæ.

Aquas purificandi artificiũ.

Miſturarum vitia

in ipſa admiſtione ſuperior reperitur, præualet cæteris. Non ſolum ergo venarum diuerſitas attendenda eſt; ſed hoc eſt operæprecium, an omnes in vnam ſynceritatis, ac bonitatis materiam conueniant, an in malitiam. Nam rarò eſt, vt diuerſæ in vnam bonitatem conueniant. Simplici ortu quidem Cydnus Cyliciæ fluuius celebris eſt: ſanè qui leni tractu è fontibus ſuis puro ſolo excurrit, nec torrentes excipit, blandiſsimis, ac amœniſſimis aquis; vt ex Trogo Iuſtinus tradidit. E diuerſis autem, Tyberinæ aquæ plus XL. fluminum confluxus capiunt: attamen plurimæ partes ſunt ſuis venis bonæ, ac potabiles; & quæ paucę incurrant calidæ, & minerales, aliquæ crudiores, raræ aut nullæ niuales, prauæq. naturæ; eæ locum potiùs condituræ obtinent. Quæ nimirùm in magno fluminis confluxu, ſabulone, glarea, cretaq. confuſæ, ita inuicem franguntur, ac alterantur; quòd crudæ ac frigidæ incaleſcunt, & dulceſcunt, craſſæ tenuantur, duræ matureſcunt, graues alleuiantur, ac vbi deſederint, in vnam tandem ſynceritatis ac bonitatis ſubſtantiam vniuntur, vt durent per multos annos imputreſcibiles. Quod neque abſonum rationi eſt, ſi in aquis duas propoſitas iam cauſſas, cur putreſcant aliquæ, meminerimus; aut ex admiſtione ſcilicet rerum multa, aut certè ſolius aeris. Modò in his aquis purificatis nulla ex tãta confuſione reliquiæ; nam omnes reſedere. Neque aeris: quippe quæ non tam aere, aut calore aduentitio attenuantur (qualem bonitatis occaſionem in pluuialibus, & fontanis aliquibus adduximus) quàm ſuopte ductu atque concuſſione. Quare ſi eas decoxeris; paulo poſteà exhalante vapore, non minus computreſcere videbis, quàm cæteras dulces. Cæterùm plerunque eſt, cùm in admiſtione partes alicuius prauæ qualitatis bonas ſuperent, ac ob eam cauſſam meritò multum admiſtas damnauit Hippocrates. Quales plurimi, & maximi in Europa fluuij: vt Padus, qui centum auctus fluminibus, è duris, ac perpetuò niuoſis Alpibus, crudæ, diuerſęq. ſubſtantiæ conducit aquas. Nec adeo vtiles, donec pluribus, & centeſimis milliaribus à ſuo principio, in Ferrarienſi agro incipiunt eſſe vtiles. Et item Danubius, variæ crudæq. miſturæ, & Albis, alijq. ſub aſpectu cæli frigido. Nam Rhodanus inter maiora flumina, & quia eodem ſitu in Meridiem influunt, qui in apertum magis ſolis fauorem decurrunt, maturiores longo tractu euadũt. Hactenus ab ortu, ac ſimplici admiſtione aquæ cum aqua, differentias bonitatis, ac malitiæ in quaque aqua explicanimus. Nunc de differentijs, quæ à locis ſumũtur, quatenus ſcilicet aquæ à peruijs rebus, vnde ſe diffundunt, afficiantur: non eſt dubium, quòd quæcunque dulces, quæ ſunt potui iucundæ, & ſalubres, vix aliud terreni genus elambunt, quàm aut lapidem, aut glaream, aut ſabulonem, aut argillam; omnia, vel aliqua, & ratio cur hæ miſturę ad bonitatem faciant, duplex eſt: prima quidem, quia hæc haud vllam ſui qualitatem, quę inficiat, aquis interlabentibus poſſunt imprimere; cùm excrementicijs vacent accidentibus, ſiccæ, nudæ, & ſynceræ ſubſtantiæ. & deinde, quia hæc iuuant eas admodum bonitate, non tantum non inficiunt. Iuuant quidem lapides, è decliuibus præſertim locis, quia aquas excurrentes præfrangunt, innatamq. eis contumaciam humiditatis attenuant. Ac maximè ſi inter curſum, ſubtili quoque glarea dirumpantur, quæ circà fluuiorum ripas infinita lapillorum congerie conuehi ſolet. Aut puro ſabulo, vnde purgentur. Sine his, aut ſuper his aliqua adiuncta terreni ſpecie: non poſſunt aquæ vacare aliquo vitio. Itaque boni artifices, qui ciſternas condunt; aquilegia, quæ dicuntur conſeruæ ciſternarum; viuis ſaxis primò congerunt, ſuperingeſta multa huiuſmodi glarea, ac ſubtili fluuiorum harena, & ſuffarctis ſpongia tubis loco argillæ. Nam de Argillæ, quæ creta dicitur, miſtione, alia ratio eſt. Nimirùm quæ in aquis quidem ſtagnantibus, & claris, aut tardi motus, inutilis. In aquis verò currentibus, turbulentiſq. admiſſa, multam habet beneficij efficaciam. Nam quia viſcidæ, glutinoſæq. ſubſtantiæ eſt, & grauis; purgat in illa confuſione, omni vnctuoſitate aduentitia aquas: ſecumq. deſidens in profundum ſua tenacitate attrahit, limpidiſſimas relinquens illas. quod palam eſt, nam & veſtes cretæ illitu purgari oleis ſolent. Ac talis cretæ vtilitas in Tyberinis noſtris perſpicua eſt, & in Nilo: turbulentæ enim, iugiter ac repoſitæ aliquantiſper in vaſis, limpidiſſimæ fiunt, atque optimæ. At in certis fluuijs, qui ſegnis & tardi motus ſunt, & claris aquis in aperta planicie, inutilis plane eſt. Quibus adde nobile, nec ſcitu indignum argumentum: qui prauas aquas in vſum exercituum corrigebant, fermè hoc ipſo naturæ ritu edocti, ſabulo & creta eas aliquandiu confundebant, mox de vaſe in vas transfuſas, percolataſq. ſidere ſinebant, donec limpidiſſimæ fierent, & ſuaues; quod authore Solino memoriæ proditum eſt. Sicuti ergo aquæ ab occurſu lapidum, aut ſabulonis, aut glareæ, cauſſam beneficij aliquam acquirunt; æqua ratione cùm ab origine, aut vario etiam occurſu vaporum, ſuccorum, metallorum, radicum, diuerſarumq. quę ſine fine reperiuntur, miſturarum commiſcentur; manifeſtam aliquam impuritatis cauſſam concipere eas fatẽdum eſt. Maximè verò ſi taliter conficiantur, vt difficile poſteà conceptis ſemel impreſsionibus ſpolientur. Nam haud dubitare quenquam

quam

Miſturis aquæ an purgētur in totum.

quam exiſtimo, quòd vtcunque omnes aquæ conceptis è ſolo vitijs ſpolientur. Diſtinctione tamen adhibita, nam hæc faciliùs, hæc difficiliùs. Vel enim me tacente hoc patet, quòd minus multa ſoluuntur, quàm pauca, & ea facillimè quæ maiori aliarum aquarum incurſu diluuntur, vel flumine. Sed de ſingulari vena, hoc videndum an connatæ ſint qualitates, an obiter acquiſitæ. Facile quippe exuuntur omni qualitate aquæ, quæ laudabili, nec vitioſa origine, obiter tantùm peruijs ipſis rebus afficiuntur: nempe grauitate acquiſititia, turbulentia, ſapore, odore, colore, atque calore. Nam hæc haud connata ſunt, nec à principio emanant intrinſeco ipſius aquæ, ſed extrinſeca ſunt, ac de natura accidentis. Accidens autem adeſt, & abeſt, remanente ſubſtantia. Alioqui difficile abolentur fortes impreſſiones, & quæ obtinent differentiarum formalium in ipſa aqua rationem: nempe vbi aqua quaſi egreſſa iam conditiones elementi, miſti perfecti incipit ſubire rationem, in qua non tàm quæritur puritas, quàm genus miſtionis, ac temperamenti ratio, in qua ipſæ conſiſtant differentiæ. Quamobrem hactenus de ſimplicitate, ac puritate aquæ dictum ſit. De Miſtis autem aquis; hoc alterum aquarum genus eſt nobiliſſimum, citrà quod iam deinceps tota noſtra ſpeculatio verſari debet.

De Miſtis aquis.

De triplici temperamentorum genere Aquarum miſtarum, ex quibus cuncta ipſarum differentiæ, ac impreſſiones emanant. Cap. XI.

OMnes impreſſiones, ac differentiæ, ac omnia ferè accidentia aquarum, temperamētorum ipſarum ſequuntur naturam, ac temperamenta miſtionem: excipio virtutes, nam hæ ſuperiorem aliquando habent cauſſam. Neceſſe eſt ergo temperamentorum, ſimul atque miſtionum aquarum habere rationem. Ariſtoteles in II. Meteor. cùm ſimplicem poſuerit aquarum ortum, nempè quòd ex aere fiant in viſceribus terræ; omnes ſubinde earum affectiones ex accidenti proficiſci definiuit. Nempè quòd aquæ è ſimplici ortu ſimplices, ac dulces, ex accidenti miſtura terræ quamque tranſeunt, mutentur, nouumq. induant ſaporem, & nouam qualitatem. Nam terra (inquit) dū ignem ſentit (quod plus minus id pati ſoleat) varias ſaporum, colorumq. formas contrahit; quippe quæ aluminis, calcis, & cæterorum id genus virtutibus plena reddatur, ac exinde quæ dulcis influit aqua, permutari ſolet. Hæc ibi Philoſophus: poſt quem, cùm nemo fuerit, qui hanc philoſophiæ partem exactè tractauerit; tota ferè poſteritas hactenus in eam venit ſententiam, ex accidentibus duntaxat miſturis aquas, quaquà tranſeunt permutari, ac diuerſas, quas habent multi fontes impreſſiones, obiter acquirere. Quod quidem nos non negamus, nam manifeſtum eſt: Niſi multa eſſent, quæ præter hanc cauſſam, interiorem poſtulant rationē. Primùm ea ratio, miſtionis potiùs modus eſt extrinſecus, aquæ v. g. & terræ, quàm temperamentum; I. quod fatetur eo loco Ariſtoteles, de temperaturis ſeorſim dicendum. Deinde II. ponere hanc ſolam cauſſam, quæ à miſturis ſumitur, omnium impreſſionum, ac differentiarum, quas aquæ præ ſe ferunt, eſſe cauſſam; faceret vt fermè præter ſimplicem aquā, quotquot reperirentur miſtæ, & aliqua ex prædictis qualitatibus præditæ aquæ; miſtum quoddam, ac aggregatum eſſent per accidens. Ex aqua v.g. & cinere, vel ſale, vel ſulphure, vel aliquo alio ſimili, quæ obiter aqua, & ad caſum incurreret. Et ſic omnes miſtæ, ac inſi- III. gnes quantum vis, aliqua virtute aquæ eſſent ad caſum, & quaſi tales præter naturæ intentionem. Cui ſententiæ communiter reclamant omnes, & Claudianus apertè de virtutibus fontium Aponi.

Ariſtotelis poſitio

Ad poſi. Philoſophi.

Claudiani locus,

Quis caſum meritis adſcribere talibus audeat?

Quippe vt rarò fiant caſu aliqua, tolerabile in natura eſt; multa verò fieri, & ſine fine miſturis contemerari tot aquas generoſas, haud conſiderati iudicij videtur aſſerere. Imò euidenter innumeras videmus aquas, quæ ſunt aut ſapore, aut odore, aut operandi aliqua vir- IV. tute inſignes; cæterum nullam talem præ ſe ferunt miſtionem, ſubſtantia, colore, & pondere, quod maius eſt, haud differentes ab aqua ſimplici. Sunt etiam aliqui fontes calidi, ſcribit Vitruuius lib. VIII. cap. III. ex quibus profluit aqua ſapore optimo, quæ in potione ita eſt ſuauis, vti nec fontanalis à Camœnis, nec Martia ſaliens deſideretur. Nec porrò eſt ratio V. cur vniformes tales omnes naſcantur aquæ: imò quæ euidenter miſtæ naſcuntur aquæ, ſulphuratæ, craſſæ, graues, turbulentæ: niſi ſuprà miſturas aliquo præuentæ eſſent naturæ fauore, vt dicemus, in ſuis principijs, haud diu perduraſſent vniformes, vt in ſapore videmus id genus multas in odore, & calore, & in virtute vniformes emanaſſe per ſecula. Quo modo enim miſturæ poſſunt obiter, ac ex accidēti vniformē facere impreſſionem aliquam, & quæ aſſiduo ſuper eas intercurſu aquarum non abſumantur, nève mutentur aliqua parte, ſaltem accidentium? Imò, perinde ac in cinere videmus, & calce lota exoleſcere tandem aquę affuſione quanque miſturam neceſſe eſt, vimq. omnis impreſſionis amittere.

Nōs

Amplifi- Nos ergo, vt longo ſtudio, ac multarum aquarum experimentis didicimus, altiorem ad
catio poſi hæc omnia rationem inuenimus, qua non tàm damnanda, quàm amplificanda veniet ſum-
tionis Philoſo- mi Philoſophi poſitio. Quippe dubitandum non eſt in tota aquarum natura, ſicut in cæ-
phi. teris quoque elementis, miſtiones fieri naturales, ex quarum temperamento propriæ
pariter emanãt differentiæ, ac aliæ impreſſiones: quarum ſi non ſpeciales temperaturas,
Tria gene communes ſaltem, quæ non adeò à ſenſibus ſunt remotæ inueſtigabimus. Ergo tria in na-
ra miſtio tura aquarum inuenimus prima miſtionum genera, ſine tres gradus, ſe quodammodo con-
nũ in a- ſequentes. Primùm quidem genus à tota origine ſumitur aquæ; quæ, vti ſimplex ſit ex
quis. I. ſimplici aere, ita miſtæ gignuntur, miſtione in ſuo genere perfecta, ex miſtis, ac heteroge-
neis infrà terram vaporibus, quod iam anteà de communi aquarum origine demonſtraui-
II. mus. Secundum ad accidentis naturam potiùs, quàm vt propriæ temperaturæ habeat ra-
tionem: nimirum cùm aqua è ſimplici ortu, ſeu qualitercumque etiam miſta è propria ve-
na erumpat, miſtos aliquos ſiue in fonte ipſo, ſiue obiter, ac diuerſos à natura ſua imbibit,
concipitq. in ſe vapores, quorum naturã induit, & vt plus minus perfecta ſit adinuicem mi-
ſtio, formam aliam quandam accipit aqua, nec non accidentia eorundem aliqua, ac faculta-
III. tem operandi. Tertium denique genus, mera quædam admiſtio eſt, quæ euidenter caſu ſit,
inter aquam, & quas aqua obiter incurrit miſturas, qualem ex omnium conſenſu diximus.
Quæ ſanè diſtinctio, ſi ordinatos ſpeculemur naturæ progreſſus in temperamẽtis aquarum,
clara eſt; ac optimis comprobatur rationibus. Primùm Ariſtotelis, qui in 1. Meteor. libro,
hanc habet maximam propoſitionem; Eodem modo ſub terra, quo ſuprà terram generari
aquam. Modò, ſicut ex vaporibus diuerſis ſuprà terram, ac multoties calidis, ſalſis, ſulphuro-
ſis generantur aquæ; ita & infrà terræ cauitates. Nam ex ea vaporum diuerſitate probat
Ariſtoteles in Problematibus hieme dulciores fieri pluuias, è ſynceris, ſcilicet tunc nu-
bibus; autumno ſalſiores, exuſtis, caliginoſisq. per æſtatem vaporibus. Nec aliam ponit
eſſe cauſsã cur mare perpetuò ſalſum ſit, niſi ex eiuſmodi exhalationũ natura, quæ quicquid
Sulphuroſæ Plu- ſalſum, & graue concipiunt ex terris, continenter refundunt in mare. Ac certis locis, ac
uiæ. temporibus ſulphuratas pluere teſtantur authores, quas in Hyperboreis Olaus Magnus eſt
teſtis, ob multitudinem, quas illæ regiones habent, minerarum, & craſſiſſimæ ex eis caligi-
nis copiam, ordinarias eſſe, non ſulphuris ſulum, ſed & lapidum quandoque pluuias. Mul-
to verò magis infrà terræ carceres miſtas id genus aquas, ac diuerſarum qualitatum gene-
rari conſonum ſit; vbi talium vaporum perpetua generatio ſit, ac indeficiens multiplica-
tio. Cùm enim in ſubterraneis cauernis ſpatio careant vapores, vbi diſſipentur, putriſicen-
turque, ſicut in aperto aere planè diſſipari nubes videmus; continuò maiorem contrahunt,
multiplicantq. in ſe caliginem: quæ alibi in metalla cogitur, vbi metalli alicuius conce-
perit virtutem; alibi intercurrentes afficit ſua qualitate aquas; & alibi tandem ad mediam
terræ regionem ſrigidosq. receſſus euaporans, perinde ſit in aere, conuertitur in aquas ip-
ſas, ac tales neceſſariò in eis aggenerat qualitates, quales ipſimet ſunt vapores, & materia
IIII. Me vnde primò eleuantur, teſte philoſopho. Quod confirmãt ſtillatitiarũ aquarum experimen-
teororũ. ta, quæ ſi exquiſito deſtillentur magiſterio (quod dicunt in balneo Mariæ) ipſiſſimas referũt
qualitates, ſaporem, atque odorem, & facultatem, quales rei deſtillatæ vapor, ac natura con-
tinet, limpidę alioqui, & clarę, & leues, & quæ diutiſſimè ſeruãt, quàm cõceperint qualitatẽ.
Tria pri- His tribus ergo modis omnes aquæ miſtæ, ſunt miſtæ; vel prima ſcilicet ſui generatione,
ma prin- vel vaporũ in ſe conceptione, vel ſubſtantia aliqua miſtæ rei. Quos modos diligenter adno-
cipia Therma- tare, ac memoriæ tenere oportet, vt quæ tria veluti prima principia à nobis propoſita ſint,
rum. in quibus tota aquarum Thermalium natura, quas in quoq; genere recẽſuri ſumus, verſari
Signa di- debet. Cæterùm ad diſtinctionẽ, notitiamq. cuiuſpiam aquæ, an ex primo miſtarũ genere
ſtinctiua. ſint, an ex ſecũdo, an ex tertio; plura ſunt, ac tria poſſimùm ſigna diſtinctiua. Nempe, ſi ſyn-
ceræ ſint ſubſtantiæ; ſi vniformes, ac vno tenore iugiter ſcaturiant; & ſi aliquãdiu proprias
Primi ge- cõſeruent qualitates. Maximè verò talibus gaudent pręrogatiuis, quę primi generis, ac tota
neris con origine tales naſcũtur aquæ, ſynceræ in primis ſubſtantiæ, ideſt in ſuo genere ſimplici aquæ
ditiones. adſimiles, claræ, limpidæ, & leues. In tantum quòd vel ſapore, vel odore, vel virtute qua-
piam medicata apparebunt aliquæ cõpoſitæ, & miſtæ aquæ; cæterum deſtillationis experi-
mento vel nullum, vel exiguum rei iuſtæ relinquent in vaſe veſtigiũ: quippe ex vaporibus
genitæ, ac inſtar aquæ deſtillatæ. Porrò vniformes erunt; ideſt, vt cum aliqua eiuſmodi qua-
litate naſcantur inſignes, immutabiles tamen ſint, ac vno perpetuo tenore, ac ſtilo è fon-
te ſuo quæque ſcaturiat. Quod naturæ opera ſcrutanti haud difficile ſit. Vapores enim
intimam ſupponunt matricem, ac veluti ſeminarium quoddam, vnde eleuantur, v.g. metal-
lorum; quæ, vt ſpecies ſunt in terræ viſceribus propagationis æternæ, ita indeficienter
perinde ac à fornace ardenti, gignere poſſunt vapores, eosq. iugiter transmittere, præbe-
req. naſcenti ex eis aquæ propagationem vno tenore, qualem in eiuſmodi fontibus vide-
mus

mus perpetuam. Et tandem hæ extra fontes, quas ſemel in natura ſua conceperunt qualitates, virtutesq. diutiſſimè conſeruant: vtpote quæ congenitas; ac à principio intrinſeco emanantes, & proprias contineant, non aliunde acquiſitas. Atque has tres potiſſimùm conditiones obtinent quarundam balnearum aquæ, ac cœleſti putantur gratia præditæ; quæ ſcilicet ſynceræ naturæ ſunt vniformes, & quæ tàm ad regiones longinquas adlatæ, quàm in proprijs venis æquas conſeruent virtutes. quales multas ſuis locis narrabimus in Italia ſub hac prima cenſura nobiliſſimas. Harum porrò conditiones aliqua ex parte obtinent duæ reliquæ miſtarum aquarum ſpecies; & primùm quæ extrinſecus in ſe conceperunt aliunde vapores. Minus enim ſynceræ, quàm primæ ex vaporibus in ſe conceptis redduntur: quod bullientes declarant aquæ, nam concepto extrinſecus calore bulliendo manifeſtè craſſeſcunt. Maximè vaporibus exiſtentibus, natura craſſis; nam eas & ſubſtantia, & qualitatibus affatim eius metalli ſolent afficere, cuius ſoboles ſunt; vnde ſulphureas aliquas vapore ſolo ſulphuris, alias metallicas, aliàs alia natura præditas emanare videmus, ſolis conceptis earum minerarum in ſe obiter vaporibus. Nec adeò emanant vniformes; vtpote quæ accidentali concurſu concurrunt, hinc vapor, hinc aqua: quæ ſeorſum vtrinque infinitis obonoxiæ fiunt mutationibus. Ac minus conceptas conſeruant qualitates; nam exhalante ſtatim à fonte, vel aliquo ſaltem ſpatio virtute vaporum, exoleſcit aqua. Minimè verò omnium, imò infimum gradum in tota aquarum miſtarum natura continent, quæ admiſtæ obiter, & caſu veluti naturæ admiſtæ viſuntur. Imò quæ ſimpliciter tales, ideſt quæ euidenter materiam terrę, quà decurrunt, abradunt, concorporantq. in ſe, terram ſalſam, ſulphuream, cineream, atque aliarum minerarum; tales vel idiota quiſque denominare ſolet ſalſas, ſulphureas, cinereas, quin & lutoſas dicet, & contemeratas potius, quàm medicatas. Quales inueniuntur non paucæ, ac narrabuntur in noſtris hiſtorijs aliquæ, miſtionis nimirùm imperfectiſſimæ, craſſæ, graues, lucidæ, inutiles, niſi fortaſſe ſcabiei, & canibus. At prouidentiſſima Natura, quæ perraró ſinit aliquid ociari in ſuis operibus; perraras quoque in ea impuritate reliquit aquas, quibus vltrà miſturas non aliquam deſtinauerit gratiam, aut benignorum vaporum, qui eas viuificauerint; aut nobilium ex toto genere aquarum, quæ occurſu ſuo, ac fauore multoties cœleſti, nobilem quãpiam in eis imprimant, ingenerentq. temperaturam. Et aquarum ſanè plurima pars, quæ in vſum veniunt balnearum, tales ſunt: Miſtæ ſcilicet ex natura ſoli, quemadmodum communiter eas omnes iudicãt, ſulphureæ, ſalſæ, aluminoſæ, ferreæ, æneæ, vel commiſtæ ex horum pluribus metallis. Quæ tamen præter eam miſturam ſpiritu quopiam minerali ſubeunte dotantur; vel calore temperatæ ſunt, calidæ, feruidæ, ac vario vel ſapore, vel odore, vel colore præditæ, ac virtute aliqua ſuper cætera inſignes. Prima ergo Temperamentorum genera, communiſque ratio omnium differentiarum aquarũ, ita ſe habent in vniuerſum. Specialiter verò eas à ſenſibilibus definire oportet, ideſt à partium miſcibilium qualitatibus, atque accidentibus, à ſaporibus, odoribus, coloribus, ſubſtãtia, ac tactus qualitate, quas naturaliter ex miſturis prę ſe ferunt. Et aliquãdo ab operationibus. Tam accidentia enim ſenſibilia, quàm operationes, conſequuntur eſſentiam rei, ac magnam partem idcirco conferunt ad cognoſcendum eſſentiã ipſam. Quare his cognitis facilè in quoque fonte ſingulari mineræ eſſentiam, ac temperamentum, & gradus, nec non complicationes inuicem multarum miſturarum agnoſcere poterimus. Et primùm dicemus de ſaporibus,

Aquarum Thermalium tres prærogatiuæ.

Secũdi generis miſtarum aquarum conditiones.

Tertij generis miſtarum aquarum conditiones.

Trium generum aquarũ miſtarum cõplicatio.

Balnearũ temperamenta.

De differentijs Saporum, & eorum cauſsis in aquis naturalibus. Cap. XII.

Differentiarum ergo Aquarum miſtarum quanquam aliæ ſint propriæ, vtpote ingenitæ ex natura aquis, nec ſatis notæ; aliæ communes, quæ ſcilicet ad ſenſum manifeſtam conſequuntur miſturam, vnde rectiùs accidentia dici deberent, vel ſimpliciter impreſſiones; nunc tamen ad faciliorem notitiam indiſtinctè omnes communi hac differentiarum appellatione compræhendemus. Incipiemus autem à ſaporibus, vt quorum plerique intimæ impreſſionis exiſtant, ac certiſſimi ſenſus differentiæ. Sapores verò omnes miſtionis alicuius ſoboles ſunt. Simplex enim ſi quod in natura detur, inſipidum eſt, neque ſaporem vllum, neque odorem recipit. Quo modo potui idoneam aquam, & quæ omni ſit ſapore exuta, ſimplicem per abuſum ſolemus dicere. Miſtas ergo aquas, quæ ſapiunt, eſſe omnes; non eſt dubitandum. Vtroque modo, quo aquis contingit miſtio aliqua, ſeu miſto inquam aere in venis, ac diuerſis imbuto qualitatibus genitæ ſint; ſeu per uias à miſturis ſuſceperint impreſſiones. Quas diximus hac ratione diſtingui oportere. Quæ aquæ à prima origine ſaporem præ ſe ferunt innatum, hæ plerunque claræ, limpidæ, vix à ſimplici aqua differentes oriri ſolent, & ſaporem perpetuo habent vniformem. Et quod inſigne in ipſis eſt, ſemel conceptum ſaporem ſimul atque alias qualitates diu ſeruant.

Differentiarũ nomine Accidentia computari.

Sapores omnes miſti.

Sapores anproprij an accidentales.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſeruant. At quæ peruijs alterantur rebus, terra, vapore, ſulphure, ſucco aliquo, plerunque mutata ad ſenſum ſubſtantia emanant: turbulentæ, calidæ, craſſæ, olidæ: quam miſturam vbi quieuerint, paulò poſteà ad fundum vaſis deponunt, ſimul atque ſapore, ac cæteris accidentibus pluri ex parte exutæ. Quare nobiliores primæ iudicantur, quæ ſaporem obtinent quaſi ingenitum, & vix delebilem, non aſſumptum. Quales ſunt in potibus iure balnei nobiliſsimæ aliquæ, ſalſulæ ex Nitro, ſubacres ex alumine, aliæ acidæ, aliæ vino ſimiles, cæterum puris, ac ſynceris aquis affines. Sapor tamen ex miſturis quoque fortem ſuſcipit impreſſionem: vt meræ ſalſæ, ex ſale: adſtringentes ex alumine. Et item odor, maximè ex ſulphure. Ex miſtis autem, inſipidum aliquid ſenſui noſtro apparet, ob ineptã ſapori ſubſtantiam. Vt dura, & lapides quidam minerales, qui ipſi ſenſorio reſiſtunt, ac in leuorem ſoluti ſapiunt.

Eiuſdem miſturæ cur ſapor diuerſus ſit.

A ſpecialibus autem miſturis, non eſt mirum ſi nuſquam exactè idem ſapor, aut eadem impreſsio oriatur in vno loco, ac in alio. Ob accidentia locorum ac miſturarum ſingularia, quæ vt nequeunt vbique eſſe eadem, ita impreſſiones ſingulatim variabiles reddunt. Sicuti etiam vix humanæ rationis eſt exprimere ſpeciales miſtionum gradus, atque temperamenta, vnde ſapores ipſi reſultant. Et in aquis longè difficiliùs, quæ impreſsiones ſaporum vt plurimum concipiunt à terra, terra autem ſapores habet confuſos.

Primo Simpli. 20

Id deſiderauit Galenus: quod promiſerat Ariſtoteles II. Meteororum; non abſoluit. Et quas tradidit Theophraſtus in VI. de cauſſis plantarum libro, ſaporum conſtitutiones quaſdam eæ generales ſunt. Nimirum ſapores in ſubſtantia fundari aut ſpiſſa & terrea, aut ſubtili, ant media: per virtutem agentem, aut calidam, aut frigidam, aut æqualem. Quæ vix corticem exprimunt naturæ ſaporum, qui latent intimè.

Ibidē. 37.

Saporum octo genera.

Relictis ergo ijs ſubtilitatibus, ſatius cum eodem Galeno arbitramur, ſenſorias tantum ſaporum differentias contemplari. Saporum octo prima genera penes artis traditiones ponuntur: Dulcis, pinguis, auſterus, acerbus, acris, ſalſus, acidus, amarus. Horum verò omnium inuicem permiſtiones veteres naturæ interpretes innumeras eſſe aſſeruerunt, ſicuti & rerum omnium miſtarum numerum incertum putarunt.

Saporum gradus.

Referuntur nihilominus ad ea prima genera omnes, vt qui gradatim ab illis intenſius, aut remiſſius deriuantur, ſubdulcis, ſubamarus, ſubacris, ſicut & dulciſsimus, amariſsimus, alijque. Et Ponticus, qui auſterus. Et acutus, qui modò acris, modò acidus intelligitur. Vel qui illos vtcunque æmulantur, vt ſuauis, vinoſus, & melleus, qui in fructibus pleriſque, & in aquis cōperiuntur, ad dulcem, & auſterum, & acerbum rediguntur. Minus ergo ſynceri, ac turbidiores ſapores, qui in gremio terræ conſiſtunt. Præter ſalſum, quem exactiſsimè obtinet terra.

Terræ ſapores obſcuri.

Cæteri enim ſapores fructuum potius ſunt proprij, hic terræ. Ac multas idcirco terra habet venas, monteſq. exactè ſalſos. Et hinc conſequenter, eadem impreſſio ſalſa in venis aquarum, eſt cæteris inſignior, ac vulgatiſſima. Tùm ſcilicet ob hanc ipſam qualitatem exactè ſalſam in terrarum mineris; tùm quia ſal, vbi aquis permiſcetur, in eas fathiſcit in totum.

Salſedo in aquis prima impreſsio.

Cæteræ quæ dantur ſalſedinis cauſſæ, fumi, vapores terreſtres, calor exiccans, pluuiæ, pauci momēti ſunt in naſcentibus aquis. Sal enim non exhalat, nec fumi aliqui minerales exactè ſalſi ſunt, ſed potius ſicci, qui ſapidas potius gignūt, vel fumoſas aquas, quàm ſalſas.

Salſedinis cauſa.

Maris ſalſedo.

II. Meteor.

Potiorem vim habent prædictæ cauſſæ in ſalſedine maris, ex aſſidua reiteratione, quam faciunt. Mare enim quanquàm & ipſum quoque ſalſas, ac miſtas omnes vndecunque terrarum recipiat aquas; plurimam tamen ſalſitatis cauſſam (iuxtà ſummi philoſophi ſententiam) ſupernè concipit ab exhalationibus. Quæ quicquid in mari ipſo & terra tenue eſt, ac dulce, totum inceſſanter eleuant, abducuntque: quidquid verò craſſum & ſalſum in pluuias conuerſæ refundunt, relinquuntq. veluti in ſentina; atque hæc ſurſum rurſum mutatio fit ſine fine.

Salſorum fontiū duplex cauſſa.

Ex quibus colligitur duplex ſalſorum fontium cauſſa. Altera quorundam eſt, qui amplo infrà terram ductu à mari, quales recipiunt, tales reddunt, atque hæc deriuatio potius eſt, quàm noua origo ſalſarum. Quo in cenſu plerique litorales fontes ſalſi ponendi ſunt, & qui in paruis emanant inſulis, vt paulo ſuperius de Timaui fontibus diximus; de quorum aquis non alia æſtimatio fieri debet, quàm quæ de Marinis ſuo loco habebitur. Altera cauſſa, quæ propriam conſtituit ſalſarum aquarum ſpeciem, ex ſalſi terreni miſtura conſtat. Terrenum dico & miſta ipſa ſalſæ qualitatis; Quarum infinita eſſet collectio, nec adeo huic loco idonea, ita paſsim hoc ſapore natiuæ inueniuntur.

Amaritudo in aquis.

Salſæ porrò ſi diutius ea lorem quempiam ſenſerint, vehementiùs aſſiccari poſſunt, vnde præter ſalſedinem, amaræ etiã ſentiantur. Quales Aſphaltitis lacus aquas retulit Ariſtoteles in Paleſtina, & ex eo Galenus; quæ cum ſint miſturæ bituminoſæ & ſalſæ, ex aſsiduo calore ſolis aduſtæ, impensè ſentiuntur amaræ.

Amaritudinis aquarū triplex cauſſa.

Fit autem amaritudo naturaliter, caloris exceſſu, vt in prædicto patet exemplo. Fit & defectu, ob indigeſtionem, ſcilicet partium teſte Auerroe, quod palam eſt in quibuſdam fructibus, primum amaris, deinde dulcibus cùm matureſcunt. Ac aliquis fortaſſe huiuſmodi terreſtris ſuccus eſſe poteſt in cauſſa de amaritudine alicuius aquæ,

cuius

cuius tamen non habeo nunc ſingulare exemplum. Amareſcunt quoque ex ſuccis, ac rebus naturaliter amaris: quo exemplo plures inter Rubrum mare & Nilum amaræ aquæ inueniuntur; ob ſubſtantiam Nitri, quod in illis maximè partibus abundat, ſaporis exactè amari. In Troglodytis ex Iuba recenſuit Plinius, lacum inſanum malefica vi appellatum, ter die mutari, amarum, ſalſum, ac poſtremò dulcem fieri, vt qui forſan diuerſarum venarum, ac diuerſorum ſuccorum adfluxum alternatim recipiat. Acres aquæ, Fortes, Acidæ, per gradus ſuos vnius ſobolis ſunt. Acres igneam magis & ſiccam indicant qualitatem miſturæ: Fortes cum ignea terream admiſtam: Acidæ minus igneam & mediocrem. Acris ſaporis propriè eſt argentum viuum, & vapor eius. Deinde materia, & eius excrementa præcipuè. Quales emanant ex æris mineris acerrimæ aquæ in Cypro, & in Neuſola Daciæ. Horum acrimoniam conſequuntur atramenta, nec non Soryos, aut Miſyos, chalcytidis ſucci, ex quibus fortes dictæ fiunt aquæ. Quo nomine celebres in Volaterrano ex atramento. Acidæ tandem ſunt, quæ in ſubſtantiam ſuam acrimoniam aliquam ſuſcipiunt vaporum aliquorum terreſtrium: nimirum metalli alicuius, quæ plus minus participant argento viuo, æruginis, chalcanthi. Acidulæ aliquæ manifeſtam in ſe continere videntur miſturam, vel aluminis, vel nitri, vel ſalis, atque cineris. Harum porrò naturã conſequuntur vinolentæ, quæ & ipſæ aliquam imbuunt metalli acrimoniam. Sunt verò rariores inuentu, vt quem in Paphlagonia fontem ſcribit Theophraſtus. Niſi ſuperſtitioſa aliquorum fontium exempla poſita ſint: qualem Andriæ fontem Liberi patris recitant Mutianus & Plinius, quem ſtatis diebus ſeptenis eiuſdem diei vinum mittere, ſed ſi auferatur è conſpectu templi, ſaporem tranſire in aquam; euaporata fortaſſe illa virtute. Et quæ vini non ſaporem, ſed poteſtatem imitantur, vt Lynceſtis aqua, quæ ebibita vini modo temulentos facit: quo effectu, ac etiam ſapore ipſo, aliqua bituminis impreſsio notatur. Dulces quidem facit Argilla: Sed errant quidam hodie ſcriptores, qui hoc nomine lacteas quoque huic miſturæ attribuunt. Facit enim Argilla dulces, hoc eſt ſynceras ac potabiles, veluti exemplo ac ratione pauloante probauimus. Lacteæ verò, ideſt quæ ſuaues ſunt, ac lactis ſapore dulces, alterius ſucci ſubſtantiam ducunt: momentum videlicet, aut aluminis, aut bituminis, quam in ſua origine potiùs taliter affici putandum, quàm ex itinere. Tales in Germania haberi aſſerunt ijdem authores; & calidam Cardiæ aquam in campo, qui vocatur Albus, iuxtà Pagum Daſcyli, potanti eſſe lacte dulciorem, ex Pauſania. Alia ſimilis iuxtà Pontem, quà itur Valdeburgũ. Sed de his ſaporibus, qui ſpecialem habent naturam, ſingularis item oratio habebitur. De aſperis autem, Auſteris, & huiuſmodi ſtipticis, ac adſtringentibus, haud aliam hic rationem habebimus, niſi hanc, quòd quia communes ſunt differentiæ, miſti alicuius cõſequuntur naturam, aut ferri, ſcilicet aut aluminis, aut lapidum eiuſmodi. Sicut vnctuoſæ, pingueſq. ſulphuris, aut bituminis miſturæ ſunt. Nunc ergo de odoribus dicemus.

2. de anima 105. & 5. Collig.

Troglodytis lacus.

Acres aquæ. Fortes. Acidæ.

Violentę.

Andriæ fons.

Lynceſtis aqua.

Dulces aquæ, & lacteæ.

Cardiæ aqua.

Auſteræ aquæ. Aſperæ. Adſtringentes. Vnctuoſę aquæ, Pingues.

De differentijs odorum, & eorum cauſsis in Aquis naturalibus. Cap. XIII.

ODorum quoque eædem ſunt differentiæ. Odorem enim habentia, eadem & ſaporem habent, Alexandro teſte. Quanquam non æquè in rebus conſiſtunt, vt qualis ſapor in aliqua re ſit, & talis odor: ideo priuata huius quoque impreſsionis ratio habenda eſt. Nec ipſæ odorum differentiæ ita perſpicuè nobis, vt ſapores; nec ita diſtinctè iudicantur, qui odoratum habemus fermè omnium animantium deterrimum. Niſi quantum ipſi ſenſorio ſuaues vel inſuaues apparent, boni vel mali. Tam boni verò quàm mali odores non differunt eſſentia prima. Eſt enim omnis odor ſicci, ſicut ſapor humidi, teſte Philoſopho ſecundo de anima. Et tàm bonus, quàm malus odor tria requirũt neceſſaria; odorabile, medium extrinſecum, & ipſum ſenſorium. Sed differunt ſpeciei conſtitutionibus ſecundis. Quippe benè digeſtis partibus, bonus odor; indigeſtis malus efficitur. Intrinſecarum verò digeſtionum temperamenta, quæ varias faciunt odorum ſpecies, ſicut de ſaporibus diximus, ſunt nobis obſcuriſſima. Hoc tantum ſenſibus noſtris palam fit, quòd omnis odor quidam halitus eſt; quod & Plato apertè aſſerit in Timęo. Negat Ariſtoteles odorem eſſe corpus diſſolutum à re odorabili. Non negat tamen fieri per medium extraneum. Exit ergo in medium, quod aer eſt, qui vbi eo induitur accidente, quidam halitus fit. Adfirmat Auerroes odorabilia fumoſa eſſe eo argumento, nam multa inodora vbi per ignem exhalant, mittunt odorem. Quod ſuffituum declarant exempla; quin pomorum cortices, odori ſunt, odoratiſſimi verò, ſi per prunas torreantur. Et confirmatur, nam quæcunque vel eo halitu carent ſimpliciter, vel pro medio inhabili, vel pro contamacia ſubſtantiæ libero illius exitu priuantur, ſingula huiuſmodi odoris expertia ſunt. Qualis ſimpliciter, ideſt ex ſui natura aqua eſt, quæ quo magis ſui elemento

2. De anima.

Odor duplex bonus, & malus. t.c. 100.

Odorum materia fumoſa.

De ſenſu, & ſẽſato.

Inodora quæ ſint.

Aqua ſimpliciter inodora.

propinqua

propinqua eſt, eo ſyncerior omni huiuſmodi halitu caret, & omni odore. Neque terra ſimiliter vllum in ſe habet proprium odorem: nec miſta terreſtria, quæ ſubſtantiam habent illi tenui alitui inhabilem, vt ſilices, creta, glarea. Accidentia tamen extrinſeca, aliqua tollunt, aliqua augent odoris cauſſam: nam Tellus inodora alioqui, & arida; ob imbrem, vel auſtrum grauem ſtatim mittit halitum: ac flatibus eiuſmodi ſulphuroſæ aquę maiorem exhalant caliginem. Frigidis verò flatibus remittuntur. Quin matrix ipſa ſulphuris, & lapides metallorum in mineris ſuis, vbi frigore conſtipantur, flatu, imbribus, odorem non mittunt.

Calor agens cauſſa odorum.

Et contrà, calor ſiue aduentitius à ſole, ſiue illi terræ & loco quodammodo innatus, odoris excitat halitus; etiam in re admodum contumaci & dura. Quod paſsim in ſulphurarijs, ac eiuſmodi terrarum miſturis experimur; maximè vbi ardent, multo exhalante eius ſomite, & grauiter olente.

Grauium odorum natura.

Graues verò odores quis neget fuliginoſos, & craſſos admodum habere halitus? Quare eos ſentimus maximè; qui nec oculos aliquando latent, & cerebrum offendunt. Odores terreſtres maiori ex parte tales ſũt: ſanè graues, & iniucundi optima ratione. Quippe praui odores ex indigeſtione partium malè inuicem miſcibilium oriuntur, vt ex philoſopho elicitur IIII. Meteor. At in reliqua natura maiores non contingunt indigeſtiones, quàm in terris, ac alijs terreſtribus,

Miſtorũ infimum genus.

quæ idcirco in infimo ponuntur miſtorum genere, quicquid de gemmis dicendum ſit, cœleſtis potius, quàm terreſtris naturæ. Quo in cenſu metallorum primordia ſunt, & maximè ſulphur, & excrementa metallorum, quæ ob ſuarum partium indigeſtionem, non minoris egent operæ vt perducantur arte, quàm vt natura producta ſint. Grauis ergo ac praui odoris naſcentium aquarum duplex poteſt eſſe cauſſa: Aut quia primo ortu ex putido quodam id genus halitu terreſtri naſcantur. Aut puræ cùm natæ ſint in venis ſuis ex puro halitu, ac ſyncero aere; aliquo tamen naturæ caſu in eas prauas miſturas deuolutæ, tàm digeſtas partes, quàm indigeſtas confuſiſſimè abluunt, ac odores concipiunt qualeſcunque. Qui maximè ingraueſcunt, vbi calor circà illas mineras luxuriet, qui adhuc excitet halitus. Atque hac ſanè de cauſſa perraræ inueniuntur boni odoris aquæ, ideſt quæ benè digeſtos conceperint halitus; imò puteſcunt plurimæ, ob partium nimirum diuerſitatem, quæ plus, ac minus ſunt putidæ, pro natura, ac portione admiſtæ rei, ac incurrentis aquæ.

Putidiſsimæ aquæ

Vbi autem halitus ſuffocantur, quod frequenter eſt in abditis terrarum conceptabulis, vbi tam variæ ſortis redundant excrementa miſturarum, putrium ſuccorum, lapidum, calorum, & aquarum, tùm aquas, & loca ipſa peſſimè olentes efficiunt. Qualis in fontibus, ac lacubus Auernis infectio, abhominabilis adeo halitus etiam animantibus, vt ex inferni oris emanare exiſtimentur. Talia etiam ſpiracula aliqua narrabimus inter hiſtorias ſulphurearum aquarum, quæ adproximantibus illidunt animam. & ex aquis

Nidoroſi odores.

alias quæ corrupta oua, alias aliam infecturam renident. Porrò à bitumine, cuius natura affinis admodum ſulphuri eſt, non adeò grauis expirat odor, ſed magis acutus, & qui nidoroſus dicitur. Imò miſtura bituminis ſeu quiſpiam potius ex eo vapor in tantum contemperatur alicubi cum aquis, vt delectet potiùs quàm tedeat: quales aliqui ad Baianum ſinum ſontes non ingrati odoris. Et ad viam Aemiliam ſub Aquario oppido aqua, quæ bibitur in balneis, camphoram redolet. Cæterùm quoſcunque odores aqua receperit; eos

Aqua an retineat odores.

plurima ex parte, vbi reſederit, exhalat. In ſumma qui nam odores citò exhalent, & qui firmiter hæreant; prædicta declarat temperamentorum diſtinctio, an per nataram, an per adfluxum concepti ſint. In quo duo ſunt notanda. Primum quacunque ex cauſſa odores aqua receperit, pluri ex parte, vbi paululum reſederit, exhalat, aut perexiguè retinet. Tenui-

6. de cauſsis pl.

tas enim Theophraſto authore, inutilis eſt, neque retinendo odori, ſed tranſmittendo tantùm eſt idonea: cuiuſmodi in primis aer eſt, deinde aqua. Ob id ſi aqua per defluxum tantùm miſturam elingat, aut ſuperficietenus afficiatur: vel non recipiet odorem, vel qui

Olida ex natura aqua.

citiſſimè euolarit. Vel retinebunt aliquandiu odores, ſapidæ, craſſæ, & compoſitæ, & quæ exactam præ ſe ferunt rei olidæ in ſe miſturam, vel exhalationem à calore ſubdito multam. Secundò notandum, odores remanere diutius, qui vt ſapores quidam, cum ipſa

Aqua Cabure.

aqua olido vapore terreſtri concreati ſint. Qualem inter potabiles aquas, vnum lego fontem apud Plinium, aquæ iucundè olentis, in Meſopotamia Cabure.

Aquę Nãphæ cur diu olidę

Cuius rei exemplum de ſtillatitijs liquoribus rurſus meminiſſe oportet, qui diu ſatis conſeruant odorem: ſicut aquæ Namphæ, quas dicimus, aut Roſaceæ. Et ratio eſt, nam in his concreatus (vt ita dixerim) odor, haud deforis accedens, non mirum ſi permanet, nec euolat.

Deſtillatæ aquæ cur non putreſiũt.

Nec eædem tam citò putreſiunt, eadem de cauſſa. Authores, quos legi nouiſſimè de rerum ſubtilitate, dicunt non putreſcere, quia ſicciores; forſan quia ſiccitas reſiſtit putredini. Quod in miſtis verum eſt: at in ſimplicibus, vel perexiguæ id genus miſturæ conſtat con-

Cõtra recẽtiores.

trarium. Nam pluuiales probatum eſt, idcirco putrefactioni tam eſſe obnoxias, quia ſicciore, ac extraneo (quod ſatis eſt) vapore participes factæ eſſent. Quod idem in deſtillatis

aquis

aquis videres, ſi igni elixatæ ſiccarentur. Seruantur ergo diu incorruptæ, & cum eodem odore, non ob ſiccitatem primò; ſed quia quæque in eis qualitates de eſſentia ſunt, & purificatæ, non ex accidenti, quod exagitet. Qua re volunt ij qui ſe ſapientes profitentur, vocari id genus diſtillationum, non aquas, ſed quintam eſſentiam rerum, poſsibilem è quaque re miſta elici, poſſibilem, vt aiunt, ad aurum.

Quinta eſſentia rerum.

De differentijs colorum, & eorum cauſis, in aquis naturalibus. Cap. XIIII.

COlores autem primarij, ac extremi duo ſunt, Albus, & Niger. Medij reliqui: quorũ plerique ex varijſſima miſtione extremorum, vix ſunt explicabiles. Nonnullis exceptis, qui à re ipſa, cui videntur proprij, deducunt nomen, vt ſanguineus, lacteus, roſeus, luteus. Et quos à metallis perſæpè inter differentias aquarum recenſebimus, aureus, argenteus, ferrugineus, plumbeus, cinereus. In hac planè claſſe ſunt terreus, aqueus, aereus, igneus: qui verè colores nõ ſunt, ſed qualibus elementa ipſa ſe ſenſibus offerri videntur. Terra pulla, aqua fuſca, aër cæſius, ignis flammeus. Ita à cælo cæſius, & mare cæruleũ dicitur. Cæteros aqua colores aut repræſentat tantùm, tanquam ſpeculum oblatæ rei imaginem: aut non ſuum obtinet, ſed quem ex miſtione conceperit. Valet autem perexigua res mutare aquæ apparentiam: nam & aerem, qui aqua longè tenuior eſt, inficit Iris, varijs coloribus arcus; quam rem pro vario luminis repercuſſu, in aquis etiã fieri aliquando videmus. Quinetiam lumina, ac vmbræ circunſtantes, vario proſpectu oculi, aliter in opacis, aliter in apricis locis videntur colorare aquas. Pariter & latitudo aluei, profunditasq. intendens aucta groſſitie exiles aquarũ colores. Et innaſcentes ex alueo ſurculi, & herbarũ florumq. colores circa margines, nec non ſtirpium & arborum frondes, ſui ſpecimen ſuper aquas faciunt. Sed huiuſmodi, vmbræ potius, quàm colores, erant ad cautelam iudicij referendæ. Si veniamus ad reales cauſſas: Aqua aut omnino decolor eſt, quam rectiùs græci Α'χροον dicunt. Aut ſi colorata eſt, æquiuocè dicenda aqua, vtpote quæ aliena qualitate, aut miſtura inficitur. Ex quo intelligitur, quòd etſi iudicium à colore de aquarum natura infirmiſſimũ ſit, eſt tamen de impuritate eius aquæ indicium certiſſimũ. Ex miſtis nullum habeo exemplum aquæ, quæ à tota origine colorata naſcatur: niſi hoc, quòd dum tenuiores vaporum partes deſtillant in aquas, craſſiores iuxtà cuniculos, vnde exiliũt, ceù limus quidam, relinqui ſolent, vbi vnius, vbi alterius coloris, quæ ſæpè certum præbent indicium de ſubiecta mineræ ſpecie, nec non vaporum ipſorum, & aquarum. Sed planè omnis color in aquis à miſturis inducitur. Calor ſeu infernè exhalans, ſeu vndecũque percutiens, agitãsq. aquas, variè eas in ſubſtantia, & colore permutare incipit. Bullientes enim etiam ſynceras, dealbat, bullis aeris perſpicuitate tumentibus. Albulæ ſub Tybure, per inde lacte perfuſæ, mediocrem indicant caliditatem, eius coloris eſſe cauſſam in aquis naſcentibus: at ſedimen, quod deponunt album, planè aluminis in eas indicant naturam. Stagnantes enim vel limoſas ſi calor aliquis corrumpat, vel incraſſet, virides efficit: quo effectu coloris huius natura iudicatur in humido craſſo conſiſtere, ac primùm aquæ eſſe. Si peraſſet, nigras; quod fit tàm intenſione & vehementia caloris, quàm aſsiduitate. Maximè verò tales ipſi aquæ inducuntur colores, ſi è fibris terrarum ſcaturiant illius infecturæ. Subuirides tota ſubſtantia planè conficit ſulphur. Virides verò exactè ſi vel æris, vel æruginis ducant materiã, quæ & margines fontium ſolet inficere colore viridi. Qualis aqua viridis viſitur Neuſolæ in Carpatho monte, ex veteri quodam riuulo effluens. Virides, ac etiam cæruleas; & nigras reddit atramentum. Nam vt minerarum huiuſmodi promiſcua quædam origo eſt, ita & hi colores congenei ferè ſunt, prout caloris gradu temperantur. Quales cærnleæ, liuidæ, diſcoloresq. Auerni aquæ in Campania, Volaterrani lacus, & alij conſimiles. Qui vel ipſo lacunarum aſpectu abhominandi ſunt, calore ſuffocato, arido atramento, combuſto ſulphure contemerati. In Finlandia Aquilonari terra, ad arcem nouam, Olao magno teſte, Nigir excurrit fluuius, profundiſsimis vadis, & nigris piſcibus ſcatens; qui exinde per Viburgum longè euectus, lacus magnus emergit, nomine Niger, ex albo tamen infrà lacu citrà Bothniam exortus. Cæruleam aiunt Sueuorum fluuij aquam; in valle ad Blableuram oppidum; vnde illi Blauum vulgare cognomentum inditur, ex mediocri aſſatione. Glaucam, quæ eſt ſubcærulea, tradidit Pauſanias eſſe aquam in Thermopylis, qui eſt Græciæ mons, lauacro quod accolæ muliebres Chytros appellant. Fuluam narrant Acidulam in Sucuis, propè oppidum Goppingam. Aliæ ſanguinis colore Rubræ: quod vulgus ſi repentè è terra accidat videri, admirantur, cùm tamen ſucculento aliquo eiuſmodi, in eas colliquato, ea ſpecie de latibulis exeant. Tale poteſt eſſe Minium, Rubricarum varia genera, rubigines, Sandaracha, Sory, & id genus permulta. Vt fons ſanguinolentus ad Ioppã Palæſtinæ oppidum, mari proximus. Et è fonte Rubro aquæ, quæ mentem lædunt in Aethio-

Colorum genera.
Elementa an colorata.
Colorum in aquis duplex ratio.
Aqua ſine colore.
Calor aquas variè colorat.
Virides aquæ.
Nigræ aquæ.
Subuirides.
Aquę atrę & horridę.
Nigir flu.
Lacus Niger.
Lacus Albus.
Cæruleæ aquę, Glaucæ.
Fuluæ, Rubræ, Sanguinolentæ.
Fons Ioppæ.
Fons Ruber.

Luteæ, aquæ. Ochra flu.
pia,Plinio. Et luteæ vt Ochra fluuius ad Goſſelariam in Saxonia,qui ochræ ſucco imbutus, luteus fit, vbi Riuulus, ex Ramelo monte in ipſum mittit. Albæ calorem indicant mediocrem,vt diximus,indicant & miſturam vel terræ candidæ, vel cretæ,vel aluminis liquidi,vt

Albę aquę & Lacteę.
prædictæ ſunt Albulæ. Vel etiam gypſi,vel calcis,cinerisque;vnde & lacteæ aliquando nuncupantur. Ad eum modum, quandoque fontes Aponi ſub Patauio currunt; albidæ, ſcilicet & turbulentæ,ex ſubiecta miſtura,quæ partim cinis,partim calx eſt, & manifeſtè ignis.

Fons lactis. Lacte & ſanguine pluiſſe.
Repentè verò exortis id genus aquis,fontem lactis ſcaturiſſe celer it fama per vrbes. Sicut & lacte & ſanguine pluiſſe,in monumentis relatum eſt M. Acilio,& C. Portio Coſs. Plinio, cùm horum effectuum in ſublimi quoque terrena exhalatio in cauſſa ſit. Porrò colores diximus in iudicio fallaces: Fallacia magis & nomina; nec ſemper licet à coloris cognomen-

Aquæ à coloribus cognominatæ, Rubrum mare. Scamandrus flu. Xanthus. Nigir flu. Aphricæ. Niger riuus. Rubicon. flu.
to aquæ vllius æſtimare naturam. Multi fontes,multa flumina, quin maria quoque ipſa,non tàm à coloribus nuncupanda veniunt propriè,quàm quia primus author, effectus aliquis, fors,euentus ita tulit nominari. Vt mare, quod ab Auſtro inter Perſiam & Arabiam gemino ſinu irrumpit: Ἐρυθραῖον,quod eſt Rubrum appellatum: quamquàm alij à ſolis repercuſſu, alij ab harena,terraque,Plinio; alij quòd talis ſit ipſius aquæ natura, dictũ putant. Scribit Ariſtoteles,& ex eo deinde Plinius,Scamandrum amnem iuxtà vetus Ilium,quòd flauas (vt creditur) reddat oues, propterea Xanthũ,pro Scamandro ab Homero nuncupatum putari. Nigir fluuius in Aphrica,haud quaquàm niger eſt, vt Solinus, & quidam ex antiquis ſcripsère; ſed vel forte quadam idiomatis illius ita dictus eſt; vel quia deſerta Aphricæ, aridasq. illas ſolitudines longiſſimè abluit. Nigri etiam cognomento riuus in nouiter repertis inſulis cogominari forte placuit primo inuentori Petro Martyri. Sed Rubicon, qui eſt fluuius iuxtà viam Aemiliam perexiguus,& tamen famoſiſſimus in hiſtorijs, quam ob rem puniceus à Lucano appelletur,non video cauſſam. d.

Fonte cadit modico, paruisq. impellitur vndis
Puniceus Rubicon.

Niſi forte puniceum dixerit,per quandam togæ allegoriam quia ad eũ terminum præſcripta erant exercitibus Romanis arma. Vel vt proximum mare Virgilius à colore cæruleo, dixit purpureum.

IIII. Georg. Mare purpureum. Tyberis color olim Albula.

Eridanus, quo non alius per pinguia culta,
In mare purpureum violentior influit amnis.

Qui idem poeta de Tyberi variè loquitur, VIII. Aeneid.

Flauum cognomine Tybrim
Diximus, amiſit verum vetus Albula nomen.

Et tamen paulo prius cæruleum dixerat: quaſi flauum, qui color eius eſt.

Cæruleus Tybris cælo gratiſſimus amnis. & in VII.
— Et inulta flauus harena Tybris.

Narnis flu. Nigra. Ilza flu. Eliſter flu. Allera flu.
Et alio loco cùm ille Narnim album cognominaſſet,Tybullo tamen placuit cęruleũ dicere, quem nunc è diuerſo Nigram nos Itali dicimus. Quo nomine multas etiam aquas cẽſendas eſſe putarẽ,vt quæ item in Germania nigræ vocitantur: qualis Ilza fluuius,qui è Bohemicis montibus in Danubium funditur. Eliſter item Liberdam,& Herceburgum præterfluens. Et Allera in Saxonia nigerrimus, quos author rerum de terra manantium nouiter recenſuit.

De differentijs conſiſtentiæ aquarum naturalium, & earum cauſſis. *Cap. XV.*

Aquæ naturalis ſubſtantia.
HIs quartò adiungenda eſt conſiſtentiæ ratio: quatenus ſcilicet denſæ, vel ſubtiles aquæ ſint. Videtur autẽ aquæ ſubſtantia ſi ſyncera ſit, in ſe cryſtallina,& limpida; quæ ſcilicet ab imo vſque alneo,etiam profundo, perſpicua eſt,& clara, viſui blandiſſima. Atqui hæc ipſa ſubſtantiæ claritas reperitur & crudæ aquæ,& minus crudæ,electæq. indifferens. Perſpicua enim & æquè aer,& vitrum,& gemmæ. In aquis verò hæc diſcriminis ratio eſt, quòd penes varia,quæ fieri vtriuſque diximus experimenta, & ponderis maximè & coctionis; longe altera diſtare ab altera reperitur. Nec ſecus per calorem qui tàm vagè in terris concluditur, diuersè admodum turbari tam crudas, quàm coctiles contingit.

Indomita aqua.
Nam ſi calor temperatus crudã,& quam Græci ἀτέραμνον ſuo idiomate dixère offenderit, vix quidpiam transmutans ſubſtantiæ, eam concoquet, reddetq. optimam. Minus cruda verò, &

Marinæ aquæ corpulentia. Lacuum, aquæ ſtagnorum ſubſtãtia.
quæ gradum in ſe bonitatis attingat, aſſiduo agitatu & coctione tenuibus ſubſtantiæ partibus exhalantibus,aduret,ineraſſabitque. Ob eã profectò cauſſam in primis marinæ aquæ corpulentia gignitur: nam terrarum permiſtio in ipſa, ſecundaria potius ſuæ craſſiciei cauſa reputatur. Ideoque mare non ſolùm inuecta magis ſuſtinet, ſed & dulces ipſas, tanquam leuiores in ſe fluitare patitur. Similiter quæ marinas emulantur, multorum lacuum,& ſtagnorum aquæ ſunt craſſæ ſubſtantiæ. Atque eadem cauſſa eſt, cur multis in locis

Digitized by Google

eis flumina ſupernatent, olei inſtar, alijs quæ occurrant, aquis. Id multis in locis videt Italia, vt in Marſis Pitornius amnis Fucino lacu, quem à Celano, eius nominis oppido hodie cognominant, inuehitur, nec aquam ſuam ſtagno commiſcet. Pariter & in Lario Comi Abdua, & proximè Ticinus in Verbano, quem lacum Maiorem dicunt. In Benaco, quem Gardam nominant, fluitat Mincius, in Seuinno Ollius. Trans alpes autem ſuperiores fluitat in Lemanno Rhodanus: quod item in Oronte Syriæ proditum, & multis alijs in locis teſte Pli. Nec aliam arbitramur cauſſam, quam ob rem in lacu Aſcanio, & quibuſdam circa Chalcytida fontibus, ſummæ aquę dulces ſint, potenturque, inferiores nitroſæ ſint. Id perſpicuum eſt in agro Toletano in Hiſpania, iuxtà pagum Valentiolam, vbi in quibuſdam fontibus acidæ ſunt ad imum, potanturq. communiter loco vini; ſuperiores dulces. Id aquarum diſſidium paſſim videre eſt, ſi vnctuoſa aqua quæpiā, aut bituminoſa dulcem interfluat. Cuiuſmodi Peneus, eodem authore, accipit Eurotam amnem, nec recipit. Et item Titareſius, qui Orchos apud Plinium ex Homero dicitur, In eodem inſtar olei innatans, excurrenſque, de quo & Lucanus ita cecinit:

Flumina ſupernatantia.
Aqua dulcis ſimul & amara.
Acidæ cū dulcibus.

Hunc fama eſt ſtygijs manare paludibus amnem,
Et capitis memorem fluuij contagia vilis
Nolle pati, ſuperumq. ſibi ſeruare tumorem.

Facit etiam curſus velocitas, vt altera ſupercurrat alteri, quæ lenius currat. Quo modo narratur de Danubio, qui pro magno, quo defertur impetu, in Euxinum mare, plus quadraginta millia paſſuum ſuper marinas excurrit. Porrò denſitas eadem miſturæ, grauitasque, proiecta quædam magis ſuſtinet, quod de Aſphaltite Iudeæ lacu tradidit Galenus. Et in Aphrica lacu Apuſcidamo omnia fluitant, nihil immergitur. Nec in Armeniæ maioris Aretiſſa fluuio, vt Plinius; nec in Sicilia fonte Pintia, vt Appion; cuius naturæ multi hodie fontes in Sicilia notantur. Contrà hoc autem, haudquaquam ſcio an tenuitas ſubſtantiæ cauſſa ſit, quam ob rem in quibuſdam aquis proiecta etiam leuia ſorbeantur in fundum. Nam in Auerno, qui eſt in Campania, ſolia etiam ſubſidere perhibent, cùm ſit tamen aquæ admodum corpulentæ, & craſſæ. Quo item nomine recenſendus venit Aſphaltites, quem diximus, Iudææ lacus, cùm in eo (ſi Iuſtino credimus) cuncta alia exceptis animantibus ſubmergantur. Vbi duo ſunt videnda; primum Galenus ſcribit oppoſitum IIII. Simpl. in Aſphaltitem lacum nec ſtipem, nec vllum animal mergi poſſe, quin retineatur ad ſummū. Alterum, quæ natura ſit talium liquorum, v. g. olei, quod ſupernatet aquæ: videtur enim oleum aqua tenuius, vnde ſupernatat, IIII. Meteor. Hoc non eſt dubium in natura rerū, quod vt terra craſſa eſt, ita aqua tenuis, ſed tenuior aer, tenuiſſimus ignis. Etiam in miſtis. Poſſunt ergo oleum, vinum, aqua vitis, & liquores multi id genus, tenuiores eſſe quàm aqua, tenuiſſimi ſcilicet elemēti participatione. Aqua ſimpliciter tota tenuis eſt, omnis ſcilicet terrenæ craſſitatis expers. In oleo aliquid terræ eſt, nam & denſius eſt, & amurcam deponit: multum aeris, qui ipſum attenuat alleuiatque: plurimum aquæ, nam frigore condenſatur. Aqua verò admiſta cæteris liquoribus craſſeſcit: nam oleo & aqua admiſtis ſimul (dicebat loco citato Ariſtoteles) ſemper quiddā denſius vtroque fit. Multo ergo craſſeſcit magis cū bitumine, cuius natura tota terrea eſt, & in Aſphaltite prædicto lacu, abundat ſal. Quare, vero ſimilius Galeni teſtimonium eſt, in hunc lacum nihil immergi. Cęterùm in Carrinenſi Hiſpaniæ duo ſontes memorantur, qui iuxtà fluentes alter omnia reſpuit, alter è diuerſo abſorbet. Tenuiſſimè porrò ſubſtantiæ Aqua Nili eſt, quam diximus adeò aeream: vnde nullas expirare auras credidit Plinius. Ac talis fortaſſe Anaurus in Arcadia fluuius, vnde illi nomen. Nona autem ac exploſa iam quorundam inuentio eſt, idcirco Tyberis aquam, vbi reſederit, limpidiſſimam fieri, quia Aluminis ducat ſubſtantiam, hoc argumento quòd alumine aiunt clareſcere magis colores, ac illuſtrari. quæ mera eſt inſcitia. Illuſtrat enim verè colores alumen, redditq. vniendo ſubſtantiam magis perſpicuos; perinde in lanis viſitur, & corijs: at aquam, quæ ſine vllo colore eſt, omne corpus, omnis materia coloris inficit, non clarificat haud dubiè quicquā, niſi aeris admiſtio. Qua ſanè ratione inter miſtas omnes Nitratæ aquæ tenuiſſimè ſunt; Nitrum enim multum obtinet aeris. Deinde quæ Alumen ducūt, quales multas habet Italia, Baianas, Porretanas, Patauinas. Et Viterbiēſes quædā diutino naturaliter agitatæ calore, ſunt adeò tenues; vt exportatæ longo ſpatio euaneſcant, aut certè minuantur in vaſis. Multæ ex diuerſa terrarum, ſuccorumq. miſtura dilutæ, & turbidæ, ſeorſum limpideſcunt, omnemq. deponunt craſſiciem. Huc ſpectāt omnes quæ lapideſcunt aquæ, vt Ciconum flumine, & lacu Velino, in quibus deiectum lignum lapideo cortice obducitur. Idem euenit in Aniene, qui tamen harenas comminuit potantibus. Simile in flumine Sylari vltrà Surrentum, vbi non virgulta modò, verùm & folia lapideſcunt, aliàs ſalubris potus aquæ. Idem in Sarno Campaniæ, in Crocano flumine Brutiorum, in Piceno, in Surio Colchidis flumine aurigero, & in Eurimenis Seyretico metallo. In Colloſis herbæ; & la-

Danubii flu. impetus.
Aquarum grauitas, in quibus omnia fluitant.
Aquæ nihil ſuſtinentes.
Iuſtini & Galenicō traditio
Oleum cur ſuper natet aquę.
4. Meteoror.
Aqua Nili tenuiſſima.
Tyberis tenuitatis cauſſa.
Alumen non clarificat aquas.
Aquæ lapideſcentes.

& lateres coniecti, lapides extrahuntur. Fons in Perperenis quacunq; irrigat, lapideam facit terram.

Londinũ.

Inter Londinum & Narthantonium vrbes in Britannia, diœceſi Lyncolnienſi, fontem meminit Fulgoſius, in quo proiecta ligna intrà annum lapides fiunt. Lochis item in Gallia paruo lacu aquas concludit, quæ arbores conuertunt in lapides. In exitu paludis Rheatinæ creſcit ſaxum in tantum, vt niſi per quædam interualla annorum ſcalpellis vada aperirētur, totius illius regionis inūdatio fieret. quod factum eſt annis elapſis Pavlo III. Pont. Max. in quo opere plura millia aureorum erogata. Quam tenacitatem facit hic viſcida ſulphuris ſubſtantia, quam Velinus fluuius conducit. Albulæ ex alumine, ac modico ſulphuris lentore, adeò lapidis materiam, quem Tyburtinum appellant, quotidie multiplicant; vt quota ferè hinc Roma auulſa videatur.

Lapis Tyburtinus.

Id genus etiam recrementi aquarum eſt, ex quo ſcribit Plinius pendere ſtyrias in cameris Miezæ in Macedonia: & antris Corycijs, ſicut etiam non longè ab Auguſta Tyberij.

Styriæ lapidum ex aquis.

Id genus exemplis plena ſunt monumenta, nam vulgò minerales aquæ omnes, omnes miſtæ, & craſſæ, tùm circa margines cruſtam faciūt, quod dicere voluit Plinius, tùm cuicunque inhæreant ſubſtantiæ, ſiue frondibus, ſiue lignis, ea lapideo integunt cortice.

Lapidum natura.

Maximè vbi calidæ excurrunt: lapides enim vt author fuit Empedocles, defectu humoris conſiſtunt, & calor limum promptius exiccat, cogitque.

Animalia intra lapides.

Sic cochleas interdum, & laterculum reſtaceum viuo ſaxo concluſa in prima eius origine conſpicimus; qualia frequenter aiunt reperiri ſaxa in Gallia.

Carbones in petris.

Et carbones in petris, quæ ex his Campaniæ montanis eruuntur. Piperinas ac Tophaceas Romæ appellant, in quibus quia excurrentes iugiter aquæ tophum cōducunt, ac auxilio ſolis componunt in lapidem, integris trabibus millium annorum ſpecie, viuum ſaxum ſupercreuiſſe viſitur.

Traqes marmoreæ.

Rſtimus quùm ex hac planicie, vbi ſtagnant Albulæ, aduectam pro ſpectaculis magnam teſtudinem vidimus, totam lapideo cortice incruſtatā, motu penè relicto.

Animalia lapideſcere in aquis.

Nec aliam generoſorum quorundam lapidum originem putant: niſi coëua ipſi mundo eorum natura ponatur, quod non difficile dixerim.

Lapidum ac marmorum origo.

Nempè ſuccum lapideum diuerſorum colorum, quem è varijs mortalis aquæ abluant, pauliſper agglutinari in ſe, ac indurari Solis virtute perficiente omnia. Vt inter marmora variegatus ophires, ſerpentis corium æmulans, vnde illi nomen quoque vulgò, quod æris ſucci videtur eſſe ſoboles, & chryſocollæ. Ac durus Porphyrites ferri, aut ſandarachæ, ac rubricarum id genus. Alia diuerſæ, ac miſtæ materiæ, vt marmora quæ vndatim maculoſa, & lapilis diuerſis coloribus, ſplendentia. Quam tamen varietatem vix ad caſum crederes vnam maſſam paulatim conglutinaſſe, vel ſi ad caſum materia per aquam deferatur, prima tamen cœli in eis refulget actio, nec niſi longus naturæ conatus conijcitur. Tantam ducunt aquæ alicubi nobilitatem.

De differentijs primarum qualitatum in Aquis naturalibus, & eorum cauſsis. Cap. XVI.

PErtinent autem ad hoc genus non modò ſubſtantiæ denſitas, vel raritas, verumetiam tangibiles omnes differentiæ, vt quatenus terrarum permiſſio in aquis fluida, vel contumax percipitur, aſpera vel lenis, dura, vel mollis. Quæ euidentia ſunt. Et demum qualitates aliæ tactus primæ, & valde ſenſibiles, frigiditas ſcilicet & humiditas, quæ ſunt aquæ ipſi connaturales & inſitæ. Aliæ aduentitiæ, caliditas, & ſiccitas. De inſitis qualitatibus: Eſt aqua quidem per frigidum magis, quod eſt in ſummo eſſe; per humidum minus, & remiſſo gradu.

Quæſtio Alexādri.

Si ita eſt, ab re quæritur in Quæſtionibus Alexandro adſcriptis, vnde eſt quòd mutatio aquæ in ſiccum corrumpit ipſam, ex frigido in calidum non corrumpit. Vtrobique enim corruptio accidit; ſeu melius; exceſſus quidam vtrobique fit, vt inquit Ariſtoteles in problematibus.

Aqua eſt magis per frigidum, quam per humidū.

Sed hoc ipſo inquam Alexandri problemate, prærogatiua frigiditatis in aqua conſtat: nam agente in aquam calore, vix tamen aqua inter ebulliendum mutatur, vel tardiùs, nimirum quia frigiditas, vel forma eſt aquæ, vel proxima formæ differentia. Contrà ex humido in ſiccum, vt cùm aqua fit glacies, facilè ac citò corrumpitur, vt minus ei propria humiditate. Adde quia frigiditas ex actiuis eſt, ac ineſt intimè, reſiſtitq. fortiùs. humiditas ex paſſiuis.

Frigiditas in aqua.

Et tertiò humiditas non ſolùm ex paſſiuis eſt, ſed in aqua, vt dictum eſt, remiſſo gradu. Eſt ergo Aqua exactè natura ſua frigida, quamcunque ergo rerum admiſtionem concipiat, minus frigida fiet. Et è conuerſo, quo minus admiſta, magis ſuæ naturæ eſt, & frigida.

Aqua admiſta terræ minus frigida fit.

Ergo aquam ex terra etiam ſimplici, qui cum maximè admiſcenda venit, amittere quidpiam frigiditatis neceſſe eſt: & terram, quanto abfuerit à ſimplicitate elementi, tanto minus frigidam reddere aquam. Nec obſtat, quòd aqua frigiditatem habeat communem cum terra. Communem enim habent, non eādem: aqua ſimplicem habet, & exactā, terra in ſicco remiſſam. Palam eſt, quòd frigida & minus frigida aqua fit, penes locum, atque aeris ambiētis qualitatem. Nā intensè frigida

ſeruatur,

ſernatur, ſub aere, & ſub aſpectu cęli frigido. Vt in plaga Aquilonali, vbi terra quòd ſolem habet auerſiſſimum, continuis niuibus aſſiduè tegitur, & maria rigent perpetua glacie. Itaque vt nos ignem, ita frigidam in tormenti genus accipiunt in illis partibus Moſchouitæ, Olao Gotho authore. Et quæ flumina inter opacas montium valles decurrunt, frigida ſunt, auerſis ſolaribus radijs. Vt inter Alpes, vbi maximè riuuli aſſidua recipiunt liquamina niuium. Quam rem & in calida cęli plaga videre eſt, in Atlante Aphricæ monte; quin & in auſtralis infimæ eius terræ montibus, vbi & pluuiæ, & niues, & riui multi intolerabilis frigoris memorantur, quicquid hactenus Zonam torridam prædicauerit antiquitas. Marmora, vt locus locatum afficit, & metalla nonnunquam, aquas conſeruant frigidiſſimas, denſæ conglacialisq. quodammodo ſubſtantiæ. In ſumma de omni frigiditate aquarum naſcentium tres ſunt cauſſæ. Si ſolis aſpectu careat regio, vel etiam ſitus & tàm infrà quàm ſuprà terram. Si profunda ducantur origine venæ. Et ſi inter ſaxa & conglacialia ducantur loca. Idcirco de ſubterraneis cauernis, quo minus ſolarium radiorum penetrantur acceſſu, eo frigidiores. Notantur id genus ſpiracula quædam, quæ ex peniſſimis cæciſq. ſpeluncis, frigidiſſimi ſunt halitus, ad radices Veſuuij montis, vbi vetus Octauiani villa. Et inferius Sarni fluuij fons tanta emanat cum frigiditate, vt miſſa in eo vina nigra, pauco ſubinde ſpatio inalbeſcant, quod legi in Pil. 11. Commentarijs. Maximi verò frigoris cauſſam habet venæ profunditas, etiam in calidiſſimis regionibus. Vt in Trogloditis, vbi iuxtà equinoctialem circulum cuncta flagrare calore putabantur; & tamē Fontanales quaſdam aquas ſcribunt Luſitani in tantùm emanare gelidas, vt incolas dentium afficiant vitijs, peregrinos verò necent torminibus: permenſo tamen (vt ego crediderim) aliquo ſub ſole ſpatio, mites, & ſalubres. Gela fluuius in Sicilia (authore Stephano) ex eo nomen accepit, quòd aquæ eſt frigidiſſimæ. Contra in Luſitanis fontes tepidi, mox ſeruata in vaſis aqua gelida fit: vt quæ ſuperficie tenus excurrunt venæ, & ſolis calore tepeſiunt aſſiduo. Noctes contrà frigidæ; & frigidæ auræ. Et item præcipitoſæ aquæ ſemper frigidæ; cùm tamen in contrarium ſit dictum Philoſophi, quòd res motæ incaleſcunt, ac aliquæ accenduntur motu. Verum eſt: ſed indefinita notari debet philoſophi propoſitio, quæ fallit in multis, & ſpecialiter in aqua: cùm ſit enim aquæ natura frigida ſuo illo fluxu connertit aſſiduè, quem proximè contingit aerem in ſuam naturam: & ipſa viciſſim tenuatur, ac aliqua ex parte difflatur in aerem: qui tanquàm continens contentum eam ſeruat exquiſitè frigidam. Vnde ſemper ab ea parte, qua præcipitant, prægelidæ auræ aſpirant. Et amnium ea de cauſſa velocium aquæ non ſunt calidæ, imò frigidam circùm reddunt auram. Neque res motæ omnes æquè incaleſcunt. Et quæ nunc lego obiecta doctiſſimi Scaligeri non obſtant. Attritione, inquit, gigni calorem: Aquas atterere aerem motu: & aerem diſſipatum in nubibus, accendi in ignem. Nam hæc tria verba tribus notantur mendis. Primùm attritio, ſolidorum corporum intelligi debet; vt lapidum, & lignorum, quæ attritione accenduntur, ac motu, vt teſtatur eo loco Philoſophus: & apertiſſimè in 1. Meteoro. cap. v. Solidæ (inquit) rei motio aerem ſegregat, atque incendit. Deinde fluidum, & difflabile, vt aer eſt, & aqua, non atteritur, ſed tenuatur motu, atque id ſatis eſt hiſce naturis, & tangitur eodem 1. Meteor. ab Ariſtotele, & in Problematibus. Qui & marinas fieri motu leuiores aſſerit. Demum in illatione de aere accenſo in nubibus, ſit æquiuocatio motus, pro violento accipitur diſſipans. Quantam verò cum contingat in nubibus fieri violentiam, vel ipſa declarat antiperiſtaſis, quæ aerem cogit, conſtringitq. tanto in ſe impetu, vt repentino eliſu accendat in fulgur. At contrà ſit vbi difflatur aer, & non eliditur, refrigeria enim ſentimus difflato aere, quare & ignis flatu, vel flabello diſſipatus minus calefacit. Motu ergo Aqua non caleſit: imò difflato per eius motum, ac ita frigefacto continente aere, frigeſcit & ipſa. Quam rationem, vel me tacente, præclara confirmant exempla aquarum; maximè fluminum, quæ motu frigent. Memorantur Delphis in Beotia, vbi olim tanta oraculi maieſtas, vaſta in Parnaſſo, præcipitia aquarum, ac terræ foramina frigidiſſimi habitus. Quo propemodum exemplo cauernarum, ſacellum extat antiqui oraculi, ſuper alta Anienis præcipitia Tybure, frigoris vbi fluuius in infernū gurgitem delabitur intolerabilis. Præcipitat & Velinus lacus totus in agro Reatino, admirando ſpectaculo, tùm fragoris immenſi, tùm perpetuæ quam hinc frigidæ auræ cum Sole faciunt, iridis. Præcipitat & Elſa fluuius ad Collem oppidum in Hetruria, qui & ſolum durat quà tranſit. Admirabilem quoque habent Rheni caſurā, cùm Germaniam latiùs incipit percurrere. Quanquam rarus fluuius ſuo ortu, ex aliquo monte non præcipitat. Notatur porrò in præcipitoſis aquis non ſolùm frigiditas, ſed etiam ſtrepitus, horrorq. cadentium. Strepitus ratio ex colliſione conſtat. Colliſio maior, quo ſolidiora inter corpora ſit violentia motus. Aquarum inter ſe incurrentium aliqua cauſſa. Maximè ſi vehementi agitentur impetu, vt cùm mare procella verſatur. Colliſus verò

Aqua vbi frigidiſsima.
Flumina vbi frigida.
Frigidæ aquę in terra auſtrali.
Marmorum & lapidum frigora.
Cauernæ frigidæ.
Sarnus flu.
Frigiditatis intolerabilis aquæ.
Gela fluuius.
Tepidæ aquæ in Luſitanis
Motus quas pariat effectus in aquis.
1. Cœli. 42.
Cur motu frigeſcunt aquæ
Veloces aquæ frigidæ.
Attritione fit calor.
Aqua, & aer non atteritur motu, ſed tenuatur
Marinas fieri leuiores.
Ignis diſſipatus minus calefacit.
Delphis aquæ.
Anienis præcipitia, & infernum.
Velini.
Elſæ.
Rheni.
Strepitus & fragoris cauſſa in aquis.

Procella, & ſonitus maris
Scyllæ,& Charybdis rabies.
Procella ad mare Botnicũ.
Flumina horrendi ſtrepitus
Catadupa Nili.
Gangis ſtrepitus.
Cataractes flu.
Veneris lacus.
Iuſulæ natantes in mari.

maior cùm ad ſcopulos diuerberatur : maximus cùm inter ſaxa vehemens, frequensq. repercuſſus fit, & qui in abditas, vaſtasq. cauernas reboat. Omnes cauſſas ſtrepitus obtinent Scylla, & Charybdis in mari Siculo; impetus vehementiam, repercuſſum, ſaxorum ſalebras, vaſtiſſimas voragines. In Angermaniæ promontorijs ſcribit Olaus Archiepiſcopus Gothus, ad mare Botnicum, vehementiſſimos adeò fieri fluctuum ſtrepitus in abditiſſimis cauernis, vt qui forte fortuna acceſſerint nautæ, niſi longè aſſiduo remigio fugiãt, ipſo ſonitu incuſſo intereant, aut certè in reliquum vitæ ſtupidi, ac ſurdaſtri degant. Similes habet cauſſas Mons in Inſula Hiſpaniola altiſſimus, ac miris intus concauus ſpecubus : in quibus ſcribunt nouiter illarum terrarum inuentores, tanto cùm ſonitu, ac fragore præcipitari fluuios, vt ad quinque procul milliaria ſentiantur. In fluuijs cauſſæ maximi ſonitus duæ ſunt, aut cùm inter duras cautes conquaſſantur : qualis horrendiſſimus in Nilo, qui ſupra Sienem inter occurſantes ſcopulos pluribus milliarijs, tantò cum impetu ruit, vt incolæ perperuò auditus ſenſu priuati ſint, itaque locus Catadupa, quod eſt magni ſonitus, dicitur. Aut cùm fluuius ex alto præcipitat : Gangem aiunt, Plinio authore, ipſis ſtatim fontibus magno cum fragore erumpere, deiiciq. per ſcopulos inabruptos. Poſt Olbiam Pamphiliæ Cataractes eſt fluuius, qui magno ſtrepitu ex alta rupe deijcitur, vnde & nomen, Strabone. In Gothia (ſcribit idem Olaus) Vener lacus ad exſtum tàm præceps dilabitur, vt ad ducenta vſque ſtadia fragorem mittat. Adiuuant in his ſtrepitum glaciei cruſtæ inter fluxum conquaſſatæ, nam hieme is lacus congelatur. Et in mare glaciali ſupererigent interdum cruſtæ tam immenſæ magnitudinis, vt Inſularum innatantium habeant ſpeciem. Hactenus frigiditatis aquarum cauſſas habuimus. Porrò de humiditate, alia ratio eſt eius humiditatis quæ in aere, & quæ in aqua : nec eadem requiritur in potibus, quæ in balneis. Humiditas aerea tenuiſsima eſt, ac tota diſſipabilis : Aquea verò ſolidiuſcula eſt, ac magis cômoda in balneis, membrorum vires vnire faciens, & minus penetrãs in altum quàm aerea, niſi fortaſſe certis in caſibus præferẽda ſit. At contrà in potibus, probatur aquæ humiditas, quæ maximè aerea, vnde aqua fit leuiſſima; damnaturq. merè aquea, grauis, tenax, ac vix à calore vincibilis. Reliquæ verò facultates propiiis ad miſtionem accedunt, caliditas ſcilicet & ſiccitas. Non poſſunt quidem aquæ in defluxu cum pura terra concorporari : quin inſynceræ fiant, ac ſiccæ. Quales fumoſæ dicuntur, quæ, non multum abeſt, pauculum calorem perpeſſæ; quin aliquam ſalſilaginem contrahant, quem primum diximus terræ ſaporem, & in ſiccitate fundari. Paludum item atque ſtagnorum aquæ, in quibus pro impura humiditate, tam multiplicia animalia germinãt. Siccæ, ſed non ſine antegreſſa quadam caliditate ſunt acidæ omnes. Salſæ autem, acresq. ſenſibiles obtinent ſiccitatis partes. Sulphureæ, bituminoſæ, aluminoſæ, nitroſæ; gypſeæ, atramentoſæ, æneæ, ferreæ, argenteæ, aureæ, omnes quæ mineras ſalium, vel metallorum abluunt, vel quæ etiam eorum fumis implentur, calidam & ſiccam qualitatem acquirunt, ac ſæpè actualiter calidam. Sed antequam ad cauſſas caliditatis miſtarum aquarum veniamus, prima ac ſimpliciſsima caloris affectio in aquis eſt, quæ per antiperiſtaſim fit; quod primum eſſe indicium diximus de aquarum bonitate. Sanè cùm hieme tepent aquæ in fontibus, æſtate frigent. Tepent quidem hieme, ſubtrahente ſe infra cauernas terræ calore æſtatis. Aeſtate contrà frigent, præuentæ nimirum à frigore hiemali, quod æſtate ineunte refugit infra terram, Atque hoc refugium contrarij, à contrario antiperiſtaſis eſt, authore Philoſopho. Quod ferè accidit, vbi aquæ per venas defluunt ſyncerae qualitatis, & peruias penetranti calori. Alioquin aut crudæ perpetuò emanant, calore imperuio, aut diſsipato per raras loci poroſitates. Aut quales nuper diximus, fumoſæ, venis inſynceris. Hæc ergo ſimplicis, extrinſeciq. caloris ratio eſt naturaliter in aqua ſimplici.

Humiditatis ratio in aquis.
Fumoſæ aquæ.
Paludoſæ ſiccæ.
Acidæ, & acres, & minerales.
Caliditatis impreſsio.
Calor per antiperiſtaſim.
Antiperiſtaſis ratio, primo Meteor.

De cauſsis agentibus caliditatis in aquis ſponte manantibus calidis. *Cap.* *XVII.*

Caliditatis ratio difficilis.
Antiquæ opin.
Sotici.

DE venis autem aquarum naturaliter calidis, magnus quidem diſputationis locus eſt, quæ multa per omne æuum fatigauit ingenia. Omnino duo hæc manifeſta ſunt, & conceſſa omnibus : primum, quòd ex aquis non æquè omnes aut actu, aut potentia calent; nec æquè admiſtæ. Et alterum, quòd caliditas quantocunque ſubſiſtat gradu, æquè aduentitia, ac accidentalis eſt ipſi terræ, ac aquæ, etſi in quibuſdam cauſſa ſubſiſtat propria. Sed quænam ratio caliditatis huiuſmodi, non eſt facilè definire, cùm veri inueſtigandi cauſſa, non tot adeò iudicia adhibita ſint, quot rurſus difficultatum momenta emersère. Quippe ex antiquis philoſophantibus quidam, vix vllam videntes propriam cauſſam horum calorum in terris, omnia in communem, quem omnes ſentimus calorem retulère : diuerſa, & ſua quiſque ratione. Stoicæ diſciplinæ principes, Zeno, Cleantes, & Chryſippus, qui omnem motum, omnem vitam, cuidam inſito omnibus rebus calori

lori

lori attribuerunt, eiq. æthereo; non dubitarunt aſſerere M. Tullio authore, aquæ item naturæ admiſtum eſſe calorem, qui & teporem. & motum omni aquæ communicent. Quē non negarem, vt æthereа illa virtus vniuerſa eſt, & conſeruans cauſſa omnium calorum, non inſiti ſolùm in terris. Ita qui aſſignatè magis definire viſus eſt horum calorum cauſſam Thermophilus, ſolem dixit per raros terrarum poros penetrare, ac in profundo viſcerum roborari, ſortius ibi calefieri, ac inſtar ignium aquas, & quæcunque occurrant calefacere, & combuſtiua comburere. Proximè Democritus, qui ob cinerem, & calcem, quæ frequenter reperiuntur in aquis calidis, actualem in eis calorem poſuit. Mileus verò, quæ conſtans magis videtur poſitio, flatum poſuit ſeu ſpiritum, intrà terrarum concauitates concluſum, mobilem, ac calorificum. Qui omnes quanquam ad aliquam veritatis ſimilitudinem acceſſerint; indiſtinctè tamen, & communes dederunt cauſſas. Ac multas idcirco ſuſtinent cenſuras, ac illam primò, quia vniformi effectui, cauſſam dederunt non vniformē: imò variabilem quancunque in horis, radios ſolis, flatum, cinerem. Sicq. eadem vena haud vno perpetuò tenore caleſceret. Nec minor inter recentiores controuerſia eſt. Nam qui ingenioſè multa de rerum ſubtilitate diſputauit Hieronymus Cardanus, communem pariter propoſuit cauſſam: ſanè vaporem in ſubterraneis concluſum, tepidum, calidum, feruidum, flammam interdum, ac prunam. Rem tamen non abſoluit, cùm omnino definiendum fuiſſet, vnde nam ſit iſta calorifica virtus in terris, & in qua materia propria.

Lib. de Na. Deo.

Thermophilus.

Democritus.

Mileus.

Cenſuræ in opin. Antiquorum.

Iuniorū opi.

Cardanus.

Qui priori autem ſeculo balnearij ſcriptores definitam cauſſam poſuère, nempè ſulphur: ſententia non ſatis cautè defenſa, facilè à quibuſdam alijs exploſi, ac reiecti ſunt. Negauit eam Ioannes Dondius Patauinus, argutis vt videtur, rationibus. Negauit etiam doctus quidam rei metallicæ author, hoc potiſsimùm argumento, quòd ſulphur neque actu poſſit calefacere aquas, niſi vbi ex ſubiectis ignibus incenditur, quod ſi fit, raris in locis fit; nimirum vbi ignes. Neque potentia, quòd haudquaquam in ſulphure ſic latet ignis, quemadmodum in viua calce, quæ perfuſa aqua incenditur, eamq. viciſsim calefacit. Eiuſdem ferè veſtigia ſequitur nouus quidam Germaniæ Coſmographus, & qui eiuſdem ferè dictata referunt, Iuniores quidam alij eius gentis, tantum valet ſemel concepta ſententia. Quare vnus poſt alium hi authores, bitumen potiùs generalem omnium calentium aquarum fomitem ponendum exiſtimant: quod & ardet inquiunt in aquis. Quæ longiſſimè omnium erronea poſitio eſt, & diſperſim in his libris ſexcenties ipſis experimentis repræhenſa.

Veteres noſtri.

Dòdius.

Germanorū opinio reprobata.

Bitumen non eſse cauſſam caliditatis aquarum.

Ad hāc ergo diſputationē quàm operoſiſſimis adeò lucubrationibus elaborauimus, pro tanta opinionum controuerſia, leni (vt dicitur) aura ingrediemur, ſi primò ad diſtinctionem, ſingularia quæſtionis capita proponantur. Nam primò videndum eſt, quatenus agentes calores ſupponātur in terris. Deinde quo modo ex natura aquæ caloris gradum poſſint concipere, & quinam gradus adeò varij in varijs terris, & aquis, calidi, tepidi, feruidi. Rurſus num materiam in terris hi calores habeant propriam, an conſequentes cum hac alias cauſſas. Et demum, calore iugiter abſumente materiam, mirum videtur vnde hæc propagatio pabuli, æterna ſit, & vniformis, vt nunquam ceſſet, neque variet per ſecula.

Prima capita quęſtionis.

I.

II.

III.

IIII.

Horum verò omnium commune illud fundamentum eſſe hic meminiſſe oportet quod de aquarum origine propoſuimus: mediam ſcilicet terræ regionem, quæ inter centrum, & extremam hanc ſuperficiem intereſt, totam concauam eſſe, ac ſpongiæ inſtar immenſis ſpatijs anfractuoſam, ac plenam aut aqua, aut aere, aut ſpiritu, aut etiam igne. Vbi rurſus tria contemplamur, Vnum, quod Natura nuſquam, nec in his terræ barathris patitur vacuum: ideò plena ſemper aliquo corpore. Alterum, quod nihil vſquam voluit ociari: ideò nec aer, nec ignis, nec quicquam in his cauernis terræ fruſtra eſt. Et tertium, quòd in tota hac ſublunari natura ſemper intēdit miſtionem, & propagationem rerum perpetuā. Et ad hunc finem propria quædam conſtituiſſe videtur ſeminaria cunctis rebus, tàm elementarijs, quàm viuentibus, & plantis, & terreſtribus, vnde ſpecialem miſtionem, propagationemq. perpetua moliretur. Inter hæc ergo ſeminaria rerum, ſunt duo exhalationum genera, quæ in his terræ concauitatibus reperiuntur, vt etiam ſuprà terram; ideſt exhalatio calida, & ſicca ſui natura, & vapor calidus & humidus; quæ Ariſtoteles in III. Meteor. duo veluti prima principia propoſuit omnium rerum, quæ infrà terram generantur. Quippe ex vapore (vt iam diximus) oritur naturaliter aqua, plus, aut minus ſyncera, ac pura, pro vaporis ipſius diſpoſitione. Ab exhalatione autem calida, & ſicca vegetantur quodam modo mineralia, propagantur metalla, fiunt lapides, pro inſita in eorum venis ſpeciali proprietate, atque virtute: nec nō ſuppeditatur ex ea continuò pabulum, fomesq. materiæ, quæ ex ſui pariter natura in terris diſpoſita eſt caloribus, ac fouendis ignibus certis locis, & aquis. Omnino ergo ne egere quidem videtur oratione prima pars diſputationis noſtræ, quia hos ignes multis in terris videmus perſpicuos. Famoſiſſimus in primis mons Aetna in Sicilia, qui ſuper cætera naturæ miracula, perpetuis emi-

Terra tota inter vacua.

Exhalationum duo genera in terris.

Cap. vlt.

I.

De actualibus caloribus in terris.

cat

Ignes in quibus terris naturales.

cat flammis. Et in oris Siciliæ, atque Italiæ Aeoliæ ſeptem inſulæ igniferæ, in Campania veſuuius, & Miſeni promontorium, atque in conſpectu huius Aenaria Inſula, quæ ardent per tēpora. Ardent in Iſlandia mare glaciali Hecla, Helga & à Cruce cognominati mōtes; mons Cophantus in Scythia, mons Chymera in Lycia, Troezene in Aphrica, vna Cycladum Inſularum in Aegeo, & in Achaia locus in Meſſenijs. Vt interim taceam innumera exempla fontium, qui è bullientibus naſcuntur venis, ſicut ſulphuraria Puteolis, Bullicanū Viterbij, feruidi lacus in Hyperboreis, Purgatorium dictus lacus in Pannonia, Aponi fontes, colles Mutinæ igniuomi, aliaq. id genus balnea, quæ è tota fermè habitabili plaga terrarum in ſuis hiſtorijs narraturi ſumus. Omnes ſapientes breuiter videntur hos ignes ſuppoſuiſſe in terris, quos vbi vbi viæ pateant, penetrare. Alibi elambere ad certos, quales diximus, exitus, quaſi intraneos terræ caminos, vnde reſpirent. Alibi non inuenientes certos exitus, occultè peruagari infrà terram milliarijs non ſolùm decimis, aut vigeſimis, ſed & centeſimis, donec alicubi exhalent. Alibi cuniculos intrare cum aquis, &

Ariſtoteles.

cum aquis ſpirare, easq. calfacere, quis dubitauerit? Tales in ventorum cauſſam adduxit ignes Ariſtoteles 11. Meteor. Tales & in terræmotu: à feruore, inquit, ideſt igne terræ proprio, atque à calore ſolis, plurimos infrà terram gigni flatus calidos, & ſiccos. Et de varijs fontium, ac fluminum ſaporibus cauſſam eſſe, ignis potentiam, quæ vel ei inſit, vel ingeneretur. Atque hæc ſumma rationum in his caloribus eſt. Tacta inprimis ab Empedocle, quem æmulatus Lucretius latinis verſibus ita reddidit.

Lucretius.

Principio tellus habet in ſe corpora prima,
Vnde mare immenſum, voluentes flumina fontes,
Aſſiduè renouent: habet ignes, vnde oriantur.
Nam multis ſuccenſa locis ardent ſola terræ,
Ex imis verò furit ignibus impetus Aetnæ.

Seneca.

Empedoclis item authoritate Seneca, ignes inquit, multis in locis terra opertos tegit, ac aquas calfaciendo inalterat, ſi ſubditi ſint ſolo, per quod illarum incurſus eſt. Idem inuenio in libello de Mundo ad Alexandrum inſcripto, quem Apuleius Theophraſto, alij (vt Budæus) Philoni adſcribunt: terram ſ. non aquarum modò fontes habere in ſe, verumetiam ſpiritu, & igne fœcundam eſſe, qui ex aditis terrarum prætereuntes aquas, aut feruentes ex vicinia reddant, aut certe ex longinquitate tepidiores. Horum porrò ignium

Manilius.

naturam indicat Virgilius in Aetna, Ouidius in Metamorphoſi, Claudianus in fontibus Aponi, Plutarchus in quæſt. Naturalibus. Vitruuius, Plinius, & Manilius in Aſtronomicis omnium clariſsimè, dum ita inquit.

Sunt autem cunctis permiſti partibus ignes,
Qui grauidas habitant fabricantes fulmina nubes,
Et penetrant terras, Aetnaq. minantur Olympo.
Et calidas reddunt ipſis in fontibus aquas.

Quomodo aquæ naturaliter caloris gradum poſsint concipere. Cap. XVIII.

Svbſiſtentibus ergo infra terram caloribus: iam quomodo aquæ caliditatis gradum poſſint concipere oſtendendum eſt; & poſteà in qua ſubſiſtant materia. Sunt ergo tria ſimul elementa, nec ſine certa naturæ lege, ac imperio coacta breui fonticulo, terra,

In terræ viſcerib. conſtare omnia elementa.

aqua, & ignis. Videtur terra tanquam baſis ac recipiens, ſubiectum aqua, agens ignis. Adeoq. perrara inuenies loca, quæ inſitos obtineant huiuſmodi calores, quæ non emittant ſimul calentium aquarum venas. Quod planè fit: nam calidi eſt dilatare, dilatatos autem eò meatus, facilè interlabentes ſub terra aquæ concurrunt. Quod de Aſphaltite lacu adfirmat Poſſidonius, in imum incendij, quo Gomorrha, & Sogdoma abſumpta fuit, occul-

Cur terræ calentes abundent aquis.

tas inceſſiſſe aquas, quæ adhuc vriginis illius putorem, ac naturam ſeruant. Sic veriſimile putant erupiſſe iam multis ſeculis Auerni aquas in Campania, cuius ſolum tam crebra ſuſtinere conſueuit incendia. Et hinc haud longè non alia de cauſſa ſub Aſtruni montis crateris, calentes adhuc ſcatere venas. Nec reliquæ mundi partes plures obtinent calentium aquarum venas, quàm hic Campaniæ tractus, qui totus vſque in Siciliam anfractuoſus cō-

Campi Vulcani ardentes.

ſtat, & plenus ignis. Perſpicuum verò actualis ignis, ac incurrentium ſimul aquarum exemplum habetur inter Puteolos, & Neapolim, in cāpo Vulcano, qui Sulphuraria dicitur: quippe ſalebroſa vndique colliū coronide, & in ſe totus, intus, & extrà aſſiduo feruorecrepitans; lacunas continet certis locis vinarum aquarum, quæ inſtar bullientis caldarij perpetuò feruent. Idem ferè videre eſt in volatterrano ad Montem Cerbarum, in cuius balneis perſpicuè aqua cum ſulphure, & calore feruefcit. In Patauinis ad balnea Sancti Bartholomæi, eſt fonticulus quidam inter alios, in quem aqua ad tactum manifeſtè frigida ingreditur, &

paulo

paulo poſteà pro ſubdito naturali feruore incaleſcit. Imò in tota ea valle aquæ, limus, glarea, ſilices feruent. Quod ſi in alijs calentibus venis, ac fontibus aquarum, calores ſubterranei ſubeſſent perſpicui, vt perſpicuè in prædictis patent exemplis, iam manifeſta & cōgrua ſatis haberetur in quoque fonte cauſſa caliditatis. Verùm quod ſummam parit difficultatem, hoc eſt; quòd pauca in toto orbe memorantur loca, quæ diximus igniū productiua: & è contrà multæ, ac ſine fine ſcaturigines calentium aquarum habentur, quæ lōgiſſimè à crateri ignium, imo ſine vllo calorum veſtigio, & tamen calidæ, ac aliquæ etiam feruidæ emanant. Quocirca duo proponemus, ac ſoluemus ſcitu digniſſima Problemata. Primū totam compræhendit quæſtionem; Cur affectio calorum, ſiue ignium terreſtrium, non ſit vnius generis, ac vnius æquè caloris gradus vbique, ſed alibi calidas reddat, alibi feruidas, & alibi tepidas tantùm. Alterum ſpeciale eſt; vnde tàm exacta in quoque ſingulari fonte, adeo mutabili vniformitas ſit, vt vnus perpetuò emanationis tenor ſeruetur, idemq. caloris gradus. Et reſpondetur, vnico verbo; quòd nulla alia vniformitatis, aut difformitatis ratio quærenda eſt fontiū calidorū, quàm quæ generis eſt ad ſpecies, & differentias ſuas. Quippe vnus calor in genere eſt terreſtris: differens prout in ſpeciali materia plus, & minus, calidus, & feruidus. Species, & ipſorum fontiū conſtitutio permanēs eſt, vt aliarum ſpecierum. Differunt autem modi calorum, penes proportionē inter agens ipſum calorem, & paſſum, aquam. quæ explicatiore ſermone declarabimus. Primum de proportione agentis, & paſſi, iuxtà principia diuiniſſimi philoſophi, tria ſunt, quæ maximam pariunt in actione diuerſitatem. Virium vtriuſque gradus, quibus viciſſim actio fit, & paſſio: Situs vtriuſque in agendo, & patiendo: & materiæ quantitas. Iuxtà virium gradus omnis actio fit: omne enim agens à patiente repatitur, IIII. de Gen. ani. c. III. & I. de Gen. & corr. XLIII. & qualis proportio agentis & paſsi, talis actio fit, & talis impreſsio. A parte enim agentis caloris, virtus calorifica ſummo gradu ineſt in pruna, remiſso in flamma, deinde in vapore, minimo in fumo. Similiter à parte aquæ, facilè enim alterabilem diximus ſimplicem aquam; crudam indomitam, & incoctilem; compoſitam terreſtrem, & duram: & qualis ſpecialis concurſus, talis impreſſio fit in emanante aqua. A ſitu verò vtriuſque: omnis. n. actio fit per contactum, ac fortius agitur in propinquam partem, debiliùs in remotam. At calorū, & venarum non eſt vnus ſitus vbique: ſed alibi palam eſt; vt in prædictis patet exemplis, vbi manifeſtus concurſus fit ignis feruidi, & naſcentis aquæ. Alibi occultus in abditis terræ cauernis; hinc vena aquarum permeat terram, hinc repunt calores, à perpetuo veluti foco, per quoſdam (vt diximus) terræ caminos. Quibus vnà concurrentibus, ad vnum exitum, aqua, ſcilicet & igne, prout ſitus, communicatio viarū, ſors, vel diuinus quiſpiam iuſſus tulerit, apparet impreſsio foris in naſcente aqua. Hæc forma eſt, hic typus harum impreſsionum caliditatis in aquis. An verò à prima origine naſcantur aliquæ calidæ, concreato videlicet cum ipſa aqua calore; ſicut concreatū diximus in certis aquis ſaporem, atque odorem. Non credo: Nā exhalatio illa in ſubterraneis, inepta omnino aquis gignendis eſt: potentia enim ignis eſt, ac fit aliquando ignis, non aqua. Vapor autem, qui potentia aqua eſt, calidus, & humidus, teſte Philoſopho, non habet gradum caloris, ſed aeris, ac aereo duntaxat gignendo tēpori in aqua eſt idonea, quales tepori emanant ſtillatitij liquores; & quales diximus ſynceras aquas oriri hieme tepidas. Relinquitur ergo vt venarum, quæ calidas emittant aquas, plurima pars hanc habeat cauſſam, occultos, ſcilicet aliunde impetentes calores, qui cum venis aquarum communia habeant ſpiracula. Cuius rei vel indubitatam fidem deberet facere Bullicanum Viterbij, quod longiſſimè à terris ardentibus, imò ſine vlla æſtimatione calorum, feruidiſſimas tamen emittit aquas. Manifeſtum id & in Siculis balneis, quæ (vt mihi videtur) ab imis barathris ardentis Aetnæ occultos concipiūt calores, ac diuerſo tractu calidæ emanant circumcircà ad oras inſulæ, aliæ ad Panhormum, aliæ ad Drepanum, aliæ ad Xaccam. Et balnearum (vt dixi) calentium omnium, quarum apertè non caleant terræ, eadem ratio eſt. Facit tandem in cauſſa diuerſitatis caloris materiæ quantitas, nùm debita inuicem proportione conueniant in agendo & reſiſtendo. Aut enim multus calor loci vndique humores aſſiccaret, eumq. ſterilem aquis efficeret; & ideo terræ vbi is calor, ac arida exhalatio multum luxuriat, nec plantas alunt, nec germinant. Aut multa aqua igniculum ſupprimeret, extingueretque. Quamobrem nullus fluuius ita incaleſcere viſitur, minus lacus, minimè omniū mare: prænimis enim vaſta ſubeſſe oporteret incendia, quæ tantā aquæ abundantiam poſſet calfacere. Et quæ paucæ certis locis calidæ emanant in medijs fluuijs, breui decurſu admiſcentur, amittuntq. calorem. Quales in Minio Galleciæ fluuio ſurgunt calidæ cum balneis; in Danubio item iuxtà Pannonios, & in Cydno Cyliciæ fluuio, qua de cauſſa podagricos in eo dolores curari aſſeuerat Vitruuius, cæterùm aquæ frigidæ, & blandiſſimæ. Ergo ſatis hactenus manifeſtum eſt, quòd actualis calor in terris naturaliter ſubditus eſt cauſſa propriè effectiua cur aquæ emanent

calidæ:

Duo problemata de varietate agētis caloris.

Calorum ac fontiū genera. Differentiæ, ac ſpecies.

Proportionis ratio calorum in aquis.

A gradu virium.

A ſitu.

Concurſu ſimul aquæ & ignis in ſulphur calefiunt aquæ.

An caliditas poſſit connaſci cū aqua.

I. Meteor. c. IIII.

A materiæ quātitate

Flumina, lacus, Maria, cur nulla calent.

Veterum cōtrouerſiæ conciliantur.

calidæ: vbi magis,vbi minus,prout intenſiùs alterum præuincit alterum,formæ qualitate, ſitu,& materiæquantitate,aut calor aquam,aut contrà aqua ipſum calorẽ. Ex quibus,quoniam vero vera conſonant omniquaque,prædictæ veterum poſitiones confirmantur,& quo aduerſæ ſunt,conciliantur omnes. Sunt enim cauſſæ plures ad quoque effectum,ordinatæ connexu quodam à primis ad vltimas,& veræ omnes ſuo ſenſu. Aether in primis vniuerſaliſſima cauſſa eſt,quam conſequitur ſolis virtus influens motu & lumine calorem; ex eo calor,quem ſentimus omnes,penetrans terram,in terræ autem penetralibus exhalatio, vapor, & tandem calor actualis, quæ eſt immediata cauſſa agens, alteransq. diuerſis modis qualitates aquæ, quem admodum dictum eſt.

De cauſſis materialibus calorum in aquis ſponte manantibus. Cap. XIX.

Ad III.q.

QVoniam autem agens eiuſmodi calor in materia quadam ſibi congrua ſupponebatur, ideo iam,quod tertio loco polliciti ſumus, de huiuſce materiæ natura quærendum eſt. Nemo autem dixerit ſolem, vel communem, quem ſentimus calorem,vel exhalationem,quæcũque ſupponatur inſita,harum alterationum in terris, & in aquis eſſe immediatam cauſſam. Nam exhalatio eſt calida & ſicca potentia, non actu. Et ſolares radij,quo tempore etiam ſunt validiſſimi æſtate,non penetrant multum infrà terram; quod olim cecinit Homerus, & ex eo Boetius. Vel eſto quod aliquatenus penetrent in viſcera terræ,tamen,vt Aſtronomi demonſtrant, & tangitur in primo Meteor. à Philoſopho,radij ſolis,non ſunt calidi,neq; frigidi,niſi virtute;quæ manifeſtatur in materia apta ad calorẽ,& benè diſpoſita;ergo quæ particularis ſit hæc cauſſa definire oportet. Cui demõſtrationi via ſenſus eſt valde idonea. Ergo aut ſulphur,aut bitumẽ:hæc enim duo primi fomites in rerũ natura habẽtur, qui ſi nõ ſemper,nec vbique;manifeſtos tamen alicubi cõtinent ignes. De bitumine indubitata quorundam hodie opinio eſt,vt diximus;qui & negant omnino cauſſam eſſe ſulphur. Hac primũ ratione,quia ſulphur haud quaquãm calfacit aquas actu,niſi vbi ex ſubiectis ignibus incẽditur;& vbi plus,vbi minus,vbi nihil,incendit, ergo aut vbique & ſemper æquè incenderet, aut non eſt propria cauſſa. Et præter ea, quia ſulphuris materia etſi ardeat, vbi ardet, perfuſa tamen aquis extinguitur, non tantum non incenditur. Solum bitumen aiunt iſti, & ignem ſimul & aquam compatitur: quales aſſerunt fontes ardere in Apolloniatarum nymphęo, & in lacu Babyloniæ, & alibi. Hæc noua hodie quorundam ex Germania ſcriptorum fuit opinio, quæ indigna eſt conſiderati iudicij, ac facile reprobatur. Nam ſi ita eſſet, quicunque calidi ſponte emanant fontes, bituminoſi eſſent. Nec non aſſeclas illas ſecum egererent flammas: quod vtrunque eſt falſum. Quin imò cùm ex bitumine rariſsimæ memorentur flammigeræ aquæ in toto orbe terrarum, aut ad ſummum tres, vt patebit in earum hiſtorijs, & hæ tres adducantur in admirandis quando ardent: planè quæ flamma elambit bituminis aquas in fontibus plerunque inualida eſt: quod ad aquas Scantias meminit Plinius, quæ nec fraxinum virentem in ipſo fonte valebat incicere. Imò omnes ex bitumine incenſiones ſtipula, ac paleis ob eandem cauſſam extinguuntur. Minus veriſimile eſt quod putant, id liquamen inter aquas, & ſub aquis ipſis continere ignes. Nam id planè contrarium videtur naturæ bituminis, quod vbi ardet in aquis elambit potiùs ſuperficiem aquæ, non ardet intrà, nec infrà aquas. Minimè ſub aquis ipſis; flamma enim vbi non reſpirat,extinguitur. Præterea, hoc maximum eſt argumentum. Iam fontes definitum eſt emanare vniformes, ac perpetui caloris: perpetuam ergo, & vniformem eos habere cauſſam neceſſe eſt. At incendia bituminis, ſeu calores, ſeu flammas dixeris, vbicunque ſint, non ſunt perpetua, nec vno tenore; ergo nec aquarum calentium ſunt cauſſa, quæ vno ſtylo emanant perpetuò. Quod declarant aquæ ad montem Gibium in Mutinenſi, quę è puteis cum bitumine deſtillant frigidæ, nidoroſæ tamen, & violaceo colore. Et collibus quandoq; incenſis (vt ſolent quandoque incendi)aut nullæ,aut pauca aquæ,& parum admodum alteratæ. Iam huic opinioni reſtat refugium ad occultas, clam nobis alterationes aquarum, ex bituminis affectione in ſuis venis. At nullus equidem quos vidi calidorum fontium, imò qui ferueant impensè, eo bituminis nidore perfuſus ſentitur; ſulphoris verò putore omnes euidentiſſimè ſcatent, etiam ſalſi, & aluminoſi, & metallorum quoruncunque. Non eſt ergo bituminis materia horum calorum cauſſa in aquis, ſed ſulphur haud dubiè; quod iam demonſtrare aggredimur. Singularis quidem hæc videtur naturæ diſpoſitio: quæ vt cuique rei ad illorum ſuperiorum ideam adaptauit propriam, ac certam cauſſam, ita ſulphuris materiam deſtinaſse videtur in terris ad hos calores. Quare communis eſt ferè omnium nationum conſenſus,vt cùm balnea religioſè,ac ſacris etiam venerẽtur nominibus;ſummo quoque conſenſu eis ſulphuris naturam attribuant in cauſſam; quod & nomine communi

Marginalia: Solares radij non penetrant terram. — Opi. de bitumine reprobatur. — I. Argu. — II. — III. — IIII. — V. — Aquæ M. Gibii. — VI. — Sulphur eſse materiã calorum in aquis.

ni cum diuinis rebus Græci Θεῖον appellarunt. Habebat & in religionibus locum, authore Plinio, ad expiandas ſuffitu domos. Quam ſententiam ſequutus videtur Ariſtoteles XXIV. Problematum, dum aſſeruit; idcirco balneas cognominari conſueuiſse SACRAS, quòd fulminum flammas, ac ſulphur in defluxu elambant. Quaſi eadem flamma, eademq. cauſſa ſit balnearum, atque fulminum: ipſum, ſcilicet ſulphur, quod ceù res ſacra, à Ioueq. eiaculari in terras reputatur. Id quod in delapſo planè fulgore apparet, vbi putor ille, qui relinquitur, ac vrigo, eſt merum ſulphur. Nec ſecus in cauſsis rerum, quæ circà terram, & circà aquarum varias paſsiones contingunt, pro ſubdita materia modò ignem dixit, modò ſiccam exhalationem, impreſsionemq. ab alumine, calce, & cinere, modò vaporem. Probatur idem, argutis ſanè rationibus in libro de Proprietatibus elementorum ipſi Ariſtoteli adſcripto. Noſtrarum verò demonſtrationum, quas veras potiſsimùm à ſenſibilibus reputamus, pleni ſunt hi libri. Et cùm eiuſdem ſententiæ fuerint ferè omnes, qui priori ſeculo ſcripsère de balneis, quoniam tamen rem aliqua ex parte reliquerunt indefinitam, & dubiam; idcirco eam nos; ſimul atque argumenta in contrarium, hinc abſoluere tentabimus.

Sulphur Græcè Θεῖον, quaſi diuinum. Balnea ſacra. I. II. & III. Meteororũ.

De natura ſulphuris, & quam ob rem ex eo non caleſcant, aquæ omnes vno tenore, imò aliquæ ſint frigidæ. Cap. XX.

INter plura autem argumenta, ac dubia, quæ alicuius momenti videntur cõtrà adductã à ſulphure cauſſam, hæc ſunt præcipua. Primùm quæritur de natura ſulphuris, quænã eſt iſta propagatio, ac prærogatiua ſulphuris in terris continendi ignes, & calefaciẽdi aquas. Deinde mirum videtur, vt igne iugiter ipſum abſumente, non defecerit tamen, aut deficiat vnquam, cùm tamen ea ſit ignis natura vorax, tamdiu ardere, & durare ſolita, quãdiu ſit combuſtibile; & nullũ cõbuſtibile eſt, quod non aliquãdo abſumatur, & deficiat igni; an ſolum iſtud nunquàm abſumitur? Vel tertiò, ſi aliunde hæc materia ſubminiſtratur in alimoniã ignis ſubterranei; quod nam iſtud prõptuarium, ac alter Tartarus; cùm poſt memoriam terrarum ardentium, iam totam terræ molem, ſi tota fuiſſet ſulphur, olim conſumendam fore veriſimile ſit. Poſteà ſi ſulphur pro ſubiecta horum calorum materia ponatur; difficile videtur quinam tanta iuxtà idem ſubiectum diuerſitas ſit, vt alijs locis caleſcat tantum, & plus hic, & minus ibi; alijs ardeat, quanquam raris locis: in alijs verò ſine fine non tepeat ſolum, verumetiam frigeat vena, haud fermè differens ab alijs terrarum venis. Et de aquis eadem ratio; vt cùm à fomite ſulphuris debuiſſent fortaſſe omnes æquè caleſcere; & tamen eodem ſubiecto ſulphure, aliæ plus minus calidæ, & feruidæ ſentiantur, aliæ frigidæ, aliæ tepidæ, aliæ frigidiſsimæ. Et denique hoc aiunt conſtare experientia, quòd vbicunque calidæ emanant aquæ, haud habent vbique ſulphur; ſed alibi ſulphur manifeſtum, alibi quodpiam aliud minerale, bitumen, atramentum, ferrum, æs, aurum. Non ergo videtur ſulphur neceſſaria ac ſola cauſſa horum calorum in aquis. Quibus omnibus argumentis vel vnico ſermonis excurſu ſatisfaciam. Primùm dico, de natura & propagatione ſulphuris qui quærit, quærat is quoque de cæterarum ſpecierum productione. Propagatur per ſingularium partium acceſſiones, vt cæteræ ſpecies terrarum, lapidum, mineralium. Non abſumitur, primum quia non ardet vbique: & vbi ardet, natura cooperante ardet, quæ nouam continuò regenerat materiam, ſuppeditatq. qualem, & quantam, & vnde opportuna eius propagationi ſemina diſpoſuit, vt mox paulo declarabitur. ardet quia certè ſulphur ſuper omnem terræ ſpeciem eſt amiciſſimum igni, ita, vt ſponte alicubi concipiat ignem. Ardet tamen alijs locis minus, in alijs non item; hæc inquam non minus loci proprietas eſt, quàm ipſius materiæ. Siceti etiam, vt quantum & quandiu ardeat, quo modo, & à quo, & ſi quando inceperit; hæc ſimiliter particularia ad ipſius vniuerſi diſpoſitionem referenda ſunt, & vt analogiſmo vtar Lucretij:

Primum dubium. II. III. IIII. V.

Ad argumenta. Sulphuris ſpecies, ac propagatio.

Sulphur cur non ardet vbique.

Lucretii locur.

Nimirùm, quia ſunt multarum ſemina rerum.
Ex infinito ſatis omnia ſuppeditari
Putandum.
Cui conſentit quoque in ſua Aetna Vergilius.

Imò ferè omnes, qui in hæc arcana naturæ penetrant, haud aliam planè habent cauſſam, quàm hæc in ſpecialem materiæ diſpoſitionem, ac loci proprietatem referenda. Qui nimirùm locus, ſeu mineræ ſpecies, hanc à primordio habet, diſpoſitionem ad ignem, & calorem, vbi plus, vbi minus. Verùm quoniam humana ſolicitudo non acquieſcit communibus probationibus, en tres ſingulares eius diuerſitatis cauſſas. Prima eſt pro inhabilitate loci, quem fortaſſè ex obice denſo, vel profunditate, radij ſolares non penetrant, itaque materia non excitatur ad ignem. Altera eſt ab exhalationis defectu, quæ concluſa

Rationes de ſulphuris diuerſitate 1. a loco.

ſa ſub terris, inacceſſas ſimiliter inuenit cauernas ſulphuris. Et tertia, quæ potiſſima eſt

2. à caloris defectu.

cauſſa, ac probatiſſima infinitis exemplis; quia ſulphuris non eadem vbique ſoboles eſt: ſed alibi ſyncera., ac idonea caloribus concipiendis; alibi perexigui fomitis; alibi permi-

3. à materia male diſpoſita.

ſta terris frigidis, & quaſi emortua, ineptaq. prorſus caloribus. Cæterùm quid de hoc igne dicemus in terris perpetuo, vt in Aetna, & in balneis viſitur perpetuò feruidis, an ele-

Ignis ſubterraneus an elementi ſit pars.

menti pars ſit, an noua propagatio ignis? Elementi partem nequaquam; nam extrà ſuæ regionis limites eſt: Ergo vel violentum quoddam, vel noua propagatio. Sed quomodo violentum? cùm ex doctrina magni philoſophi, II. cęli. XVIII. Nullum violentum perpetuum? Reſpondetur ex Auerroe, quòd propoſitio hæc per ſe vera ſit; fallit tamen ſecundum quid, & per accidens, quales multæ ſunt naturales propoſitiones. Fallit in hoc igne

An violentum.

ſubterraneo; fallit & de igne elementari, cui accidit motu raptus ſub concauo Lunæ circulariter moueri; fallit & de ęſtu maris, quòd vltrò citroq. trahitur à motu fortaſſe cęli perpetuo. Ego verò dixerim (ſaluo ſemper meliori iudicio) hunc ignem ſubterraneum, nec elementum eſſe, nec partem elementi, iuxtà eiuſdem philoſophi diſtinctionem in I. Meteororũ. Sed miſtum igneum naturale in proprio combuſtibili: ergo nec violentũ quod-

Ignis miſti genus.

dam eſt. Nam quid prohibet ignem, quem videmus in minera ſua combuſtibili, miſtum eſſe quoddam naturale, vt miſta reliqua terreſtria? Non accidens dici poteſt, nam tum ſub cenſu caderet violenti perpetui. Nec aggregatum per accidens; nam aggregatio dicitur de rebus formaliter diſtinctis, vt in tritici cumulo plura cerealia coaceruata. At

Miſtorũ terreſtrium natura.

in his primis elemẽtorum miſtionibus non eſt exactè quærenda ratio miſtionis à principio intrinſeco; ſed qualis in meteoris eſt nubium, grandinis, fulguris, & huiuſmodi aliorum, quæ ex concurſu conſtant elementorum quodam, ac ex varijs alterationibus inter ſe reſultant, quia nimirùm imperfecta ſunt miſta. Imò pefectiorem quàm meteora dixerim horum corporum miſtionem in terris, quia eorum natura non adeſt & abeſt; ſed permanens eſt; à principio quodam intrinſeco eius loci emanans. Et per conſequens haud aliter de hoc igne quærendum videtur, ac in cęteris metallis, quæ teſte Galeno IX. de ſimp. med. facul. plurimum obtinent eſſentiæ igneæ: Niſi hoc, quòd in reliquis metallis exiſtere ignis intelligitur in eſſe refracto, & in potentia; in hoc autem ineſt actu, quæ videlicet huius mi-

Ignis terreſtris miſtio ſpecies intẽta a natura.

ſti ignei eſt propria natura. Sicq. non eſt elementum, nec violenri in eo quadrat vlla ratio; ſed certa ſpecies miſti terreſtris actu calidi & ignei, vt cætera mineralia, ac miſta tam terreſtria, quàm aquea. Alioqui ſi mineræ id genus ardentes in terris non eſſent ſpecies certæ, & intentæ à natura, ſed violentum quoddam; cui dubium eſſe debet, quòd iam defeciſſent in totum, non fuiſſent perpetuæ? At hæ perdurant, duraruntq. iam poſt hominum memoriam tot ſæculis Aetna, totq. alia ardentia loca, tot generoſa Thermarum genera; fateri ergo cogimur, hæc haud violentum quiddam eſſe, ſed naturalis effectus cum ſua

Loci Ariſtotelis noua expoſitio.

cauſſa naturali. Facit ad hanc noſtram ſententiam expoſitio D. Thomę, ſuper eum locum II. cęli. Nullum violentum perpetuum: Niſi cauſſa (inquit) ſubſiſtat perpetua. Perinde ac ſi diceret; eſt effectus naturæ perpetuus, & cauſſa naturæ perpetua; ergo non eſt in genere violenti, ſed perpetui, vt cæteræ ſpecies ſunt perpetuæ, & intentæ à Natura. Quam-

Ad IIII. q. Materia ignis cur non abſumitur.

ob rem verò ea materia non abſumatur aliquando igne, & finiatur; hoc erat inter prima problemata diſcutiendum. Cauſſam verò ſubinnuit Vergilius, ſeu quiſpiam fuerit ille author in Aetna.

Atque hæc ipſa tamen iam quondam extincta fuiſſet,
Ni furtim generet ſecretis callibus humor.

Materiam. Planiùs (inquam) hæc eſt vera cauſſa: quia vt cæterarum rerum ſpecies ſua quæque propagatione ſunt æternæ; ita ſulphur in ſuis mineris, vegetalis quædam (abſint hinc paralogiſmi) ſpecies eſt, & propagationis æternæ, etiam cum igne. Nam quæ natura certa lege ac imperio, veluti diximus, coegit, ſeu produxit ignem in terris, ac certam adhibuit pro alimonia ſpeciem terræ, ſcilicet ipſum ſulphur: eadem quoque æternum veluti ſeminarium elargita huic eſt, vnde perpetuam haberet propagationem, vaporem, fumum, exhalationem; quibus plena eſſe illa interuacua terræ, iam neminem credo dubitare. Quæ res vulgò patet in Aetna, ac ratione probatur aliqua, cùm de eius natura erit loquendum. Cæterùm quòd alijs locis non vno tenore fiant incendia, & calores, imò

Lib. IIII. Ignes cur non vno tenore vbiq; ſint.

ceſſent aliquando; diuerſa materiæ diſpoſitio eſt in cauſſa. Alibi enim vegeta ſemper, ac viuax, vt in Aetna ipſa, quæ perpetuos in cauernis ſuis continet ignes: hac ſcilicet loci proprietate, ac perpetuo quodam naturæ ſeminario, quo ſulphuri ſemper generando, ac fouendo igni eſt idonea. Alijs locis temporanea ſubeſt materia, & quæ paulatim diſponitur, vbi citiùs, vbi tardiùs; pro fauore cęli, & pro virtute intrinſeca minerali. Adde, quod caput eſt; & pro nouæ materiæ appoſitione à continuis vaporibus terrenis, quos ignis natura arripit ad ſe, illi viciſſim conſequuntur. Temporaria incendia patitur Aenaria Inſula,

ſula, nam ſemel combuſta materia, ceſſat ardere per ſecula, donec nouiter à matrice repullulet materia, vt ardeat iterum. Quemadmodum & in Puteolano accidit, qui aſsiduo feruore crepitat, at ignes non concipit, niſi rarò. Similiter & in vicinis montibus, Miſeno, & Veſuuio, qui rarò flagrant. Porrò tandem quæ ſit in his locis noui incendij occaſio, definiendum eſt; quam anthores non facilè determinant, an ſponte excitetur, an ſolis aſſiduo feruote, an igne imprudenter adhibito. Nos ſecundum locorum variam naturam, in his quidem vnam, in his verò aliam innenimus cauſſam. Sponte excitatur in Aetna, cùm miras edit in aera flammas. Ignes enim aliquandiu in imò fomite conſopiti, ventorum impulſu per canernas excitati, præiacentem corripiunt materiam, quæ, quanquam alias combuſta, fumis tamen mineralibus, ſole, plunijs, alijsq. ſuperuenientibus elementorum mutationibus, diſponitur ad nouum incendium. De incendio in Aeolijs Inſulis Ariſtoteles hanc videtur aſſerere cauſſam, ex Terræmotu perinde aerem accendi infra terram, ac fulgur in aere, nempè ſpiritus repente colliſos incendi, diſcerpto prius in exigua fruſta aere. De incendijs ad caſum, manifeſtum hodie habnimus exemplum in fodinis olei Petrolei Mutinenſi agro; quæ adhibitis imprudenter luminarijs accenſæ, mirum emiſerunt incendium. Quam cauſſam & Plinius atteſtatur, ſubiectis, inquit, Ariciæ aruis ſi carbo deciderit ardere terram. Quibus ergo rationibus natura ſumma opiſex, diſpoſuit tam variè materiam ſulphuris ad ſingulares ignes in terris; eiſdem in mateтia bene diſpeſita, calores attemperaſſe videtur in diuerſis balneis, vnde alia feruida emanarent, alia calida, alia tepida, & alia frigida.

Nouorũ incendiorum cauſſæ.

11. Meteo

Ariciæ terram ardere.

Quòd ex metallis, ac cæteris mineris quæcunque calent aquæ, participant ſulphure. Cap. XXI.

REſtat iam vltima ex prædictis obiectio, quam adeo magnificauit Ioãnes Dondius Patauinus, totq. adeò argumentis concludebat, non ſolam ſulphuris materiam hiſce terrenis caloribus ſubijci, ſed multiiugas quoque terrarũ mineras. Quales ex compoſitis aquis & calidis adduci poſſent innumcrabiles, bitumine, ſale, alumine, ferro, auro, diuerſisq. alijs metallis participantes, & tamẽ non ſolùm calidæ, ſed calidiores nõnullæ ſulphuratis aliquibus, & feruidæ. Quapropter melius eſſe concludebat, vt exiſtimant aliqui, vniuerſum quẽ omnes ſentimus calorẽ ponere, qui in terris concẽtratus, penes diuerſas materias, quaſi per gradus quoſdã & intendatur, & remittatur: interdũ igneus, alibi calidus, & minus calidus, in ſulphure, in bitumine, in atramentis, in metallis, in diuerſis materijs. Nec hi quidẽ perperã, ſi id quod res eſt, diſtinctè declaraſſent. Sed eadẽ profectò indiſtinctione aberrãt, quã Logici de ſimpliciter ad ſecundũ quid vocitant. Omnino enim hoc proponendũ eſt, quòd quæcunque calent aquæ, calent in ſulphure: cũ hac tamen diſtinctione, ſiue id quidẽ tale pro ſimplici materia dicatur, ſine alterius participatione naturæ. Ex quo rurſus manifeſtũ fit, quòd quæcunque calent aquæ, rectè ſulphuroſæ dicẽtur; ſeu quidem abſolutè in ſulphure caleant, ſeu in alia materia, quæ participet ſulphure. Itaque vbi abſoluta eius ſubijcitur materia, non difficile calidas intenſiſſimo gradu aquas experiri poteris, ſi eò tranſeant. Vbi verò participans duntaxat, calidæ, & minus calidæ, & tepidæ, & frigidæ qualitatis Ob id nunquã ardẽt metalla in terris, nec mineræ reliquæ, quanquã ſulphure participẽt: nũquam feruidas aquas, nunquam niſi admodũ remiſſas qualitate emittunt. Remittuntur enim ex admiſtione cõtrarij qualitates, remittitur & odor ſulphuris, quanquã non penitus aboletur, in quacũque ſit miſtura. Eſt autem participatio bifariã intelligẽda, ex eſſentia ſcilicet & ex accidenti. Quod in omni ſpecie terræ, & minerarũ videre eſt: alia quidem vt eſſentiales partes ineſſe, alia per accidens, & à caſu interueniſſe. Participant ergo ex eſſentia ſulphure, ſiue (vt melius dicam) hac ipſa exhalationis ſubſtantia, mineræ quædam in terris, maximè vero metallicæ, & pinguia quædam miſta; parcius arida, minimè conglaciata, vt lapides quidã, ac marmora, & cretæ, niſi (vt diximus iam) ex accidenti. Participant & pingues omnes terræ, laxæ, fuliginoſæ, feruidæ, nidoroſę, grauiter olentes, & omnes ſucci, qui ignem corripiunt. Vt bitumen in primis, quam mateтiam vix aliud diceres, quàm huiuſce exhalationis ſobolem: quod & Vergilius in Aetna ſentit, & Plinius lib. xxxv. cap. xv. quod & ardet, vt diximus, & in aquis non refellit ignes. Habent & attramenta illius pinguitudinis partem, quanquã non ita crebrò in eis fiunt calores, ac minus incendia; reſiſtente multa eius generis terreitate cinericia, quare perſuſa hæc aquis, acri eas vredine, & veluti ex calce incendunt. Alumen quoque etſi quadam naturaliter vnctuoſitate participet, potiores tamẽ partes obtinet ſalis; quare vbi ſyncerum naſcitur, nullum habet illius ferueſcentiæ ſignum, imò igne admoto retundit flammas. Et ſi calent alicubi inſigniter aluminatæ, acceſſoriam indicant ſulphutoſæ naturæ copiam, præter quàm aluminis eſſentiæ conueniat. Quod viſum

Dondii poſitio ex v. argumento.

Materialia calorũ duplicia.

Aquæ omnes calidæ, ſulphure.

Metalla non pati incendia.

Participant mineræ ſulphure dupliciter.

Bituminis materia.

Attramẽta.

Alumen.

eſt in nouiter repertis mineris in Seněſi agro ſuprà Clanẽ paludẽ:quas cũ diuerſis těraſſent per initia experimentis, inuenerunt eas in confectione aluminis pinguiſſimas: at conuerſo exinde opere in atramẽtis,& ſequeſtrata pinguedine,vitriolũ fundũt electiſſimũ.Et in aquis ſimiliter,nam ad iuga Apennini porretanæ aquæ,aluminoſæ à prædominio mineræ cum ſint; pro multa tamẽ ſulphuris parte,& aquę ipſę calent impendiò,& terra fumat,ſubiectis caloribus.Albulæ autem in Latio quia ſyncerius ducunt alumẽ,lactei teporis non calidæ ſentiũtur : exhalant tamen ſecus vndique odorẽ ſulphuris; quæ pars tã abſoluta,quàm in miſturis tota exhalabilis eſt (vti diximus)maximè in aquis. Superficiè verò tenus Sal quadã pinguedine participat,idque in marinis maximè. Minus nitrum,quod affinis quædam ſali natura eſt,ac purior. Quæ tamen ſingillatim pro exacta cuiuſq; natura dicta ſunt:innumeras enim alias contingit fieri inuicem commiſtiones,quæ & proprias plerunque faciunt mineralium ſpecies, quæ ſunt inexplicabiles. Ad Sanctum Philippum ſub Senis aquæ ſunt nitroſæ, ſed quæ tantam habent ſulphuris materiam adiunctam,vt ſint impenſè calidæ. Et Aponi fontes adeò ſalſi, vt olim apertis publicè officinis,in ſalem coquerẽtur,& tamen aquæ ſummè calidæ, planeq. ſulphuratæ. Quod infinitè accidit, vt perrara ſint loca, ex quibus, inuenta vnius natura : non propè inueniatur & alia. Maximè in metallis, quæ quanquam in mineris ſuis multifariam varient,penes materialium, ſcilicet proportionem,ac miſturam,& penes virtutem inſitam,vnde habet motus principium: in fundamento tamen nihil aliud ſunt (vt rectè ſenſit Ariſtot.) quàm vaporoſa huius naturæ exhalatio, quæ roris,aut pruinæ modo in lapidibus,denſatur,ac pro retenta illius originis ſiccitate igniuntur. Quam ſanè naturalem miſturã,trita,quæ ſit,metallorum experientia comprobat: omnia enim componũtur ex eis,in quæ vltimo reſoluũtur: at nullum metallũ,nullum miſtum metallicũ,vt Chalcytis, ſory,melanteria,ſandaracha,argẽtum viuum, ſeu arte,ſeu natura cõburantur,non eam plus minus naturæ ſulphuris fœditatem exhalant. Imò ex arte aliquæ illorum partes affatim reſoluuntur in ſulphur. Atque hac profectò Chymiſtarum experientia vſus Albertus Magnus in rei metallicæ natura inueſtiganda; haud rectè, nec ratione aliqua reprehenditur à nouo mineralium authore, in cuius ſcriptis quam laudo in multis Germaniæ fodinis conquirendis induſtriam, eam deſidero in taxandis magiſtris eius modeſtiam. Eſt enim hæc eadẽ Ariſtotelis ſententia,qui eam ponit metallorum originem ab exhalatione, quam diximus. Quam negat iſte author;nullis tamen argumentis redarguit,ſed vt ſuas potius anteponeret inuentiones, verba ipſa Ariſtotelis perplexè detorquet in ſuum ſenſum, facitq. affirmare materiam metallorum eſſe aquam aliquid paſſam quemadmodum humores, quod ipſamet verba Philoſophi negant aperrè d. οὐδ' ἐξ ὕδατος γιγνομένου διά τινα δεῖ ὥσπερ οἱ χυμοί. οὐ γὰρ οὕτω γίνεσθαι τὸ μὲν χαλκόν, τὸ δὲ χρυσόν. Sicuti etiam eadem in re Chymiſtarum,& Aſtrologorum, & quorundam Phyſicorum aſſerta diſſimulare potiùs ipſum dicerem, quàm reprobare; qui rectè omnes in ſuæ profeſſionis principijs loquuntur. Nunquid enim Aſtrologum de natura metalli ſciſcitatus, in elementa iſta, aut in ipſorum miſturas vocauero? an potiùs qui inſitas ex illis cauſſis vniuerſis virtutes aſſignet? Eſt ergo materia ſulphuris neceſſaria, & ceù continens cauſſa quoruncunque calorum & in terris,& in aquis: cæteras verò terrarum, ac minerarum,& metallorum ſpecies, cauſſas eſſe conſequentes, inquantum ſcilicet participant ſulphure,confitendum eſt.

Salis materia nitri.

Heterogenea loca.

Metallorum materia ſulphurea.

3. Meteo.

Chymiſtarum experimenta.

Locus Ariſ. 4. Meteo. in vltimo

De differentijs fontium in quaque ſpecie Mineræ. Cap. XXII.

QVemadmodum ergo ex ſulphure calent,quæcunque calent aquæ, ſeu ſimpliciter, ſeu alterius participatione naturæ;& tamen nõ æquè omnes ſunt vbiq; calidæ, nec æquè ſulphureæ, ob miſturas, ac alias intercidentes cauſſas; eadem nunc diuerſitatis ratio reddenda eſt in cæteris metallis. Ex eodem enim mineræ, aut metalli genere diuerſis locis,vix vnquam adeo ſimiles emanare ſolent aquæ, quin aut tactus qualitate differant, aut colore,aut odore,aut ſapore,aut conſiſtentia,aut aliquo alio accidenti. Cuius diuerſitatis ratio in vniuerſum conſiſtit penes tria: penes ſubſtantiam mineræ,partiumq. ipſam componentium,penes diuerſam aquæ temperiem; & penes ſitum,ac ſpatium ab origine influentis aquæ. Super has enim alterum genus differentiarum altiſſimum eſt, temperamentorum,ſcilicet ipſarum aquarum,in quibus diuinam potiùs diſpoſitionem quandam contẽplari licet,quàm ſubſtantiam aquæ. Quæ quidem ſpecialis naturæ diſpoſitio,vt in omnibus rebus, ita in aquarum temperamentis agnoſcenda eſt,præſertim balnearum: de quibus vix alia ratio aliquando reddi poteſt,quàm à tota ſubſtantia,ac forma,aut certo conſenſu, quẽ habeat cum aliquo ſyderum.Quas cauſſas primas nõ in temperamẽtis ſolùm,verum in quacunq; etiam proprietate arteſtari ſolent ſapientes,duplici occaſione: aut in laudem,& gratiam primæ illi cauſſæ; à qua ita dependent omnia,vt nihil factum,aut fieri,aut faciendum

Differentiarum aquarum communes cauſſæ.

Temperamentorũ aquarum differentiæ.

eſſe

eſſe credendum ſit,in quo non certè diſpoſitionis ſuæ veſtigium,ac imperij ſui veluti ſigillũ appareat. Aut per refugiũ,quando eius quod quæritur latent cauſſæ vltimæ ingenij noſtri cõprehenſionem;quæ tantò latent altius,quãtò longius abſunt à ſenſibus. Hæc dicta ſint de differẽtijs fontiũ aliquibus intimis,& quas proprietates vocãt occultas,quę altiſſimæ ſunt, ac ſingularem poſtulant opportuno magis loco conſideratione͂.

Proprietates occultæ.

Nunc de differẽtijs tantùm communibus,& extrinſecis,& de his quæ ſenſui ſeſe offerunt differentiarũ cauſſis prima,ac manifeſta veritas à partiũ ſubſtantia eſt.

Lib.6 c. 23.

A partiũ minerarũ diuerſitate.

Nam eadem mineræ ſpecies alio loco durior,alio magis laxa,& alia impurior,alia aliter,atque aliter cõparata naturaliter inuenitur. Et quæ exinde exeunt aquæ iuxta eius mineræ conditione͂,ac perfectionis gradum mutata exeunt: Vbi calidæ,vbi minus calidæ,vbi inſigniter,vbi aliquatenus alteratæ,etſi eiuſdẽ generis mineræ ſint.

Ab adiacentibus rebus.

Vel ſaltem ab adiacẽtibus ei mineræ variant rebus: ideſt quæ quodã veluti naturæ caſu interueniunt alię terrarum ſpecies,lapidum,liquorum,exhalationum,& radicum,aliarumq. adnaſcentium rerum. Quæ omnia diuerſis prædita ſaporibus,coloribus,odoribus,& qualitatibus alijs,inſignem aliquam adiungunt æquis influentibus diuerſitatem. Harũ verò impreſſionum ſemper aquæ præualentis partis præ ſe ferunt qualitatem cæteræ conſequuntur: hæ quidem clariùs,hæ autem obſcuriùs.

A temperie aquarum in quoque fonte.

Porrò variatur cuiuſque fontis temperies in eadem mineræ ſpecie,primum qualitate ſui, nùm ſimplex aqua,& vna ſit vena, an pluribus ſcateat venis in vnum confluxum,ac miſturam. Deinde quantitate ipſa aquæ,motu,ſitu,& communicantia ipſa cum minera. Et quidem haud ſine diuino conſilio factum eſſe à natura cenſendum eſt, vt per occultos aditus,eosq. diuerſos, plures aquarum riui in vnum fontem confluerent,itaque inuicem temperarentur. Imò his non plenè contenta,ſæpè in ipſa ſcaturigine contrarias aquas emanare iuſſit, quo ad vſum, arbitriumq. humanæ cupiditatis cõmiſceri,ac temperari poſſent. Quod planè videre eſt in Auinionis balneo ſub Senis, vbi in medio lacunæ,minus duobus palmis, duo fontes vnà erumpunt, alter quidem caliditate, alter verò frigiditate intolerabili. Et tres diſtinctæ ſpecies aquæ,vna ſulphurea,altera ferrea, tertia ænea. Et Viterbij pariter lacuna quædam lactei teporis, duarum tamen venarum coniunctione, alia calidarum, alia frigidarum temperata. Idem vario naturæ luſu ſuper cæteras balneas viſitur ad Baias pluribus fontibus vbi aliæ calidæ,aliæ frigidæ,aliæ tepidæ, alibi inunctæ ſulphurisq. naturæ, aliæ aluminis, aliæ ſalis, aliæ nitri, aliæ bituminis, nonnullæ etiam acida, ſalsàve miſtura, Plinio quoque teſte.

Lib.31.c. 11.

Ac rara ſunt balnea, quæ non aliqua eiuſmodi diuerſitate aquarum temperata ſint. Quædam ob nimiam quantitatem frigidarum amittũt vires, vt quæ in medijs ſcaturiunt fluuijs.

Calidæ in fluuiis naturales.

Quales in Danubio cõmemorat Manardus iuxtà Budam,quæ medijs ipſis in vndis ſumebãtur ab indigenis in balneis, ſubinde inutiles,magno admiſtæ,ac peremptæ flumine. Surgunt item calidæ in Minio Galleciæ fluuio, cum balneis in ipſo fluuio. Item in Bohemiæ fluuiolo, cui nomen idcirco Tepula. In Liri Campaniæ,in Mæandro iuxtà Caruram collem,& in Cydno Cyliciæ fluuio, quamobrem podagricis mederi eius aquam cenſuit Vitruuius.

A loco,ac ſpatio vbi miſcẽtur.

Proinde vt quantitatis aquarum,quæ inuicẽ admiſcentur,ita & ſitus,ac diſtantiæ habenda ratio eſt, vbi veniant admiſcendæ,ſeu cum alijs aquis,ſeu cum terrarum mineris. Longo enim defluentes ſpatio,diuerſa ratio eſt nùm impermiſtæ,an admiſtæ deferantur, & nùm per ſpatiũ ac terram vnius naturæ,an diſſimilis,nùm ſuperficietenus,an ex imis latebris erumpant. Penes diuerſa terrarũ ſpatia,exemplũ eſt Himera Siciliæ fluuius: qui vt eſt progreſſus ſuo fonte bipartitus,ea pars quæ ad Aetnam influit; ob dulcem ſoli naturam, gratæ ſuauitatis, ac dulcedinis ſentitur: altera verò quæ ſalſas præterfluit fodinas ingratam ſalſedinem habet. Hypanis etiam in Ponto per quadraginta milliaria à fonte dulciſſimus,inde fonticulum recipit,ex quo ad ſpatium CLX. milliariorum, mirum in modum amarulentus redditur. Sunt quamplures aquæ, quæ in defluxu aliquot ſtadiorum ſuper terras ſulphureas,cùm caliditatem,ac cæteras ſulphuris qualitates ſuſceperint,eas deinceps in reliquis ſpatijs terrarũ diuerſæ naturæ amittunt. Putat Vitruuius Albulas aquas intrinſecus apprimè incaluiſſe,ſed lõgis poſteà lapidũ interuenijs retepuiſſe: quare breui à lacuna ſpatio defluentes refrigeſcunt in totum. Aliæ ſtagnant in minera ipſa,fortiſſimasq. concipiunt impreſſiones: quod patet in Auernis, quorum aquæ pro aſſiduo ſulphurum,ac aliarum ſuperfluitatum marcore ſunt obſcuriſſimæ, ac adeò putidæ,vt quidam eas ex inferni baratris egurgitari fabulentur. Et Aſphaltites in Iudæa lacus immobilis,ac teterrimus Mare mortuum idcirco nuncupatum. Aliæ mediam ipſam præterfluunt mineram, aliæ ad latus contingunt,aliæ ſuperficiem elambunt,ac pro raea parte ſingulæ impreſſiones concipiunt varias.

Bulliẽtiũ tres differentiæ. Spumoſę, Feruidæ, bulloſæ.

Aliæ principales calorum recipiunt caminos,quo modo feruere videntur Bullicani aquæ: aliæ adiacentes adeunt cuniculos, vt quæ illi viciniæ adnaſcuntur minus calidæ,tepidæ,frigidæ. Bullientium erunt tres gradus, feruidæ,bulloſæ,ſalientes. Feruidis ſubiectos eſſe intenſiſſimo gradu ignes neceſſe eſt: Bulloſas & ſpumoſas reddit tùm mediocris calor,tùm motus,quales cernuntur marinę ſpumante ſa-

Salientes.

le : Salientes facit ſpiritus interelusus, ae miſtus aquis, ſeu calidis, ſeu frigidis. Ergo ſi vapor ignis intrinſecus influentes offenderit aquas, easq. per vnũ veluti commeatum longo ſpatio comitetur: feruidas reddit pro diutiſſima actione in eas lõgiſſimo ſpatio: bulloſas inflatis feruore aquis ipſis: ſalientes impetu vaporum, qui eum ipſis aquis tendunt ad vnum exitum, vnde reſpirent. At quæ aliquo ſpatio ſyncerę defluxerint, ſi in vltima ſcaturigine mineras offenderint, laxas præſertim, ae calorificas, non ſeeùs ac ſi in fornacem ſulphuris, aut calcis, vrnas aquarum proſudiſſes, caliginoſæ, bulloſæ, & graueolenti odore erumpunt. Et ſi multum caloris conceperint, feruore ipſo vrgente exiliunt: quales ſulphurariæ Puteolis in Campo Vuleanio, quæ aſſiduo ſubtus igne, ac ſulphure feruentes, ad ſex eubitos ſaliunt. Caldariæ in Baianis circiter ſeptem millia paſſuum à prædictis, quatuor eubitos. Hæc verò ratio eſt eur ſaliant aquæ, ex ſlatu ſcilicet, & maximè igneo.

Salientes frigidæ.

Subſiliunt tamen & aliquæ frigidæ: vel ſolo motu præſtantes; quod vulgus non latet, vbi enim altiùs defluãt, quàm erũpant fonte, ſuopte impetu ſalientium aquarum in medijs ipſis vrbibus videmus ſpectacula. Vel ipſo ſpiritu exeitato ex calorifica materia intrà cauernas.

Impetuoſiſſimæ ac Saxa eijcientes.

Ex Iuba recenſuit Plinius in Arabia fontem exilire tanto impetu, vt nullum non pondus impactum reſpuat. Alij ſaxa extrudunt, atque eijciũt, vt Marſiæ fons in Phrygia ad Celenarũ oppidum. Et alius in Carrinenſi Hiſpaniæ agro. Aliquo id genus ſlatu intercluſo ebullit, quanqam ſit frigida Acidula in Elbogano, quam inſanam ideirco ſuo idiomate Germani vocant. Item fons apud Iouis Asbamei templum in Cappadocia ad oppidum Thiana, ex Philoſtrato. & in Volaterranis lacunis quædam ſcatebræ, de quibus poſteà ſermonem habebimus,

De mutationibus Fontium. *Cap. XXIII.*

HActenus dictum eſt de ſpecialibus calorum differentijs in aquis, & proximè de differentijs Fontinm, & qno modo in quaque minera, ae terrarum ſpecie ita varient, in ſubſtantia partium, in quantitate, ſitu, & communicantia ipſa aquarum inuicem, ac miſturarum; vt quot loca, tot planè differentiæ fontium, totq. adeò eonſiderationes habendæ eſſent. Nune de mutationibus, quas faciunt fontes, vnica in vniuerſum cauſſa allegari poſſet: Quòd nimirum patitur vnaquæque res creata ſuas paſſiones; & maria, lacus, flumina, fontes, balnea, vniuerſa denique aquæ natura obnoxia eſt ſuis paſſionibus: maximè verò quæ mirabili conſtant temperie, ac certum conſequi cœli fauorem videntur aquæ balnearum. Verùm ad diſtinctionem, tria inuenimus mutationum genera circà aquas contingere.

Paſſionũ, ac mutationum aquarum tria prima genera.

Aliæ enim ſunt mutationes ordinariæ, quæ temporum ſcilicet anni varietatem conſequuntur. Aliæ accidentales, & præter ordinem, quæ habent ſuas eauſſas naturales. Et aliæ tandem ſunt totales (ita dixerim) mutationes: quando ſcilicet in totum mutantur, aut intereunt omnino, aut etiam vbi non erant, naſcuntur: quæ maxima indigent conſideratione.

Ordinariæ mutationes. Ab antiperiſtaſi.

Mutationes fontium ordinariæ paucæ ſunt, eæq. pluri ex parte notæ, nam mutationes temporum ordinarias conſequuntur: vt diximus, dulees æſtate frigidas emanare, hieme tepidas; ob contrariam, quæ fit, vtroque tempore antiperiſtaſim. Sie per antiperiſtaſim concentrari hieme calores, calidiores, vbi nihil obſtet, reddunt balneas; qui contrà exhalant, ae tepeſcunt magis æſtate. Et quæ ſaliunt aquæ, vt in lacunis Volaterranis videre eſt, altius ſaliunt hieme, ac inſtantibus pluuijs maximè, ob eandem cauſſã. Multa admodùm obſeruamus in tota natura patrari opera per hoc medium antiperiſtaſis. Quin in diurnis, nocturnisq. mutationibus, tàm aeris, quàm fontium, multam habet efficaciam. Et tandem conſtãtibus ſuo tenore temporibus, conſtantes qnoque aquæ genuinam ſeruant, ac ordinariam temperiem. Et contrà, incõſtantes neceſſariò, ae variæ: nam varia ſubeunt accidentia.

II. Mutationes accidentales. A terræ mutationibus.

Pertinet verò ad aeeidentales fontium differentias, inſtabiles telluris, atque aeris diſpoſitiones metiri. Tellus enim, vt eſt omnium mutationum, tàm eœleſtium, quàm elementarium baſis flatu, frigore, vapore, intus vndique tranſuerberata; nee minus foris aſſiccata ſolibus, conſperſa imbribus, diſflata ventis diuerſiſſimæ naturæ, plus minùs in ſe, aut vda efficitur, aut arida, aut aliter indies afficitur. Venti quidem alij refrigerando, & conſtipando faciunt antiperiſtaſim: alij contrà, calefaciendo, & exiccando diſcutiunt, itaque calorem aquarum, naturaliter etiam calidarum, diſſipant.

Ab imbribus, & torrentibus.

Imbrium vero, ae Torrentium confluxus, ideſt qui non perennes ducunt aquas, nedum perturbant naturales venas, ſed & impreſſas ſæpè eertis locis virtutes prorſus abolent. Vnde perrara inuenies balnea, quæ per hiemem diluta imbribus, non amittant eum calore ſalutares vires: quiequid ea calidiora, redderent tunc temporis aliæ cauſſæ. Quod de Magneſijs quoque aquis teſtatur Ariſtoteles 11. Meteor. ac in balneis apud nos accidit frequentiſſimè. Aliquibus locis deprauantur aquæ imbribus in tantum, vt ex medicatis peſtilentes fiant: quod Nili aquis

quondam

quondam accidiſſe, meminit Plinius. Pro ſiccitate minus aquarum qualitates mutantur, niſi quia venæ minuuntur, ac aliquæ minus vberes ſiccantur in totum.

A ſiccitatibus.

Qualem aſſerunt Germani authores ſiccitatem aquarum contigiſſe inſignem, anno Friderici III. trigeſimoquinto. Et alteram Caroli v. anno xx. Ingens verò fuit nec ſanè indigna memoriæ ſiccitas, quæ contingit iam tertio hinc anno M. D. L X V I. nam cùm à primo ortu Pleiadarum menſe Maij, ad vltimum ferè vſque occaſum, ſex menſium interuallo, nullæ viſæ fuerint pluuiæ in Italia, non fontes modo ſunt exiccati, ſed magna etiam flumina defecère in tantum, vt pluribus, ac diuerſis regionum locis minori precio vinum ſit venundatum, quàm aqua, præſertim in Illyrijs. quo tempore conflagrauit Aetna vehementer, ac mirãdis modis flumen ignis atque ſulphuris euomuit ad mediam Siciliam. Porrò haud ſcio an inter accidentales mutationes reponendum ſit, an potiùs in aliquem cœli, ac ſyderum fauorem referendum, quod dignum ſanè eſt ſpeculatione; Quamobrem certis locis, ſuo etiam tenore conſtantibus temporibus, modò creſcant venæ, exundentq. aliquo ſpatio temporis; modò minuantur.

Venarum ac fontiũ qui modo ſiccantur, modò abundant, ratio.

Ratiò (vt mihi videtur) in eadem conſiſtit temporum ſiccitate, vel humiditate, quam modo diximus. ſed cur certi hoc patiantur fontes, & non omnes; hoc haud dubiè particularem, ac altiorem habet cauſſam. Ea autem (ni fallor) hæc eſt; quòd elementa, cùm mutuam habeant inter ſe viciſſitudinem, & terra potiſſimùm cum aqua; vel plus, vel minus illis annis aquarum naturæ contribuant. Nam quemadmodum aliquando ſegetes abeunt in herbas, in ſtipulas, in lolia, ita quoque vigores illi frugum tranſeunt aliquo anno in aquas. Itaque aquæ in venis multiplicantur, ac deficit ſegetibus humiditas: aut contrà fœcundatis aliquo anno frugibus, venæ, ac fontes deficiunt. Quæ alternatio ſcitu admodum digna obſeruatione confirmatur: nam quidam annuarias id genus aquarum mutationes in præſagijs futuræ annonæ accipiunt, non fruſtrante diligentia.

Fõtes qui futuram annonam prænunciant.

Nam ſi aquæ plus ſolito abundent fontibus, tabeſcere ſegetes obſeruant, ac inſtare eo anno penuriam indicari. Sin minus abundent fontes, copiam futuram præſagiunt annonæ; ſaturatis nimirum naturali humiditate eo anno ſegetibus. Cui obſeruantiæ aſtipulatur, tùm fontes quidam huius naturæ ſingulares; tùm fides, atteſtatioq. veterum: vt quem recitat Plinius fontem Neminiam dictum in miraculis aquarum, qui in agro Reatino, alio, aqtue alio loco exoriens, annonæ mutationem ſignificabat. Idipſum hodie notatur pluribus locis:

Lucales aquæ.

Lucales verò aquæ celebres in Senenſi agro iuxtà pagum Roſiæ, quæ non pereuniter, ſed certis annis fluunt, ac ſequitur penuria. aliàs vbertate futura obcæcantur in totum, vt ſicco pede, quam media ſcaturiebant via (nam magnæ ſunt venæ) tranſiri poſſit; conſumpta nimirum in frugum alimentis eo anno humiditate.

Nouorũ fontiũ in ſyluis ratio.

Ac rationi atteſtatur alterum experimentum, quod ponit Plinius, nam in ſyluis ſolent deciſis arboribus adnaſci fontes, vbi non erant prius, quoniam arborum radices omnem illam in ſe conuertebant humilitatem. Aliæ item ſimiles, ac temporariæ ſcatebræ ſunt ad Pientiam, in Eccleſia Sancti Reguli, vbi fontem viuum obſeruare pro miraculis, tempore vbertatis ſiccum, inſtante verò penuria ſacro eo latice abundantem.

Sancti Reguli fons.

Aliam ſimilem commemorat haberi ſub Narnia Leander Albertus. Similis naturæ prædicatur lacus Vadimonis, qui Baſſanelli dicitur xxx. circiter ab Vrbe milliarijs.

Lacus Bacdimonis.

Quẽ ad maiorem fidem ſcimus hoc anno M.D.LXIX. quo vniuerſalis eſt in tota Italia penuria, exundare iam vſque à veris principio mirandis modis. Eadem de Lucalibus, ac Sancti Reguli prædictis aquis accepimus, qui nimirum exiccatæ iam multis annis, hoc anno in admirationem vſque indigenarum, qui hanc earum ſciunt naturam exuberant. Eadem ratio eſſe videtur de quodam fonte ad Arcadiam Cretæ oppidum, qui ponitur à Theophraſto; nam ad multum tempus ceſſat effluere, deinde rurſus emergit. Multos id genus audiui alios obſeruari fontes de futura annona; quarum tamen, ne multitudo deroget fidem hiſtoriæ, mentionem non faciam, ſed qui hæc legerint, animaduertant in poſterùm. Cęterùm mutationum multarum, atque inſignium, tam in terris, quàm in aquis, præcipua cauſſa eſt terræmotus; qui cùm fiat ex vehementi flatu concluſo in terræ viſceribus, ac repente erumpat, miras ad ſuperficiem edit mutationes: ruinas ciuitatum, montium depreſsiones, repentinos aquarum abſortus, nouorum fontium apparitiones, fluminum varias excurſiones. quinetiam vaſtiſsimas maris inundationes. Sic narrat Ariſtoteles in II. Meteor. ex terræmotu, ac flatuum ſimul infrà, ac ſuprà terram ingenti tempeſtate inundaſſe mare Achaiam mirandum in modum, vt de inundationibus paulo poſteà dicturi ſumus. Ex vetuſtiſsimis Aegyptiorum monumentis narrat Plato in Critia, ex vehementiſsimo quondam terræmotu inundaſſe Oceanum Gaditanum, ac maximam ſubmerſiſſe Inſulam Atlanticam, vnde mare illud relictum fuiſſe vadoſum, ac innauigabile, vſque ad noſtra tempora. Alias ſimilibus euentis legimus enatas in Ionio inſulas, ad Cycladas inter alias in Aegeo mari.

Terrarũ ſubmerſiones, Terras nouas enatas.

De fluminibus verò habetur in hiſtorijs portentoſum fuiſſe ſecundo bello Punico, ex crebris terræmotibus in Liguria, finitimisq.

 regionibus,

Flumina retrò fluxiſſe.

regionibus, flumina in contrarias partes fluxiſſe. Obſeruauimus & retrò fluxiſſe flumina Neronis Principatu, apud Plinium. Tyberim verò retrò fluere in ſuis inundationibus notum eſt, ac prodigioſum habetur. Facit verò terræmotus non ad accidentales ſolùm, ſed

III. Mutationes totales.

& ad totales fontium mutationes, vt alij oriantur noui, alij intereant. Iuxtà Adepſum naras balneas calidas ex terræmotu ſcribit eodem 11. Meteor. Ariſtoteles. Scribit quoque Theophraſtus Auctoricum montem ex terræmotu nouos fontes emiſiſſe. Anthor eſt Nicolaus Damaſcenus, bello Mithridatico, ad Apameam Phrygiæ vrbem non ſolùm lacus, &

Fontium, Fluminũ, Lacuum, ac Paludiũ noua origo.

paludes emerſiſſe, ſed nouos etiam fontes, ac flumina: atque ex his vnum ſalſum, qui magnam copiam oſtrearum, & aliorum marinorum piſcium effudit, cùm tamen Apamea longè admodum abſit à mari. Ac veterum fontium pleroſque abſortos. quod ſubterraneam quandam indicat ruinam terrarum in cauernas maris. Inter hæc exempla narrant Germani ſcriptores noſtri temporis in Hildesheimio ad Haſdampagum, fontem erupiſſe, totamq. viciniratem ſulphuris fętore compleuiſſe. Idem accidit ex terræmotu iam multis annis, quo Scarparia, oppidum inter montana Hetruriæ penè dirutum remanſit. Ad Toianum vicum in Senenſi agro, non longè à Lucalibus, quas pauloante deſcripſimus, aquis, nulla viſa eſt cauſſa, niſi eùm dehiſcente in ſuos ſeceſſus terra (ſunt iam decem anni) lacus repentè ortus eſt, qui nunc piſcibus ſcatet. Cęterùm mutationum eiuſmodi, quas totales nuncupauimus, duæ ingentes cauſſæ ſunt, ac diuinum potius indicium, vel inundatio aliqua

Ab inundationibus & cõflagrationibus.

maxima; vel vaſta terrarum conflagratio, Quod ex Platone ſumpſimus in Timęo, ex eiſdẽ Aegyptiorum monumentis hoc myriadas annorum obſeruatum fuiſſe; maxima hominũ, ac mundi exitia his duobus maximis accidentibus prouenire, aut ignis conflagratione, aut vaſtis aquæ inundationibus. Quo loco diuinus hic Philoſophus, duo præcipua hæc inſtru-

Duo prima Mũdi, atque hominũ exitia.

menta eſſe altiſſimæ illius deliberationis videtur cum Eccleſia ſancta confiteri: ac nos incendiorum miras cauſſas, ac vaſta eorum exitia ſuo loco proſequemur. Ex particularibus verò incendijs, qui cum & terræmotus plerunque coniungitur, clara ſunt mutationum exẽpla fontium, qui vel adnaſcuntur noui, vel alij ſubmerguntur. Talem aiunt Aſphaltitis

Ab incendiis.

lacus originem in Palęſtina, peſſundatis ibi cęleſti igne ciuitatibus. Idem in Aenaria inſula contigit, quæ ſæpè ardet; nam vbi terra ſubſedit, cauerna laeũ reddidir. Frequens verò hæc mutatio in Aetnæ prodigijs viſitur, qui cùm multis ſcateat fontibus, qui & flumina faciũt, ac lacus non paruos; hi partim terræmotu abſorbentur, partim opplentur craſſiſſimo cinerũ, ac pumicũ imbre, ac alij pariter in diuerſum oriuntur. Thraſimenus lacus viſus eſt olim arſiſſe totus, Plinio authore: terræmotu nimirùm ibi excitante incendium, & cum fomite incendij admiſtis aquis. De ſubmerſis autem fontibus, Campania Fœlix ex portentoſo admodum incendio ad Baianum ſinum, ſubmerſas dolet iam xxx. annis ſuas Thermas, quæ fuerunt antiquis ſeculis Italiæ, ac illorum Regum deliciæ. quo incen io mira contigerũt accidenria, nam alij fontes ſuffocati in totum; alij alia parte, ac mutata qualitate emerſerunt. Porrò inundationes aquarum miras pariunt mutationes, ac ipſamet primæ ſunt

Ab inundationibus.

mutationes; quarum iam propriam habere oportet conſiderationem.

De inundationibus. Cap. XXIIII.

INter accidentia quidem, ac mutationes aquarum inſignes; opportunè hoc loco, vbi ad vniuerſas aquarum paſſiones deuentum eſt, de inundationibus loquemur, & conſequen-

I. ter de æſtu maris; pluribus de cauſſis. Primùm verò ob quæſtionum dignitatem: de quibus cùm per omnes ætates multa fuerit ſapientum diſſenſio, nec ſatis conſtans vlla poſitio; hodie adnauigato vndique mari, ac peragratis totius ferè orbis terrarum partibus, cum iunioribus noſtris veras (ni fallor) demonſtrationes præſtabimus. Deinde qui balnearum duntaxat tractatione contentus erit, poterit hæc præterire, & perinde extrinſeca, vel

II. etiam deſultoria putare licebit. optimam certè hanc noſtram cauſſam quiſque exiſtimare debebit, quoniam ex harum quæſtionum rationibus, multæ obiter explicandæ venient difficultates, ac aliæ ſcitu dignæ proprietates in tota natura aquarum; quæ ſiue ex conſenſu quodam, quem aquæ habent cum cęlo, & ſtellis; ſiue ex intrinſeco emergant principio; obſcurè in exiguis fontibus, latiſsimè verò in magnis eiuſmodi exceſſibus ſeſe oſtendunt. Sanè igitur altiſſima quæſtio, ac plena difficultatibus fuit hæc per omne æuum de inundationibus: tùm quia non eſt vna ratio omnium, nec maris, nec fluminum; tùm quia quæ ratio conueniret alteri, alteri diſſonat. Nos ergo difficultatem compenſabimus ordine: nã

Ordo.

primò vniuerſalem inundationum ponemus materiam, nimirùm auctam, ac ſuperabundantem aquam: ſecundò cauſſam, cur ſuperabundare contingat, inueſtigabimus. Et tertiò ſpeciales aliquas, magis inſigues locorum inundationes, iuxtà poſita à nobis communia principia, percurremus. Omittemus autem aſtronomicorum iudicia, qui certas temporum

Digitized by Google

porum, ac aſtrorum conſtellationes obſeruantes, omnem harum rationem in ſecūdas cauſſas referunt. Ad quas tamen vix ſinit noſtra hæc ſenſilium tractatio euagari, in qua euidentes & vltimas, ſi non neceſſarias profitemur cauſſas, quas tentabimus. Manifeſtum ergo videtur, quòd in quacunque inundatione immoderatus, vaſtusq. (vt Platonis alludam verbis) naturæ exceſſus eſt in aquis, vbi inundant. Cuiuſcunque autem exceſſus in natura non videntur eſſe aliæ cauſſæ, quàm quæ ex natura irregulatæ tamen (vt ita dicam) ac magis intenſæ, vel auctæ ex accidenti. Ergo quemadmodum ex natura fiunt aquæ, ita exceſſiuè multiplicari eas in inundationibus dicendum eſt. Nimirùm tribus modis, quos de omni origine aquarum propoſuimus: vel ſcilicet per tranſmutationem alterius elementi in aquam, vel per emanationem à mari, vel per pluuias. In quibus cauſſis, ſicut in omnibus aliquando contingit exceſſus, ita in quibus maximè, vt in pluuia. Quas per exempla, & quaſdam veluti inundationum variarum hiſtorias declarabimus, à communioribus, quæ plures continent cauſſas, exorſi.

Aſtronomorum iudicia.

Inūdatio quid.

Materia inūdationum.

DILVVIVM VNIVERSALE.

IN DILVVIVM, qui fuit, maximus exceſſus aquarum, ſuper vniuerſam terræ faciem; non eſt dubiū, quòd diuino iuſſu concurrerūt omnes cauſſæ. Quę notantur Gen. VII. Rupti ſunt omnes fontes Abyſſi magnæ, & cataractæ cęli apertæ ſunt, & facta eſt pluuia ſuper terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Quam auctoritatem Ethnici quoque ſcriptores recèpere, ac planiſſimè omnium eam expreſſit Ouidius in Diluuio, quod deſcribit ſub Deucalione & Pyrrha Metamorphoſeos primo.

Fit fragor, & denſi funduntur ab æthere nimbi,
Nec cœlo contenta ſuo eſt Iouis ira, ſed illum
Cæruleus frater iuuat auxiliaribus vndis.
Conuocat hic amnes, qui poſtquàm tecta tyranni
Intrauère ſui, non eſt hortamine longo
Nunc, ait, vtendum: vires effundite veſtras,
Fluminibus veſtris totas immittite habenas.

Diluuium ſub Deucaleone, & Pyrrha

Sed hic exceſſus, vt fuit maximus, ac diuino iudicio, ita vnicus; ac in eo propterea omnis quæſtio ceſſare debet, Sed enim vtilis eius hiſtoria hoc nomine eſt, quod ex ea quarumcunque inundationum pateſiunt neceſſariæ, & communes cauſſæ. Prima verò haud dubiè altiſsimum DEI iudicium proponi debet, etiam particularium multarum inundationum, vt in Nilo ſpecialiter, & etiam in Tyberi videri poterit. Adeoq. antiqui, quibus ne per vmbram quidem côtingit vera DEI notitia; ſemper inundationem Tyberis dirum aliquid ſuæ vrbi diuino iudicio portendiſſe verebantur, authore Plinio. Cuius rei iam noſtra ętas duo exempla vidit manifeſtiſſima; vnum Clemente VII. Pontifice, cuius annis, craſſantibus in Italia, & in vrbe ipſa peſte ſæuiſſima, fame, ac inteſtinis bellis, poſt infandam vrbis direptionem, ac Pontificis ipſius carceres, ſuperuenit pro vltimo flagitio inundatio Tyberis, quantam nulla ætas antea viderat, cùm inæſtimabili rerum omnium iactura, ac ruinis ædificiorum pernicioſiſsimis. Alterum Paulo IIII. Pontifice, quùm poſt nepharium bellum Parthenop. quaſi aſſerta iam vrbe, DEI gratia, à tanto diſcrimine, miranda res viſa eſt, quòd pacatis rebus, eo ipſo die inundauit Tybris inſolitis modis, ac ſuper omnem memoriam, vt planè ſuo loco dicetur poſteà. Porrò declarantur Diluuij exemplo materiales quoque illæ cauſſæ inundationum, quas propoſuimus, Maris præſertim tumores, fluminum effuſiones, & pluuiarum exceſſus. Prima verò difficultatum momenta ſunt circa modos, & circunſtantias locorum particulares, Quare, primùm videbimus quibus modis moueatur mare ad hos exceſſus; deinde ſingulares occaſiones tàm à mari, quàm à fluuiorum exundationibus aliquas ſubiungemus.

Inūdationes à diuino iudicio.

I.

II.

DE MOTIBVS MARIS.

MARE autem tribus mouetur motibus: Naturali, qui eſt à forma, & quà graue, deorſum. Per fluxum & refluxum, quæ & naturalis quædam eius inclinatio eſt ad motus corporum ſuperiorum. Et tertiò ex accidēti, à ventis. Inundatio maris, compoſitus quidam ex his, motus eſt: qua re horum prius aliquam oportet habere rationem. Ad motum naturalē pertinet fluxus maris, de quo ſcribit Ariſtoteles, II. Meteororum. Idcirco, inquit, mare à Męotide palude in totum Mediterraneum fluit, quia mare vt incedit, ſemper fluit in altius. Itaque Mæotis in pontum influit, Pontus in Aegeum, Aegeus in Siculum, Siculus in Sardoum, atque Thyrrhenum omnium altiſsimum, atque profundiſsimum. Addidit &

Maris fluxus naturalis.

impulſum

impulſum naturalem, ob omnium multitudinem, qui & in Pontum Euxinum, atque Mœotim ſubire ſolent. Et demum, quia illud mare ex adiacentibus terris per anguſtias vltrò, citroq. libratur, ferturque. De Aeſtu autem maris, quem fluxum, ac refluxum

De fluxu, & refluxu.

poſteriores appellarunt, nihil ſcripſit Ariſtoteles. Sanè cùm mare quaſi exæſtuans, certis ſtatiſq. diei horis, reciproco quodam motu, vltrò, citroq. fluit. Diligenter verò, & conquiſitè ex antiquis authoribus Plinius, qui cum poſteà cæteri ſcriptores conuenêre. Nam prima cauſſa eſt in ſole, ac luna; ſed in luna potiſsimùm, quam ad motum primi mobilis,

Cauſſæ vniuerſales.

mare per cęli quartas conſequitur. Nam xxiv. horarum curriculo, ſenis horis prorſum mouetur ad littora: aſcendente, ſcilicet luna ab orizonte ad punctum huius hemiſperij medium. Et ſenis (vt maxima ex parte vbique fit) recurrit: luna à puncto cęli medio ad alterum punctum orizontis inclinante. Et ſimiliter altero hemiſperio, ſenis accedit, & ſenis

Horarum duplex ratio.

recedit. Horis verò æquinoctialibus non vulgaribus; vulgares enim horæ erant inæquales; & quolibet die, atque anni tempore duodecim: longiores idcirco æſtiuis diebus, breuiores ſub bruma. Non hæc varietas habet primò ſolem; Nam ſol vt perpetuo, ac vehementi lumine eſt, perpetuum item induceret æſtum; maiorem vbi ad perpendiculum; minorem vbi reflexis radijs mare aſpiceret. Quod non fit; Imò ſub boreali plaga fiunt vehementiſsimi æſtus, minores ſub torrida. Non tamen fiunt ſine ſolis fauore: nam quanto luna ſolis illuſtratur aſpectu, tanto æſtus clarior cauſſa. Minus enim in nouilunijs turgent maria, feruent in plenilunijs maximè. Luna dimidia, tàm auctu, quàm decremento mite-

Malacia maris, & Bonacia.

ſcunt, quo tempore Malacia plerunque fit, quæ eſt ſumma maris tranquillitas: vnde rectius noſtris Bonacia dicitur. Et qua hora luna exoritur ſuper orizontem, & item qua hora occidit, eadem & maris incipit motus: vnde quotidie variatur, vt quotidie alia hora, atque alio loco, quàm pridie oritur, atque occidit luna. Itaque rectè hactenus vniuerſæ

Irregulares æſtus.

cauſſæ viderentur demonſtratæ: niſi eædem ſingularibus quibuſdam locis inefficaces viderentur, atque etiam controuerſæ. Quippe ad Indi fluuij litus turget mare in Nouilunijs, contra primum ſuppoſitum. & vbi motus definitur ab oriente in occidentem: contrà in Mediterraneo fiunt æſtus ab occidente in orientem, & item ſupernè à Thule inſula in Hyperboreum. Et quæ cauſſa differentiæ, vbi multus æſtus, vbi paucus, vbi nullus? Refluxionis etiam ceſſat ratio, nam Mediterraneum non recurrit in occidentem: & tamen contrà, vbi finitur hoc mare, Pontus ſemper fuit in Propontidem, vt iam diximus ex Ariſtotele, & Plinio: nunquàm refluit. In Euripo Chalcydico ſepties die æſtus reciprocat. In Syrtibus diuerſi exiſtunt, & inæquales. Neque ex eis cauſſis eſt ratio quam ob rem circà littora magis deprehendantur hi motus, quàm in alto. Cur putei, cur lacus quidam eiſdem conſentiant maris motibus, & quidam è diuerſo contrarientur. Vix aliquis exactè locus in ſumma, quadrat ad propoſitas illas cauſſas. Singularium igitur locorum aliquam con-

Aeſtuum tres cauſę

decentiam eſſe ad ſyderum rationes confiteri neceſſe eſt. Ergo in vniuerſum tres veluti cõcauſſas omnis æſtus colligimus. Prima, & neceſſaria eſt à ſyderis virtute: ſecunda eſt à motu, quem ferè ſequitur tota moles Oceani ab oriente in occidentem; & tertia, non mi-

Aeſtuum propria ratio à ſitu loci.

nus neceſſaria, eſt à ſitu loci. Locorum enim vt priuata ſigillatim diſpoſitio eſt terræ, figuræ, altitudinis, qualitatis, aſpectus regionis, occurſus ventorum, communicationis cum alio mari, & id genus aliarum circunſtantiarum: ita quoque priuata æſtuum natura redditur. Vbi maior, vbi minor, crebrior, tardior, multa, modica, nulla. Nam vbi maris, ac ventorum liber, ac longior excurſus eſt, maiores fiunt æſtus, ac ſtatis horis. Mi-

Indici maris æſtus.

nores, vbi ſinus modicus, & vbi inſularum, ac Scopulorum occurſus fit. Optima ergo ratione ad indicas oras, ac citerius in Aerithrei littora fit maximus: tribus ſimul concurrentibus cauſſis. Nimirùm vndis illuc ſponte tractis ex oriente, in occidentem; quare breuiori tempore redeunt ab India naues, quàm accedant: Sydere deinde illinc eas ſolicitante. Et tertiò in ea maris amplitudine, quæ longiſsimo, ac libero ſemper excurſu acquirit

Perſici maris. Aphrici.

impetum. Per hunc tractum, littore Perſico, ad portum, quem incolæ ſanctum appellant, tantus refluxus fit, vt relinquat inſulam. Contrà, à capite bonæ ſpei, quam frontem Aphricæ appellauit Pomponius Mela; propter longam excurſionem eius telluris in meridiem, he-

Atlanticũ mare ſine æſtu.

betari incipit motus, ac minores continuò ſecundum Aphricæ inclinationem fiunt æſtus: in tantum, vt ad oras Atlantici maris, & circà inſulas fortunatas mare videatur immobile.

Luſitani, & Cantabrici.

Fit autem multus ſupernè acceſſus in Mediterraneum, & ad Luſitania litora, & ſuperiùs ad Cantabricum: ſequitur enim mare ſuopte fluxu, vbicunque ſpatia inuenit, qualia habet in Mediterraneum, & in aquilonem maxima. Ad oras verò Atlanticas idcirco mare videtur immobile, nimirùm quia poſt Atlanticæ ibi inſulæ maximæ ſubmerſionem, vt in Timæo legitur, mare ibi relictum eſt (vti iam ſuprà diximus) vadoſum, & breue. Et item quia ea pars quaſi centrum eſt immenſæ conuolutionis oceani, qua quodam veluti circu-

Britãnici.

lo ab oriente tranſitur in occidentem. Quo planè fit, vt tam in Mediterraneum, quam in

Britan-

Britannicum æſtus ab occidentali oceano fiant contrá orientem. Vtrobique autem, quoniam Septentrionalis ſitus altior eſt, plurima vis Britannici impetus conuertitur ad littora Belgica. In Mediterraneo ſimiliter, quoniam Betica litora, Gallica, & ſubinde Liguſtica ſitu ſunt altiore, nullum ferè videnr fluxum, aut refluxum, tota vis maris in Africana deuoluitur depreſſiora. Itaque obſeruatione dignum habuit Plinius, ab Italia nullo velorum impulſu prouehi triduo nauigia Vticam, tardiùs remeare. Secuta ſcilicet maris eius inclinationem. Extrá fretum non fit receſſus, tùm ob anguſtiam exitus; tùm ob vada, quæ ibi diximus breuia; tùm ob impetum maiorem Oceani. A Mꝑotide verò quo modo conuerſa fluxione fluat Mediterraneum in Propontidem, & hinc in Euxinum, iam ratio dicta eſt ex Philoſopho: quoniã ibi mare breuius, maximorum in ipſum fluuiorum agmine impellitur, ac ſemper in altius. Hinc pro occurſu vtrinque fluctuum á Mꝑotide intra, & exaduerſo á freto Herculeo, tria illa maxima fiunt naturæ miracula: Scylla & Charybdis in Sicilia, naufraga Syrtes mare Aphrico, & Euripi tractus inter Aulidem Bꝑotiæ portum, atque Eubocam inſulam, qui ſepties die reciprocat. Quanquam vnicuique á ſitu, eſt ſua condecentia cauſſæ. Nam Scylla & Charybdis habet voragines, habet anguſtias, fluctus reciprocos, & æſtus quaſi perpetuos. Syrtes verò ſolum, ſeu vadum harenoſum atque inſtabile; vnde æſtus fit pro ventorum flatibus inſtabilis, ac varius, nauigationis idcirco periculoſiſsimæ ibi mare, ab ora lybica ad Carthaginem. Quam notauit Vergilius in naufragio Troianæ claſsis, primo Aeneidos; In breuia, & Syrteis vrget, miſerabile viſu. Euripi verò, vt ſepties ibi die fiat æſtus, hiſtoria dubia eſt, quam non acceptat Liuius 11. de bello Punico. Cꝑlius verò, quanquám recentior author, tám veram habet ex antiquis ſcriptoribus, vt Ariſtotelem aſſerat non inuenta tam crebræ illius reciprocationis cauſſa, Chalcyde, quæ eſt in Euboea oppidum, interijſſe: itaque ortum prouerbium, Ariſtoteles non habet Euripum, Euripus habet Ariſtotelem. Cauſſa verò eſſe poteſt, tùm partialis ſyderis aſpectus, tùm loci ſitus anfractuoſus, tùm fluctus (ni fallor) reciproci, qui a latiſsima Aegæi maris effuſione in eas anguſtias compulſi, Cycladarum ſubinde inſularum multitudine, atque obice refunduntur, & quaſi circulo redundare coguntur. Porrò an æque fiant ijdem fluxus, ac refluxus maris in altum, ac ad littora, quod erat Plinij argumentum. Fiunt, ſed non deprehenduntur in alto, vbi mare latiſſimè, ac æquiſsimè panditur; vnde æquor dictum Varrone teſte, quod æquatum, & commotum vento non eſt. Exacta verò fluxus & refluxus viciſſitudo, ſtatis ſex horis eſt in Adriatico, quia forſan libero fruitur fauore ſyderis, & ſine obice eſt; modici tamen æſtus, quia modicus ſinus. Quibuſdam locis quòd anticipet motus, alibi tardius reciprocet, peculiares ſunt cauſſæ, tùm ſyderis, tùm fluxus vniuerſi maris, tùm loci naturæ. Vt in Garunna litore Aquitanico, vbi ſeptenis horis fit acceſſus, receſſus quinis (quicquid in hoc dubitet doctiſsimus Scaliger) quia acceſſus coactus, impulſu.ſ. anterioris maris fit: receſſus ſequitur inclinationem ſuam. Secundo quia facilius exoneratur. & tertiò, quia impulſu magni fluuij ſolicitantur retentæ aquæ ad exitum. Ad Ginegam verò Aethiopiæ contrarium fit, nam quaternis accedit oris, octonis recedit: nimirùm acceſſu trahitur mare ſuapte fluxione ab oriente, vnde faciliùs, ac citiùs fit: receſſu contrá retardatur. Iam quorundam priuatam omnino naturam eſſe oportet, & tám cœli quám loci occultam cauſſam. Sic mare ad Indi fluminis littora turgeſcit in Nouilunijs, quod nullo alio loco fieri legitur. Sic ad Gades Putei, alter delubro Herculis proximus, alter in Hiſpali; cum maris propinqui motibus conſentiunt. Alij ibidem & in ripa Betis, æſtu maris creſcente minuuntur, augeſcunt decedente. Plinio. Sic lacus ad Moluccas noui orbis inſulas ſimul cum mari, & creſcunt & decreſcunt; qui ſubterraneã fortaſſe communicantiam habent cum mari, & ampla via. Quales iam adduximus fontes calidos in breui Inſula contrá Timauum amnem, qui pariter cum æſtu maris creſcunt, atque decreſcunt. Et qualem in Comenſi iuxta Larium lacum fontem accepimus ex Plinio iuniore, á quo nomen fonti Plinianum, qui ſingulis horis modò exuberat, modò remittitur in totum. His itaque cauſsis mare naturaliter moueri dicendum eſt, & facere quem dicunt fluxum, & refluxum.

Mediterranei paucus æſtus.
A freto cur refluxus nõ fit
Mæotidis & Propõtidis.
Scylla, & Carybdis
Syrtes, eſt mare harenoſum.
Euripus.
Prouerbium ab Euripo.
In alto mari an æſtus fit.
Aequoris ratio.
Adriatici
Ad Garũnam fluxus.
Ad Ginegam.
Ad Indũ flu.
Ad Gades.
Ad Moluccas.
Mutationes a Terræmotibus.
Plinianus fons.

MARIS INVNDATIONES.

CVM Aeſtuum verò natura coniunctam plerumque cauſſam habent inundationes á mari: niſi quantum hæ vehementiſſimam habent cauſſam ex accidenti, vel á vehementiſſimis ventis, vel horrendo Terræmotu. Inſignes verò ſunt maris exceſſus, qui fiunt a mari Britannico toto eo tractu Galliæ, atque Germaniæ, ac in Belgicam partem præcipuè. Quippe hi mediam quodam modo rationem habent æſtuum, atque inundationum. Aeſtus quidem,

Inundatio Britannici maris in Hadria.

quidem, nam ordinarios, quos diximus, ſequuntur cæterorum mariũm motus, & illius ſpeciatim maris. Exceſſu verò ipſo inundationem referunt, prout ſcilicet extrà modum exundant, ac duplici accidenti. Altero, cùm mare ſubita tempeſtate, ac ventorum agitatur impulſu contrà littora: Coro vento potiſſimùm, qui medius inter Aquilonem & Zephyrum, vniuerſæ huic plagæ, tam maritimæ, quàm terreſtri eſt infeſtiſſimus. Altero, pro ipſorum litorum naturali humilitate: quam ob rem quota regio ei periculo ſubiacet, vix crebris arginibus, ſeptisq. altiſſimis vallatur, quin ſæpè mare ſuperatis omnibus humani ingenij conatib. ſæuius irrumpat, atque inundet. Memoriæ proditum eſt in hiſtorijs germanicis, Anno M.C.XXXV. bonam Flandriæ, Hollandiæ, ac Friſiæ partem portentoſa huiuſmodi inundatione ſubmerſam. Ducentis poſteà annis, multa ſubmerſa oppida interijſſe. Inundatio autem quæ accidit in Flandria ætate noſtra M.D.XXX. omne exemplum præteritæ iacturæ ſuperauit, qua cuncta maritima oppida, ac munitiſſimæ ciuitates vel ſubmerſæ, vel adnauigatæ, cum inæſtimabili hominum, pecudum, & cunctarum rerum iactura. Rarum verò fuit, ac dignum Ariſtotele exemplum de inundatione Achaiæ, ventos ſimul ſuprà, & infrà, mare ac terram concuſſiſſe, ac repente ſubmerſiſſe regionem. Ex aduerſo enim flantibus ventis Aquilone, atque Auſtro, hinc cedente in ſubterraneas cauernas Aquilone, concuſſa eſt ingenti terræmotu regio: & ſimul ex aduerſo Auſter libero impetu furens in mare, ſubuertit repente fluctus ad littora, ac inundauit Achaiam. Ventorum autem, vt credo, fuit impulſus, & tam infrà quam ſuprà mare, quod narrat Poſidonius: marinos fluctus non longè à Ptolemaide elatos in tantum, vt montis inſtar excelſi contrà terram deuoluti, Triphonis exercitum ſubmerſerint. Portentoſum viſum eſt, ſecundo belli Punici anno, vt recenſuit Cælius, mare ſic intumuiſſe, vt contra amnes influens, villas plures, atque oppida obruerit. Quod item Fl. Valentiniani ſecundo accidiſſe in Sicilia meminit Paulus Diaconus, horrendis modis elatas ad ea litora vndas, totam ferè Panhormi ciuitatem ſubmerſiſſe. Simili euentu, iam paucis annis elapſis, inflatum mare ab Illyria inundauit Venetias: aſſerunt autem qui aderant, magnam toto Illyrico mari præceſſiſſe tempeſtatem, qua ceſſante, auſtralis impetus ordinarium maris æſtum inſecutus, fluctus ipſos ad extimas vſque paludes impulit, ac Venetias inſolitis modis occupauit. Hactenus à mari inundationum ſpecies diximus: in quibus tres præcipuas concurrere cauſſas omnino colligimus. Concurrunt venti inſtantes, ac cientes tempeſtatem; concurrit mare vt materia, & concurrit litorum regionisq. naturalis humilitas. Et præterea, accidentalis aliqua loci occaſio, quæ ſoleat magnificare exceſſum: vel terræ motus, etiam ſubter mare, vt in Achaia accidit, vel occaſio æſtus fluxusq. tum ordinarij. Vel obices arginum, qui quantum ordinarijs reſiſtunt æſtibus, tantum vbi ſuccumbunt, omni fluctuum exceſſui adaugent impetum, vt in Belgicis viſum eſt.

Flandriç ſubmerſio. *Achaiæ Inũdatio cum Terræmotu.* *Ptolomaidis inundatio.* *Inũdatio Siciliæ.* *Inũdatio Venetiarum.* *Inundationum omnes cauſæ.*

INVNDATIO LACVS ALBANI.

VERVM ex his exemplis euerſionum maris ad littora, non eſt ratio quam ob rem in Mediterraneis regionibus lacuum quorundam, ac fluuiorum maximè Inundationes contingant. Qualis admiranda legitur apud Plutarchum de lacu Albano in Campania, quem in portentis habitum eſt, tunc debellatis Veientibus, inundaſſe ſereno cœlo, & ſine imbribus. Cuius cauſſa haud vlla ex prædictis à mari eſſe potuit, à quo abeſt decem millibus paſſuum, ac manifeſta fuiſset. Nec vlli fluuiorum effuſioni tribuenda, cùm lacus nullum admittat, niſi riuum perexiguum: & ſine imbribus facta ſit. Nec vlla tranſmutatio eſſe potuit in occultis venis, & aeris, & terræ, & rerum adiacentium in ipſam aquam: ſic enim haud multa fieri poteſt aquæ multiplicatio, vt extrà modum exundare faciat, niſi qualem paulo ante diximus in Lucatibus aquis. Reſtat ergo vt eiuſmodi Inundationes, vt raræ, ita quidem mirificæ ſint. Veriſimile tamen eſt, vt quemadmodum diximus à mari penetrare aquas in ſubterraneas venas, ac certis fontibus oriri in lucem: ita, hunc lacum aliquam huiuſmodi habere communicationem à vicino mari, ex quo tunc plus ſolito confluxiſſe aquas, ac repente exuberaſſe. Quæcunque fuerit huic magis quam aliò impellens cauſſa, ſeu terræmotus, ſeu ventus incluſus, ſeu ſpiritus aliquo intus calore congenitus, & per aquarum eius loci interuenia excurrens.

Inũdatio ſine imbribus. *Cauſſa per emanationẽ a mari.*

De

De Fluminum inundationibus. *Cap.* XXV.

Inundationum differentiæ.

INter omnes autem Inundationum ſpecies,monſtroſiſſimę ſunt, ac repentinæ maris : Raræ quas iam diximus lacuum:Maximæ ac frequentiſſimę fluminũ,& his quidẽ pernicioſæ vt Tyberi & Pado,quibus accidunt contingenter. His verò frugiferæ,vt Nilo,& Gãgi,& alijs, quos dicemus fluuijs, quibus ſalutare eſt in plerìſqne rebus, (vt Plato inquit) inundare quotannis. In cauſſis verò varij produntnr errores. Alij enim iuxta Philoſophi authoritatem de prædicta Inundatione Achaiæ, ſimulatque exẽplo exceſſuum Britannici maris in Flandria,mare ipſum dixerè communẽ cauſſam. Alij ſequuti adductiones Lucretij in cauſſis Inundationũ Nili,quæ ſereno fiant cælo,vt fere contingunt in cæteris fluuijs; modò ventos dixerunt, modò maris ipſius vndas,modò harenarum congeſtus in fauces ipſorũ fluuiorum, quibus omnibus occaſionibus aquæ redundare cogantur. Alij ſingulas certò fieri ſydere. Alij niuium fortaſſe liquamina in montanis,alij imbres,qui fiant in longinquis,concurrere. Qui omnes ad ſnperficiem euagati,veritatem quidem adnmbrarunt, punctum rei non attigerunt. Cauſa ergo Inundationnm in omnibus fluuijs,imbribus tribuenda eſt,haud dubiè: Imbres enim copioſiſsimas,& exundantes aquas fluminibus alioquì magnis addere poſſunt, ſupra quàm cæteræ cauſſæ. Quanquam huius quoque cauſſæ, haud vna, ac æqua omnibus locis efficacia eſt, ſed diuerſa penes accidẽtia particularia, & ab ipſo mari multotics,à vẽtis,à niuibus,à ſitus humilitate,ac id genus,quæ locũ habent cõcauſſæ.Imò quoniã in quibuſdam difficillima ratio ipſorum imbrium eſt,ac multæ controuerſię inter ſapientes, & in Nilo maximè:idcirco de Nili Inundatione proponemus:quæ iure à nobis,vt forma,ac exemplar cæterarum Inundiationum proponitur,nam ex ea veras (ni fallor) cauſſas in cæteris quoque fluuiis demonſtrabimus.

Opi. erroneæ.

Inundationum potiſſima cauſſa.

INVNDATIO NILI.

Difficultates quæſtionis.

IN tota qnidem aquarum natura nulla ferè eſt quæſtio, quæ plures authores quacunque ætate,aut maiores difficultates habuerit,quàm inundatio Nili. Omnes inundationes vidẽtur fieri ad caſum,ac inſolito aliquo vel loci,vel aqnæ ipſius accidenti.Sola inundatio Nili ſpeciales habet cauſſas, easq. infinitæ contronerſiæ, maximè veteribns. Siue Nilus extitit à primordio rerum, ſiue incepit aliquando,aſſiccatis tractu temporum, ac redactis in alueum Aphricæ paludibus, vt videtur velle Ariſtoteles : ſemper Nilum vno ac perpetuo tenore quotannis inundaſse poſt hominum memoriam conſtat.Cæteræ innndationes,vt aliquo Naturæ caſu contingunt, neque modum, neque tempus ſibi determinant : Admirandæ inundatio Nili ſummo conſenſu,qnem habet cum cœlo,ſemel in anno, ac certo ſydere, per totã ſpatiatur Aegyptum. Maius miraculum,vbi cæteri amnes per æſtatem decreſcunt,ſolns iſte in ſolſtitio non creſcit ſolùm,vt aliqui tum apud nos creſcunt liquatis niuibus;verumetiam ampliſsimam inundat terram.Imò,quaſi inſſu quodam Dei & Naturæ incipit creſcere,certis ſtatisq. diebus,creſcit ad certum terminum, & ſubinde redit paulatim ad magnitudinem priſtinam. Incipit antem creſcere (vt author eſt Plinius) ſemper ab æſtiuo ſolſtitio,noua luna:& primo ſenſim ac lentè,ſole Cancrũ tranſeunte:deinde vchementius quãdiu in Leone ſol eſt:mox pigreſcit ſole in Virginem tranſgreſſo ijſdem quibus accreuit modis.In Libra reuocatur intrà ſuas ripas in totum,cẽteſimo (vt tradit Herodotus) die,à principio incrementi. Notantur autem tùm incrementa, tùm decrementa per puteos (ſeu potius legendũ pluteos in Plinio) qui locus antiquis Niloſcopiũ propterea dicebatur, futurã annonã nũ multã,nũ paucã ſignificans.Cui noſtratũ hodie relata de rebus Aphricæ concordant,in Inſula Chairi columnã eſſe intra præaltam foſſam, quæ ductu amplo reſpondet Nilo,vbi notæ incremẽti ſingulis horis ſignantur.Fuit autem perpetua obſeruatione cõpertũ, iuſtum incrementum eſſe cubitorum ſexdecim,quo maximè abundaret annona. Si XII. cubitos non exceſſerit, famem eſſe certam. Ncc ſecus ſi XVI. ſuperauerit cubitos, tanto enim tardius recedere aquas,ac ſementem arcere. Obſeruanit Plinius maximum ſua ætate incrementum fuiſſe XVIII. cubitorum. Secutis verò ſeculis continuò fieri breuiora incrementa viſum eſt,ob altitudinem riparum quotannnis maiorem: vnde ſuſpicantur quidam,ne completa ſic omni regionis humilitate, nulla olim futura ſint incrementa : Niſi eſſet tantæ rei cauſſa (vt mihi videtur) qnæ ſuprà omnem cauſſam. Verùm nos veriſimiles magis percurramus cauſſas.Conuenit hæc quidẽ inundatio in formali,ac materiali cauſſa cũ cæteris inundationibus:eſt enim quidam exceſſus fluminis,auctis præter aluei capacitatem aquis. De agentibus verò,non tot adeo adducuntur cauſſæ,quot rurſus exurgunt in contrarium difficuitates. Et ratio omnis difficultatis eſt ob falſas antiquorum traditiones,quorum communi,

1. Meteo.

Hiſtoria inundationis.

Niloſcopium.

muni,ac infeliciſſimo errore,ad hanc ferè vſque ætatem creditum eſt,eam mundi plagã, quã zonam vocant torridam inhabitabilem eſſe, vt quæ ſtatim ſolis curſui ſubiaceat, aridã aſſi-

Opi.antiquorum.

duis feruoribus, ſine imbribus, (vt creditum eſt) & ſine humore eſſe. Quam ob rem in hanc fatalem admirationem conuerſi per omnem ætatem ſapientes: alij fontium Nili poſuerunt exuberantiam naturalem. Alij ſolis influentiam, qui Nili aquam tum multiplicet in

Eteſiarũ flatum.

fontibus. Alij contrà, aueſari eũ ſolem, cùm Sol auſtralis eſt, verſo autem eo ad ſeptentrionem abundare largiùs. Plerique imputauerunt Eteſias ventos, qui ab Aquilone flantes, multiplicem ad hunc exceſſum habere poſſunt efficaciam: vel mare compellendo: vel harenarum congeſtum impingendo in oſtia Nili, vnde Nilus impedito curſu redundet: Vel qui frigidas auras in intimam vſque Aethiopiam congerant, exindeq. niues fiant, & pluuiæ. Quæ cauſſa pluuiarum quanquam verecundè poſita ſit à quibuſdam veteribus, pro conſtanti iam tùm communi illa opinione de Zona illa perpetuò torrida: facilè tamen à ſemetipſis exploſa eſt, cùm Eteſiarum flatus ſuccedere multis diebus inundationi huic, non præcedere compertum fuerit. Quam ob rem dimiſſis omnibus anti-

Pluuias Inundationum eſſe cauſſas.

quorum quæſtionibus, quorum multa eſt turba apud Lucretium, Diodorum, & Plinium: nos breuiter concludimus non aliam eſſe tantæ Inundationis cauſſam, quàm quæ hac noſtra ætate habetur planiſſima, quæ & non caret præclaris ingenijs, & quod diuinæ prouidentiæ placuit, iam in exactam venit totius ferè terrarum orbis notitiam, ac pluuias in ea fieri compertum habet, quo tempore Nilus inundat, confertiſſimas, ac ipſas omnino pluuias eſſe meram cauſſam inundationis Nili. Ex quibus intelligitur, quod iam non de inũdatione ipſa dubitandum eſt, ſed caput & ſumma difficultatis hæc eſſe debet, quæ nam cauſſa pluuia-

Pluuiarũ ratio in Aethiopia.

Fracaſtorei ratio.

rum in ea regione torrida ſit. Agatharchides Gnidius, qui ſolus inter veteres apertè pluuias auſus eſt aſſerere, eas in cauſſas reponit occultas: Multos enim, inquit, ſolet Natura effectus producere diuerſis locis, quos, præter ordinem cùm ſint manifeſtarum cauſſarum, non eſt humanæ mentis coniectari. Doctùs hac noſtra ętate Fracaſtorius, multis conquiſitè ſuppoſitis, laborat admodum harum pluuiarum naturam vehementiſsimis, qui ibi fiant, caloribus accõmodare. Ac in ſumma eius opinio in his tribus conſiſtit ſuppoſitis. Primo, aeris mediam regionem quaquauerſum in omni mundi plaga frigidam, aptamq. pluuijs generãdis. Secundo, materiam præbere debere terram, quæ intimè cauernoſa ſit, plena denſiſsimo aere, ac frigidiſſimis vmbris humecta. Tertiò, Solem attrahere; & (in quo vis tota ſuę demõ-

Calorum vehementium tres cauſſæ.

ſtrationis exiſtit) quò vehementioris caloris, eò promptius attrahere. Quippe Sol, vbi perluſtrat ſigna Geminorum, Cancri, ac Leonis, regioni ipſi vehementiſsimus inquit, eſt: tribus de cauſsis. Prima, quia Sol diſcedẽs à puncto Aequinoctiali, pro ea Zodiaci circuli cõnexitate fit, vt quo magis Tropico appropinquat, eo anguſtiores agat diebus ſingulis parallelos: Vnde quandiu in Tropico demoratur, idẽ ſępius (vt ita dicam) reſulcat ſpatiũ, ac diutius eandẽ perluſtrat, fouetq. plagã. Deinde, quia rectis eam ferit radijs, adeoq. terram penetrãs, valet ex intimo vſque combibito telluri frigore, vaporum materiam comparare, atque tra-

Fracaſtorij opi. reprobatur

here. Et tertiò, diebus anni longiſsimis. Ratio quidem ingenioſa, & quæ antiquis videtur attentata, dum à Plinio colligitur lib. 2. vbi de Eteſiarum frigido tepore ipſi Aphricæ: Mollire eos (inquit) creditur Solis vapor geminatus ardore ſyderis. Sed quæ tamen apud me arduas admodum patitur difficultates: ac tres præcipuas. Primùm, quia à vehementiſſimo calore, non eſt maior ratio quam ob rem fiat maxima attractio, & non æqua reſolutio vaporum. Imò attractioni remiſsus calor ſatis eſt, vtpote ſequentibus ſponte vaporibus. reſolutioni contrà, intenſior requiritur, vaporibus in ſe vnitis. Secundò, ad ſuppoſitas illas cauſſas calorum: primùm anguſtia illa parallelorum Solis ſub Aequinoctiali, quòd inducat ibi maiorem caliditatem, nullius videtur eſſe momenti. Nam quantum ea radiorum reiteratio valet multiplicare calorem, tantum, vel amplius faciũt ad generationem frigoris duæ aliæ ſuppoſitæ, quæ contraueniunt cauſſæ: Quia Sol, quandiu exiſtit ſub Tropico, terram Aequinoctialem aſpicit radijs obliquis, & non rectis: & dies illi facit breuiores, non lõgiores.

III. Tertiò, quia pluuiæ fiunt contrà eaſdem cauſſas: Sol enim vehementiſſimus ſupponitur in Tropico, quandiu ſcilicet Cancrũ, ac Leonem perluſtrat: at pluuiæ quæ veniũt ad hãc inundationem; fiunt ſub Aequinoctiali, & vltrà. Vbi alterum duorum fateri neceſſe eſt: aut demonſtrationem concludere pluuias ſub Tropico, vbi Sol terram rectis ferit radijs, & diebus anni longiſſimis, per ſecundum & tertium ſuppoſitum. Et tunc iam tanti incrementi cauſſa fuiſſet ipſis primis incolis manifeſta, non admiranda; qui viderent inundationem, viderent & pluuias. Modò experientia eſt in contrarium: nam citrà dia Sienem clima, quod incipit

Pluuiæ in Aegypto delicioſæ.

ſub tropico, gradu xxv. & venit ad Memphim, raræ, & quæ Deorum munera reputantur pluuiæ, ſeruanturq. in ſacris, ac delicijs, non ſolùm non inundant. aut denique conuerſa ex oppoſito ratione, concludendũ erit id quod verères eſt, per cauſſam frigoris, & non caloris fieri pluuias ſub Aequinoctiali: Quoniam eam terram Sol quandiu ſub Tropico eſt

aſpicit

aſpicit radijs obliquis, & non rectis: ac dies illi reddit breuiores, noctes longiores. Atque hæc eſt vera ibi ratio pluuiarum.

Propria opi.

Quamobrem quid oportet veritatem tot difficultatibus obſcurare, cui planæ, ac naturales requiſitæ cauſſæ conſentiunt? Nempè de loco patet, media aeris regio in quaque cœli côuolutione frigida, vt iam dictum eſt.

Locus pluuiæ.

Similiter & de materia, & de agente cauſſa. Quippe ſol omnia luſtrans, vt acceſſu ſuo, ac receſſu cunctarum mutationum eſt author; ita harum quoque pluuiarum, ac incrementi eſt cauſſa haud dubiè.

Sol agens 11.gen.56

Ita qui acceſſus Solis apud nos adfert æſtatem, idem receſſus eſt illis, & hiems, & cauſſa pluuiarum. Dices, cur non ſimilis altera, ex oppôſito acceſſu Solis ad Capricornum, producatur hic hiems ſub Tropico Cancri? Ratio inquam diuerſitatis non eſt in Sole, qui æquo aſpectu ab altero Tropico aſpicit alterum. Sed in materia pluuiarum; quæ ſub Tropico Capricorni eſt multa, ſub Cancri nulla, vel panca.

Materia pluuiarũ.

Ratio diuerſitatis eſt, quia hæc regio tota plana, arida, ſabuloſa, mediterranea, ſerena, & ne Nilum quidem, vllam aſpirare aurã produnt authores, vnde illi cognomen Anauro. Illa autem auſtralis magis, vaporibus concreandis aptiſſima: quippe magno ferè vndique Oceano circunfuſa, irrigua fluuijs, è Nilo fluuio, eiuſque & alijs paludibus humecta maximis, inæqualis ſitu montium ampliſſimorum, vaſtatum vallum opacitate, vmbroſis iugiter deſertis occupata.

Nilus. Anaurus.

Vnde, cùm nuſquam eadem perſiſtat conſtitutio aeris, ac ventornm vndecunque ſit liber afflatus, vaporum ſimiliter ac aliæ terræ alumna eſt, & nubium, pluuiarumq. generatiua. Ad quas facit quidem ea Solis ibi vehementia, quæ ex intimis terræ vmbris vaporum attrahat materiam. Facit verò maximè (vt ego reor) noctium æqnalitas: nam perrarò Aethiopes diem habent maiorem duodecim horarum cum dimidio, & ſimiliter noctes.

Dierum, ac noctiũ lõgitudo in Aethiopia.

Quam ob rem, vt Sol valet interdiu multiplicare vapores, ita aſſiduæ noctium vmbræ eas in materiam ſuppeditant imbrium; ac eo maxime tempore, quo dies ibi breuiores, noctes longiores, & hiems. Id quod vna voce iam omnia conclamant tùm relata, tùm ſcripta; temporis ſcilicet ſpatium à ſolſtitio noſtro ad Aequinoctium, quæ nobis eſt æſtas, hiemem illis vltra Aequinoctium eſſe. Quo tempore pluere multi fide digni hodie Scriptores adfirmant, quandiu ſanè plaga illa Solis reditu retepeſcat. Inter alios narrat Franciſcus Aluareſius, qui verſus Antarcticum ad fontes Nili penetrauit, circà dimidium Iunij menſis incipere circà Aequinoctialem pluuias, ac pluere verſus Tropicum maximè, ad medium vſque Septembris.

Franciſcus Aluareſius.

Alij nauigantes ad Indias, in Inſula S. Thomæ, ſinu Arabico, quæ cadit ſub gradu circiter decimo ab Aequinoctiali, pluere. De quo cùm fama extitiſſet perpetua, quærit Ariſtoteles in Meteorologicis, quinam circà Arabiam atque Aethiopiam æſtate pluat.

1.Meteo.

Non abſoluit. Abſoluit Alexander, per cauſſam ventorum, quos diximus Eteſias. Aſſerunt & ſitu occidentali ſub octauo gradu, montes altiſſimos, qui nouis argonautis Serra Liona, antiquis verò Theon ochema dicebantur, & ardere; non verè ardere, ſed crebris emicare fulgetris, grandinibus, & pluuijs, & frequentibus niuibus occupari. Nec ſecus pluere, ac ningere in Mediterraneis per hæc exempla veriſimile fit: teſtimonio Nigiris fluuij, qui perpetuo curſu per Torridam, tranſuerſam agit Aphricam, ac mittens in occidentale pelagus, eodem quo Nilus tenore, ac eodem tempore inundat.

Grãdines pluuiæ, & niues aeri in Aphrica.

Nigiris inundatio.

Sed enim, continenter, ac vniuerſim in tota tunc pluere Aphrica, non eſt neceſſarium: niſi quemadmodum noſtra hieme, per regiones, ac interualla, & plus minus, pro annorum, ac ſyderum conſtitutione varia. Eſt ergo anniuerſarium accidens hæc inundatio, quia hiemis effectus. Continuis creſcit quadraginta diebus, non quia continenter pluat; ſed quia vbicunque pluat tota illa hieme, ea eſt Nili diſpoſitio, ac ſitus humilitas, vt omnes quacunque in parte fiant pluuias, omnesq. riuos, ac torrentes in ſe recipiat.

Catholica inundationis Nili.

Inundat maximè Aegyptum inferiorem, ſiue à xx. vſque gradu; ob ſitus ſimiliter eius regionis humilitatem, teſtimonio antiquorum Regum, ac Sapientum, qui volentes totum illud quod intereſt terræ à Rubro mari ad Mediterraneum interrumpere, ac nauigationes ad Indiam præbere breuiores; veriti ſunt terram Aegypti humiliorem, teſte Ariſtotele.

11.Meteo.

Creditur autem, imò confitendum eſt, anticipare pluuias à principio vſque Maij menſis, quæ partim vt paucæ, & partim abſortæ ſoli ariditate, tam immenſo defluentes ſpatio, non pertingunt in inferiorem Aegyptum ante xvii. Iunij diem. Et idcirco ſenſim, ac lentè (vt dicebat Plinius) Nilus incipit creſcere. Creſcit autem in plures dies, tam brumam enim quàm ſolſtitiũ fortiores ſubſequi ſolent impreſſiones, & calores, & frigora, quàm præcedere: nam præcedentes dies diſponunt, ſequentes imprimunt, augentque cauſſam, donec quadrageſimo die ad ſummum perueniat incrementum. Quando iam exhauſto humoribus aere, & iã ſole verè nouo illi regioni inualeſcente (quod fieri incipit tranſgreſſo virginem) pauciores fiunt vapores, ac ij diſſipantur latiùs; vnde neceſſariò pluuiarum tempeſtas remittitur, ac Nilus ſimul quibus accreuit modis, quadraginta dierum ſpatio minuitur, & (vt tradit Herodotus) centeſimo in totum die à principio incrementi, quod ſpatium eſt quartæ partis anni, & tota hiems Auſtralis plagæ. Hanc eſ-

Inundatio Nili donum Dei. ſe inundationis huius veram cauſſam teſtantur quoque Aegyptij; quam potiùs ſpecialem cœli gratiam dixerim, quando cæteræ inundationes non ſint ſine aliqua pernicie, ſola iſta ſalutaris ſit, ſaltus, delitiæ, & fœcunditas Aphricæ.

INVNDATIONES FLVMINVM SEPTENTRION.

NVLLA verò quæſtio ſit de inundationibus fluminum Septentrionalium: vbi cauſſæ ſunt manifeſtæ, aſſiduæ, ac altiſſimæ niues, pluuiæ quæ ſiunt quolibet anni tempore, & quæ aliquando admodum abundant. Itaque tres ſunt cauſſæ præcipuæ, Regionis natura, quæ ſcatet aquis, pluuiarum, ac niuium copia, & præter hæc ſitus, vbi humilis ſit, ac ſtagnantibus aquis idoneus. Lituania, & Moſchouia paludoſa. Scribit Olaus Magnus Lituaniam, atque Moſchouiam, regiones ſub frigido arctico, ob multam planiciem perpetuò ferè eſſe paludoſas. Diuidnæ inūdatio. Vbi Diuidnam ingentem fluuium quotannis inundare æſtate, quando ad pluuias concurrunt liquamina niuium, ac exinde impinguari agros. Gangis. Quod de Gange ex Scythicis montibus cadente ex quorundam relatis aſſerit Plinius. Indi. Et item Indus (vt author eſt Cicero) qui non ſolùm agros lætificat, ſed etiam conſerit. Euphratis. Euphratem diuus Ambroſius in libro de Paradiſo ab Εὐφραίνειν, hoc eſt à lætando dictum interpretatur, quòd Meſopotamiam irrigans fœcundet agros. Fluuiorū Italiæ. Solas aliquorum fluuiorum inundationes inueni in Italia pernicioſas, quanquam raras, Atheſis præcipuè, Padi, Arni, atque Tyberis, quarum idcirco aliquam rationem habebimus.

PADI INVNDATIO.

PADVM ergo ita exundare non eſt dubium: & quo anno maximè ſiunt maiores pluuiæ, maximè exundat; ac cedentibus è circumiacentibus Alpibus liquatarum niuium fluoribus, vnde ſemper æſtate adereſcit. A ſitu. Facit autem ad hūc ſuum exceſſum ſitus humilitas in primis, tanquam concauſſa; qui in ampla planicie Apennino hinc, atque illinc Alpibus conchæ inſtar clauſus, collectaſq. ingentium fluuiorum excurſiones lentè exonerans, diutius in ſe retentas multiplicat aquas, itaque exundare cogitur. Ab arginum obice. Maximè vbi per manufactos argines aliquandiu detinetur, qui quantùm cohibent leues fluminis impetus, tantum vires creſcenti adaugent, donec violentior irrumpat. Quod tetigit doctiſſimus Vates.

Virgilius.

Eridanus, quo non alius per pinguia culta,
In mare purpureum violentior influit amnis.

Id genus impedimenti portentoſiſſimam Veronæ inundationem attulit, Pelagio II. Rom. Pont. anno circiter D.XC. de qua mentionem fecit D. Gregorius, qui ei ſucceſſit in Pontificatu. Atheſis inundatio. Atheſis enim, qui rapidiſſimus ex ſuperis Alpibus in eam planiciem irruit, inflatus magnis imbribus, ac ad mœnia Vrbis retentus, ſæuijt tandem diruto obice mœniorū intra Vrbem, cum inæſtimabili ædium, hominum, ac rerum cunctarum ſtrage. Panhormi inundatio. Idem pluuiarum exceſſus, iam decem ſunt anni, Panhormum in Sicilia, incredibili fermè ruina ædium, ac pernicie hominum peſſundedit. Quæ ciuitas nullo diluta flumine, ſed vallata è regione mōtana plus ſolito ſeptis bellicis, pluuiarū tam ingentium diluuia è vicinis montibus in ſe auxit, vt illis ad poſtremum irrumpentibus, tota ferè ſubmerſa iacuerit. Rhodani inūdatio. Quo tēpore exundauerāt quoque aſſiduis, magniſq. tota hac plaga imbribus, & in montanis maximè, à Rhodano vſque in Galliam, plerique Italiæ fluuij. Arni inūdatio. Inſolitis verò modis inundauit Arnus Florentiam, & Tyberis Romam maximo poſt omnium inundationum eius memoriam incremēto.

INVNDATIO TYBERIS.

DE Tyberis autem inundationibus ſingulares ſunt, ac ſcitu digniſſimæ hæ cauſſæ: imbres, mare, ventus aduerſus, & ſitus fluminis. Materia. Veniunt quidem in hunc exceſſum imbres, vt materia, & imbrium magnæ effuſiones ſimul, quæ è montanis, ac longinquis regionibus, quas percurrit fluuius, colliguntur. A ſpatio. Nam quæ è vicinia incurrunt, quantauis copia, ac aſſiduis pluuijs, propinqua vtique fauce non tam primum defluunt, quàm exonerantur. Sed multæ ſiunt, ac exuberant maximè, cùm ex multo colliguntur ſpatio. Quæ res planè fuit manifeſta, hac ipſa vltima inundatione Anni M. D. LVII. circā Idus Septembris. Nam cùm toto vndique Latio vix vlla extiterit pluuia; tamen repentè multas, ac toto exuberantes alueo vidimus vndas, ex multo nimirùm auctas ſpatio. Quod ſpatium à fontibus Tyberis, qui ſunt in Auerniæ montanis, computatis alijs riuis, ac fluminibus, qui hinc ab Hetruſcis, ac Vmbris, atque ex Aprutijs, & Campanis confluunt in Tyberim: bonam, ac magnam partem pluuiarum Apennini montis comprehendit. Concurrit porrò mare, vt quod-

Digitized by Google

vt quoddam agens, quod videlicet illabentes turgidi amnis aquas indomito ſuo dorſo repellit. Libyco præſertim, eõ impulſum flatu, qui ſtatim Tyberina oſtia contrà impetit. Simnlatq. concurrit anguſtia aluei, vt concauſſa, quippe qui parum capax tantæ ſemel multitudinis aquarum recipiendæ, eas à dextra, atque ſiniſtra regurgitat in omnem viciniam, ac in ſuam Vrbem maximè, quam inundat. Sed hic rectè obijciunt quidam; ſi ſic eſt, cur à mari hic fluuius turgere non incipit, vbi ſitus eſt decliuior ad perpendiculum Vrbis, & obicem ſtatim habet à mari, atque à ventis, ſed incipit in Vrbe, vbi altior? Qua de re, dum hiſce diebus de cura Tyberis apud Illuſtriſſimos, ac Reuerendiſſimos CARDD. Io. Politianum, & Sfortiam, per Ædiles Vrbis, ac Viarum Magiſtros ageretur, multas audiui difficultates, & controuerſias. In quibus hæc mea breuiter fuit reſponſio, quòd quæ turgent, inſtanturque, turgere ſolent in medio, ſicut videmus hunc fluuium, & non in extremis. Ratio autem, vt mihi videtur, eſt hæc; quippe iam meminiſſe oportet motum hunc fluminis non eſſe naturalem, ſed violentum; quare exceſſum hunc potiùs vocari debere diximus, quàm motum. Ergo in qua parte maior violentia fit, & plurium cauſſarum concurſus, ibi maior exceſſus. Ad mare vna illa eſt violentia ſolùm. obex ſcilicet ſeu potius repugnantia inſolita à mari, & à ventis in ipſum fluuium: quare (nec eo id interim inficias) ibi incipit redundare. At in Vrbe, XII. circiter milliaribus ab oſtio Tyberis, quanquam ſitus altior ſit aliquot paſſibus, quàm ad ipſum oſtium fluminis; concurſus tamen in ea fit plurium hinc inde cauſſarum, ac totius huius exceſſus ſumma. Nam mare illùc tempeſtuoſum repellit amnem, cogitq. retrò fluere, vt in omnibus inundationibus planè videtur. Interim verò præcipitantibus à montanis magna vi aquis; tota redundantia, ac exceſſus ſuperuenientium aquarum ſimul, ac tumor in Vrbe fit. Vbi maximè adaugent cauſſam, ſitus fluminis depreſſus, & anguſtus, qui coronide vndique collium, confertiſſimiſq. ædificijs circumuadatur. Et præter hæc apertè infrà Cloacarum fauces, quæ primæ intumeſcentis amnis recipiunt exceſſum, ac vndæ vndam inſequentes, quà apertas inueniunt fauces irruunt, ac in ſuam vrbem regurgitantur. Dirum faciunt popularis cuiuſpiam ſeditionis ſpectaculum vndarum quaquauerſus effuſiones, quæ iuxtà ſitum cloacarum, hæc vna via, hæc alia, & alia inuadunt Vrbem. Hanc veram putamus cauſſam. Cæterùm vt breuiter ad alias ſatisfaciam quæſtiones. Non eſt ordinaria hæc inundatio Tyberis, neque ſtatutis fit temporibus, vt Nili diximus, atque etiam Padi; ſed rarò contingit, quia ordinarias non habet cauſſas, vt Nilus; ſed caſu fit. Neque eodem ſemper tenore redundat; pro vario concurſu inuicem primarum cauſſarum, quæ tres ſunt illæ Naturales, à pluuijs, à mari, a ventis: Has enim, vt fortè accidit, vel omnes vehementer vrgere, vel duas plus minus, vel vnam tantùm præualere; ita aut maiores, aut minores contingunt inundationes. Et prout alueum plus minus inuenit liberum. Quemadmodum vnitæ ſimul, ac vrgentiſſimæ omnes in hac ipſa inundatione viſæ ſunt, quando ſuperbus Tyberis ſuperatis pontibus, ac præteritarum omnium inundationum ſignaculis, ſubmerſa ferè vndique ſua Vrbe, fuit vndique adnauigatus. Exitium viſu miſerabile, quod, vt fuit per omne tempus Imperij Vrbis irreparabile; ita hodie, ſi vnquam, debet eſſe maximæ curę. Curam verò meliorem non reperio veteres illos Tyberis CVRATORES habuiſſe, & quæ longo vſu magis comprobata fuerit, quàm alueum mundare, ac ripas vſquequaque fluminis dilatare. Nam argines, diuerticulæ, foſſæ, diuiſio fluminis, oſtiorum eius dilatatio; id genus alia, quæ proponuntur à diuerſis remedia; ſemper apud illos veteres, in tanta Imperij maieſtate, reperta ſunt pauci fuiſſe momenti. Quemadmodum nos, pro rei huius magnitudine fusè hanc materiam, ſimul atque de Tyberis bonitate, duobus comprehenſam libris edidimus.

Agẽs cauſſa.
A ventis.
A ſitu.
Cur inũdatio non incipit à mari.
Cauſſarũ in Vrbe cõcurſus.
Amnes in inũdationibus retro fluere.
Ab obice collium Vrbis.
A cloacis.
Inũdatio Tyberis cur rara.
Cur varia
Exitium inũdationis Tyberis.
Remediorum ſumma.

PRIMI LIBRI FINIS.

DE THERMIS
ANDREAE BACCII
ELPIDIANI,
MEDICI, ATQVE PHILOSOPHI
CIVIS ROMANI,
Et in Almæ Vrbis Gymnaſio olim Profeſſoris.
LIBER SECVNDVS,
In quo de vſu communi Aquarum Naturalium agitur.

De primis Balnearum Naturalium inſtitutis.
CAPVT PRIMVM.

SIC NOBIS de Aquarum ſponte manantium natura, ac de communibus earum differentijs, ratio explicata eſt. Rerum verò ad vſum, quoniam non minus neceſſarium eſt ſcire modum vtendi, quàm ſcientia ipſa cauſſarum: idcirco iam de vſu quoque Aquarum communiter oportet dicere. Sic enim ſuppoſitis earum generalibus differentijs, ſimul atque modis vtendi; facilè poſteà ſingulares quoruncunque fontium naturas, ac ſingulares vſus poterimus agnoſcere. Hic autem rurſus vulgares aquarum dimittimus vtilitates, quæ infinitæ ſunt: de vſibus earum in Medicina loquimur, in quibus præcipuam hæc vita habet neceſſitatem. Eſt autem Aquarum vſus hac ætate frequentiſſimus in balneis, maximè in Italia; confuſus tamen, ac vulgari potius corruptela erroneus, quàm vt vlla ratione nitatur. Nam quotus quiſque hodie eſt, qui non potius plebei cuiuſpiam ſuaſu, quàm periti Medici conſilio proficiſcatur ad balneas? Iactant illi experientiam, nec dum ſatis etiam experti, & perinde gratiæ in balneis, ac ad Natatoria Syloe diuino miraculo, & ſine omni delectu erogentur; parum illis curæ eſt quantum balnea eo anno valeant, quatenus ipſi opus habeant balneo, & quàm magno ſeſe periculo exponant, ſi illud pro eo ac debent; minus rectè aſſumant.

Corruptus balnearum vſus.

Vix aliam vitæ ſpeciem habent, præter hanc vnam, quam ſibi quiſque vulgò perſuaſit, ad balnea iucundè viuere, conari bonam frontem, commeſſari, ac ludere. Nec deſunt qui hoc potius lenocinio liberæ vitæ, quàm vſu aliquo accedant: quapropter cum in tanta balnearum frequentia multæ hodie videantur vtilitates; mirum tamen non eſt, cur aliqui in eis operam ac impenſam perdant, quia nulla videlicet in eis ratio, niſi ad opinionem habetur, ac multiplex idcirco committitur error. Vbi locus quæſtionis eſt, Quid antiquiores fecerint, quo minus culpatè balneis vterentur, quos haud ſecus nulla habuiſſe aut inſtituta, aut ſcripta legimus, vſos tamen balneis conſtat. Et cur Galenus, princeps alioqui Medicinæ author, ſicco tamen (vt aiunt) pede, ac adeo negligenter hanc partem tranſierit? Hinc inter peritos inuenies hodie paucos, qui ritè hanc Medicinæ calleant partem, & qui non potius aliquam præbeant de balneis ſuſpitionem, pauci eas momenti exiſtimaſſe Galenum, & nullum idcirco de eis extare ſcriptum antiquum. Quos inter, id palam profitebatur Fallopius, Medicus alioqui hac ætate non vulgaris, antiquos rem balneariam pro remedio potius empirico habuiſſe, quàm quòd neceſſariæ nitatur rationi, itaque parum illos hanc curam tetigiſſe. Equidem verò negare non poſſum, balnea empiricã quandam continere, ſicuti etiam vniuerſam Medicinam in empirica prima ſua habuiſſe incuna-

Antiqui quid ſenſerint de bal.

Opi. Fallopii reprobata.

bula

bula conſtat. At eã partem ob id pauci momenti eſſe reputandam; vt abſurda deductio eſt, ita properantis, ac inconſideraci ſanè iudicij id videtur aſſerere. Nam quòd eam partem non conſiderauerit, ſeu potius non ſcripſerit Galenus; mirum videri non debet de viro altiſsimi ingenij, qui in condenda vniuerſalia Medicinæ inſtiruta totus occupatus, hanc partem, vt pleraque alia, negligentiùs, ſeu potius, inuitus reliquerit. An non apud omnes diſciplinarum conditores deſiderantur aliqua? & non multa intacta reliquit Ariſtoteles de natura, ac multa aliâ ipſe Galenus, non ſolùm balnea, quæ propterea exquiſitè, atque optimè à poſteris ſunt examinata & pertractata? Quàm præclarè verò ſenſerit de balneis Galenus, vel id ſatis argumento eſſe poteſt, quòd de eis vbi vbi accidit, multa agat cum dignitate. Quin imò operæ precium ſe facturum exiſtimans, ſi hanc quoque partem ſingulari opere pertractaſſet, pollicitus id quidem in I I I. de ſanit. tuenda, vbi nimirum de Artificialibus balneis pertractaſſet, quæ tunc erant in vſu frequentiſsimo, ac ſuper cæteras humanæ vitæ delicias; in Quinto poſteà libro ob magnitudinem, quæ nimis excreuerat voluminis, videns vix locum relinqui, vbi de eis pro rei balneariæ dignitate loqueretur; tanquam magno relicto pelago cauſſarum naturalium, & fortaſſe quoniam hac in parte non erat admodum exercitatus; rem ad locum, ac tempus diſtulit magis idoneum, & quatuor duntaxat verbis, vix aliud habuiſſe hac in parte notatũ dignum viſus eſt; quàm hoc, quod SATIVS EST BALNEAS naturales experientia cognouiſſe. Iam in Quarto libro, earum meminerat, fuiſſe tùm communi vſu, his, qui earum aquas biberent, pro purgationibus vernalibus. Ad vſum verò lauationum poſteà, eaſdem veluti in tranſcurſu commemorat, tum primo de ſimplicium Med. facultatibus, tum V I I I. Methodi, & primo ad Glauco. Et de Tremore & Palpitatione, ac infinitis alijs locis. Cuius poſteà authoritatem omnes, qui eum imitati ſunt Medici, ſectati ſunt in balneis, Paulus Aegineta, Aetius, Trallianus, Auicenna, atque alij poſteriores. Ante Galenum autem qui floruerunt Medici, inſignes quoſque (præſertim in hac ciuitate omnium bonarum artium alumna) inuenio balnearum vſum celebraſſe: quales habentur ab Auguſti ætate, Corn. Celſus, Antonius Muſa, Archigenes, Scribonius Largus, Herodotus, Aſclepiades, alijque. Ac multi pariter tùm Hiſtorici, tùm poetæ quàm celebratiſsimi, Strabo, Plinius, Vitruuius, Liuius, Horatius; vt cæteros taceam alios ſcriptores, ac poetas, qui poſt Galeni ætatem, ſingularia balnearum encomia, ac poemata ediderunt, quas perinde REM SACRAM, magnificis ſemper nominibus, ac cenſuris celebrarunt, vt ſexcentis opportunè locis in toto hoc opere veniet clarius demonſtrandum. Quid porrò feciſſent illi veteres, qui nullo haud ſecus authore ac duce, rectè balneis tamen, vel minus noxiè vterentur: ne id quidem facilè conceſſerim, quoniam & authores haberent, & errores nihilominus incurrerent ſæpè mortales, Plinio teſte; vt ex Galeni inſtitutis adeò varijs ab his, quæ Cleophanti authoritate ſcribit Celſus, V I I. huius operis libro colligi poterit. Deinde in tanta morum, ac temporum diuerſitate, quid attinet veteres in cauſſam præſentem adducere? Nam nulla comparatio: diuerſa nunc, quæ prius non erat Relligio, mutatæ ſunt leges, ritus, mores, à labore ad deſidiam defluximus, omnis viuendi mortalium ratio, omnis Medicina, non in balneis ſolùm alia eſt. Quare minus noxium vtique dixero tùm fuiſſe balnearum vſum: pro temperatiori forſitan illorum vita, quam conſtat fuiſſe magis abſtinentem, pro exacta commoditate, & pro arte denique balnearum, quam in Thermis illis magnificis tenebat quiſque familiariſsimo vſu. Conſulantur monumenta illa veterum; inuenies eos balnea, perinde Deorum immortalium munera, religioſè adire ſolitos, aliquo relicto aut Sacro, aut voto, vt in Albulis legitur, in Cluſinis, in Calderianis, & alibi. Tanti verò momenti fuiſſe habita ad humanæ vitæ rationem, vt Regum ſemper, ac digniſſimarum Rerumpub. fuerint cura, regali idcirco pluri ex parte magnificentia exculta, quorum plura in tota Europa, ac in Italia maximè, ſumma cum commoditate, ac ſummis delicijs inſtituta viſuntur. Itaque raræ prius in vſum excipiebantur medicatæ venæ: planè illis duntaxat locis, vbi multæ abundaſſent deliciæ, quales inter alias fuerunt celeberrimæ, ac tàm natura, quàm arte deliciofiſsimæ ad Baias. Ac nulla idcirco, aut obſcura mentio fit in antiquis tot balnearum aliarum in Italia, quæ haud ſecus quàm hodie, ſaluberrimi extitiſſent vſus, vt Viterbienſes ferè ad Romæ ſuburbia, Senenſes, Piſanæ, Lucenſes, ne dicam alias, quarum noua eſt inſtientio. Nam vt veriſimile ſit, cùm aliqnandiu res balnearia cum hoc inſtituto laudabilis extitiſſet, donec ſcilicet illa ſtetit Romani imperij maieſtas: ſic eo declinante, ſimul atque fatali quadam omnium bonarũ artium labe paulatim conſequuta, ac inter alias calamitates amiſſa ferè in totum Medicinæ peritia; denuò ipſa neceſsitas coegiſſe quodammodo viſa eſt homines ad balnea naturalia. Quibus, quodam veluti ex temporaneo refugio vſa eſt ipſa poſteritas, & vt ſolet eſſe omnium nouorum rituum introductio, confuſo potius modo, quàm inſtituto aliquo, donec eſſet qui illis modum, ac leges poneret. Quod

Galeni cẽſura de balneis.

Balnearũ antiqui authores.

Plin. libr. XXXI. cap. VI.

Balneorũ obſeruantia apud veteres.

Bal. naturaliũ noua inuentio.

vt cæpit fieri multis poſt annorum centeſimis, quando à collapſa illa veteri claritate ſciẽtiarum, incæperat Medicinæ facultas ex Arabum monumentis (vt ea fata tulere) inſtaurari, & ex Auicenna præcipuè viro Principe, qui tum eam luculentiſſimè illuſtrauit: non defuerunt præclara doctiſſimorum virorum ingenia, maximè in Italia, qui huic quoque parti balnearum, iam ferè ob literatæ conſulerent. Nec facilè equidem dixerim, qui primus tantæ huic, ac dignę reparationi Thermarum impenderit operã; iam planè qui ſparſim alius de alio ſcripſerint balneo, multa extat turba, non Medicorum ſolùm, ſed variarum quoque profeſſionum authorum. Bartholomeus Montagnana, Antonius Guainerius, Michael Sauonarola, Vgolinus Mons Catinus, Gentilis de Fulgineo, Franciottus legum Doctor Lucenſis, Ioannes Dondius Patauinus, Menghus logicus Fauentinus, Antonius Fumanellus Veronenſis, & nouiſſimi haud ſecus Germani quidam Medici, & quidam hiſtorici. Et item, quorum ſingulares aliquæ leguntur annotationes, Alchindus Poeta, Syculus, Ioannes Eliſius Neapolitanus, & Brancaleo, Ioannes Parauicinus Nouocomenſis, Nicolaus Maſſa, Bartholomeus à Cliuolo. Quorum equidem ſcripta non dico eſſe negligenda: imò Municipalia id genus Compendia balneorum, non legenda ſolum quibus placuerint, propono; ſed ad vſum, iuxtà hæc præcipuè inſtituta noſtra conſcribenda deinceps, ac tradenda vulgari quoque idiomate indigenis eſſe ſuadeo. Verùm quod in his mihi damnandum videtur hoc eſt, quòd in communi cenſu omnes, non concludunt, neque certa, aut definita aliqua tradunt inſtituta, vt cæteræ artes, de his quæ ſcienda eſſe, & quæ ſeruanda in balneis operæ precium ſit, vbicunque gentium habeantur. Imò quoniam in priuatis illis compendijs, nudas duntaxat compilauerunt quorundam locorum hiſtorias, factum eſt vt ad ſatietatem vſque eadem retractauerint loca, ac nullum interim ſcribendi ſtylum, aut doctrinæ ordinem ſeruantes, parùm diu aliquam habere potuerunt lucem. Paucis exceptis tùm ex iunioribus noſtris, qui inuenta prius ab alijs tentarunt vtcunque meliora reddere; tum præcipuè Sauonarola, ac Montagnana, qui quoniam primi aliquo adhibito doctrinæ iudicio, non paucam claritatem de natura, ac de vſu balnearum ſaltem Italiæ dederunt; extiterunt pro ea ſeculi mediocritate ſatis celebres, ac aliquam etiam hodie à nobis gratiam promerentur. Cæterùm poſt noſtrorum patrum ætatem, quando cum cæteris Sapientiæ ſtudijs, cæpit vera integraq. Medicina illuſtrari, ac iuxtà Hippocratis atque Galeni doctrinam fuit reſtituta; conuerſis peritorum ingenijs ad hos principes authores, qui parum adeo de hac parte Medicinæ tractarunt, ac indignantibus legere, pro exoſa illa barbarie, perbreues illorum tractatus, ad priuatos potius vſus collectos, quàm vlla methodo editos ad doctrinam, & qui fundamentis ſumptis ab authoribus minus claſſicis vterentur; demum in tantam hoc ſeculum inſcitiam balnearum relapſum eſt, vt nequeuntes tamen Medici tumultuariam hominum frequentiam ad balnea cohibere, ac minus iuuare; vix raros comperiſſes, quaſi hac in parte non eſſent Medici, qui non ſolo aſſenſu contenti eſſent. Quod inter primarios noſtræ ætatis Medicos, haud diffitetur Manardus, ingenuè ſe pro exigua huius partis notitia, ac experientia; balnea potius permittere ſolitum quàm imperare. Quæ vel minor fuiſſet iactura, niſi tam fuiſſet euulgata licentia in balneis, ſuo cuique arbitrio vſurpandis; vt non tot adeo ſint balnearum prærogatiuæ, quantæ ipſis falsò culparum notæ quotidie imputantur, non ſine magno mortaliũ damno, & non minori Medicæ artis decore. Cùm ergo in tanta ſcientiarum claritate, in qua hoc ſeculo viuitur, præſtantiſſima Medicinæ peritia in antiquum illum ſplendorem reſtituta ſit, ac in multis etiam melior euaſerit: impium ſanè mihi viſum eſt pro communi ſalute, indegniſſimum verò tantæ facultati, quæ ſalubrem adeo partem, ac veluti ampliſſimam Remediorum prouinciam, occupandam ignaris, ac diripiendam impunè reliquerit. Hoc itaque conſilio profeſſus equidem penes Peripateticorum, & Galeni doctrinam integram tradere balnearum artem; poſtquam primo libro de natura, ac differentijs in vniuerſum aquarum docuimus, iam ad vſum veniemus, primumq. requiſita aliqua ad communem balnearum vſum percurremus.

Balnearũ poſteriores authores.

Municipalia balneorum ſcripta probantur.

Sauonarolæ, ac Montagnanæ laus.

Lib. xvi. epi. v.

Scribendi de balneis occaſio.

De vſu Aquarum naturalium ſimplicium. *Cap. II.*

EST autem neceſſarium, non modò ad vſum balnearum, verumetiam ad vniuerſa aquarum iudicia, de vſu in primis aquarum ſimplicium aliqua dicere. Qua de re, penes Medicorum, & Galeni traditiones, duplex diſtinctio proponenda eſt. Nam alia ratio eſt in ſanis, alia in ægris: & item alia cùm in alimentis ſumitur, & alia in medicamentis. In alimentis quidem aqua ſimplex, tàm in ſanis, quàm in ægris, perexiguæ eſt vtilitatis. Siquidem, Galeno teſte: Aqua non nutrit, ſicut nullum ſimplex verè nutrire iam diximus. In acutis autem morbis damnabat Hippocrates aquam multis nominibus.

III. de rat. vict. in morbis acu.

Aqua nõ nutrit. cõ. 17.

bus. Nempè quæ concoctioni eſt contumax, ſtercoris expers, aluum non deijcit, in ferueſcente hepate fluctuat, quanquam alioqnin & optinia ſit aqna, & omni culpa vacet. Ebibita tardè vtique permeat, & dum diutius in ventriculo manet, fluitat, ac ſitim non arcet, imò areſcente ventriculo in bilim conuertitur, quo nomine in principijs acceſſionum ebibita, vt pletique ad aquas tunc temporis inhiant, nocentiſſima eſt.

Aquæ noxius vſus in morbis.

Præterea cùm ex ventriculo ad ieiunum inteſtinum ægrè perueniat; non facilè diſtribuitur, neque in hepar, minus in renes, thoracem, pulmonemq. tranſit; itaque fit, vt neqne vtinas mouere apta ſit, neque ſputum educere, neque partes toborare.

Aquæ potus in acceſſionibus, nocentiſſimos.

Cæterum ſumma vtilitatum aquæ ſimplicis in tota natuta hæc eſt, quòd aqua non modò in alimentis; ſed etiam in medieamentis, vehiculi obtinet vicem in communicandas quaſcunque ipſi corpori aliarum rerum facultates, ſiue intrinſecùs, ſiue extrinſecùs, & tam acquiſitas ex miſtutis, quàm proprias.

Communes aquæ vtilitates.

Hac enim in parte obtinet aqua principatum. nulla enim alia res eſt, ſiue ex compoſitis, ſiue ſimplicis naturæ, quæ faciliùs impreſſiones à quacunque alia re in ſe recipiat, neque idoneum magis inſtrumentum in eas corpori communicandas haberi poteſt. Cuius rei maniſeſta exempla ſunt tam in artis opetibus, quæcunque aquarum miniſterio vtuntut; qnàm in natutæ functionibus. Inter quas illud maniſeſtiſſimũ, ſimul atque communiſſimum eſt, quòd cuicunque rei viuenti nutricationi, augmentationiq. ſummè eſt idonea.

Aqua cur nutricationi neceſſaria.

Imò neceſſaria authore Ruſo (dicebat Galenus) quando alimentum ſine aqua confici à natura non poſſit, quæ & humectare valeat ſolidos eibos, ac liquabiles ad diſtributionem pet vniuerſum corpus efficere.

Eodem 3. de Rat. Vic. 17.

Paritet & medicamenti vice: cùm nemo aquam refrigerare, ac humectare negauerit, multa eam operari ex natutæ tobore, ac per accidens conſtat. Neque enim aquam ebibitã verè cotroborare quiſpiam dixetit (inquit ipſe) nam neque vires recteat, quemadmodum neque cætera alia, quæ nullo modo nutriunt: niſi aliquando per accidens.

Com. 39.

Ad quam quidem tationem facit ea, quam poſteà citat Eraſiſtrati ſententiam: Fortes, inquit, tùm ciborum, tùm potuum facultates, tempeſtiuè quidem aſſumptæ maximum inuamentum, intempeſtinè autem maximam offenſam adferunt. Quando autem tempeſtinum natutæ dici poſſit, vel (vt melius dicatur) quando tale ex aqua naturæ robut ſperandum ſit, non eſt facile cuicunque definire: niſi idipſum per exempla, quæ longa aqnæ vſus experientia docuit, oſtendatur. Nam alij à conſuetudine iunantur, alij per certam corporum, affectuumq. diſpoſitionem: & vtcunque, pro qnantitatis, & qualitatis modo aquæ ipſins, quæ aſſumitur, & omnino pet accidens, vt iam ex varijs experimentis planè conſtabit.

Aqua cibis ſuperbibita.

Superbibitns poſt varium cibum aquę puræ cyathus, interdum calotem innatum vnite facit, qui concoctionem valentiùs molitur, ſudores illico ciet (vt multis accidit qui à cibo frigidam conſueuetunt bibere) & excrementa id genus fuligiginoſã detrudit.

Cruditati & repletioni.

Ad hunc modnm (ex Galeno monet Aëtius) dum quis ex ciborum copia in ventriculo grauatur, vel cruditate premitut, ſi vomitionibus fuerit ineptus, & ob nullam cauſſam frigidæ potui malè diſpoſitns; non inconueniens eſt cyathum vnum aquæ frigidæ puræ abſotbere: cotrobotatus enim inde ventticulus, celerrimè quæ in ipſo hætent, ad ſubiectas partes demittit.

Alui purgationibus.

Quidam autem Rethor apud Galennm in 11. de Alimen. facultatibus, ſolebat præbibita aqua, pirum, vel auſtetum quidpiam, & comprimentis virtntis ſuperingerere: vnde prædicabat ſibi ſtiptica laxare ventrem.

Aqua medicinæ ſuperbibita.

Quem morem poſteà Meſues in primo rei medicamentariæ libro tecepiſſe viſus eſt, poſt exhibitũ medicamentum putgans, qnod mouendo eſſet, & non moueret. Si enim (inquit) ſacultas expultrix eſt imbecilla, aut medicamenti actio debilis, aut remiſſa, data aqua modicè frigida, & hota poſt adſtringente aliquo, vt cidonio, piro, vel ſimili, medicamentum potenter ad inferiora deprimitur. In quo & frigidam ſimpliciter facete, ex quotundam veterum ſententia aſſeuerat, qnod adaucta per frigidam aquam grauitate, citiùs lubticet, ac deſcendat medicamentum. Quod verum eſſe ſubiungit, ſi libera habeat inteſtina, ſi vetò obſtructa ſint, aut in ſuis anfractibus arctata, augetur per aquam frigidam anguſtia. Id quod cùm intellexetis, dimiſſa ftigida, propinabis tepidam, quod hæe præterquàm qnod anguſtiam non auget, lubticare cogit medicamentum. Neque vetò (inferiùs ſubdit Meſues) imitandi ſunt, qui poſt purgatorium medicamentum feſtinanter iuta pinguia, & pulmenta mollia propinant, cùm hæc ventriculum laxent, emolliant, ac tepleant, ac ex his cibi faſtidium, nauſeamq. generant.

Iuſcula medicinæ ſuperbibita damnantur.

Vnde & ab Auicenna, iunioribusq. medicis, qui malum medendi vſum in Paradoxis petſequuntur, ea iure optimo damnantur. Sumpto medicamento (inquit Paulus) cibo omni, & potu abſtinere, vſque ad conſummatam putgationem compelles.

Lib. 7. c. 6.

Iuſcula quando danda.

Pottò landantur id genus ſorbitiones à Meſue, quando medicamentum violentius quoddam à partibns nntritorijs deturbandum eſt; iuſculum enim lauat, ac citò lubricare facit medicamentum. Sic Hippoctates in 11. de tat. vict. in motbis acutis, dato Elleboro, vel Peplio, ſtatim Ptiſanæ ſorbitionem ſuperbibendam conſulit. Omnium enim talium natura (inquit Galenus) deleteria

xii.

Digitized by Google

teria eſt, hoc eſt peſtilens, ac lethalis, corporibus quæ expurgantur naturis omnino contraria. Priſana verò, & malitiam eorum obtundit, & detergendo operationem ſollicitat, trahitq. ad infima. Vſus quoque eſt & in purgantibus medicamentis quandoque hoc frigidæ remedio Galenus, eum loco iam citato, iuuenem quendam ad exemplum illius Rhe-

11. de Alimen.

toris ſe iuuaſſe commemorat, qui aſſumpto purgationis gratia ſcammoniæ ſucco, quinque poſt purgationem horis nihil dum poterat excernere, ſed ſtomacho lancinari, ac miſerè torqueri videbatur. Vſus & eadem quandoque Dioſcorides, vt in Lathiris ſemine, quam vulgò Catapntiam vocant; purgant aluum, inquit, ſemina eius, numero ſeptem, aut octo deuorata, aut in cibis ſumpta, potaue, cum caricis, aut palmulis, frigida ſuperpota aqua. Porrò à cibis ſuperbibita aqua, non ventriculo ſolùm (vt dicebamus) verumetiam capiti admodum prodeſt, inquit Celſus, prohibendo illi vapores noxios, ac de-

Capitis paſsionibus.

primendo, adeoque is vſus à multis paſſionibus hominem vendicat. Propterea Hippocrates in 111. de Ratione Vic. admnata ægris pœnitus aqua, ebibito prius vino, poſteà ſynceræ frigidæ quidpiā ſuperbibere iubebat: ſic omnigena ſymptomata, quæ caput in acutis offendere ſolent, prohiberi aſſeuerans. Conuenit hoc modo hebeti viſui, capitis dolori, aurium ſurditati, tremulis, comitiali, & articulari morbo, reſolutis, & eiuſmodi affectibus. Strangulatis item ab vtero mulieribus eadem ferè de cauſſa opitulatur, bilem flauam, vſtamq. progignentibus, ventris eroſionem patientibus etiam robuſtis, nimium purgatis, ex vulnere, vel vndecunque ſanguinem fundentibus, pinguibus item, ac iuuenibus carnoſis, & exudantibus. Illud tamen noſse oportet (vt monuit Celſus) quòd ex labore ſudanti fri-

Aquæ potio ſudanti mala.

gidæ potio pernicioſiſsima eſt, atque etiam cùm ſudor ſe remiſit, itinere fatigatis inutilis. Quin etiam à balneo venientibus eam inutilem iudicauit Aſclepiades, quod in ijs verum eſt, quibus aluus nec facilè, nec tutò ſoluitur. Porrò benefacit etiam ſingultientibus, & oris graueolentiam habentibus, his qui in ſomno ſemen effundunt, & qui aliàs ſeminis profluuio laborant, tam innatatione frigidæ, quàm potu. De alteratis aquis ſimplicibus:

Tepidæ aquę potus

Tepida quidem bibentibus facit nauſeam, calidior autem ieiuno ventriculo ebibita, multoties ſtomachum lauabit, & ventrem ſoluet Auicenna teſte, quanquàm frequenter vſurpata laxat ventriculum, Tepidæ aquæ potus (inquit Galenus) eis auxilio eſt, qui ex mordente quopiam humore, aut bili in ore ventriculi in ſyncopim labuntur, pulſus exigui, guttæ frigidæ alicubi corporis, & conuulſionis ſpeciem referunt: nam eam ſequitur vomitus,

Vomitus ex aqua tepida.

atque ſanatio. Sic iubet Galenus 11. de compo. Med. ſecundum loca, eis qui capite ex ebrietate dolent, vel aliquo alio ſtomachi vitio, vt aqua tepida epota vomant. Facit item bili tàm supernè, quàm infernè erūpenti, quæ vehemens paſsio cholera quibuſdam dicitur: & item ſingultui ex humorum in ſtomacho eroſione, pauxilla tepida ſorbillata. Gingiuis quoque cruentis, & inflammatis, talibusq. faucium, & tonſillarum morbis. Commodat denique tepida vbicunque ad excretionem præparare oportet, attenuare, diffundere, liquefacere, mollire, eluere, diſcutere, ac multa id genus alia moliri. De aqua cocta. Laudabilis conſuetudo eſt aquam decoquere, ſiue ob eruditatem, ſiue ob aliud quodpiam

Aqua cocta.
Plinius,

vitium decoquenda ſit, cum hoc tamen vt ea refrigerata vtamur. Quod inuentum Neroni quidam laudi attribuunt, vitro in niues demiſsa, vel in frigidos puteos. Decoxerant tamen eam antiquiores etiam, vt apud Hippocratem 1111. de Ratione vic. colligitur: præſertim vbi inculpatam aquam ad vſum ſanitatis non haberent, ſed vel limoſam, vel graueolentem, vel quæ medicamentoſi quidpiam, vel ſulphuris, vel ferri, & conſimilium ſaperet: vt ex Galeno pluribus locis, fusè verò in v 1. Epidemiorum Comm. 1111. elicitur, Semel calefacta aqua, inquit Alexander in Quæſt. Naturalibus, haud ſimilis redit refrigerata ei quæ prius, ſed manet tennior. Siquæ verò commiſtæ ſint diſſimiles partes cum ea, eæ inter refrigerandum ſequeſtrantur: refrigeratis verò, quod graue eſt, & terroſum deponitur, quod autem leue in ſuperficie manet. Quanquam non defuerunt, qui dicerent, Aquam ex decoctione inſpiſſari: ſed ij Auicenna teſte, ſuperficietenus aquæ naturam conſiderauère, quæ cùm ſit ſimplex mediæ naturaliter ſpiſſitudinis, & raritatis, à frigido magis condenſatur, à calido contrà, viam acquirit in tenuitatem. Reperiuntur autem ſynceræ multæ, quas Galeno teſte, neque decoquere, neque vllatenus præparare ægris neceſ-

In 6. Epid.

ſe eſt, vtpote quæ ſui natura leuiſsimæ ac limpidiſsimæ ſunt. Quas vel hoc ſigno cognoſces, ſi carnes, olera, fructus, legumina, ac radices citiſsimè percoquant: vt de Nili aquis diximus, & proximè de Tyberinis. Quas hac ſola præparatione indigere experientia docet,

Tyberinæ aquæ an coquēdæ.

vt aliquandiu, ac minimum quindecim dies in vettinis deſederint, vbi quanto manent diutiùs, tantò exactius tenuantur. Quo tempore ſi decoquantur, craſſeſcunt manifeſtè, igne nimirum ſubtiliores earum partes ſoluente: concalefactæ verè duntaxat ad feruorem, ac refrigeratæ, formam acquirunt requiſitæ tenuitatis. Et eadem ratio conſimilium aliarum aquarum eſſe debet. De frigidæ potu in febribus, ſingularis vſus eſt, quem docet Galenus

nus

ꝰus ix. Methodi, in ardentibus, & continentibus febribus. Quippe in his vbi venæ ſectio fuiſſet omiſſa, ſiue propter inſcitiam, ſiue propter ægrotantis, aſtantiumq. timiditatem, habita temporis oppnrtunitate, conſulebat ægro aquam potui offerendam, quæ ſi aliquo nomine ſuſpecta haberetur, prius decoqueretur, ac prorſus gelida exhiberetur. Non vnum, inquit cyathum, ſed quantum ægro libuerit bibere. Idoneum verò tempus dicimus ipſam morbi concoctionem præter cætera. Neque enim in principio, neque in augumento denda eſt frigida, ſed in ipſo & totius morbi, & particularis exacerbationis vigore; quod & pulſus, & vrina præoſtendiſſe poterunt. Cuius hæ ſunt vtilitates: opportuno enim tempore exhibita, corroborat ſolidarum partium naturam: corroborata autem natura prætenuatos iam humores aggreditur, ita vt qui vtiles ſunt, & ad nutriendum habiles, hos quidem trahat ad ſe, inutiles verò eijciat, vel per ventrem, vel per vomitum, vel per ſudores. Quòd ſi etiam tempore ſanitatis aſſuetus æger fuerit potui frigidæ, magna cum fiducia ipſam propinabis: ipſa ſcilicet experientia doctus, omnia viſcera eius occurſum familiariter tolerare. Omnino enim ſi aliqua pars adeò extitiſſet frigida, vt ab ipſa læderetur, vtique ſanitatis tempore illud detrimenti oſtendiſſet: quùm antem in ſanitate nulla pars læſa ſit, ne in febre quidem lædi poterit, quùm maximum propugnaculum habeat, in profundo ardentis caloris multitudinem. Ac eo confidentius, quo multi minus aſſueti, & à febris ardore impulſi frigidam abſorbere, fortuitò quodammodo, & impune ſunt perſanati. Inter alias verò ſeruandas tanti remedij conditiones, potiſſima eſt corporis ægrotantis habitudo. Minus enim tuta eſt plurima frigidæ exhibitio ijs, qui exiguum ſanguinem, tenuemq. corporis habitudinem habent, hecticæ febris periculo. Porrò intempeſtiui vſus (veluti ſi ante concoctionem daretur) innumera ſunt detrimenta, ac omnia (vt ſemel dicam) capitalia. Maximè verò ſi quod primæ notæ viſcus, aut inflammatione, aut eryſipelate, aut obſtructione, aut imbecillitate, aut aliquo inſigni alio vitio teneretur. Ventriculo in ſumma, qui primus recipit inteſtinis, renibus, thoraci, capiti, toti denique neruoſo generi frigida nocere poteſt, ſi intempeſtiuè vſurpetur. Atque hactenus de aquæ ſimplicis vſu, & quatenus ex accidenti operatione medicamenti vice vſurpari poſſit, dictum ſit.

Frigidæ potus in febribus.

6. Epi. cō. 4.

9. Methodi.

Frigidæ pericula.

De iudicijs Minerarum in aquis naturalibus. *Cap. III.*

NVnc verò ſermo nobis vertendus eſt ad Medicatas aquas: quo nomine intelligũtur, quæcunq; vltra aquæ qualitates, conceperint per miſturam, ſeu arte factã, ſeu opere naturæ, inſignẽ aliquam ex medicamentarijs virtutibus qualitatem, puta vel caliditatem, vel ſiccitatem, vel detergendi vim, vel adſtringendi, vel quampiam id genus aliam. Quoniam antem hæ facultates, ac virtutes in ſpeciali temperamento conſiſtunt, quod aquæ ipſæ ſortitæ ſunt cùm miſturis ipſis terreſtribus: idcirco operæ precium in primis eſt modum cognoſcendi miſturas, ac minerarum ipſarum naturam oſtendere. Cuius planè inueſtigationis duplex eſt via: altera quidem quæ tota ſenſuum teſtimonio inhæret. Altera verò eſt argumentum, quod phyſici dicunt à poſteriori: ab ipſarum inquam aquarum operationibus mineræ ſubiectæ naturam concludere. Qui modus vt communior eſt, ita commodior, ac Medico proprius. Prima verò, ac innata nobis cognoſcendi via à ſenſibilibus eſt, ac euidenter apparentibus: ex qua non ſolùm cauſſas rerum venamur, ſed tùm plenè ſcire videmur, cum ratio conſonat ſenſibus. A communiter ergo, ac planè apparentibus incipientes, ſuperficiales in primis regionis, ac ſoli circunſtantias ſpeculabimur; num aquis abundent, an careant, & quales incolarum æſtimatione habeantur. Situs ſimiliter montium obſeruabimus, valles, campos, terras; an aridas & ſteriles, an fœcundas & pingues; & quorum maximè fructuum feraces ſint. Raró in lata regione, ac planicie metalla: frequentius ſub editis montibus atque his aſperis, nemoroſiſque, vbi minera in altis terræ viſceribus ſubiacet. Vel contrà ſterilibus quæ in ſuperficie, aut certè plantarum quarundam ſqualidarum, breuiumq. feracibus, fructus aut nullius, aut exigui, & agreſtis. Maioris verò fæcunditatis, ſi regio ad ſeptentrionem inclinet, & voluit Sudines: ob quod Europa maximè abundat metallis, quæ patula huic cœlo ſubijcitur, ac vberius abundat humoribus. Loca autem ſicca, lapideaque, & fiſſa vaporibus elatis, quæ & per rimas varijs ſcatent excrementis, ac vix vnquam boni halitus his qui inhabitant, cùm permagni interſit balnea ſalubris auræ reperire. Nec minus lapides ipſi, terræ eſſe ſolent graues, liuidæ diſcoloris tincturæ, ac certis perſæpè metalli alicuius ſquamis perſpicuæ, æris maximè, vel auri, vel argenti, vel ferri. Media verò mineralia vulgò magis, ac expreſſa affatim ſui ſpecie luxuriant, & in planicie, & in montibus. Ac maximè Sales, qui ipſa eſt terreni ariditas, quam ob rem ſalſæ aquæ tam frequentes erga meridiem. Et è diuerſo ſub polo

Medicatæ aquæ quæ ſint.

De iudiciis miſturarum duplex via.

Metallã quæ amẽt loca.

Plin.

Mineralia loca.

lo

lo Arctico, vix maria ipſa, vbi algeſcunt, ſunt intus ſalſa, cùm fumoſis alioquin aquis valde tota hæc Aquilonia tellus abundet, quæ fœcunda metallis tota vndique exhalationibus tranſpirat. Copioſa eadem ſulphure eſt, quod & planiciem, & montes amat, deinde alumine, atramentis, ac gypſo, poſteá bitumine. Nec minori denique cura ſpeculabimur, an certas aliquas mineræ fodinas ea regio habeat, & qualis exinde aquarum excurrentium intrá terram inclinatio eſſe poſſit. Nam penes impreſſiones inuentas in aqua, hinc fiet perſæpè argumentum illius mineræ certiſſimum. Poſt hanc verò ſuperficiariam coniecturam, ad particularia aliqua experimenta veniemus. Præſtant autem abundè plurium experimentorum materiam ea, quæ iam primo libro de cauſſis, ac miſturis aquarum generalib. propoſuimus. Notitia verò, quam proximè dedimus de differentijs aquarum, neceſſatia huic ſpeculationi de mineris eſt, vnde particulares cuinſque ſenſus notas, ſignificantiasq.

Aquæ æſtimatio a ſubſtantia.

licebit elicere. Aquæ ergo ipſius ſubſtantiam primò contemplabimur, & quantum á ſimplici aqua differre videatur, pondere, colore, ſapore, odore, & tactus qualitate. Sulphuratæ ſemper, & quantulacunque miſtura odoratum offendunt. Imò ſi calore ſubdito vix habeant, vnde exhalent, exitum, putent; & putore plus minus graui, pro adiacenti ſecum miſtura: quam & pinguem reddunt. In bituminoſis nidor potius acutus, quam putor, & tellus tota creta eſt. Sal cognoſcitur guſtu: & tactu quandoque aquæ manum exaſperant. Nitroſæ in ſalſo pendent ad amarum, & linguam ſuctu quodam vellicant. Aluminoſæ guſtu adſtringunt, ſiccantq. ſine acrimonia. Adſtringunt & Ferratæ cum quadam acerbitate, & cum quadam acrimonia quæ æris mineram imbibunt, aut Chalcanthum, aut Sory, aut Miſy, quorum ad diſtinctionem ſunt præter ea ſingularia hæc indicia. Acris vt plurium ſaporis in metallis ſuis reperiuntur aquæ, quæ rectá ochram incurrunt, vel Sandaracham, vel rubiginem. Quæ & colorem aquæ tingunt, ochra luteum; Sandaracha, Srybium, Melanteria, & Molybdena liuidum; Rubricæ rubeum reddunt. Quæ ad exempla oſtendiſſe ſatis

A venarũ qualitatibus.

ſit, quandocunque opus fuerit. Deinde poſt aquæ ipſius conſiderationem, in venas ipſas, ſi aderint, accedemus: quarum curricula intro vſque, ſi fieri poterit excauata, perluſtrataque, venarum compoſituram, & porrò adnexa vndique recrementa examinabimus; ſimiliter lapides, & innatantia, & reſidentia, aliaq. id genus accidentia obſeruabimus. Scobes enim, & hoc ſordium genus, quæ circá margines aquæ indurantur, certam ſolent natu-

Ab excrementis.

ræ ſuæ præ ſe ferre ſpeciem. Nam in Salſugineis ſemper albeſcunt, quorum nomine veniunt & alumina, & Nitrum, & id genus alia. Liueſcunt, ac fœtent in ſulphuratis. Variæ in Metallicis apparẽt: virides in æneis, quæ & ſub ſole nigreſcũt: rubeę in ferreis & graues, graues & liuidæ in plumbeis. Subſtantia aliæ leues, aliæ aſperæ, & ſapore vario. Aliquæ ignium experimento ardebunt, vt bituminoſæ, & quæ ſulphure participant. Aliquæ in tenuem leuorem ſoluentur, vt terreſtres, & marmorum recrementa: aliquæ crepitant tantùm, vt ſalis genera. Scobes metallicas quidam tentant ſoluere: vel aceto acerrimo, vel aqua ardenti repurgare, & ita iudicium facere. Innatantia ſimiliter, in alijs bulloſa & craſſa, vt in ſulphuratis, & item bituminoſis aquis viſuntur: quæ & facilè diſtinguuntur, cùm leui ſpongiæ contactu exucta, aut lanatis pellibus, & in ignem poſita, aut ſulphur fœtebunt, aut acrem

Ab experimentis.

nidorem, ac flammam craſſam emittent. At verò, quia miſtutæ ſunt innumeræ, nec eædem propriam in aquis, quam in natura ſua ſeruant effigiem (nam mutantur admodum, dum in aquam ſoluuntur) ideo habita circa aquam ipſam diligentia, quorundam quoque experimentorum notitiam trademus, vnde exquiſitè magis vnumquodque diſcerni poterit. Diligentiam primum adhibitam intellexero, ſi ceſſatis iam multos dies imbribus, aqua manè diluculo colligatur. Id quod ante Aequinoctium autumnale commodiùs, ac certiùs fit, cùm ea tempeſtate (vt monuit Columella) tellus omni exuta ſit aduentitia humi-

A pondere.

ditate, ac ſynceriùs, quales ex natura ſunt, venæ ipſæ deſtillant. Itaque hauſta tunc ex ipſo fonte ſi fieri poterit aqua, de communiſſimis indicijs eſt eam ad pondus experiri. In quo permira mihi viſa res eſt, aliquas inueniſſe, vel acidas, vel acres, vel deiectorias, limpidas tamen, & æqui ponderis cum ſimplicibus, & claris aquis. Ratio dictat, inter ſimplices & dulces, quæ grauiores inueniuntur, eas crudas eſſe, ac duræ ſubſtantiæ: compoſitas autem

A reſolutione ſub ſole.

grauiores eſſe, ob miſtionem aliquam grauioris elementi. Sunt autem qui has permiſtas & confuſas minera aliqua, ita examinent. Affuſo in eas aliquandiu panno, vel filtro, eoque ad ſolem exiccato, exinde fit iudicium rei permiſtæ, & quanto grauior reddatur pannus quàm anteá: Certum autem iudicium per reſolutionem ipſarum aquarum fit, quo (vti

A reſolutione per ignem.

nos naturæ opera admonent) ſimiles partes á diſſimilibus ſequeſtrantur. Reſolutio autem bifariam fit, vel ad ſolem, & hic modus iners, ac fallax eſt, niſi in aquis, quæ craſsis admodum ſcatent partibus. Vel igne adhibito, duplici item artificio, vel coctione, vel elambicatione. Facilis verò modus, nec minus idoneus eſt decoctio; ſic enim per artem

Coctio.

ex aquis elicitur ſal, Halynitrum, Alumen, & alia genera minerarum. Quales ergo maximè

Digitized by Google

ximè ſynceræ, ideſt incontaminatæ haberi poſſunt è ſonte aquæ, vel in vitro, vel in teſtaceo, ac eo vitrato vaſe elixandæ ſunt. Quo modo nos aliquando in totum eas elixare fecimus: & modò ne igneis extremè cõbureret miſturæ materiã, ac falleret iudicium, eas ad dimidium vſque vaſis coximus. Et modò tenues quaſdam, & claras ne elixauimus quidẽ, ſed in vitrea boccia illutata, ac immenſa ad dimidium in cinerẽ ſuper fornaculam ſapientũ, lenem duntaxat aquæ euaporationem tentauimus, ac materias quantumuis exiles ita ſeruauimus. Vbi optimæ curæ eſt ſubodorari interim vapores bullientis aquæ quid referant, cùm maximè vel Sulphuris portionem, quantulacunque ſit, vel bitumen interdum referre ſoleant. Elixata verò aqua, vel ſedimenta ipſius apparebunt multa & craſſa: tumq. vbi ad duos ſaltem quieuerint dies, declinato ſenſim in latus vaſe, accurate defluere ſinito aquæ reliquias. Vel pauca erunt, & tenuia, & tunc (vt artis Chymiſtarum eſt) ſequeſtrato per filtrum ſic. Immergito fruſtum filtri madefactum partim in vas tuum, partim extrà: & qua parte immergitur ſit filtrum lata baſi, extrà apice acuto: conſecutione enim quadam aqua vaſis tota ſenſim euacuabitur, & in fundo vaſis fiet iudicium reliquiarum, etiam minimarum. Porrò cæteris experimentis anteponitur, quod per ſublimationem fit, quam ſapientes (quorum hoc eſt inuentum) elambicationem appellant. In quo ne tibi per incuriam contingat error, vitrea, ac ſyncera eligito ſtillatoria vaſa, eaq. benè connexa, ac benè illutata ſint. Aenea enim, ac plumbea vaſa ſunt minus idonea, quoniam aliquo poſſent (vt vſu euenit) eius materiæ recremento, tibi iudicium fraudare. Eſto autem aqua diligenter ſelecta, ac affuſa in vitream (vti dixi) cucurbitam, ſubditis (vt artis eſt) ignibus, deſtilletur. Sic enim diuerſæ quæque partes ſegregatæ, aqueæ quidem deſtillabunt, aëreæ verò, ac ſubtiles euaneſcent, terreſtres autem & cinericiæ, quæ plures & euidentiores ſunt, in fundo reſidebunt, vel in toto cõcreſcent vaſe, eoq. magis grauiores leuioribus ſubſidebunt. Atque hæc ipſa reſidua aſiccata, ſeu per ignem, ſeu in vmbra, ſeu (quod magis laudauerim) ad ſolem, qui non adeò fuerit ipſorum mineralium ignarus, facilè diiudicabit: diuerſis eadem experimentis ſubijciens, ſolutioni in lamina ferrea ignita, malleo, ac ſenſibus ipſis. Solent ſulphuroſæ partes tenuiores, inter ebulliendum, tetro ipſo Sulphuris halitu exhalare: terreſtriores & coagulatæ ſuper ignem eliquari. Salſugineæ verò omnes, ſalſæ remanent, ac lucidæ, & in ignem proiectæ crepitant. Nitroſæ, Aluminoſæ, & Atramentoſæ, in tenuem & candidum pollinem rediguntur, ſiccumq. & ſapidum, niſi exactè ſalſum. In gypſeis inſipidum & album reſidet: item ex calce, cinere, argilla. Minimè verò cæterarum miſturarum hoc experimento declarantur metallicæ partes: quam ob cauſſam fuerunt quidam hac ætate, qui Fallopij authoritate ſcripſerunt nullas fieri ex metallis impreſſiones in aquis. Quæ maxima fuiſſet inſcitia, ac propemodum negare ſenſum & negare promiſcuam aquarum miſtionem cum terris. Nam ſic dicentes aut nulla eſſe metalla coguntur aſſerere, aut ſi aquarum liber eſt curſus, currere eas & per metalla vbi vbi accidit fatendum eſt. Non declarantur ergo metallicæ partes hoc experimento facilè, quoniam ex metallicis ſiquæ partes ſint integræ & ſolidæ, eæ aut non fatiſcunt, nec ſoluuntur in aquas haud dubiè, raris exceptis ramentis, quæ decisa iuxtà riguos fontium remanet perſpicua, & quales arenas aureas dicemus in fluuijs aurigeris. Aut intelligendum eſt, præuias tantùm metalli materias, adnaſcentesq. terrarum ſpecies ſeſe illis concorporari, vapores metallicos, rubricas, ochram, chalcytim: quæ & pollinem relinquere ſolent eius naturæ, ſapore, colore, ac ſubſtantia ſalis perſpicuum. Impreſſiones verò, tenues metalli, aſtringentiam, acrimoniam, ſiccitatem, in ipſa aqua ſtatim è fonte hauſta ſeruandas eſſe, veluti propoſuimus; quando per ignem vel euaneſcere in totum, vel permutari eas neceſſe eſt. His omnibus quidem modis à ſenſibilibus poſſumus de aquarum miſturis proferre iudicium. Ceterùm ad præcognitionem minerarum in aquis, non minus idonea, ac Medico propria coniectura eſt, ab operationibus in quaque aqua inuentis quid iuuerint, quidve nocuerint his, qui prima earum fecère pericula. Quæ planè ratio & prædicta omnia ſenſuum teſtimonia comprobabit, & certitudinem ſupplebit, vbi prædicta non ſatis fecerint indicia. Et præterea de non viſis etiam aquis, ſed fama tantùm auditis, probabile admodum præbere poterunt argumentum. Ita aquam, quæ calfacere, præſertim acta dicatur, ſtatim ſulphuris in ſe continere materiam iudicamus. Quæ conſtipet, ferrum. Quæ abſtergeat, ac deijciat vel per aluum, vel per vrinas, aut ſalem, aut æs, aut nitrum. Anticoli aqua hic in Campania, haud ferè differt ab aqua ſimplici: verùm ab inſigni hac operatione, qua & fontem, & canales quà tranſit, aliquo temporis curriculo abſumit, omnes eam communiter Chalcanthi naturam continere aſſeuerant: quapropter & calculoſis eſt mirabilis medicina. Quarum operationum innumera noſtræ balnearum hiſtoriæ exempla dabunt, in quibus (vt mox dicemus) ad hæc iudicia, hominem ſupponimus ſaltem mediocriter exercitatum.

De

Vaporatio.

Sequeſtratio per filtrum.

Elambicatio.

Metallicæ partes an exelãbicari ne declarantur.

Fallopii error.

Via cognoſcendi mineras ab operationibus.

Anticoli aquę mirificæ operationis.

De iudicijs Impreſſionum, ac virtutum in aquis Naturalibus Medicatis. *Cap. IIII.*

Rerum duplex virtus.

HAbita Mineræ aquarum cognitione, iam conſequens eſt ipſarum quoque facultatum rationes, ac iudicij modum exponere. Docatum eſt autem vnumquodque duplici virtute (vt probatiſſima eſt Philoſophorum, ac Medicorũ ſententia) altera elementari, qua manifeſtis vnaquæque res qualitatibus operatur, calida, frigida, ſicca, humida. Altera cæleſti, quæ ſupra omnes elementorum vires, & ſuprà quanque ſenſuum coniecturam, opere tantùm ipſo percipitur. Quod genus facultatum in aquis tàm latè patet, vt arbitrandum ſit, nullum vbicunque fontem emanare, etiam fluminis & ſimplicium venarum, quem non hactenus aliquis cæleſtium fauor præuenerit, ſiue clariùs, ſiue obſcuriùs. Ad elementarium ergo virtutum agnitionem, ſatis quidem manifeſta ſe exhibet via, à ſpecie ipſa mineræ, ſiue ſulphurea ſit, ſiue ſalſa, ſiue aluminoſa, ſiue mineralium aliqua, ſiue metallica. Quarum vt ſpecialis natura eſt, ita ſpeciales ſunt facultates, quales in hiſtorijs in ſequentibus libris explicabuntur v.g. quia ſulphurea minera exiccantis, & calidæ facultatis exiſtit, adſtringentis aluminoſa, roborantis ferrea, abſterſoria æris, ac nitri, & ſuo modo aliæ. Et quales miſturæ compertæ ſunt, tales planè cognominantur aquæ, ſulphureæ, aluminoſæ, ferreæ, aliæq. ſpecies. Verùm quia miſtiones rerum infinitè variant, in aquis maximè: nec facultates vno exiſtunt gradu, neque eandem habent efficaciam in vno fonte, ac in alio: ideo neceſſe eſt vnumquemq; fontem (vt dicebat Galenus) per experientiam

5. San.tu.

cognouiſſe. Nimirùm, vt de ſingulari fonte, ſingulariq. temperamento mineræ, ſenſuum teſtimonio facultatum ipſarum fiat coniectura. Cui iudicio, vt ritè fiat, tres potiſſimùm conditiones ſeruandæ ſunt. Prima vt ſit ſenſuum integritas, ac inculpata diſpoſitio. Altera, vt quæ examinãda venit aqua, omnis ſit extraneæ qualitatis expers, & qualis ſyncera ſcaturit è vena, nec aliquatenus intelligatur mutata. Et tertia coniectura eſt, vt non qualis ex ſe ſit aqua, nec ad totam naturam æſtimetur, ſed ad noſtri corporis temperamentum comparata, qualem nam habeat vim agendi, ac alterandi, ad illius reſpectum calida, frigida, humida, aut ſicca dicatur. Primæ ergo in quaque re iudicanda qualitates, ſe ſtatim, aperteq. ſenſuum teſtimonio ſubijciunt, ſeu calidæ, ſeu frigidæ, ſeu ſiccæ, ſeu humidæ ſint. Ex

Ex Gale. 5.Simpli.

ſenſu verò incipit ars, quæ perceptas ſenſu qualitates, coniectura æſtimat ad quantam ſingula actionem, efficaciamq. peruenIat, earumq. vires ad diſciplinæ vſum, per gradus diſtribuit; à primo, ad ſecundum, ad tertium, vſque ad quartum gradum. Ac talem v. g.

Primarũ qualitatũ gradus in aquis.

aquam calidarum virium enunciat in primo gradu, quæ obſcurè calefacit: talem in ſecundo, quæ manifeſtè afficit: tertio, quæ multum: quarto, quæ plurimùm, ac inſtar ignis calefacit; idque in horum ſingulorum ordinum principio, medio, fine, & coniugatæ ſimiliter inuicem, calfaciens exiccans: calfaciens humectans: frigefaciens ſiccans: frigefaciens

Secundæ qualitates ſeu operationes.

humectans aſtimantur. Exinde cognito primarum qualitatum inter ſe connexu, ars ipſa ad compoſitas, conſequentesq. alias ex ordine naturæ operationes progreſſus habet. Vtpote quia calfacientium, atque exiccantium effectus ſunt (teſte Ariſtot. Quarto Meteur.) Rarefactio, fuſio, digeſtio, attenuatio; humectantium mollitio, & lenitio. Frigefacientium verò, & humectantium repletio, & extenſio: ſiccantium verò adſtrictio, & condenſatio, aliæq. huiuſmodi: quæ ad diſtinctionem primarum illarum, ſecundæ qualitates, & ſecundæ medicinæ operationes à medicis nuncupantur, ac in balneis reperiuntur commu-

Tertiæ operationes.

niſſimæ. Ex quibus vlterius ad tertium genus operationum progreditur, quæ ſcilicet ex ſecundis inter ſe, ac primarum virtute reſultant. Quarum exempla ſunt in potulentis maximè balneis, abſterſio: quæ ſcilicet ebibitæ vel per vrinam, vel etiam per aluum vacuant, attenuando, ac diſſoluendo ex ſecundis, & mediocriter calfaciendo ex primis. Vel per aluum leniendo aliquæ, lubricando, molliendo, humectando, vel per vomitum, flu-

Quartæ operationes.

ctuando in ventriculo leui calore, irritando acrimonia aliqua, ac ſubuertendo. Et quartum denique genus operationum dicimus, cum inſignes in quaque re vires comperimus, quas pro inexplicabili connexu partium, ex tota eſſentia, aut occulta proprietate redundare definimus. vt quæ in balneis frequenter viſuntur operationes, quæ vel lapidem frangunt, vel ſtomachum iuuant à proprietate, vel hepar, vel renes, vel vterum, vel ſteriles fœcundas reddunt: quæ tamen operationes plurima ex parte à præuijs illis facultatibus tertijs, ſecundis, & primis dependēt, vix fortaſſe ſcientibus nobis connexiones illarum gradatim explicare, ac proſequi ad ſenſibiles vſque, & maxime notas. Per has ergo ſenſuum, ac rationis ſequelas in notitiam diſtinctam impreſſionum, virtutumque, quæ ex miſturis in aquas intimari poſſent, veniendum eſt. Cuius rei hæc eſt ars, ac iudicij ſumma.

Digitized by Google

De iudicijs particularibus operationum aquarum naturalium. Cap. V.

REcta ergo primùm exiſtente diſpoſitione ſenſuum, danda opera eſt, vt ſincera quantum fieri poterit aqua, & ſine omni aliena miſtione, ac alteratione in iudicium proferatur. Quod verò ad ſenſus ipſos attinet; Galenus in primo Simpli-

Sēſus qui neceſſarii.

cium, trium ſenſuum iudicia propoſuit neceſſaria, ad vniuſcuiuſque rei naturam inueſtigandam. In primis guſtum, & odoratum, deinde viſum. Verùm nos ob primarum qualitatum impreſſiones, quæ primum obtinent in Thermis locum, quartum neceſſariò adiungimus ipſum tactum. Saporum ergo ſignificantias in ipſis, deinde odorum, & cæterarum poſteà impreſſionum animaduertere oportet. Nam concurrentibus æquè omnium ſenſuum indicationibus, certiſſima naturæ aquæ illius, ac rei de qua quæritur, ſignificatio habebitur: minus certa, ſi quædam diſcrepent, aut potiora: dubia, in dubijs. Omnino autem à coloribus indicatio potentiarum infima eſt: deinde ab odoribus. A ſaporibus autem, ac à tactus qualitate, præcipua eſt: vt quæ ſtatim componentium partium naturam ſub ſenſu exponant, vno excepto diſcrimine. Nam tactus extrinſecas iudicat, an calidas actu, & quantum calidas: ſapor enudat potentiales quoque vſque ab intrinſeco, & non calidas ſolùm, ſed reliquas. Dulces quidem aquæ, id quod ſaporis huius eſt, manifeſtam,

A ſaporibus facultates.

ac ſuauem caliditatem præ ſe ferunt: quam non obtinet adeò pinguis ſapor, ob quandam ſubſtantiæ mediocritatem, quo minus leniendo efficax eſt, quàm dulcis, lubricat tamen molliùs. Calidiores his ſalſæ iudicantur, quam ob rem guſtatui linguam carpunt: eſt

Salſedinis

enim ſal quædam humidi conſumptio, & quaſi aſſatio, humidum tamen facilè reſumit, ſi occurrat. Vnde ſiccat ex primis operationibus, abluit, abſtergit, coarctat ex ſecundis, putredinem cohibet ex tertijs. Tranſit autem in amarum ſalſus, ſi impensè patiatur calo-

Amaræ.

rem: peruſto ſcilicet & conſumpto penitus humido, veluti in cinere. Quod pariter in aquis fieri aſſolet, quæ tunc linguam vehementer exaſperant, indurant, abſterguntque. Acres verò aquæ, ſeu quas vulgò fortes appellant, exactè linguam guſtatæ cotradunt: ca-

Acris, & fortis.

lidiſſimus enim is ſapor omnium eſt, ob igneam nimirum ſubſtantiam in materia ſubtili prædominantem. Quare valent efficacius abſtergendo; penetrando ad infima, putrefaciendo, ac ferè interficiendo. Porrò frigiditatis ſoboles ſunt Auſterus, atque acerbus

Auſteræ, & ponticæ.

ſapor, quem & Ponticum ſæpè appellant: qui perobſcurè in aquis habentur, minus in terris, Theophraſto authore; hos enim plantarum quarundam, inquit eſſe proprios, & quorundam fructuum. Qua re, vt in fructibus, cruditatem ſignificant, ac miſtæ rei indi-

Acidæ.

geſtionem aliquam. In acidis quoque aquis cùm frigiditatis indicium ſit, igniculus tamen caloris conijcitur, nam tenuiſſimæ redduntur, ac penetrantes: quæ facultas ex primis qualitatibus caliditatis eſt. Abſtergunt, primùm tamen refrigerant, non calfaciunt. Qui verò ex diuerſa horum aggregatione inter ſe, ſapores miſti emanant, inenarrabiles ſunt, ſicut diximus. Vt lacteus, vinoſus, & melleus, qui non tam frequentes habentur in aquis, quàm in fructibus. Odores porrò cur non adeò certi iudicij habeantur, vt ſa-

Ab odoribus facultates.

pores, hæc ratio videtur eſſe. Tàm frigida enim quàm calida inueniuntur odora. Et diuerſæ, inæqualisq. ſubſtantiæ, tenuis in alijs, in alijs viſcidæ, in alijs craſſæ. Idcirco communis, ac probata ſummis viris ſententia eſt, odores omnes calidi temperamenti eſſe ſo-

Odores omnes calidi, non tamē omnes vim habēt calefaciēdi.

bolem. Haud æquè tamen omnes calorificæ facultatis in quaque re æſtimandos. Nam ad odorem perexigua caloris portio ſatis eſt: qualis in roſa eſt, viola, caphura, ſantalis. Ad calefaciendum multa opus eſt. Eatenus ab odore æſtimandæ ſunt aquæ: ſemper calidæ qualitatis, quo odoræ ſunt, ac tenuium partiū participes. Sed quantæ is calor efficaciæ ſit, nequaquam ab odore proferas iudiciū: nam in roſa tantus eſt calor, quantus ad illum odorem ſatis eſt: inefficax tamen, nā roſa cæteroqui refrigerat. Poteſt verò odor facere aliquod indicium ex accidenti, ſcilicet inquantū odor eſt quarundam minerarum indicium certiſſimum, maximè ſulphuris, deinde bituminis, & quæ ſulphure participant terræ, aut bitumi-

A coloribus facultates.

ne. A coloribus autem prima, ac indubia hæc ſignificatio habebitur, eā eſſe impurā, & non verè aquam. Cæterùm de facultate à coloribus, infirmiſſimum pariter iudicium fit: ob variam ſimiliter cuiuſcunque coloris conſtitutionē, quę in ſingulis coloribus & calida, & frigida, & ſicca, & humida reperitur. Niſi vt de odore diximus, ex accidenti, inquantum de ſpecie miſturæ indicant, quā color in aquis vbi exactè, vbi remiſsè repræſentat. Nā in albis

Albæ aquæ.

vel alumen ſubſidet, vel calcis miſtura, vel cineris, vel gypſi, vel etiā argillæ. Virides vel limo fiunt, à Sole præuentæ, vel metalli acritate. Similiter & cæruleæ, fuluæ, luteæ, rubræ, minerā indicant, vnde caloris gradum potuerint concipere, puta vel miniū, vel ſory, vel ſandaracham, vel rubricam id genus aliquam, nigræ amplius exuſtam. Qualis ergo miſturæ ſubſtantia, ſpeciesq. in aquis, talis & à calore facultas æſtimanda eſt. Nam à calce calidam,

ab alumine, aut gypſo adſtringentem, ab argilla ſimplicis naturæ aquam emanare videmus. Niuem exquiſitè frigidam, & aliquid paſſam in humido. Quas planè differentias cæ-

A tactu.

teri ſenſus rectius diiudicant, guſtus maximè & tactus. Eſt autem ſenſus tactus vniuerſæ balnearum cognitioni teſtis apprimè idoneus: nam per tactum percipitur caliditas, qualis, & quanta, quæ eſt de tota eſſentia Thermarum, & primum digerentis facultatis princi-

Balnea digerentia dicuntur, & calida.

pium. Digerens autem facultas in balneis potiſſima eſt: vnde ſæpè apud rei balneariæ peritos, græcosq. authores calida balnea, digerentiaq. appellantur: & communi æſtimatione vix balneum putatur, quod non actualiter calidum: vnde illi nomen apud Græcos Thermæ. Permira verò varietate calorum delectata natura eſt elargiri aquas, quales diximus, & explicatiore ſermone dicemus in hiſtorijs, calidas, & magis calidas, vſque ad extremè

Aquæ in balneis vtiles.

feruidas. Verùm in vſu, maximè idoneæ ſunt mediocris temperamenti, præſertim in lauacris, cùm quæ in potibus ſumendæ ſunt, tepidiuſculæ, ac tepidæ eligantur. Exactè autem frigidæ, & crudæ, quales quorundam fluminum ſunt aquæ, omnino inutiles; nec etiam lauationibus æſtiuis adeò tutæ, neruorum, ac iuncturarum periculo. Quæ vero in balneis non adeò calent ex natura, arte præcalfacere ad commodos vſus opus eſt: quemadmodum publicis artificijs calefiunt aquæ in balneis Fiderij in Rhetijs. Et ſimiliter calefiunt in potibus in Italia pleriſq. locis: & in balneis nonnunquam. Sicut etiam in artificialibus balneis facto eſt opus, quùm intendimus iniecto in aquas ſulphure eas ſulphureas facere, aut

Locus Galeni.

ſalitas ſale indito. Quod monuit Galenus in primo Simplicium: Has enim ſulphureas habebis, vel ſalitas, indito vel ſale, vel ſulphure: verùm niſi actuales ignes adhibeas, nunquam habebis actu calidas. Atque hæc ad iudicandas facultates ſatis ſint.

De iudicijs an vtilia futura ſint balnea, ſingulis annis. Cap. VI.

AD vniuerſum balnearum vſum, quam ob rem prognoſtica pars neceſſaria ſit, iam planè multa de temperamentis, ac multa item ex prædictis libro ſuperiore de accidentibus aquarum declarant. quia aquæ nimirum tot elementorum aliorum, & cœli quoque mutationibus infinitæ ſubiacent. Cuius ſanè iudicij nos prima capita, quæ ſaltem annuis diuerſitatibus ſeruient, proponemus. Nam complures Medici noſtri veteres, experti per aliquot annos balnea, interdum promiſſa efficere; interdum verò inſalubria fuiſſe, ac ſiniſtri ſucceſſus, diuerſas adduxere cauſſas. Alij quidem aduerſos ſtellarum aſpectus inculpauère eius anni cum balneis: alij ad quaſdam occultas repugnantiæ cauſſas confugère: & alij, vt habet quiſque in huiuſmodi caſibus ſua perfugia, affirmant in prognoſticis, ita poſt longam memoriam fuiſſe obſeruatum, vt quilibet biſſextilis annus,

Biſſextus an aduerſetur balneis.

balnearum naturalium vſui ſit aduerſiſſimus. Cuius ſanè euentus in biſſexto, nos rationem non habemus, niſi in contrarium: cùm ſint ex doctis multi, qui id tanquàm ſuperſtitioſum, & anile derideant, negligantq. omnino. Annus enim biſſextilis inæqualitas eſt partitionis perperam factæ horarum, & dierum à nobis, non ſupererogatio naturæ. Vel eſto naturæ exceſſus: ſi mutationis cauſſa ſuperuacaneis illis ſex horis tribuatur, eædem prorſus horæ, & momenta quolibet anno ſuperuacant. Si verò tribuatur intercalari diei quarti cuiuſque anni: ſequeretur hoc abſurdum, quòd ſtatis ſingulis quatuor annis, idem affatim rediret ſtellarum ſitus, aquis contrarius, quæ omnes euidentes ſunt demonſtrationes, biſſextilibus annis nihil eſſe attendendum. Nihilominus, prudentiæ Medici intereſt, & huius quoque variationis non contemnere effectus: quandoquidem experientia compertum eſt (vt inquit Sauonarola, illuſtris rei balneariæ author) biſſextilibus annis plantas ſuſtinere noxas aliquas, & fructus aut tabeſcere, aut in ſuis pericarpijs plures fœtus naſci imbecilliores, bruta minus impleri, & balnea denique (vt nos quoque ipſi adfirmare poſſumus) operationibus aliorum annorum non reſpondere. Tribuatur id vel cœli mutationibus, vel noſtræ vitæ breuitati, vel communi opinióni, nos, quòd hoc vitæ curriculo obſeruare potuimus, minus vtilia per biſſextum balnea fuiſſe comperimus. Cæte-

Syderum aſpectus an in balneis obſeruandi.

rum, qui adducunt in cauſſam, nouam balneorum antipathiam cum cœlo, neque hi contemnendi. Iudicium tamen relinquendum Aſtronomo eſt, qui conſtellationes ipſas per ſingulas annorum reuolutiones colligens, quales, & quatenus, & quantam ſalubritatem eo anno naturæ aqueæ influant, edoceat. Medici verò potiùs coniectura intereſt, quàm

Medici officium.

figura cœli, qui ſingularis balnei pericula, in horis adeò variabilis, ſingulareſq. ad vſum prædictiones profiteri debet. Poterit vero Aſtronomi iudicio iuuari, ac ex eo ad ſingulares ſuas coniecturas procedere. Nempè à forma cœli, per anni quartas diuagatus, penes ſyderum fauores, Æquinoctiorum, ac Vernalis in primis initia, fineſq. ſpeculari poterit: Solſtitiorumve ſimiliter, & æſtiui maximè ſeruare modum. Ac planè poſteà dierum particulares conſtitutiones ſeruabit, & ſubinde mutationes per interualla aëris, ſucceſſioneſque,

que,

Digitized by Google

que, æſtus, frigora, ventos, imbres, & alia, quæ conquiſitiſſimè commonet Hippocrates, contemplabitur. Sicq. futurorum, quorum à ſupremis ad infima longiſſima, ſucceſſio eſt, artificioſam quandam coniecturam faciet. Nam, quod ad principalia quatuor anni tempora attinet, neminem quantumuis rudem latet, inſignes admodum effectus, maximeq. varios ab alterius anni diſpoſitionibus prouenire. Patitur in totum vniuerſa hæc machina inferior ſua contagia, ac morboſas intemperies, quemadmodum animata alia corpora, contrahit. Oſtenta interdum varia, diroſq. cometas ſuſtinet æther. Caliginoſam craſſiciem, incendia, turbulentias admodum mutationes, peſtiferas alterationes ſuſcipit maximè aër. Gignit ſæpè terra venena largiùs: quin etiam fœdos ſpiritus quibuſdam annis in putri quapiam materia concipiens, plus ſolito interdum noxias, ac innumerabiles beſtiolas, vermes, ac pulices producit. Multò verò maximè vniuerſam aquæ naturam malè affici aliquando neceſſe eſt: & compoſitas præſertim iſtas balnearum, quæ varias concipere metallicorum fumorum corruptiones ſunt idoneæ, ac cæterorum elementorum impreſſionibus, tàm malis, quàm bonis ſubiacent. Hæ autem ex aëre primum ſunt cuilibet manifeſtæ, ac euidenter ex pluuijs contaminantur, tùm præſentibus, tùm prægreſſis, ac vernalibus, antè alias. Peſtilentiæ tempore, quantumvis cauſſa balneas exigat, haud tuto ſe ſe illis qui commiſerit: propter aëris contagia potiùs, quàm ipſa lue languentium. Ac multò minus eas conſuluerim, ſi aëris inſalubritatem non tantùm cœleſtium inclementia gignat, quantùm concepta in terreſtribus vitia, quæ apprimè aquas ipſas poſſunt inficere. Auſpicantur autem futuram peſtilentiam quidam Medici, quando terreſtrium impendeat vitio, ſi ſerpentes crebrò è latibulis apricari inueniantur, lumbricos è glebis ſubrepere, auiculaſq. campeſtres ad montana, ac edita loca conuolare. Verendi etiam Terræmotus illius anni, illiuſq. regionis: quippe qui flatuum ſubterraneorum indicant multitudinem, ac ſæpè ex horribili commotione imas ſpeluncas, & vnde aquarum tranſcurſus eſt, replent, ſuffocantque, aut mirificè eas contaminant. His ergo prænijs iudicijs ſatis vniuerſam futuri anni diſpoſitionem penes balneas perſpectam habebimus, ſi eadem ad vſum ſenſualis notitia comprobet. Nempè vt particularis balnei, quo patientem vti oportuerit, loca, ſitum, formam, mores, qualitates, aliarum aquarum confluxus, ventos, quibus exponuntur, lacunas, ſtagnantium aquarum paludes, & ſingulares id genus alias circunſtantias cognitas habeamus, quas idcirco nos in ſequentibus libris per hiſtorias proſequemur. Et cum his diligenter vtentis temperie compenſata, ac neceſſitate balnei, non tantum noxarum cauſſas cauebimus, ſed & nunquid adeundum, & quantum cuique vitandum fuerit rectè prædicere, ac inſtituere poterimus. Balnea Aquenſia aliquandiu fuerunt à poſteris deſtituta, quòd quodam anno promiſſa minus ſyncerè præſtaſſent, dum ſuſpicarentur quicquid mali ad illud tempus inde eueniſſet, id vſque futurum. In hanc rem meminit Plinius, multoties Nili riuis amaris redditis ex pluuiarum intempeſtiuo influxu, magnam Ægyptijs peſtilentiam fuiſſe contractam. Atque hæc haud dubiè prima eſt, ac potiſſima cauſſa, quam ob rem balnea aliquo anno inſalubria fiant; cùm ſcilicet pluuiæ contingunt eo anno inſolitæ, ac vere maximè, quæ neceſſariò fontium ferè omnium naturam, qualitateſq. inalterat. Nec verò pluuias anni tantùm, aut infeſta id genus vniuerſa ſigna putare oportet; ſed & accidentia ipſa dierum particularium inter vſum balnei proteſtari neceſſe eſt. Quot enim balnea aliquo anno reputata ſunt fore ſalubria, quæ tamen in ipſo vſu obturbata, vel vento aliquo præſertim frigido & conſtipante, vel alioqui modico alterius riuuli confluxu, vel pluuijs contaminata, immedicabiles noxas attulère? Quam ob rem magnis imbribus inter vſum balnei fientibus, præſertim in potibus, ſuperſedendum aliquandiu eſt. Nec temerè quidam animaduertunt, vt in Coniunctionibus, ac Oppoſitionibus lunaribus, pariter intermittendum ſit, maximè ægris. Præſertim ſi Luna aut Scorpio occurrat ex ſignis, aut Saturno inter planetas: in quibus effatù digna aquarum commiſtio fieri ſolet. Nec minus mulieribus cauendum, menſibus ordinariè fluentibus. Quæ autem reliqua de ſingulis ſcriptura non capit, meminiſſe oportet nõ ſolum Medicum ſe præſtare prudentem debere, ſed & ægros, & exteriora, vt ſanctè inſtituit Hippocrates.

Sublunarium mutationes.

Aquarum affectus.

Peſtilétiæ tempore.

Terræmotus.

Singularia iudicia.

Nili corruptio.

Pluuiarũ noxa in balneis præcipua.

Accidentales balnearum noxæ.

Lunares motus.

De præparationibus ad Balnea Naturalia. Cap. VII.

VLtima Medicorum appellatio Balnea. Natum videtur prouerbium, quùm in morbo quopiam, aut antiquo, aut immedicabili, innumera expertos medicamentorum genera, ac parum tamen iuuatos, ad balnea, tanquam ad maiorem principem, delegent; vnde niſi adiudicata cauſſa abſoluti, ac ſani redeant, tanquàm conclamatos relinquunt. Senſus autem huius prouerbij primo aſpectu hic eſſe videtur: vt balnea ſub illius Aphoriſmi cenſura ſint; Extremis morbis extrema remedia. Verùm non ex-

An Balnea vltimum ſint remediũ.

1. Apho. vi.

tremis tantum, quinimmo incipientibus & leuibus adhuc affectibus balnea vtilia ſunt, etiam ſanis. Nec balnea ſemper vltima: Nam pleriſque multoties præferuntur; facilitate remedij, commoditate impenſæ, diuina quæ eis tribuitur prærogatiua. Prouerbium ergo dogmaticum eſt: quippe proponitur, vt vniuerſa quædam in toto balnearum negocio regula, quæ breui ſententia plura continet documenta. Primum docet balneum haud abſolutam præſtare, neque certam vtilitatem, ſed eum EX RATIONE miniſtratur. Non cuilibet tempori, neque vitio, neque naturæ, neque omnino cuicunque hominum conditioni idoneum; ſed omnium habendum eſſe delectum quendam. Et in ſumma haud temerè tentandum eſſe, & in morbis magnis eſſe quoddam extremum remedium. Et conſequenter docet, vbi balneum intempeſtiuè, inuita natura, vel morbo repugnante, & non ſecundum rationem adhibitum ſit; tunc non vacare periculo. Tertiò videtur admouere, vt rectè balneo, ac ſine ſuſpitione vtaris, diligenter procurandum eſſe vt antequam aggrediare, diligens corporis præparatio habeatur. Qua de re duplex intentio principalis ſe exhibet, altera ad effectum, cuius gratia balneũ deliberas, altera ad pericula, quæ poſſent contingere. In omni ergo vſu, ac genere balnei, hæc prima ratio teneatur, quòd alia cauſſa eſt eius qui aliqua premitur infirmitate, & eius qui aut ex conſuetudine, aut in obſequium amicorum. (vt vſu venit) aut alia quapiam extrinſeca occaſione accedit ad balneas. His quidem (quod in vniuerſum de ſanis dicatur) nulla planè alia præparatio conſulenda eſt, quàm vt caueãt ne prouinciam ſuſcipiant pœnitendam. Minus enim hi opus habent balneo, nihiloq. magis præparatione aliqua. Sed nequaquàm tamen vacant periculo, ob potentem aquarum eiuſmodi actionem, quæ ſiue balnei qualitate, ſiue copia, ſine propria culpa, corpora plerunque, ac humores alioqui ſanos agitant in tantùm, vt ſæpè quidam multifariam lædantur, vſque ad interitum. Atque inconſideratis id genus hominibus rectè quadrat alterum vulgare Prouerbium, ANDASTI AL BAGNO PER LE DOGLIE: quod in præpoſteris à balneo ſucceſſibus frequenter hodie iactant. Porrò his, qui aut aliquam intẽperiem corrigere tentant, aut quopiam inſigni vitio laborantes, hùc tanquã ad Apollinem recurrunt, tentanda priùs leuiora præſidia, nec balnea ſine optimi Medici conſilio petenda ſunt. Ad inſignes verò ægritudines, vbi de balneo conſulendum erit (audiant hæc deſperati & incurabiles) Si inuito balneo Thucydidis regulã ſequi deliberant, AVT aliquid agere, aut periclitari, hi ſciant quod plerunque accidit, ſi non moriantur in balneis, vitiũ morbi peius priore efficient. Quòd ſi aliqua ſalus in balneo repoſita eſſe videatur, his ſperandum eſt, ſi diligenti Medici opera requiſitas præparationes præmiſerint, ſe & proſperis ad vota ſucceſſibus gauiſuros, & ſi vlla eſt in tota Medicina diuina facultas, in balneis maximè viſuros eſſe miracula. Quam ob rem ignorandum non eſt, quòd actio, ac impreſſio fit in corpore bene diſpoſito, vt ex philoſopho elicitur: benè ergo diſpoſitum corpus eſſe oportet. Diſpoſitionis autem ratio eſt, vt nec plenitudo, nec vlla ſuccorum redundantia in corpore exiſtat, ſed omnis, vnde timendum ſit, tollatur occaſio. Maximè verò ſi præterea in ſigni aliqua intemperantia, & præſertim viſcerum calida teneantur, ſiue ſani, ſiue valetudinarij, ſiue (quod primum eſt) ægri exiſtant. Dicebat Galenus, In omni balneo, ſed potiſſimùm eius generis, cuius aqua potabilis non eſt, ſed cum quadam digerendi virtute; inaniendum, purgandumq. prius corpus eſt. ſecus enim haud balneum eſſe tutum. Verùm ad quantam menſuram hæc purgatio definienda ſit, ſingularis inſtituti eſt. Summa tamen hæc eſto, in caſu præſertim difficili, vt omnes cauſſæ, quantum fieri poterit, vſque ad continentes, & vltimas eius affectionis tollantur. Nempe iuxtà duas propoſitas intentiones, cùm vt exonerata natura ad ſperatam ex balneo ſalutem ſit promptior: Tùm ne leuis redundantiæ relinquatur occaſio, vnde læſionis alicuius ſuſpitio eſſe poſſit. Singulares autem præparandi circumſtantiæ, cùm innumeræ ſint, eædemq. inexplicabiles; ſat erit methodum quandam còmmonſtraſſe, quæ deſeruiat ſingulis. Tres ergo communes, ac magis neceſſariæ indicationes habeantur: Prima quidem extrinſeca eſt, ipſius ſcilicet balnei virtus, ac adminiſtratio, qualis, & quanta futura ſit. Quam duæ aliæ intrinſecæ, corporeæq. indicationes ſequuntur: Affectus ſcilicet ipſe, cui mederi per balneum intentio eſt. Et viæ, per quas ſuum munus natura, ſimul atque balneum exequi debent, an apertæ ſint, & idoneæ, an clauſæ. Et demum quænam ratio ſit virtutum ipſarum, quæ ipſius balnei actionem dirigere, & (vt aiunt) regulare debent. Expultricis potiſſimùm, an fræno opus habeat, an ſtimulo. Ac ex æquo cæterarum facultatum, qualis ſit vigor, retentiuæ, concoctricis, atque attractiuæ. Quo nomine prima hæc præparationis ratio proponi debet, vt ſi extenuatum ſit corpus, diligenter antè balneum reſtauretur, ac tam cibis, quàm reliquarum rerum moderatione confirmetur. Proinde in ſingulis prudentis Medici conſilium illùc omne dirigendum eſt, vt & naturalis temperiei rationem habeat, & ætatis, & ſexus, & virium, & conſuetudinis, ſimul atque morbi, ſiue cauſſæ, quam ob rem vtendum

Balneum nõ temerè, ſed ex ratione miniſtrãdum.

Sanis balnea periculoſa.

Aegris cõſilium.

Deſperatis.

Miracula in balneis.

1. de Gen. & cor.

Purgandi ratio.

v. de San. tu.

Præparãdi Methodus.

dum

dum ſit balneis. Et affectæ particulæ. Hinc per contrarium omnem præparandi rationem æqua lance compenſet, præſentia ordinet, & futura moderetur. Nempe, quod in naturali ſtatu ſeruare oportet, contrarijs præmuniendo: verbi gratia, vt calida refrigerãdo caueat, frigida calfaciẽdo, debilia roborãdo, craſſa & viſcida tenuando, & tenuia (vtpote quę fluxionibus faciendis inter balneum promptiſſima ſunt) ingroſſando. In primis verò ſi quod ſuperuacuum in toto corpore hæſerit, id per conuenientes vias, & quantum fieri poteſt, è locis ipſis affectis expurgent. Quæ eſt Galeni doctrina, multis in locis, clara tamen, & compendiaria in libro de Conſtitutione Medicinæ ad Pamphilum. Superflua inquit expurganda ſunt, facta prius diſtinctione, an copia, an qualitate, an vtroque delinquant: & præcoquendo (vt artis eſt) quæ concoqui debent, ac obſtructiones aperiendo. Porrò quibus auxilijs id faciendum ſit, ipſi affectus docebunt. Nam ſi omnes æquabiliter humores aucti fuerint, per ſanguinis miſſionem propria, maximaq. euacuatio fuerit. Si verò vel flauæ, vel atræ bilis ſuccus, ſeroſa aliqua humiditas redundauerit; euacuatione, ſed diſſimili tollenda eſt: prout ſcilicet aliam flaua, aliam atra bilis, aliam pituita, & tenuia venarum recrementa vacuandi viam oſtendunt. Pro complicatis autem affectibus, artificiali diſtinctione vtendum, cui primo occurrendum ſit; vt iuxtà præclarum illud Medicinæ dogma, ſemper id quod magis vrget, anteferatur, cæteris non neglectis. Porrò ad exactam praxim ſingularum præparationum, iuuabit admodum artem curandi quanque paſſionem per balneas tenere: quam toto libro Tertio exequuturi ſumus. Vbi & quæ ſolitæ ſint inter vſum balnei noxas accidere, ſimul atque cautelas, & curationes docebimus. Nunc ad Electiones veniemus, & proximè de omni vſu balnearum loquemur.

Gale. locus.

De Electionibus, & temporibus Balnearum Naturalium. Cap. VIII.

Balneum commodum eligendum.

VTile verò in electionibus, idemq. neceſſariæ curæ eſt, in toto Thermarum negocio præſciuiſſe, quòd QVI DICIT BALNEVM, DICIT COMMODVM: quare veteres ſemper balneas inter delicias connumerant. Et quæ hodie alicuius celebritatis ſunt, non tam ipſa ſalubritate probantur, ſi rectè computemus, quàm quòd commodiſſimæ habentur. Quales multæ in Italia, ac aliquæ in Germania: cùm non deſint ſcaturigines aliæ ſaluberrimæ naturæ, quæ pro indigenarum culpa, ac inhoſpitalitate, incommodæ, atque aſpernabiles iacent. Primæ ergo diligentiæ ſit, ægrotis maximè, vt balneæ, præter naturæ præſtantiam eligantur, quæ amœnæ, fœcundi agri, atque aëris, hoſpitales, ac omnino quàm commodæ habeantur. Et præterea, vt ſuo tempore eligantur: quando ſcilicet maximè inconta minatæ, integram, quæ promittitur, ſynceritatem ſeruant. Quare durante hiemis algore nullæ vtiles; vt quæ dilutæ admodum pluuijs, & pro aëris intemperie non adeo commodè ſumerentur. Et contrà, vere ineunte, & per æſtatem in totum æquinoctium, quando potiſſimùm venæ extrinſecis vacant accidentibus, pluuijsq. communiter vtiles. Verùm, quia tempora non eandem vbique ſeruant temperiem; ideo & penes regiones hæc temporum electio eſt compenſanda. Quapropter in temperata hac noſtra regione, & quæ huic reſpondet Græciæ, atque Aliæ parte, vernum tempus communiter præeligendum eſt: quod & temperatius, ceſſata iam omni inclementia cœli, eſſe conſueuit, & ex ſyderum tunc temporis fauore cunctis rebus, medicinæ maximè operibus fauere ſolet. Cui electioni Aſtronomiæ quoque periti conſentiunt: nam in balneis eligendis Arietem præcipuè conſulunt, & præcipuè vbi balneum ex alto in caput ſuſcipere intentio eſt, quam partem Aries ex ſignis peculiariter tuetur. Contrà, Scorpionem vitari debere, Luna etiam ipſa ſigna perluſtrante. Et idcirco dum Sol Scorpionem irradiat, à dimidio circiter Octobris, ſtatim incipere balnea afferunt eſſe inutilia. Porrò finis quoque veris, atque æſtatis initia, quàmcommoda balneis, ac tempeſtiua habentur. Sanè beneficio ineuntis caloris æſtiui, qui & humiditates hiemis exiccare, & relictas à balneo morborum reliquias valet abſumere, iuuamenta confirmare, ac laſſatis viribus reficiendis auxiliari. Tertium denique tempus idoneum balneis eſt, finis æſtatis, atque principium Autumni: tunc enim balnea ceſſatis iamdiu aliarum aquarum contagijs ſynceriſſima ſunt. Deficit tamen à prædictis electionibus bifariam: tum quia antè balneum corpora ſunt reſiccata, ac laſſata prægreſſis æſtibus: tum ob incommoda infauſtæ hiemis futuræ. Porrò his qui ad Arctos habitant ſi balneis eſſet vtendum, veris finem ob dictam cauſſam, aut tutiùs mediam ipſam æſtatem conſulimus, quippe quæ his verno tempori facilè reſpondet. Quo tempore & in Italia aliquæ balneæ, ob mediocris caloris temperaturam, non ſine magno cœli, ac naturæ applauſu accipiuntur. Dum enim Sol, vitæ, & omnis beneficentiæ author, ſub Leone mundum iſtum perluſtrat, peculiari quadam virtute humanos ſpiritus vegetat. Quem fauorem eo indicio aſtruunt cæleſtis diſciplinæ ſpecu-

Tẽpora. Verno tẽpore. Aeſtatē. Autũno.

ſpeculatores, quòd circa Babylonem, & Aegyptum, atque alias ſub leone regiones, Sole illud ſignum ingreſſo ceſſat epidemia. Semper verò ſpecialem locorum, & balnearum rationem in electionibus (vel me tacente) habendam eſſe arbitror: Primò reſpectu aeris: ad omnes enim balneos minerales inſalubris halitus fit aer certis anni temporibus, & æſtate maximè; quod præſciuiſſe, & quo tempore minus ea loca infeſtari ſoleant, eſt operæpretium. Tum quia aliæ balneæ ſui natura calidiores, aliæ minus, aliæ modetatæ ſint, aliæ plus alia, atque alia tempeſtate ſalubres. Quare multa erant balnea, quæ citrà communes regulas ſtatis tantùm diebus licebit eligere. Vt quæ non niſi ardente ipſo ſirio valent, pro debili facultate fortaſſis, vel quia minus ſynceræ alio tempore exeunt. Et contrà, alia pro vehementi facultate, vix primo ipſo vere: cæteris ſuo in ſtatu manentibus, tolerabilia, quæ nonnulli Sapientum in ſecundas cauſſas ſcitè referunt. Plurimi autem haud temerè peculiaria quædam numinum ſacramenta prædicant: quapropter illas balneas eo potiſſimum nomine, ac tempore appellant, quo incipiunt eſſe electiſſimæ. Quales ad Lucam in Hetruria balneæ de Corſeno, quæ primo die Veneris Martij, ſaluberrimæ habentur. Aliæ ad Baias, & item ſub Senis Sanctæ Mariæ, & Sancti Georgij quædam, quod dicerent Aſtronomi Aequinoctium Vernale. Et circa Pleiadum ortum aliquæ, quæ à Sancta Cruce tunc temporis cognomentum habent: Sicut & Sancti Philippi balneum ſub Senis menſe Maio, quo incipit eſſe vtile. Et à Solſtitio æſtiuo, quædam Sancti Ioannis die, quo nomine propterea celebrantur: & Sancti Laurentij aliæ in fine ſolſtitij, quales ad Aemiliam viam quædam ſunt. Quæ ſuam omnes rationem habent. Sicut & quæ ad alterum Aequinoctium procraſtinantur, quo tempore fontes maximè exerunt ſuas vires. Laudabilis ergo diligentia in electionibus, quæ & commoditatem balnei reſpicit, & tempus idoneum eligendi. Verùm laudabiliſſima, & cuicunque neceſſaria, vt ſingularis, exactaq. competentia ſit inter balneum ipſum, & qui eo vſurus eſt. Quæ vt conſiſtit in indiuiſibili, ita ex conſilio & prudentia Medici compenſanda, tantæ eſt prærogatiuæ, vt quicunque à balneis euentus ſit futurus, ſeu ſecundus, ſeu aduerſus, huic vni puncto factæ electionis bonæ, vel malæ, vendicari poſſit. Atque hæc hactenus.

A loco balnearũ propriæ electiones.

Nominũ balnearũ aliquarũ ratio.

A neceſſitate.

Methodus vtendi Balneis naturalibus. Cap. IX.

RECta itaque balnei adminiſtratio vnum principaliter requirit, vt præhabita exquiſita notitia balnei, ſimul atque naturæ vtentis; conditionum vtriuſque propria in cunctis, & ſi fieri poteſt ad minima competentia ſit. Haud tanta enim, nec ſola eſſe debet intentio, vt vſus penes balnei efficaciam cum affectu ipſo compenſetur, quanta diligentior requiritur cura, vt quæ partes ſecundum naturam ſe habent, ſi non iuuentur, incolumes ſaltem ab omni balnei commotione remaneant. Cui ſanè ſcopo omnes aliæ intentiones in eligendis, exequendiſq. balneis dirigendæ ſunt. Quæ igitur circa electiones proximè diximus, replicare hic non erit ſuperfluum, vt balnea, ſcilicet commoda, & tempeſtiua eligantur: alioquin ſi aut incommoda, aut intempeſtiua ſint, ſperandum non eſt, vt eius affatim efficaciæ futura ſint, qualem hiſtoriæ, aut informatio habita promiſerint. At ſi affectus præterea vrgeat, vel ſi aliqua minus conſentiant, eo maiori ſtudio ſe ægri à noxijs tueantur, quo incœpti operis non veniant pœnitendi. E longinquis autem partibus acceſſuri ad balnea, maximè qui viribus fuerint imbecilles, poſt præparationem condecentem, duos dies ad minus requieſcant: poſteà niſi cœli ſtatus obſtiterit, perinde votiuam ſubituri eſſent peregrinationem, ſalutaria à Deo implorent ſuffragia, ac ſe itineri committant. In itinere caueant laſsitudines, æſtus, frigora, equitationis faſtidium, aliaq. incommoda, quæ in cauſſam mali poſſent accedere. Cum verò ad Balneas peruenerint, duos ſimiliter dies, quo reficiantur, ab aquarum miniſterio ſuperſedeant, aut ſaltem vnam, mox deinde cæteris benè fauentibus initientur. In quo rurſus dati illius conſilij memores ſint, vt ſint ritè præparati, & purgati: quin etiam, ſi opus videbitur, præparationem aliquam reiterent. Vbi per occaſionem rogare, ac obteſtari non deſinant Medicos indigenas, vt meminerint ſe & Chriſtianos eſſe, & Hippocraticæ prudentiæ hæredes, & naturæ miniſtros: fugiant quæſtuoſas medicationes, & pro facultate, & ægri, & naturæ, ſtudeant ſolùm idonea conſulere, & non faciant niſi neceſſaria. De vniuerſo autem vſu, ac tempore, quandiu ad balnea manendum ſit, certus terminus non præfinitur, niſi à iuuamento, & qualitate balnei. Alij continuis diebus plus minus quindecim, mane & veſpere balneis vtentur: alij in die ſemel tantùm: alij alternis diebus quieſcentes, ad triginta vſque dies balnei vſum proſequentur. Quos equidem vel eo potiſſimùm iure laudauerim, quòd aliquem (vt par eſt) dierum delectum habentes, tùm naturæ indulgent, tùm viribus: & ſuper hæc dum paulatim balnei iuuamenta ſentire incipiunt, minus obnoxij ſiunt

Acceſſus ad balnea

Hortatio ad Medicos balnearios.

Mora ad balnea.

fiunt accidentibus, quæ plurifariam in balneis moleſtare ſolent. Veruntamen noſtri veteres, quibus non adeò abſolutæ erant rei balneariæ præceptiones, plerunque particularia eiuſmodi conſilia, ad eius loci, ac balnei incolas remittebant (quando præſertim ea balnea non adeò celebris eſſent notitiæ) vt quæ illi longo didiciſſent vſu, pro eo, ac ſibi competerent, vtentes obſeruarent. Nos verò, vt ſecuriùs vnicuique conſultum ſit, ſingulare prius, ac diligens cuique examen habendum conſulimus: & deinde, quantum ſcripturæ cõceditur, communiſſimam ſtatuimus regulam, quæ ab vtentis temperie, tolerantiaque, & conſuetudine ſumitur. Aſſueti enim faciliùs tolerabunt balneum, quàm inconſueti: atque eo magis ſi balnei deſiderio teneantur, vt quendam monuit Hippocrates. Tolerantia verò, tùm in robore, atque habitudine vtentis, tùm in vi balnei ipſius verſatur: quæ duo conſequitur affectionis, cuius gratia balneum requiritur, neceſſitas. Commune verò, ac perpetuum præceptum in omni vſu balnearum eſſe ſupponimus, vt non niſi ſtomacho ieiuno, ac ventre vacuo balneum ineatur. Quoniam (vt ſcribit Oribaſius ex Herodoto) permagna ſolent à balneis, ac validis id genus medicamentis oriri nocumenta, ſi digeſtione nondum peracta in ventre miniſtretur. Idipſum monet & Galenus in Thermis v. de Sanitate tu. quo nomine cauere debent ij maximè, qui bis in die vtentur balneo. Ex naturis autem, cholericis, & natura, & affectu, bilem magis exacuit naturale balneum, ac magis exiccat, maximè in potu. Quo in cenſu præterea Melancholicos compræhendimus, & graciles ſimiles: ſcientes his temperatarum vſum maximè conuenire, atque veris ſinem vtilius. Sanguinei autem ſunt cuicunque euacuationi magis idonei: commodior verò locis hiſce in balneis eſt autumnus, ac præſertim principium, minus enim hoc tempore ſanguine abundant. Pituitoſis verò naturis, cùm & balnea competunt naturalia, tùm verè maximè & tàm potu, quàm lauacro. Sumpta verò vniuerſim à virtute indicatione, minus tolerabit melancholicus balneum, quàm cholericus, ſed melius vtroque ſanguineus. Porrò quæ circà vires diximus, eadem per ætates, & ſexus diſtinguenda ſunt. Inter primos canones balnearum proteſtatur Galenus in primo de tuen. ſanit. Infantibus haudquaquam ſalubria eſſe balnea, quæ vim aliquam præ ſe ferant mineralem: omnia enim talia manifeſtè ſiccant. Nec minus à frigidis abſtinendum, quæ eorum prohibent augmentationem: Eadem ratione, ac ſiccitatis periculo. Pueri quoque difficile, deinde mulieres, poſteà qui delicata temperie ſunt, difficiliùs, vim balnei naturalis ſuſtinebunt: difficillimè vero omnium ſenes, ob humorum paucitatem, & multam ſpirituum reſolutionem. Habenda tamen habitudinis ratio eſt in ſingulis ætatibus, non annorum, Galeno teſte: quando ſint ex pueris, ac ſenibus robuſtis, quos per balneas, etiam in potu rectè curamus. Sic ergo vniuerſam electionum, vſuumq. methodum habebimus. Vtendi verò modus cùm triplex ſit quantum ad aquas, potatio ſcilicet, lauatio, atque cunſperſio ex alto: ideò vniuſcuiuſque ex ordine propriam conſiderationem habere opus eſt. Mox deinde de ſudationibus ad vaporaria balnearum loquendum erit, & de Illutatione, & vltimo de Saburratione in arenis, quæ ad aquarum medicatarum vſum inſtitui à Medicis conſueuère.

Indigenarum conſilia.

A conſuetudine.

A tolerãtia.

Vſus balnei ſemper ventrevacuo.

A natura cholericis & melancholicis.

Sãguineis

Pituitoſis

Ab ætate.

Pueris, Mulieribus. Senibus.

De vſu potulentarum aquarum medicatarum. *Cap.* X.

MEdicatarum aquarum potus hodie in Italia eſt frequentiſſimus. Frequens item fuiſſe legitur apud antiquos; nam de multarum medicatarum aquarum potibus ſcribunt tùm Hiſtorici plerique, tùm Medici. Vitruuius, Plinius, Strabo, Cornelius Celſus, Scribonius Largus, Archigenes, Galenus, & qui Galenum ſecuti ſunt iuniores, Oribaſius, Trallianus, Aetius, Paulus, Auicenna. Medicamentoſas aquas Vitruuius, alias quidem balneis vtiles tradit, alias potionibus, quæ nimirùm purgando interioribus corporis vitijs medentur. lib. VIII. cap. III. Vidi, inquit Plinius lib. XXXI. cap. VI. iam turgidos bibendo in tantum, vt annuli integerentur cute. Facit hoc hodie aliquam dubitationem in Galeni ſchola, qui cùm ſit veluti ſacra anchora Medicorum, is tamen de vſu potulentarum balnearum vix vllam fecerit mentionem: Id promiſit quidem, ſicut de omni ratione balnearum naturalium in III. de Sani. tu. Prætermiſit haud mirùm, nam multa prætermittunt doctiſſimi omnes. Non neglexiſſe, vel id ſatis argumento eſt, quód hunc bibendi vſum, perinde receptum prioribus Medicis, ac frequentiſſimum ſuo tempore meminit libro IIII. Vbi habet. Conſueuiſſe multos verè, vel Autumno, ad excrementa vacuanda, vel deiectorijs medicamentis vti, vel ſponte manantibus aquis, quibus vtique aut ſulphuris, aut bituminis, aut nitri vix ineſt. Meminit earum & Aetius ex Galeno (vt ille profitetur) lib. XI. cap. XXXIII. de Albulis aquis loquens, quæ ſapore inquit ſubſalſo ſunt, & tactu lactei teporis. Clarius autem paulò ante ex Archigene, ad veſicæ vlcera, cap. XXX. Quæ authoritas quoniam breui quodam elencho continet modum,

Quid Galenus ſentiat.

Aetius.

Archigenes.

dum, vſumq. potulentarum aquarum, qui ad hanc vſque diem tenetur in balneis, eam hic pro themate viſum eſt adſcribere: habet enim ad hunc modum.

Albularũ potus. Archigenes.

De Albularum aquarum potu. Conferent itaque aluminoſæ, ſulphureæ, & conſimiles aquæ, quales ſunt albulæ, ſi adſint, poſt matutinam deambulationem, trium heminarum menſura prima die ebibitæ, deinde vſque ad quinque & ſex heminas perueniendum. Ad hoc enim quòd inteſtina eluunt: aër etiam ipſarum fuliginoſus veſicam ad doloris ſenſum percipiendum hebetat, & humoribus exinanitis, puriorem, ac lucidiorem ſanguinis ſubſtantiam reddit. Quin & ipſæ aquæ vlcera repurgant, & cum voluptate infrà ſubeunt: atque adeò nihil ægro ſanando efficacius depræhendere poſſis. Hora autem calidior ad eas accipiendas apta eſt. Quòd ſi non adſint huiuſmodi aquæ, adſint autem aliæ nullam guſtui qualitatem exhibentes, ſed latè ſe ad guſtum diffundentes, hæ ipſe reliquis meliores ſunt cenſendæ, & proximo ab eis loco bituminoſæ. Nitroſarum ſimiliter, ſi adſint, & ſalſarum experimentum ſumere prodeſt, maiorem enim quàm credi poteſt, ſæpè ex his ſuccedere vidimus effectum. Hæc omnia ſcribit Aëtius, authoritate Archigenis, qui ætate Neronis, Medicus fuit illuſtris. Super quæ nos correctione quadam, atque amplificatione adhibita; integram bibendi aquas balnearum methodum conſcribemus.

Quinque regulæ. 1. qualitas.

Quinque verò proponuntur ſeruanda inſtituta præcipua: qualitas exhibendæ aquæ, minera, tempus, menſura, & modus bibendi. Vbi ergo aquæ proponuntur eligendæ, quæ nullam guſtui qualitatem exhibeant: Sanè verba intelligas, non quæ exactè nullam præ ſe ferant qualitatem, ſed quæ neque odore, neque ſapore, neque tactu, neque vlla aliqua impreſſione excedant, aut certè parum ingratam alicui ſenſui qualitatem oſtendant. Quales ſunt albulæ, quas iam ſapore ſubſalſo taxauit, ac lactei temperamenti (vti ſunt) & conſimiles (inquit) quæ ſe latè ad guſtum diffunderent. Tenuium videlicet partium, ac modicè calidarum: vnde vim obtineant facilè penetrandi, ac abſtergendi.

Abſtergẽtia quæ.

Abſtergentia dicebat Galenus v. Simpl. cap. x. modicè nitroſa, ac amara aſſe conuenit, vel etiam dulcia, quæ tenuium partium ſint: quorum in cenſu mel experimus abſterſorium, terebinthinam, ſerum lactis, marinam aquam, & ſalis omne genus. Dioſcoride etiam teſte. Atque hæc circa qualitatem nunc dixiſſe ſit ſatis.

II. Minera.

Quo ad mineram autem, nitri ſubſtantia in primis potulentis aquis maximè idonea eſt, & quæcunque miſti ſpecies, quæ ſeu primo, ſeu ex accidenti nitri naturam participant. Vt ſal, qui aridior nitro, vires abſterſorias aquis imprimit inſignes, ac ſeruat diutiſſimè. Deinde alumen, quod quanquam ſtypticæ ſit virtutis, in aliquibus tamen aquis ſoluta ipſius ſalſugine, vim vtique abſtergendi imprimit, vt ipſæ iam dictæ albulæ planè oſtendunt.

Aeneæ aquæ.

Aquæ verò per æneam materiam transfuſæ, & benè digeſtæ, pares non inueniunt in medicatis potulentis: ſubtilis admodum miſturæ partium, cum virtute mineralium ſubacuta, vnde facilè penetrant, ac egregiè detergent, deterſaq. loca mediocriter corroborant. quales ſub Viterbio aquæ calidæ, limpidæ, & potabiles. Nam quæ craſſam ducunt ex æneis materialibus ſubſtantiam, quales in Cypro virides, acreſque: hæ verrunt, eroduntq. nimis, ac minus tutò propterea vſurpantur. Quod idem in atramentoſis contingit aquis, cinereiſque, & calcinatis, & in nonnullis admodum ſulphuratis, quæ ſunt ſiccæ, & ſtypticæ.

Sulphureæ.

Alioqui ſulphuris, vel potius vaporum ſulphuris aliqualis miſtura, haud inutilis eſt potulentis aquis, vt quas plerunque reddit actu tepidas, ac minus ſtomacho ingratas.

Ferratæ.

Quæ verò ferri qualitates concipiunt, multæ, ob eandem acrimoniæ participationem, qualemcunque pariter obtinent detergendi virtutem, ſæpè tamen languidam ob multam illius mineræ aſtrictionem. At vbi ferratæ aquæ ex accidenti miſtura acutiores in deterſione habentur, hoc magis laudabiles ſunt, quòd ſoluunt confortando.

Soluentia confortando.

Id eſt, quòd purgant quidem, ac refrigerant: & præterea, (quod admodũ vtile eſt ab euacuatione, & in euacuatione ipſa) purgatas exinde, ac laſſatas particulas mirificè corroboratas relinquunt. Quibus ſanè proprietatibus, quædam Sancti Caſſiani balnea; & Patauina quædam, & Villa Lucæ, veniunt maximè celebranda. Et item Porretana ex alumine. Satius verò eſt, ac multi momenti aquas ipſas experientia cognouiſſe, vt dicebat Galenus.

5. de Sa. tu.

Parum deterſoriæ damnantur.

Quas enim in hoc, vel quocunque etiam mineræ genere inuenimus nimium ſtypticas; eæ non admodum in potibus probandæ ſunt: qualemcunque enim tergendi virtutem habeant, ſi quis fortaſſe aluo ſit durior, vel certè minus diſpoſitus eas ingurgitet, multifariam lædi contingit. Error, quem frequenter videre eſt ad quaſdam in Hetrutia aquas, quæ ferreæ à prædominio mineræ cum ſint, & cum quadam deiectoria facultate, quando minus ebibitæ vacuantur, ſtimulo aliquo indigent. Nobilioribus enim cum manna commiſcentur, vulgaribus cum ſalis gemmei fruſtulo, & pauperculis cum roſarum infuſo, vel tartari momento. Quòd ſi tormina, aut id genus inflationes quandocunque gignant, diſcuſſorij aliquid, ac aromatici commiſceri cum aquis Medici imperant, vt cinnamomi, zinziberis, macis, gariophylorum, galangæ, ſimiliumq. pollinem.

De

De tempore ſumendi aquas.

PORRÒ tempus confusè expreſſit Archigenes: nam Matutinum proponens, benè quidem, vt communiter fit; Sed ſubinde hora ſubiungens calidiore, confuſionem fecit: niſi hæc forraſſe culpa ſit errantis interpretis. Nos diſtinguemus de vniuerſali tempore, & particulari. In vniuerſum anni tempus idoneum eſt inter vtrunque æquinoctium per æſtatem, & omnino temperatæ qnalitatis, vere & autumno, ex Gale. IIII. de Sa. tu. SVB Cane, & antè canem difficiles fiunt purgationes, dicebat Hippocrates. Et ratio triplex Galeno ibi interprere, quæ & in purgationibus Medicatarũ Aquarum militant. Primò, quia corpora tunc exuſta non ſuſtinent medicamenti acrimoniam; quare plures hoc tempore purgati incidunt in febres. Secundò, quia imbecilles diſſoluuntur. Tertiò, quia acris ambientis calor in partem trahit extrinſecam, contrariam ei, ad quam purgatio ducit humorem: quo nomine vidimus ſæpè non purgatas aquas putreſcere in corpore, itaque conuerſas in acrem bilem accendiſſe maximas febres. Militat & Aphoriſmus in altero ſolſtitio: Hiemis enim frigore hebetantur tam balnearum vires, quàm corporum: nam aquæ ipſæ variarum confluxu aquarum non modicè alterantur, vt pluries diximus. Aeris verò ambientis frigiditas aduerſatur balnei operationibus, quæ ſunt aperire, fundere, laxare: at frigus conſtipat, & vel planè nocet, vel non facit ad vſum. Cæterùm ſunt quædam aquæ, quarum priuata ratio in electionibus eſſe debet: Tùm ob ſpecialem earum naturam quolibet tempore vſui idoneam, tùm ob patientis vrgentem neceſſitatem. Ergo quæ ſemper ſinceræ ſeruantur, ſemper vtiles. Quo modo Sancti Caſſiani aquæ, Porretanæ, villa Lucæ, Salſulæ Montis Catini, & quædam aliæ, quæ deferuntur per vniuerſam Italiam, atque etiam in Galliam, ac toto anno (quando ſcilicet cumq. vtendæ veniunt) tepefactæ bibuntur vtiliter, etiam in medijs Solſtitijs, quanquam vel me tacente patet, quòd nulla balnei aqua eodem cum ſucceſſu, ac laude bibitur longe exportata, quo ad fontem proprium. Maxima enim pars ex ipſo fonte hauſtæ, ac delatæ amittunt omnem virtutem. Multæ non ſeruantur per hiemem, dilutæ pluuijs & quæ vtcunque ſeruantur delatæ à proprijs ſonticulis; fieri non poteſt quin amittant cum calore ſuo minerali viuificos illos ſpiritus, in quibus ſpeciali vt plurimum virtute Solis ac ſtellarum, omnis iuuamenti vis conſiſtit, quæ ſemel omiſſa nullo poſteà extrinſeco calore reſtituitur. quod eſt valde notandum. Rectè ergo dictum eſt, quòd quas non conſtat experientia eſſe vtiles, eæ bibendæ non ſunt, niſi ad proprias venas, ac proprio tempore. Quapropter quæ non adeo accidentalibus pluuiarum riguis contemerantur, quales multæ habentur, diuiti vena, latis, ac opertis cuniculis; vere ſtatim ineunte poſſunt aſſumi. Hoc enim tempus, vere ſcilicet ipſo, ac per æſtatis initium, totius anni electiſſimum eſt, vt cæteris purgationibus, ita & balneis. Quæ autem ipſo etiam vere, vel pluuijs, vel longis niuium deſtillationibus ſunt obnoxiæ, vſque ad Caniculæ ortum non ſunt eligibiles: tuncq. per quadraginta circiter dies, vbi maximè illa obſtacula ceſſant, optimè eliguntur. quo tempore Aquæ vallis Sancti Marini bibuntur communiter. Niſi aliquid obſtiterit: ſunt enim quæ magnis caloribus ſumptæ non digeruntur (vti iam diximus) vnde vel opplent, vel in malum conuertuntur humorem. Sunt aliæ, quæ quanquam forent æſtate electiſſimæ, ob aeris tamen illius temporis eo loco inclementiam, ſunt omittendæ. Quas ob cauſſas accuratè non ſingulis hiſtorijs balnearum, ſingularem electionem, & quæ vſu longo comprobata fuerint, adſcribemus. Hæc itaque anni tempora eliguntur in balneis.

Tempus.

Apho. v. Sec. IIII.

Hieme cur inutiles aquarũ potus.

Quæ quolibet tempore vtiles.

Quæ deferuntur longè.

Quales ſub canicula vtiles.

Hora bibendi aquas.

DE particulari autem tempore, atque hora balnei, rectè Matutinum, vt valde opportunum proponitur: die ſcilicet iam eluceſcente. Tùm quia Sol circà ortum potiſſimè humanis fauet operationibus: tùm etiam, quia hac hora concentrati vapores minerales à frigore noctis, aquas exactè magis coxiſſe potuère, ac efficaciores reddidiſſe. Adde quod corpus tunc temporis promptius vndiquaque redditur: nutritionis enim inſtrumenta, quorum munus eſt tùm recipere primò occurſu aquas, tùm digerere, omnia ieiuna reperiuntur, & vacua. Item virtutes naturales magis vnitæ, quotidianæ cruditates ſegregatæ, & quæ in amplis ductuum vijs remanſerint, euacuationi paratæ exiſtunt. Et tandem, quia dum potationum miniſterio vacandum eſt, crebra corporis agitatione, exercitioq. vti oportet; in quo dum corpus incaleſcit, refrigerium matutini aeris, quod per æſtatem eſſe ſolet, gratius eſt. Vnit enim, firmat, calidumq. innatum fouet: quod alioqui ex forti exercitio ſub æſtu, admodum diſſipatum iri, ac ſolui oporteret. Quot porrò dies bibenda

ſit

Digitized by Google

Quot dies ſit bibendum.

ſit aqua balnei? Tres ad minus conſulitur, in leuibus ſcilicet caſibus. Communiter ad decem vſque, vel quindecim etiam dies bibendum: quod & pro morbi ratione, & pro tolerantia patientis, medici prudentiæ determinandum relinquitur.

Menſura bibendarum Aquarum.

Seri ſumẽdi vera ratio Dioſ.

Tolerantiæ ratio.

De Menſura bibendarum aquarum, rectè etiam hemina ab Archigene proponitur, quæ decem vnciarum pondere conſtat, atque ſenſim quotidie augendum, à tribus heminis ad ſex. Qui ſanè modus vetus eſt, etiam in alijs medicationibus: Sicut de Seri adminiſtratione inſtituit Dioſcorides, quinque heminas per vicem exhibendum, ac per interualla ſpatiari bibentes oportere. non ſemilibram tantùm, vt noſtri Medici hodie factitant in purgationibus vernalibus. Eſto ergo vniuerſa aſſumendarum menſura, atque ratio, tolerantia ipſa. Nam haud ventriculus eſt ſuprà tolerantiam onerandus; imò (vt bene conſultum eſt) leniter per initia donec aſſueuerint, potationes incipiant, à tribus heminis primò, mox ad ſex heminas. & vt communis tandem conſuetudo eſt, à decem libris circiter ad quindecim libras ſumendum, niſi qui robuſtiores ad viginti vſque libras tolerent. Quin etiam niſi vires conſtiterint, inconſuetis præſertim, aut diutina affectione detentis, integram diem à potibus intermittendum.

Potationum ordo.

Exercitij ratio.

Si nõ fiat purgatio.

Clyſteres in balneis

Signum peractæ purgationis.

Lib. III.

Surgente itaque iam fermè aurora, & tranquillo aeris ſtatu, quamprimùm è lecto ſurrexerint, quiſque pannis benè indutus ad ſalientes è fonte aquas accedat; ac vnũ, vel etiam duos ac tres aquæ cyathos bibat. Bibatur autem calida, prout ſcilicet è fonte manat, vel calefiat prius ſi minus calida ſit; calidæ enim Medicinæ citiùs actuantur à calore naturali. Ac ita potus ſuo quiſque ordine deambulet pauliſper, mox rediens pariter, alijs cyathis exhauſtis, iterum inambulet. Exercitij enim huius hæc ratio eſt, vel vt aqua ſui qualitate petat ad infima, & non redundet in vomitum: vel vt commoto ſic corpore, itaque excitata excretrice virtute ſecernatur ad ſeceſſum, ac trahatur, penetretq. citiùs ad hepar, reneſque, ac emingatur. Subinde rurſus quantum non grauentur, iterent potationes, exercitia, excretiones, donec exinanita iam aluo, renibuſque, ac vaſis vrinarijs deterſis, aqua clarà, & qualis aſſumebatur, exeat. Semper hoc ſuppoſito, vt prima die leniter incipiant, ſubinde augeant menſuras à ſecunda, in tertiam, vſque in quartam diem; bene præſertim ſuccedente purgatione, ſiue (vt dicam melius) emiſſione aquæ. Quibus antem vel ex affectu naturæ, vel aquæ ipſius vitio, vel ex conſtitutione eius tempeſtatis, non adeo balneis opportuna, minus purgatio ebibitarum aquarum ſucceſſerit; ijs curriculo aliquo vtendum erit ex his, quæ diximus, primis maximè diebus, dum huic purgationis generi corpus aſſueſcat. Infuſo verò roſarum ex ſaccharo nihil ſuauius eſt, neque commodius. Ob quam cauſſam vti aliquib. diebus ex eadem aqua clyſteribus nõ habemus abſurdum, & tam ex ſimplici ipſa aqua balnei, quam incoctis aliquibus vel lenientibus, vel diſcuſſorijs, ſaccharo addito, atque oleo, & ſale, vt moris eſt. Prorſus enim oportet omnem ebibitarum aquarum menſuram exturbare è corpore. Nec anteà quidquam ſumendum aut cibi, aut potus, quàm vniuerſa peracta ſit earum purgatio: quando ſcilicet vrina, non aquoſa amplius, ſed priſtino tincta colore, & ſubcrocea redire incipiet. Alioqui ſi qua portio retineatur aſſumptæ aquæ, periculo non vacat, quin oppleat meatus in corpore, ac putreſcat, & accendat ſebrem: quod opportuno magis loco ob rem adeo ſeriam cauebimus. Peculiari verò inſtituto in colicis paſſionibus ſolent Medici ad Patauina balnea, & item ad Viterbienſia, clyſteres ex eiſdem facere: Aliqui ſi quid reliquiarum remanſiſſe ſuſpitio ſit, poſt vſum potulentarum lauacra calida, exudationesq. inſtituunt. Conſulit Montagnana Medicus ſuo tempore illuſtris, ac balnearum admodum induſtrius, dum patientes quidam balneo vtuntur, aquæ eiuſdem balnei cyathum, antè ingreſſum aluei præbibendum eſſe: vt cuius virtus quaſi altera manus ad extrinſeca exprimat. Idq. ſpecialiter in Aſcire, in Allhmate, & in Empijcis; quanquam mihi (vt inter abuſus dicetur) nõn admodum laudatur.

An balneo & potu ſimul vtendum.

Lib. III. c. 1.

Ad ſummam verò ſicui potus, & lauacrum vtendum ſit, is per plures dies anteà bibat, & poſteà lauet, non è contra: ex potu enim purgatio ferè intelligitur: ex balneo autem alteratio, rectificatioq. & conſortatio membrorum. At hoc inter prima Medicinæ inſtituta eſt, purgari prius debere corpus quàm alterari, & confortari. Sunt tamen, qui vel ex forti naturæ robore, vel ex conſuetudine, ab antelucanis potionibus, lauatione quoque eadem die vtantur. Quod perperam fit: cùm ad minus alternandi eſſent dies. Sic enim trahitur natura cogiturq. ad contrarios motus, à centro ſcilicet ad circunſerentiam, quos dif-

ficilè

ficilè valet ſimul tolerare. Galeni quoque authoritate in eodem Aphoriſmo: Balnea (inquit ipſe) calida obſiſtunt purgationibus, & tunc præcipuè cum vehementioris extiterint caloris. Et præterea, quoniam multa per noctem ſolet fieri vrinæ emiſſio, quæ veſpertino balneo impediretur.

Abuſus. Apho. v. Sect. 4.

Ad vſum Potulentarum Aquarum neceſſaria aliqua obſeruationes. *Cap. XI.*

EST autem vſus Medicatarum aquarum in potibus, ad exiccandum in primis, & ad refrigerandum, ad abſtergendum, & ad corroborandum membra, quà tranſeunt. Præcipuè verò ventriculum, inteſtina, hepar, renes, veſicam, vterum, quorum omnium ægritudines in primis perſanat: deinde conſecutione quadam cæterarum quoque partium affectiones reſpicit, capitis, oculorum, cutis, iuncturarum. Inter præcepta autem ad hunc vſum, tria ſunt, quæ quiſque habere oportet perſpecta, & cognita. Primum, cùm ad hunc potulentarum vſum comprobatæ ſint eæ aquæ, quas virtute aliqua purgatoria præditas eſſe compertum ſit; noſſe quidem videtur operæ precium, quo in genere facultatum reponenda ſit earum operatio. An electiuè, & diſſoluendo purgent, an leniendo, an lubricando, an abſtergendo, vel his omnibus, vel aliquibus operantur virtutibus. Planè videtur eas eſſe purgatorias: nam educunt cauſſam morbi: vt Aquæ ebibitæ quarundam balnearum, quæ vacuando ſeroſitatem humorum, medentur Hydropi: & quæ ſanant ſimiliter icteritiam. Item authoritate Rhazæ, qui dixit æneas balneas naturales purgare tanquam medicina. Et demum, quia tam balnea naturalia, quam pharmaca, exagitant, purgantq. excrementa varia. His tamen non obſtantibus: verè quidem purgatorias vix vllas exiſtimo medicatas aquas: ſed abſterſorias potiùs dicendas eſſe, ac lato duntaxat vocabulo intelligendum, cùm interim vel purgatorias eas, vel ſoluere, vel deijcere vſueuenit dici. Purgatorij enim medicamenti vocabulum, quod καθαρτικὸν eſt Græcis, ſolis videtur conuenire pharmacis: quæ Galeno teſte v. Simpl. & in libro de his quos purgare opor. qualitatis ſamiliaritate proprium ſibi attrahunt humorem, vt Magnes ferrum, & Rhabarbarum choleram. Atque id genus omnia calida eſſe aliquo inſigni exceſſu. At aquas medicatas non ita agere palam eſt: quandoquidem pleræque (vt diximus) frigidæ ſint, ac ſiccæ ſubſtantiæ, cum aliqua tamen tenuium partium portione: & quæ quantitate ſua comprimente non minus operantur, quàm qualitate. Nec verè lubricant: cùm nullæ ſint pingues aquæ, quæ non etiam ſicca aliqua præualeant qualitate, vt bituminis, vel Sulphuris. Minimè item leniunt: quæ dulcia eſſe natura conuenit, frigida, humida, mollia, non ſicca. Abluere ergo rectiùs dicemus medicatas aquas: Nimirùm quà aquæ ſunt, & planè balneum corporis intrinſecum. Et abſtergere, qualitate aliqua miſturæ modicè nitroſa (vt vult Galenus) vel amara, vel etiam dulci, ac tenuium partium ſubſtantia. Et tales diximus nos, ad hunc vſum aquas idoneas, talesq. eſſe eas experimur. Ad argumenta propoſita, Medentur ex accidenti: accidit enim in quibuſdam morbis, vt cauſſæ ſint præuiæ, itaque eis balnea medeantur. Vel cum abſtergunt, euacuantq. cruditates à ventriculo & flatus, viſcoſitates à renibus ac veſica, harenulas, lapillos; obſtructionem fortè quæ fecerat Icteritiam. Vel per ſequelam partis ad partem, vt ſi quandoque promoueant aquas hydropi, quod tamen rarius eſt. Alioqui operantur violenter, quod intellexit Rhazes: Quod non eſt electiuè operari, ſed promiſcuè, & quæcunque forte fortuna contigerit. Qua exagitatione nulllum eſt accidens, aut periculum in balneis neque maius, neque deterius, vt poſtea libro III. docebimus. Poſt hæc non minus vtile eſt ſcire, quà verè ebibitæ aquæ tranſeant, an ex hepate penetrent in venas, & exinde in renes. Ex modò quidem purgationis, ac breui ſimul interuallo, quo ebibitæ purgantur, non tàm videntur penetrare, quàm ſui copia comprimere, vt diximus, ac deiicere. Ex altera tamen parte, penetrare eas ſatis indicant exeuntia ipſa, tenuiori ſaltem ſui parte, ſi non totas penetrare. Nam ebibita aqua, primò craſſa alimenti excrementa ex amplis vijs deijciuntur, ſimulq. vrinæ & ſanguinis ſeroſitates. Poſtea dum aquæ ſuam moliuntur operationem, deterguntq. ex dictis vijs, quæ inhæſerant, ſuperflua; aquæ claræ, & puræ minguntur. Exhauſta iam ebibita aquæ quantitas, vrinæ tinctæ redeunt, & croceæ, quæ ſcilicet genuina ſunt venarum, & ſanguinis recrementa. Prætcrea videmus, quòd permultis euacuant per ſudorem. Et quos accidit poſt aquas ebibitas aliquam incurrere offenſam, ij nimirùm offenduntur retentis aliquibus earum veſtigijs, vel in renibus, vel in hepate, vel in venis, vel in toto corporis ambitu, vt multiplici nobis experimento compertum eſt. Huic ſententiæ quod vſquequaque ebibitæ aquæ penetrent, facit illud Plinij teſtimonium (quanquam vix mihi credibile ſit) viſos quoſdam bibendò turgidos in tantum, vt annuli integerentur cute.

Vtilitates cõmunes.

Quæ ratio purgãtium aquarum.

An electiuè purgent.

Solutio q.

Non lubricant.

Non leniunt.

Ibidem.

Aquæ medicatæ medentur ex accidẽti.

Ebibitæ aquæ quà traſeant.

31. cap. 6.

Vltimò

An ebibitæ omnes faciant aliqua ſedimenta in corpore.

Vltimò videndum eſt, quæ nam ratio diuerſitatis ſit, vt dum ebibitæ aquæ ex hepate, & per renes excolantur, non æquè tamen omnibus relinquāt ſedimenta aliqua. Nam hoc nomine damnatæ ſunt in vniuerſum aquæ, tùm limoſæ, tùm medicatæ, & acidæ, quæ à nonnullis hodie Romæ ſumuntur in alimentis, quòd relictis ſedimentis, vel arenulas gignant, vel lapidem, vel id genus affectionem aliquam. Ad hoc quidem, cur in cibarijs noxiæ ſint limoſæ, ac medicatæ aquæ, explicatiore poſteà ſermone reſpondebimus: ſanè quoniam eiuſdem rei longè alia ratio eſt an medicamenti vice vſurpētur, an alimenti. In vniuerſum

Ariſtotelis locus.

quidem, ebibitas in balneis nulla relinquere ſedimenta, conſonum rationi ſit. Natura enim non facit ſaltum, teſte Philoſopho: ſed procedit in ſuis operibus digerendo, hoc eſt ſequeſtrando, ac ſeparando vtile ab inutili III. de Gener. animal. cap. XI. Adeoq. craſſæ, & terreſtres partes cum aqua ebibitæ, non penetrant meſeraicas: ſed à ſtomacho ad inteſtina ſequeſtrantur ad aluum, cuius vim excretricem ipſæ ſimul extimulant. vnde fermè raras id genus inuenies aquas, quæ non primò per aluum educant, virtute, ſcilicet ac ſtimulo craſſiorum illarum partium: & deinde per vrinas. Subtiliores verò trahuntur à meſeraicis venis ad hepar, ac vapore ſaltem ipſo penetrāt ad venas vſque, & exinde refluunt ad renes. Vbi ſi renes ſint ſynceri, ac meatibus liberi, & nō oppleti, tranſeunt & ipſæ: imo ſua vi abſterſoria verrunt omnem ſecum ichorem, dilatantq. vias, ad arenulas vſque emundandas. Sin renes oppleti, nec ritè (vt debuerūt) præparati multis ſcateant craſſis, ac viſcidis excre-

Calculorum; & Arenularū materia.

mentis, hæc ipſa inquam viſcida excrementa fiunt omnium arenularum antecedentes cauſſæ, ac propria calculi materia, authoritate vniuerſæ ſcholæ Medicorum, & non ſedimenta terrea illius ebibitæ aquę. Quæ nimirùm viſcida excrementa cùm inepta ſit virtus balnei diſſoluere, ac extergere: tenacius cum ſedimento aquæ adglutinata, pernicioſas illic gignunt obſtructiones, phlegmata, callos in veſica, arenulas, calculos. Quod periculum vidi freqnens in obeſis corporibus, vel quæ non adeò ad menſuram ebibitarum reddebant aquas: ſeu his ſomno conſopitis, ſeu aquarum eius anni inſalubritate, ſeu pro-

Tria præcepta.

pria mineræ imbecillitate, ſeu quopiam alio ſumentis errore. Ad quam cautelam tria repeto, ac moneo ſeruanda eſſe præcepta: Primùm, vt diligens fiat eius balnei electio, quod & authore, & experientia comprobatum ſit, & tali affectui, & tali naturæ eſſe idoneum. Alterum, vt ſtudeant qui bibunt aquas, vt integra fiat ebibitarum excretio. Et tertium, vt nullum interim committant errorem: Semper huius experientiæ memores, raros ob culpam balnei periclitari ſolere in balneis: plurimos ob errorem, & culpam propriam, quæ falsò poſteà ipſi balneo, vel authori, vel medico vitio vertitur.

De vſu balnei in Thermis naturalibus. Cap XII.

BAlnei autem aquarum naturalium antiquiſſimum fuiſſe vſum, varia indicant ſcriptorum teſtimonia, quæ hoc inuentum ad Deos, vel muneris vice, vel in votis referunt. Hinc HERCVLANEA cognominata videntur balnea apud Piſandrū, & item Athenæum,

Herculanea, cur dicta balnea.

quæ naturaliter eſſent calida. Nempè, vel quia Herculis inuentum; vt quem fama eſt, Seruio teſte ſuper Virgilium, cùm ab Euandro tranſiſſet ad Lucumones, ingenti ictu clauæ in oſtentationem ſuarum virium ſolo percuſſo, calidarum aquarum fontes in Ciminis excitaſſe: quas ego Viterbienſes exiſtimo. In votis autem, extat Liuij teſtimonium, fuiſſe in Thermopylis monte Græciæ balnea, Herculanea ob caliditatem dicta. Vt multa alia legimus in Græcia celebris nominis, Magneſia balnea apud Ariſtotelem, in Bythinia apud Plinium, in Lycetis apud Galenum, in Mitileneis agris, & alijs locis. Antiquiſſimi quoque vſus fuerunt in Italia, vbi plurima, ac diuerſiſſima temperie oriuntur. vnde Plinij ætate, quando Romæ Medicina aliquam cœperat habere authoritatem, fuiſſe balneas natura-

Plinij locus.

les in frequentiſſimo vſu ipſe indicat, libro XXXI. cap. VI. d. plerique in gloria ducunt plurimis horis perpeti earum calorem, cùm tamen paulò diutius, quàm balneis dulcibus vti oporteat, ac poſteà frigida dulci, ſine oleo diſcendentibus, quod vulgus alienum arbitratur. hæc Plinius. Celeberrima verò, ac delitioſiſſima erant Baiana, ac Puteolana, deinde Albulæ aquæ, & Piſanæ quædam calidæ, Plinio; & quædam in Hiſpania, & quædam aliæ in Gallia, quarum ſuo quæque loco monumenta narrabimus. Poſteris verò ſeculis, quoniam plura admodum balnea naturalia venerunt in vſum, ac explorata magis eorum natura, ac ratio eſt; idcirco de vſu balnei, quæ partim à noſtris veteribus, accepimus, & par-

Balnei quinque capita.

tim nos longa experientia inuenimus, hic exactè digeremus. Vbi eadem ferè quinque capita videnda ſunt, quæ in potibus diximus; Inſtituti ratio, qualitas aquæ ad balneum idonea, forma balnei, tempus, & ordo. Inſtituti quidem ratio multiplex eſt: dicit Galenus

1. Vſus.

in III. de Compo. Med. ſec. lo. cap. I. In Medicatarum aquarum balneis, vel ad voluptatem lauari, vel auxilij gratia. Quæ cōmuniſſima eſt. Quippe Nos ceſſata illa lautitia Ther-

marum,

marum, auxilij gratia duntaxat his balneis vtimur. Ad calefaciendum in primis, atque exiccandum: omnes enim Medicamentoſæ aquæ planè ſiccant, primo de ſa. tuenda. Ad euacuandum, nam digerendo vniuerſum vacuant corpus, præcipuè verò ſi balneum qualitate Sulphurea ſit; vel Nitroſa, vel Aluminoſa, primo ad Glauco. cap. IX. Ad emolliendũ *II. Qualitas.* quædam, vt Bituminoſa laudant Paulus, & Aëtius, in neruoſis partibus, frigefactis, ac induratis. Et quædam ad confortandum, non ſolùm extrinſecas partes, ſed & viſcera imbecillia, quod Ferratæ præſtant præ cæteris. Quam ob rem & diuerſæ temperiei veniunt in hunc vſum aquæ, Sulphureæ in primis, calidæ & minus calidæ, & quædam frigidæ pro ratione. Itaque patet inſtituti ratio, & qualitas balnearum. Forma verò balnei. Solent quidẽ lauacra apud nos valde commoda præparari: Nam præter communes lacunas, quæ plerun- *III. Forma.* que venarum diuerſarum confluxum recipiunt; conſtruuntur circunquaque particularia balnea, ſimplici ſaltem pariete diſtincta, alia viris, alia mulieribus, alia admodum infectis & contagioſis, alia minus, alia magis temperata. Et tecto operta, & contabulata. Operæ precium verò arbitror animaduertiſſe, vt minus ſtipatum conclaue ſit, ſed feneſtræ in his collocentur volubiles, vnde poſſint exhalare vapores, qui ſecus è cuniculis aquarum exeuntes, in locis concluſis putreſcunt, ac inſpirati per halitum contaminant viſcera. Ac ſatius fuerit paruos canaliculos calidarum, & frigidarum (ſi adſint) iuxtà collocaſſe, vt quotieſcumque expedierit, aquarum variæ poſſint fieri temperaturæ. Bonum verò, neque minus neceſſarium eſſet, vt in tanta hodie balnearum iſtarum celebritate, præeſſet locis maior quidam Balneator qualis erat in Thermis illis magnificis; qui & lauacris ipſis opportuna procuraret, & lauationes ad præſcriptas intrantibus leges diſpenſaret. *Balneatoris officium.* Omnino leproſi, Elephantici, & Gallici morbi gemmis indecores, ſeorſum in alios alueos minus communes ablegentur. Ne frequenti autem lauantium ingreſſu lauacrum qualitercunque infectum ſit alijs detrimento, diebus ſingulis, vel alternis, vel ad ſummam vireſcente aqua abſtergatur, ac nouæ inducantur aquæ. Vel, niſi alia de cauſſa, idcirco renouari debent aquæ, quia dum longius reſident, ab ambiente afficiuntur aere, ac ſuopte halitu euaneſcunt, atque amittunt virtutem. Nec minorem ſanè diligentiam ſupponimus in eo, qui balneis *Præparatio.* ipſis vſurus eſt, vt ſit ritè præparatus. Eſt enim ad hunc vſum præparatio magis neceſſaria, quàm in potibus: nam ijdem aquarum potus ſupplent fortaſſe primis diebus pharmaci vicem. At balneum contrà, ſubtilia excrementa, & quæ in promptu inuenerit, digeret quidem, ac per ſudorem euacuabit; craſſa verò, & non præparata relinquet, indurabitque. Eſto is ſimiliter antè ingreſſum balnei cæteris alui excrementis vacuus, ac ieiuno potiſſimùm ventriculo conſcendat. Cui tempus maximè opportunum reſpondet, de quo quidem hæc *IIII. Tempus.* ratio haberi debet; vt ſole ab ortu ineunte, & à veſperis ad occaſum trium horarum inſtar declinante, conſcendant, nam his horis, præter ſolis fauores, venter immunis eſt à coctione, ac eo ad balneũ erit magis idoneus quo longiùs vacabit. Ingredientes autẽ hunc ſeruare debent ordinem; vt breuibus ſubligaculis induti, ac birreto impoſito, ne caput balnei vaporibus repleatur, cæterùm nudi per gradus ſeſe immergant ad humeros. *V. Ordo balnei.* Atque vt faciliùs aquæ qualitates, caliditatemq. tolerare aſſueſcant, & ne cutis conſtipetur, cunctanter, ſenſimq. debent deſcendere, vt III. de San. tu. cap. VIII. colligitur: & non ſemel toti vt iubentur in frigidis. Eſto autem talis temperamenti aqua, qualem & affectus requirit, & qualem ſubinde gratam, ſuauemq. exiſtiment: quod facilè fit, vbi plurium, diuerſarumq. venarum, & calidarum, & frigidarum confluxus extiterit. Acribus verò, & quæ carent alterius aquæ temperamento; reſerare, & claudere venæ emiſſarium tantiſper eſt opus, dum ſponte balneo requiſita temperatio acquiratur. Vel longiùs à ſcatebra balneũ habere opus eſt, quo ſpatio aqua decurrens temperetur. Ingreſſi autem in calidum balneum, quieſcant, *Quies in bal.* nec dimoueantur: niſi interim iactando pedes, vel manus alternando extrà alueum, ſi propter æſtum animi deliquia timeant. Alioquì ſi agitatu ſuo quis commouerit aquam, duplici nomine lædi poterit: tùm quia vapores aquæ excitari poterũt ad caput, authore Antillo. Tùm quia magis æſtuabit haud dubiè, ratione quam in Quæſitis Saturnalibus adducit Macrobius: nouo ſemper calidarum acceſſu ad ipſum corpus fiente. quòd dum quieſcit corpus, & calori circunfuſo quodammodo aſſueſit, & aqua ipſa ad cutis congruentiam attẽperatur. Cui ſanè Medicorum quoque cõcurrit ſententia dum in Thermarũ lauationibus cõſulit Hip- *III. de Rat. vict.* pocrates, vt æger balneum ingreſſus cõponat ſe ſe, & taceat, & nihil agat, ſed per miniſtros (ſi vſueuenerit) tergeatur, ne commoto corpore muſculi extendantur. Maneant in balneo (vti diximus ex Plinio ſuprà) paulo diutius quàm in balneis dulcibus; horam ſcilicet vel paulò *Mora in bal.* amplius, & in ſumma pro tolerantia, quam potiſſimè in omni Thermarum vſu regulam præſcripſimus. Vel vt certo quorundam termino ſtatutum eſt, donec digitorum pedum extremitates rugas contrahere cœperint. Vel melius, donec ſudor circa frontem appareat, qui iam deductas eſſe ad cutim ſuperfluitates erit indicium, ac feſtinare eas ad exitum

per ſuodrem. Quare tunc ſtatim exeuntes, ac per miniſtros deterſi, ac induti pallio, accedant ad cubiculum: vbi cubent in lecto non dormiant, ſudent, tergeantur leni linteolo per horam plus minus, donec ad priſtinum redierint ſtatum. Tunc ſurgant, moderatè prandeāt, nec à prandio dormiant vllo modo.

Regimen a balneo.

Quòd ſi vt in maximè calidis cõtingit balneis, à balneo vniuerſa cutis arida & quaſi incenſa remanſerit; laudo quam Plinius ponit antiquorum conſuetudinem, vt frigida dulci ſaltem conſpergantur.

xxxi. cap vi.

Sin autem, communem in hoc approbamus vſum de vnctionibus, ad Balnea Naturalia, vt vniuerſa membra frigido aliquo oleo leniter perungant, maximè verò hepar, ac renes, quò maiores tranſeunt venarum caudices, ac fortiùs incendi ſolent. Vel Roſaceo nimirùm, vel Santalino, vel infrigidante id genus aliquo. Sunt qui ob eum incenſionis timorem, & ante balneum ſolent inungere. quod fortaſſe munimen non erit inutile, ijs præſertim qui hæc viſcera calidiora ex naturali temperamento habuerint, ac alterius membri affectu frigido balneum ineunt. Porro ſi bis in die ineundum ſit balneum: ij magis ſe temperent in prandio, ac poſt ſeptem ad minus horarum ſpatium à prandio rurſus ineant, & non priùs. Qui modus in balneis Italiæ vbique ferè ſeruatur.

Germanorũ ritus. Lib. xxxi. cap. vi.

In Germania autem cubant in balneo diutius, quod damnauit Plinius loco ſuperius allegato, vtpote inimiciſſimum, quatuor ſcilicet horas antè prandium, & tres antè cænam: cum ſint, qui accommodata in balneo ipſo menſa, opiparè cum ſodalitijs bibere ſoleant, epulari, ludere tota die. Quod antiquum ei regioni eſt, ac in hiſtorijs relatum,

Caroli Magni balnea.

Carolum Magnum Imp. qui Aquiſgrani Thermas diutiſſimè frequentauit, conſueuiſſe omnis generis homines ſecum in balneum ducere, ibique adlata aliqua confabulandi materia, longam moram trahere. Hæc de balneis ſint dicta.

De vſu Aſperſionum ex aquis Simplicibus, Cap. XIII.

AD lauationes proximè ſuccedit Aſperſiouum vſus: qui cùm diuerſus ſit in ſimplici aqua, & medicata, particularem in vtraque conſiderationem habere oportet. Erat autẽ ex ſimplicibus aquis aſperſio penes antiquos, ac lautos illos Thermarum ritus frequentiſſima: vbi mos erat à calidis lauacris vel deſcendere in frigidum ſolium, vel perfuſam ex alto abundè ſuſcipere: quem morem in ſequentibus commodiore loco enarrandum remittimus. Porrò nobis vſurpanda veniet aſperſio, interdum ob balnei penuriam, & interdum data opera, vbi ob aliquam cauſſam prohibemur à balneo quod per ſpeciales quoſdam caſus breuiter percurremus.

Ardentibus feb.

Frigidam in faciem ægrotis aſpergimus, æſtate, in ardentiſſimis febribus, aut in vigore, aut in declinatione, vt ſpiritus ipſis refocillentur, quo remedio in his etiam, qui animo deficiunt vtimur; hiemeq. lactei teporis aquam potius quàm frigidam eſſe conuenit. Verùm in ſimplicioribus febribus, & in ſtomachi ſubuerſione poſcam quoque inſpergere de more antiquorum peridoneum eſt.

Frigida perfuſio capiti incõmoda.

Præcipuè tamen ea quæ capiti adhibetur, ſiue ob calidam eius intemperantiam, ſiue ob deſtillationem ſolutũ contumacem, in æſtate præſertim, & temperatura calidiore, ſiue oculis fluxione infeſtatis, cantè admodum adhibenda eſt. Quibus enim caput facilè læditur, periculoſus frigiditatis occurſus, ac delationis in grauionẽ ſoporem initium præbet.

Et pectori

Nec minus Thoraci noxia, qui à capite promptiùs frigiditatem contrahere, ac fortiſſimas vexationes perferre conſueuit, Itaque ne defluat aqua ad pectus, nonnullis ſpongiam ſiccam mento ſubijci prius debere conſulunt.

Animi deliquiis.

In animi autem deliqu'js, ſiue ex æſtu, ſiue ex longa in balneo mora, frigidam confertim aſpergimus patienti, frigidumq, aeris perſpiratum largimur, itaque reuocamus.

Sanguinis effuſionis.

Similiter his qui ſanguinem vndecunque ſundunt, veluti ex improuiſo, ac ipſis neſcientibus largè aquam frigidam inſpergimus cum euidenti vtilitate.

Deliramẽtis & ebrietati.

Deliramentum ex vino item, quod καρωνίαν Græci vocant, ſanat aqua plurima perfuſa, & ſomnus qui exinde ſolet ſuccedere, repreſſis ex aquæ frigidæ ſubitario occurſu ſpiritibus ad ſua principia.

Spongiæ frigidæ vſus.

Cæterùm vice aſperſionum, nõnulli ſpongiæ frigidæ adhibitione ad loca vtebãtur. Volebat Archigenes in febris ardentis exceſſu iuxtà ipſum vigorem, non ſolùm faciei ſpongiam eo modo eſſe adhibendam, verum etiam ipſi pectori.

Oculorũ affluxione Vigilijs & Delirio.

Vtemur etiam aſperſionibus in oculis fluxione infeſtatis, ac maximè ocymi decocto tanquam efficaciſſimo, alioque ex ramulis pinaſtrorum contuſis, ſicca ſpongia interim collo ſubiecta ob dictum periculum. Et in vigilijs in febribus, ac delirantibus ſimiliter, ac efficaciùs ſi incoquantur in aqua prius chamæmelli flores, violæ, nenuphar, vitium folia, ſalicum frondes, cannarumque, & aliquando papauerum calices, etiam in oleo, ſtatim enim placidus ſopor conſequitur.

Phreniti di, ac inflammationi cerebri

Ad Phrenitim verò, ac Cerebri inflammationem perfuſione vtendum, non extrinſecùs ſolùm, ſed quæ virtute ſua intrà craneum valeat penetrare. Quo in caſu & longa debet eſſe perfuſio, aſſiduaq. humectatio, & maioris penetrationis, & quæ ad effectum primariò faciant immiſcenda. Galeno authore x·.Methodi, qui in Cerebri, & eius membranarum

branarum phlegmone, reprimentibus per initia docet eſſe vtendum, & quæ in altum deſcendant. Verùm hæc quoniam incpta penetrationi ſunt, cum ipſis aliquid eorum immiſcendum eſſe, quæ præire, ac deducere ea intimè poſſint. Quale acetum cum oleo conquaſſatum: cui iuniores & Roſarum adiungunt ſtillatitium liquorem; Oxirrhodinumq. id genus perfuſionum appellant. Imò procedente tempore etiam calida commiſcenda monuit, ceù Spondilium inquit, atque Serpillum. Et Caſtoreum item inclinato iam affectu, vt quod duræ oſſium compagini occurrere debeat, ac penetrare; cùm ipſum alioqui in alijs phlegmonibus recuſemus. In Tetano frigidæ perfuſionem nonnulli audacius adminiſtrarunt, cùm ſit periculoſiſſima, eoq. (vt inquit Paulus) à poſteris omnibus Medicis damnatur, & nos damnamus. Siquidem dum inquit Hippocrates. Eſt autem vbi in diſtentione ſine vlceratione, iuuene benè carnoſo, æſtate media frigidæ aquæ multæ perfuſio calorem reuocat: Aphoriſmus verificatur penes illas omnes conditiones, nequaquàm in ſimplici Tetano. Nam, vt Galenus ibi interpretatur, Frigidæ aquæ occurſus aut vincit natiuum calorem, aut colligit: vincit quidem, quùm ille debilis eſt; colligit autem quùm fortis, ipſum diſſlari prohibens. Ad hauc ſententiam intelligendus eſt ſequens ibidem Aphoriſmus xxv. Tumores articulorum, atque dolores abſque vlcere, & podagricos quoque, atque conuulſa horum, plurima frigida affuſa aqua leuat, & extenuat, & ſoluit dolorem, nam modicus torpor dolorem ſoluit. Nimirùm quia his locis inflammatis, ideoque dolentibus (vt idem Galenus exponit) aqua frigida influxum cohibet, refrigerandoq. doloris cauſſam abſcindit, præſertim ſi longior fiat affuſio, quæ mediocriter ſenſum hebetat. Vtimur etiam conuenienter frigidæ aſperſione ad ſordes vlcerum incumbentes detergendas authoritate Archigenis, aut ſanguinem, aut ſaniem, aut pus, aut ipſa etiam medicaminum reſidua abluendo, ipſa etiam corpora à mordacitate, aut pruritu vexata mitigando. Conuenit item vlceribus, Galeno teſte, cùm ſicca, ſqualenſq. carnis intemperies viſitur, tunc enim (inquit IIII. & XIIII. Methodi) temperata aqua, humectareq. expedit. Eſto autem perfuſionis, humectationiſq. meta, particulæ rubor, ac moles eleuata. Cæterùm in omni eiuſmodi continui ſolutione frigida caueatur: Vlceribus enim (inquit Hippocrates) frigidum quidem mordax, cutem obdurat, dolorem facit inſuppurabilem, liuorem obducit: refrigerato nimirùm calore natiuo, qui ipſa vlcera ad ſuppurationem perducit, vt Galenus eſt teſtis. Iure optimo itaque (quanquam non ſine multorum malo, quos vidimus) iam exploſa eſt quorundam noſtræ ætatis Arcontiorum impoſtura, qui nouum, idemq. mirabile inuentum iactantes, ſub certo aquæ incantatæ prætextu, ſine vllo fermè delectu audebant vulnera in capite, in altum penetrantia, & quacunque etiam in parte inflicta, eiuſmodi perfuſione frigidæ, ac linamentis (vt prædicabant) incantatis ex ea aqua percurare. Quanquàm & nos vilipenſis pro rei medicæ ſeueritate illorum ſuperſtitionibus; multa vulnuſcula eo remedio, & ſimplici aqaa ſanauimus. Nam præter eas virtutes, quas detergendo (vt ex Archigenis authoritate ſuprà citauimus) præſtare poteſt ipſa frigida, condenſat etiam authoritate Galeni, conſtipat, contrahit, repellit, ac aſtringit quod excernitur: ſed quis neſcit naturæ opera, quòd ſola loci abſterſione cicatrix ſæpè obducitur? Verùm illi ad pauca reſpicientes, adaucta plerunque ex plaga mala intemperie (vt ſe hæc conſequuntur inuicem ſoluta vnitas, & intemperies) eoq. magis loco neruoſo exiſtente, quod præcauet in VI. Methodi Galenus, aut vulnere affatim penetrante, didicerunt, quàm ſit difficile vni experimento confidere. Alijs enim vidimus in ipſorum manibus paralyſim ex inſperato superueniſſe; aut cuiuſpiam particulæ reſolutionem, alijs vlcus fieri inſuppurabile, ac putridum: & alios tandem confarctis, ex toto corpore in quodpiam principalium membrorum ſuperfluis ex frigidæ repreſſione, oborto proximè abſceſſu miſerè perijſſe. Sat verò id pro nouitio inuento perdurauit.

Oxirodinorū paratus.

Apho. XXI.

Aphor. XXV.

Vlceribus aquæ conſperſio.

Apho. XX.

Frigidæ in vulneribus datio.

De vſu aſperſionum, quam in balneis naturalibus Ducciam appellant.
Cap. XIIII.

ASperſionum verò vſus ad balnea naturalia, rarior videtur fuiſſe antiquis. Siquidem eius proprium vocabulum (quod ſciam) nec apud Græcos legitur, nec apud Latinos authores. ἐμβροχὴ, ϗ ἐμβρέχειν, communius eſt; quaſi impluuium, & implUere, infundere, conſpergere. Nec tam ex Galeno colligimus vſum, quàm ex eo, atque Archigene corrigi abuſum, vt infrà ex VI. de San. tuen. videbimus. Plinius, quem habemus rituum omnium Antiquorum obſeruatiſſimum, inter vſus quas commemorat aquarum, de hoc non meminit. Meminit obiter Horatius, cùm eſſet in Baianis balneis, ad Valam illis verſibus; 31. 6.

Qui caput & ſtomachum ſupponere fontibus audent
Cluſinis, Gabioſq. petunt, & frigida rura.

De hoc ergo vſu nos ad recentiorum noſtrorum inſtituta tractabimus:& quam vulgus cõmuniter Dücciam, nos idem vocabulum, pro re noua, aliquando vſurpabimus, aliquando ad latina vocabula accommodabimus, ac modò ſtillicidium, modò aſperſionem appellabimus. Sunt ergo in balneis, quæ ad hunc vſum probantur, conſtitutæ fiſtulæ, vel vna, vel duæ, vel plures, quæ volubili epiſtomio clauſę, aquas à communi fonte, pro eo ac quiſque voluerit, vel reddere, vel retinere poterit. Delabuntur autem ex alto aquæ, palmi vnius, vel ad ſummum cubiti ſpatio, vel in balneum, vel in ſubiectum ad hunc vſum alueolum. Nam duplex eſt modus.

Duccia duplex.

Vnus quidem, vt is qui ſola vti debet aſperſione, ſuper oblongo ſedens ſcamno, vel ſuccumbens pectore affectam tantùm capitis irroret partem. Alter, vt ſe in balneum de more immergens, ſtillicidium ſupernè recipiat: qui modus in robuſtiore corpore, ac veteri affectu vtilior eſt, attrahente ſimul infrà balneo, ac aqua ipſa ducciæ ex ictu vehementer diſcutiente.

Inſtituti ducciæ ratio.

Atque hæc fuit cauſa inſtituti huius, vt addito ictu ex alto cadentis aquæ ad calorem, vehementior fieret diſcuſſio. In duobus potiſſimùm morborum generibus, frigidis ſcilicet & inueteratis. Ad calefaciendum, ad ſiccandum, ad reſoluendum, ad emolliendum induratas, & ad corroborandum imbecillas partes. Aut ratione ſitus, vtpote ſi vel in alto corpore hæreat affectus, vt exempli gratia Iſchias: vel (qua potiſſimùm

13. Meth.

cauſſa laudat Galenus perfuſiones in caput) ſi affectus duro oſſium, & caluariæ obice ſublatens, vim aliquam præſidij poſtulet, vt penetrare valeat, ac diſcutere. Qualem obtinent eo

Aquæ ad ducciam idoneæ.

inſultu virtutem quædam aquæ medicatæ, ſulphureæ in primis, quæ naturaliter ſint calidæ, & ſubtilis eſſentiæ. Ac potiſſimùm ſi vel nitri, vel æris quidpiam admiſerint, quorum miſtura maiorem acquirunt tenuitatem, ac penetrandi virtutem: quo nomine Sancti Philippi balnea ſub Senis, ſunt multis alijs anteponenda. Vtiles & aquæ, quæ vel alumine participent, vel ferro, vel aſtringenti miſtione aliqua cum ſulphure, vt & diſcutere valeant, quæ eſt prima intentio, & membra ipſa ſubinde corroborent. Tales hodie ducciæ mirificæ habentur ad Corſeni balnea in agro Lucenſi. Incomparabiles alioquì ob commoditatem, ac amœnitatem. Sunt & Patauinæ perutiles admodum calidæ, cum eineris, atque ſalis miſtura, & amœniſſimæ. Cum ferro, & ære ad Viterbium. Cæterùm ſi vllus vnquam

Ducciæ neceſſaria pręceptio

apud veteres fuit ducciæ vſus, vtiliſſima in primis, ac notatu digna eſt Archigenis præceptio, quam Galenus in VI. de Sani. tuen. & ex eo deinde Aëtius aſſeuerant. Siquidem animaduertendum eſſe calidarum ſponte manantium aquarum vſum noxium eſſe capitibus

Idem lib. 3. c. 1. & c. 2.

natura calidis: frigido alioqui exiſtente affectu. Quod declarans Galenus, Calidarum enim (inquit) quæ ſponte naſcuntur, ſulphuroſæ, ac bituminoſæ, propterea quòd calefaciunt, nocentiſſimæ ſunt capitibus natura calidis. Aluminoſæ verò, quoniam anguſtos claudunt poros. Ideſt, quia aut incendere nimium poterunt caput, & febrem excitare. Aut potiùs humores diſſoluere, ac liquabiles nimis ad aliquam nobiliorem particulam reddere, ac ſuffocationis inferre periculum. Quamobrem his naturis (vt rectè monet Ga-

Loco citato.

lenus) eæ duntaxat calidæ aquæ erunt vtiles, & citrà noxam, quæ vtique dulces ſunt; ideſt minus medicamentoſæ: quoniam (ſubdit) nec calidæ eſſent, ſi omnis calefacientis ſubſtantiæ expertes eſſent. Ex quibus colligitur ducciam frigidis eſſe proprium remedium: hiſq. tribus, affectibus, naturis, membris frigidis. Facit ad effectus omnes frigidos, ac inueteratos, primùm capitis, deinde neruorum, ac iuncturarum id genus morbis. Cæteris locis, vt hepati, lieni, ventriculo, vtero quæ minus ſunt natura frigida, frigido quamquam teneantur affectu, aut perperam duccia adhibetur (quod nonnulli tamen committunt) aut certè non niſi contumaci, ac iam deſperato affectu concedendum. De vſu: debita ac dili-

Vtendi modus.

genti ſuppoſita præparatione, tùm corporis vniuerſi, tùm laborantis ipſius particulæ, maximè verò capitis, res ita ineatur. Incipiendum prima die leuiter, ideſt exiguo, ac tepido ſtillicidio, & quandiu non moleſtentur, ſubeant; mox calidiùs indies erit comparandum. Moris eſt autem caput prius deradere, qua parte ſaltem guttæ ſubeundum eſt, quatuor digitorum latitudine, & duorum inſtar longitudine à coronali in ſagittalem ſuturam; mox circundata leui pileo capitis corona, ſuper ſcamno balneario ſubeundum. His qui-

Loca ducciæ ſupponenda.

dem qui frigido, humidoq. catarrho, aut alioqui humido, neque multum calido afficiuntur, aut verbi gratia ſurditate tenentur, bregma ſupponendum, quo loco cranium tenuiſſimum eſt, atque rariſſimum. Qui autem aut reſolutione debilitati ſunt, aut detentione, aut ſpaſmo, aut alicuius partis infirmitate, aut neruorum contractione, aut aliqua huius generis mollificatione laborant, ſuper occiput, vbi neruorum principium ſit, impluuium recipiant, quod cadens per humeros totam ſpinam perfundat. Si defluxus verò ceſſauerit, partes ipſas ſolutas, contractaſq. duntaxat irrorandum: quod multum, ac diu pro primario, & iam conſiſtente affectu fieri debet. Hemicrauia denique, aut alterius

membri

membri frigido, vel antiquato affectu detenti imbecillam, obſeſſamq. iam particulam ſubijciant. Idq. mane diluculo, & veſpere factitandum, aluo exinanita ſemper, ac ieiuno ventriculo. Vel ſi minus validi ſint, ſemel in die ſubeant; & vbi ſolitum eſt quindecim plus minus dies ſuccumbere, hi ſuppleant dierum numerum, ad viginti circiter dies, atque amplius.

Tempus.

Tempus verò particulare, eſt pro conditionibus anteà poſitis varium, & omnino ad horæ ſpatium, & amplius, pro tolerantia.

Mora.

Vel quæ certior meta eſt, quandiu ſentiant ægri aquæ caliditatem ad intrinſecas capitis partes penetraſſe. Tùm exiens, ac deterſo lenibus linteolis capite, deraſa capitis particula panno laneo, & ſcuffia obtegenda eſt: tùm quidem vt impreſſa diu aquæ medicatæ qualitas conſeruetur, tùm vt ne lædatur extrinſecus; quin cruſtam etiam ipſam relictam capiti ab aqua ducciæ, multis à duccia diebus ſeruandam conſulimus. In die cauendum à ſomno, qui hoc maximè vſu ſolet obrepere. Simul atque noxiæ à capite rheumati defluxioniq. quam adeò deteſtati ſumus, occurrendum; cuius cauſſa ſacchari roſacei ſemunciam hora ſomni ſumendam conſulimus, ac interdiu ſacchari candi quidpiam elambendum. Subinde per quadraginta dies, victu vtantur regulari, caput non lauent, nec cruſtam (vt dixi) remoueant. Solem vitent, ventum, & Venerem: de quibus poſteà præceptionibus dicturi ſumus, atque harum hic breuiter meminiſſe non erit inutile.

Regimen particulare.

De Sudatorijs, atque vſu vaporum balnearum naturalium. Cap. XV.

QVem locum habent Stuphę in Thermis Vrbanis, eundem obtinent in naturalibus Sudatoria. Hoc excepto, quòd ſtuphæ, vtpote concalefactæ ſimplicis aquæ calidæ vapore magis humectant, ſanis idcirco vtiles, & imbecillis. Sudatoria autem naturalia, pro ignea actu, & poteſtate virtute minerarum, impensè exiccant, calfaciunt, ac pro exacta tenuitate ſummè penetrant, valenter diſcutiunt, promptiſſimeq. ſudores eliciunt.

Facultates communes.

Vſus idcirco eorum præcipuus, eſt ad calefaciendũ, ad exiccandum, ad emolliendum induratas partes, ad euacuandum denique per ſudorem vniuerſum corpus. Commodiſſimæ itaque naturales ſudationes hydropicis ſunt, & quocunque ſeu humore, ſeu flatu diſtentis. In his enim (vt inquit Celſus) euocandus eſt ſudor, non modò exercitatione, Laconico, & Clybano, ſed & harena calida, & ſicco vapore, quales maximè vtiles ſuo tempore prodidit ſuper Baias in Myrthetis, quæ ad hanc etiam ætatem manent. Faciunt ſimiliter ad ædemata, quacunque in parte corporis ſoluenda, in abdomine, in pedibus, in teſtibus: nam ex ipſo didicimus hernias quacunque ex cauſſa generatas, ac in principijs potiſſimùm hiſce ſudatorijs percurari. Faciunt item ad induratos iuncturarum, ac neruorum affectus, ad Iſchiadem, ad podagram, ad diſtentiones quaſcunque, præſertim ex reſolutione factas, ac interdum etiam ex vulnere. Siqua verò in parte balnei, neceſſaria in hac eſt vniuerſi corporis præparatio, atque purgatio; Nam hoc maximè vſu poſſunt humores impensè eliquari, atque hominem lædere.

Præparatio.

Porrò vtendi modus (me iudice) eſſe debet, vt quoniam vim adeò ſubitariam vix vlla corpora benè reciperent, per ſuaues prius alias balneas diſponerentur, vnde quaſi exonerata multis ſuperfluis natura, aſſuefactaq. lenibus balnei ſudationibus, facilliùs ad hos vltimos reliquiarum conatus alliceretur.

Vſus.

Intret patiens, vt in alijs vſibus iam diximus, ieiunus, ac ventre vacuo, ac intret totus excepto capite: quod vel pileo, vel auerſo ſitu à vaporibus tueatur. Comparantur autem ſudationes penes diuerſam locorum aptitudinem varijs modis. Sunt qui ad aquas ipſas medicatas, & calidas, vapores excipiunt, vbi per aliquam loci anguſtiam exhalent, conſtructa ſuper ipſos (quantum locus patitur) domuncula, ſaltem poſititia. Quod genus ſudationum haud acris admodum virtutis eſt, pro aliquo, qui cum ipſis vaporibus eleuari debet, aquarum humore, ac innoxiè ferè ſumuntur.

Forma ſudatorii humida.

In alijs verò naturales terræ cauitates reperiuntur, quas (vt in puteolanis videre eſt) ſubiecti caloris ignei vehementia, ac ars ſimul dilatauit, vbi ſtantes tanquàm in hypocauſtis, conſertiſſimos ſtatim ſudores mittunt. Atque hoc genus acres admodum ſudationes, & ſuprà Laconici vires, molitur, niſi quantum quiſque eas compenſare ſibi poteſt, aut humi iacens, aut medijs aſſidens gradibus, aut ſupernis, quò maximè vaporis ignei copia eleuatur. Nec deeſſe debent in benè ordinatis ſpiracula quædam, vnde aſtantes, & ægri, aura interdum extrinſeci aëris recreentur, & vt ratio exigit, vaporarij halitus ad condecentiam euentetur.

Sicca.

Quin etiam aliquibus locis hæc altera habetur commoditas, vt immiſſis in quædam foramina, ad hunc vſum conflata, membris ſolis affectis, vaporum virtus vbi tantùm opus eſt, recipiatur. In quo membra ipſa affecta ſenſim dimouere oportet, ac paulatim ad naturalem ſitum, quem intenderis, aſſuefacere, ac exceptis ſudationibus, eadem condecenti aliquo præſidio tota die, ac nocte cuſtodire, vt vel vnguento, vel cerato, vel puluere id genus aliquo, quæ communiter in contractionibus, in-

Foramina particularia.

duratiſq. iuncturis vſurpari ſolent. Cæterum qui hoc remedij genere vti volent, commonendi ſunt, quòd ad ſudatoria naturalia, etiam balnearum ſalubrium, cryptæ etiam quandoque reperiuntur inſaluberrimi halitus: quare haud minimè cuiuſquam intereſt, loci naturam vtcunque prius habere compertam. In vniuerſum verò, nocent naturales omnes ſudationes naturis primùm calidis & ſiccis, item longo morbo imbecillis, & his denique qui facile propter æſtum animi deliquia incurrunt.

Nocumẽta.

De illutamento in balneis naturalibus. Cap. XVI.

OMnis terra (inquit Galenus 1x. Simplicium) vim poſſidet deſiccandi. Vnde & pinguis agrorum terra, quæ colitur, vtilis eſt ad curationem omnium partium reſiccatione indigentium, quomodo ea in Alexandria, & in Ægypto vtuntur. Vidi enim (inquit ipſe) in Alexandria hydropicos, ac lienoſos aliquos terræ Ægyptiacæ illutatione vti, qui ſibi ſuras, fœmora, cubitos, brachia, tergum, latera, pectuſq. linirent, ac perſpicuè iuuarentur. Eundem in modum & veteres inflammationes, & laxos tumores, quæ Græcis œdemata dicuntur, hoc lutum perſanat. Quinetiam noui quoſdam toto corporis habitu aquoſos, ex immodica hæmorrhoidum euacuatione redditos, inde manifeſtum ſenſiſſe auxilium. Et quidam diuturnos dolores iuxtà partem aliquam firmatos, prorſus hoc luto ſanauerunt. Hæc Galenus. Quam tamen facultatem haud equidem omnem terram, quæ colitur, æquè arbitror obtinere, ſed illam Ægyptiam maximè: quæ nimirùm Nili quotannis diluuia recipit, ac tota harenoſa idcirco, & ſalſa, & nitroſa redditur, pro naturali, quam diximus, ſoli illius fluminis qualitate. Nec terram ſolum dixit, ſed lutum pingue. Hoc enim differre lutum à terra videtur, quòd hæc cùm aut pinguis ſit, aut arida, aut compacta multis modis lutum dicitur ſi cum humido miſceatur, ſeu terra ſimplex, ſeu miſta ſit. Propriè autem ad hunc vſum, lutum intelligimus medicamentoſum, quod in fundo medicatorum fontium reſidere ſolet. De quo & Plinius meminit lib. xxxi. cap. 1. & vi. Vtuntur, inquit, & cœno fontium balnearum naturalium vtiliter, ſed ita ſi illitum Sole inareſcat. Qui vſus hodie eſt frequentiſſimus. Ad emolliendum induratas partes: quo in genere balneum Sancti Bartholomæi in Patauinis, eſt in toto orbe percelebre. Ad calefaciendum, ad ſiccandum, ad diſcutiendum, ſoluendumq. contumaces in aliquo membro impactas materias, infixos (vt dicebat Galenus) alicui parti dolores amouendos. Ad roborandum denique, ac firmandum maximè iuncturas, ac neruoſas partes. Eſt autem lutationis vſus duplex: poſt balnei vſum plures dies, & cum ipſo balneo decem, vel quindecim dies, & vterque eſt laudabilis. Quo fit, vt ij, qui vel particulam quampiam ex longo morbo imbecillam confirmare velint, vel relictos tumores, vel dolores diſcutere, vel contracta membra extendere, vbi prius condecenter ſe præparauerint, ac balneo vſi fuerint plures dies, affectam partem luto huiuſmodi, actu calido, & quale ex ipſo fonte ſumitur, illinant. Vel balneum ingrediantur calidum ſummo mane, mox Sole inualeſcente vtantur luto, quod ſubinde reſiccatum, reliquo interim corpore, & capite defenſo à Sole, ad horam immutent. Vel facto cumulo nouum ſuper imponant, donec reſiccatum ad duas circiter horas, vel cadat ſponte, vel amoueatur. Tunc lauent eodem balneo membrum ipſum affectum, ac exiccent linteo, mox adhibito condecenti ad id quopiam præſidio, vel vnguento, vel oleo, vt dicemus, prandendum eſt. A prandio quatuor ad minus horas ſuperſedendum eſt: hoc ſiquidem tempus naturæ totum condonandum eſt ad digeſtionem alimenti primam, & vt quieſcant interim affecta membra. Facta verò in ventriculo coctione (quo nomine parciùs prandendum erit, quàm cœnandum) ad lutum redeant eodem tenore. Veſpere autem conſcendant rurſus in balneum, vel pauliſper vtantur perfuſione, vt vna aqua, vnaq. opera, & lutamentum abluant, & membra ipſa iam lutata confirment, mox inungant, & cænent. Sunt qui anaſarcam patientes, prægreſſa aliqua diligentia (vt monet Aëtius) inter initia admiſto ipſi illutamento ex diſcutientibus quopiam, totos (ſi oportuerit) illinant, moxq. in fine in balneis abluant. Ad dolores verò, & tumefactiones laxas, & neruos contractos, affectam partem illinire à balneo quoque vniuerſali, ſatius eſt: ac ita aſſiduo illutamento vti, quod efficaciùs tùm diſſoluat, tùm roboret. Vtile verò, ac recipiendum quod Montagnana conſuluit, vt qui contumaces id genus duritias, vel contractiones, aut balneo, aut illutamento curant, aliquo ad eandem intentionem proprio linimento, per reliquum diem, ac noctes vtantur. Quale ipſe habet, quod recipit: Olei ſeſamini, olei amigdalarum dulcium ſingulorum ſexcunciam: medullæ crurum bouis, ſepi caſtratini, pinguedinis gallinæ, ſingulorum vnciam: vitellos oui duos: croci drachmam. cum aceto poſteà; in quo diſſolutum ſit ammoniacum, conformetur linimentum; addito, ſi libet, pro narcoticis opio,

Terræ Ægyptiæ lutatio. — *Lutum quid differt à terra.* — *Electio.* — *Vtilitates* — *Vſus duplex.* — *Lutamentum miſtum.* — *Linimentum poſt lutationem.*

aut

aut chamæmeli floribus, ad dolorem leniendũ. Vel æſto ex bdelio vnguẽtum apud Meſuem, vel aliud huiuſmodi. Cinerei, vel ſalſi cæni illutatio, tumores lienis, aliarumq. partium, ac cæteras inflationes ex craſſo, frigido, ac impacto alicubi phlegmate valenter diſcutit. Cocturas item ignium ſanat vel etiam factas aquis feruentibus, ſi aut cinerem, aut calcem; aut lithargyri recrementa lutum præ ſe ferat: & ex terra ipſa, cretoſaq. intritum veſicas eleuari prohibet, vrigioemq. pœnitus abolet. Sunt qui illutamenta ſibi arte quoque componant; quale extat apud Aetium, Ad tumentes corporis eminentias. Atramenti ſutorij partes quatuor: aluminis ſciſſi madefacti partes ſex: luto fuſco ſubigito, & ægro nudato, ac præfoto, corpus illinito, deinde lauato, ac rurſus eodem modo foueto, linito, abluito; quod vbi ter feceris cum roſaceo inungito, ægrumq. per totam noctem contegito, reperies ſanum. De ceromate. Inter artificialia porrò lutamenta, ponemus ceromata, quorum antiquis vſus, & copia maior, qui id ſtrigmentum ex puluere ſe exercentium, oleo, & ſudore colligebant in balneis, & in palæſtris. Solebant enim Athletæ oleo præuenti, ſe quodam puluere conſpergere, aut Puteolano, aut Baiano, aut Nili harena, quam ad hunc vſum Romam conuehi ſolitam ſcribit Plinius lib. xxxv. cap. 1. & Suetonius in Nerone. Vngebat quidem ſe quiſque oleo, quo lubrico magis corpore, colluctantis manus euaderet: alter contrà conſpergebat alterum aliquo id genus ſicco puluere, quo tenaciùs apprehenderet. Cuius ritus exemplũ de duobus Palæſtritis habetur a Statio his verſibus:

Illutamẽtum ex arte.

Cœroma quid.

Statius 6. Theb.

Poſtquàm oleo gauiſa cutis, petit æquor vterque
Procurſu medium, atque hauſta veſtitur harena.
Tum madidos artus alterno puluere ſiccant,
Collaq. demerſère humeris, & brachia latè.

Ad quem ritum ita Martialis alludit. *Curua tenent.*

4. Epigrã.

Seu lentum ceroma teris, trepidumve trigona,
Siue harpaſta manu puluerulenta rapis.

Poſt exercitationẽ, corpora ſudore, & craſſo illo vnguine delibuta, ſtrigilibus ad hunc vſum tergebantur antè balneum: idq. ſtrigmentũ ſeruabatur pro precioſa medicina. Notum eſt (inquit Plinius) magiſtratus honoris eius, octogenis ſextertijs ſtrigmenta olei vendidiſſe. Calfaciunt (inquit Dioſcorides) quæ in balneis colliguntur ſordes, molliunt, diſcutiunt, ſedis rimas, & condylomata, vtiliter eis inunguntur. Quæ verò ex palæſtris admiſſum, concretumq. puluerem habent, ſordibus ſimilia, articulorum in digitis concretionibus impoſita proſunt. Contra coxendices, malagmatis, & ficci fomenti vice pariter imponitur. Nec minus calfaciunt quæ in Gymnaſiorum parietibus, & quæ illic ſunt ſtatuis, vnguinis ſordes hæſerunt. Panos difficile ſuppurantes, diſſipant, deſquamatis prætereà, & inueteratis vlceribus valde accommodant. Hæc Dioſcorides.

Strigmenta olei.

Sordes balnei.

De vſu ſaburrationum, & inſolatus. Cap. XVII.

SAburra harena dicitur craſſior, & vilior circà maris littora, quã naues oppletæ ſtabiliri ſolent; vnde ſaburrare, & ſaburrari, quod eſt harena onerare, ſeu obruere, & ſaburratio deducitur. Vſurpatur autem ſaburratio apud Medicos, obrutis ſub Sole, atque harena corporibus; in ægritudinibus frigidis & humidis, atque id genus membrorum tumoribus. Materia tamen diuerſa ſumitur prout vſuuenit, & prout fert ipſa commoditas. Probatur communiter ab authoribus Saburra maris, quam diximus: electiſſima tamen ſi mineralis ſit, & ſponte calens. Qualis ſine pari habetur in Aenaria Inſula ad aquas calidas: Solum enim ſulphuroſum natura eſt, aluminoſumque, & ferreum, calidum ſponte, & actu ſiccisſimũ; quo vtiliſſimè hodie ægrotantes, præſertim hydropici ſaburrantur. Qui hac carent commoditate, vtantur ſimplici ſaburra maris ſub Sole, feruente præſertim canicula. Sunt qui longè a mari ſabulum è cauaminibus foſſium corbulis ſecernant, ac ad Solem reſiccatum in hunc vſum vſurpent. Eſt enim hoc foſſicium Sabulum ſiccæ pariter conſiſtentiæ, vtpotè quod ſubterraneus calor in cauernis montium diutiſſimè aduſſit, vt teſtis quoque eſt Vitruuius. Et Sapientes, qui vſque in viſcera terræ metallicam ſerutantur naturam, aſſerunt pellucidas harenæ micas, quæ auri, vel argenti inſtar emicant; ſulphuris eſſe ſpeciem naturaliter diluti, atque decocti, quo ſiccius eſſe, ac vtilius iudicatur. Alij (quod Aetius tradit ex Antillo antiquo medico) vbi alterius ſaburræ, aut ſabuli non eſt copia, fluuiatilem accipiunt harenam, quanquam hæc diluta magis eſt, nec adeò ſicca, quem modum Arenationem appellant. In vniuerſum ſaburratio, ſiue arenatio, illutationi perquàm ſimilis eſt, ac ægrotantibus admodum vtilis. Oportet autem miniſtrum adeſſe, qui calentiſſimam ſub Sole harenam colligat, & corpori ægrotantis confertim ſuperingerat, loci recubitu aſſiduè permutato. Si quidem igitur mare adfuerit,

Saburra, Saburrari, & ſaburratio.

Sabulum minerale.

Sabulum foſſicium

Arenatio.

fuerit, eius ſaburra vtendũ eſt: nam & leuior, & magis reſiccans pro ſalis qualitate huius harenæ fotus eſt, ac feruidior. Sin minus, aut fluuiali, aut etiam foſſicio ſabulo vti poterint.

Vſus.

Vtuntur autem his ad Cardiacos, cùm ſcilicet ob atram bilem in ventriculo ægri conflictantur. Ad Elephantiaſim, bibitis anteà ex naturalibus aquis quibuſdam, quas poſtea dicemus. Iuuat quoque Podagricos, præſertim vt ne tumores in tophos occalleſcant, in harena, vel ſabulo ſaburrari, ac ita profusè ſudare. Sic & cæteros iuncturarum dolores; & fricatio pariter locorum cum ſale, Auicenna. Quidam ex ſale, nitro, & oleo pultem conficiunt, eaq. infricant hydropicos ſimiliter nam modico prius humore educto, ſaburratione in harena, Sole, & ſiti, & cibis deſiccantibus eos maximè iuuari comperimus. Paulus. Leucophlegmatiam autem patientes, quæ propriè aqua intercus dicitur (inquit Aetius)

Cimoliæ terræ vſus

valde leuat vſus volutationum in puluere: præſertim verò ſi aut Cimolia tenuiſſimè trita ſubſternatur,

Aſii lapidis.

aut ſuper Aſium lapidem ægri deuoluantur. Cæterum recipiendum à nobis, quod ex Antillo ſimililer literis prodidit Aetius, de inſolatu.

Inſolatus.

Quidam enim in hoc vaporationum genere ſe ad Solem exponebant, partim non vncti, & ſine alio ſtudio, quod de Plinio Secundo accepimus: alij etiam vncti, & alij deſidentes, aut decumbentes, alij ſtantes, & deambulantes, aut currentes. Ex decumbentibus aliqui in ſtrato, aliqui ſuper corio, aliqui in harena, aut ſale decumbebant.

Heliocamini vſus.

Antiqui in partibus ædium (vt Plinius Iunior eſt teſtis) ad ſudationes priuatas vtebantur Heliocamino, quod eſt propriè Solaris fornax, ſeu vaporarium in aprico ſitum, ad calorem Solis excipiendum. Solaris itaque inuſtio citrà vnctionem moderatè adhibita perſpirationẽ occultam prouocat, ac ſudores elicit, aluum tamen ſiſtit, & pinguitudinem minuit. Porrò ſpiritum etiam denſiorem reddit, & propterea anhelos, & recta ceruice ſpirantes exacerbat. Verùm capiti diuturna frigiditate laboranti commodat, nam & firmum, & minus obnoxium ægritudinibus efficit: oportet autem his aluum prænacuatam eſſe: inimica eſt enim inſolatio capiti, euacuatione infernè non præmiſſa. At verò quæ cum vnctione fit inſolatio, eadem ſimiliter præſtare poteſt, exiccat tamen magis, atque corpus, velut vnguine aſſatum denigrat. Qui verò deſidentes, aut ſtantes inſolantur, vehementiùs, quàm deambulantes, & magis quàm currentes inuruntur, decumbentes autem in ſtrato non magnopere iuuantur,

Iuuamenta,

ſed capite magis grauantur. Omnino ſub diſcutientium cenſura ad multa conferre poteſt inſolatus, nam tumores laxos, tùm alios, tùm maximè hydropicorum abolet, & hydrops ſubtercus, quam leucophlegmatiam diximus, maximam curandi rationem in inſolatibus habet. Itaque tumefactæ partes ad Solem exponantur, capite ſaltem velato, & cauendo ne tumor vehementius ſupercaleſiat. Si enim incaleſcat ita corpus febres accedunt, vnaq. cum ipſarum febrium generatione tumores duplicantur, atque multo minus remittuntur. Vtendum igitur fricatione, prima quidem die per modicum oleum, in quo Scylla medioci magnitudine incocta ſit, moderatè ac molliter infricando; in progreſſu autem frictio & ſicca, & multa ſit, & cum intenſione magis appreſſa, deinde etiam per lintea aſperiora. Ab inunctione autem exercitijs vtantur, ac pro viribus currant, indeq. ſudorem aſperiore linteo abſtergant, & poſt hoc oleo dulci vngantur, ac per plures dies exudationes eiuſmodi omni ingenio moliantur. Optimè facit, & fricatio ex ſale in aquam, aut oleum illiquato, ſi cum eo in Sole, aut iuxtà ignem defricentur. Valde enim celeriter, & ſudores elicit plurimos, & carnem cogit, ſiue in Sole, ſiue iuxtà ignem eo vtantur, dummodo caput à maximo Solis feruore tueantur.

Volutationes in puluere.

Vtendum & in puluere volutationibus, & in harena, ſale, triticoq. à Sole concalefactis, vt mox dicemus. Cæterum hiſce omnibus reſpondent Laconici, ac exudationes in hypocauſtis, quibus iam vtebantur in Thermis antiquis. Hac autem noſtra tempeſtate idoneæ magis, ac paratù faciles inſolationes ſunt, quanquam non adeò vehementes.

De his quæ ad vſum inſolatus, ac ſaburrationis vſurpantur. Cap. XVIII.

MVltoties in eiuſmodi tumoribus, ac laxitatibus ſoluẽdis, aut ex ęgri imbecillitate, aut vſuum aliorum incommodo, aut alia conſimili quapiam cauſſa, quædam alia experimenta, dictis haudquaquam diſſimilia, Medici vſurpant. Iubentes, inquam, ęgros decumbere modò in ſale, modò in tritici aceruo, & modò ſuper corio calfacto, modò in ſtrato ſubſterniculis quibuſdam ſubditis.

Decubitus in ſale.

Si ſalis ſit copia, laudatiſſimũ præcæteris ſaburrationum generibus eſt, tenui ſale ſubſtrato hominem cubare. Oportet autem (iuxtà Aetij ſcripta ex Antillo) altitudinem non minorem eſſe tribus palmis, ſi enim non fuerit altus ſal, quam conceperit in ſe caliditas facilè difflatur, vtpotè quæ ex alto emerſum, ac progreſſum non habet.

Decubitus in tritico.

Quendam commemorat Galenus hydropicum, in tritici aceruo obrutum fœlici ſucceſſu omni tumore diſcuſſo ſurrexiſſe. Et Plinius, Sext. Pompeium

Hiſpa-

Hiſpaniæ citerioris principem, cùm horreis ſuis ventilandis præſideret, dolore podagræ correptum merſiſſe in triticum ſeſe ſuper genua, leuatumq. ſiccatis pedibus mirabili modo, hoc poſteà remedio vſum eſſe. Qui ſuper corio ſe ad Solem exponunt ægrotantes, non vulgarem vtilitatem conſequuntur, nempè Hydropici, Iſchiadici, Nephritici, Paralytici, elephantiaſi laborantes, tumeſcentesq. caſu quodam dum cibis reficiuntur. Cæliacis quoque, & qui circà veſicam veterem morbum patiuntur, ex frigidaq. intemperie conuulſis conuenit; & adhuc amplius, fæminis quæ ex vterinis affectibus ſtrangulantur, & quæ alba vteri fluxione infeſtantur. Oportet autem magnum eſſe corium, oleoq. perunctum, ac ſuper tenuem harenam cribratam extentum, ac vbi ſub ſole præcalfactum eſt, tùm ægrum in eo decumbere, capite cum crudo linteo velato tantum, & (vt aliquibus placet) facie cum ſpongia aſſiduè deterſa. Permanendum verò diutiùs in ea decubitus figura, & poſtquã corpus multum fuerit ferueſactum, vertere iubendum, ac deuoluendum, & poſteà rurſus in alterum latus, & quieſcendum. Atque hoc ipſum ſæpiùs facere expedit, & aliquos pro indicatione morbi poſt hæc omnia, aut marina, aut aluminoſa, aut ſulphurulenta aqua lauare, non fuerit alienum. Vidi qui in repentinis contractionibus, præſertim ex vulnere, ægros quamprimùm multo furfure ex feruenti aheno ſuper ſtratum ipſum obruerent, contegerentq. cum ſperato ſucceſſu. Alij ſunt, qui ægro decumbenti ſubſternicula ſupponunt ex reſiccantibus ac digerentibus herbis, vitice, pulegio, calamento, ſampſuco, ſaluia, abrotano, abſynthio, chamomilla & ſimilibus: in inflatis, male habitis, hydropicis, reſolutis, conuulſis, tremulis, frigidis demum atque humidis. Mirum eſt enim quantum hæc ipſa per ſomnum reſiccent, (vt conſtet teſte Archigene, & apud me) quoſdam in his pro morbi condecentia obuolutos, à ſomno penitus ſurrexiſſe firmos, & reſiccatos.

Decubitus in corio ad ſolem.

Decubitus in furfure.

An in cibarijs vtendum ſit Aquis Medicatis. Cap. XIX.

OMnia ergo iſta de primis Aquarum Naturalium inſtitutis, & de vſibus communiter balnearum dicenda erant. Quoniam autem ea eſt rerum omnium bonarum labes, vt rectum quaruncunque vſum paulatim homines ad ſuas cupiditates detorqueant, conuertantq. in abuſum, quod plurifariam contingit in balneis: idcirco iam trium præcipuè errorum hic eos admonebimus. Sunt in balneis, qui vix viderentur quæſitas vtilitates obtinere, niſi eas quibusq. audierint modis vtiles vſurparent: non quidem in balneis ſolùm, & potibus, verumetiam in Clyſterijs, & in fomentis, ac non deſunt, qui ſine diſcrimine aquas ipſas medicatas vſurpent pro ſimplici, atque ex eis vel tẽperant vinum in poculis, vel carnes excoquunt, parantq. edulia: Itaque quid de his ſentiendum ſit, dicam breuiter. Sanè equidem ne errorem nunc dixerim clyſteres ex aqua balnei comparare: id tamen in certis caſibus factitandum, vt iam diximus, in Colico affectu, atque Hydrope: haud tamen eorum vſum communiter conſulimus, nec ex quacunque balnei aqua. Duabus rationibus: tum quia ignorandum nõ eſt, in pleriſque caſibus, qui curentur ad balnea naturalia, clyſteres vel non ſufficere, vel nequicquam eſſe. Tùm quia non minoris noxæ eſſe poſſunt quàm vtilitatis, vbi per eos intempeſtiuè natura ad deiectoriam partem proritetur, fortaſſe inuita. Fomentorum quoque nullus vſus eſſe debet in balneis naturalibus: quippe balneum vniuerſam ſimul corporis temperaturam, atque eius affecti membri reſpicit: fomenta verò ipſa quodpiam veluti refugium ſunt ijs, qui vbi non poſſunt ex aliqua occaſione vti balneo, fomenta ipſa pro locali vſurpant remedio. Vel, vti fit ad Porretanas aquas, ſi adhibeantur circà pectinem fomenta his, qui ſumptas minus reddunt aquas. Abuſus verò, qui inſignis periculi eſt, aquas medicatas in potibus ac cibarijs vſurpare, non erat apud antiquos, ſed noſtri ſeculi inuentum, & (vt quiſque decipimur ſpecie recti) ob duas cauſſas. Vna quidem eſt ſaporis illecebra, ob quam aliqui eas cum vino temperant, bibuntq. ſuauiùs, vt vſuuenit de quibuſdam Acidis ad vrbem Romam, de quibus mox paulò dicemus. Altera occaſio ex vulgari ſama ſumitur, cùm quæpiam balnei aqua perinde ſolet in ſuauitate ſaporis celebrari, ac ſi ſimplex eſſet, & potabilis, cùm non ſit. Haud enim id abſolutè intelligendum eſt, ac minus vſu recipiendum: ſed ad reſpectum duntaxat compoſitarum illarum, quæ planè aut in ſapore, aut in odore quampiam præ ſe ferunt inſuauitatem, eatenus ſuaues ſunt intelligendæ, non tamen dulcibus comparandæ. Quo nomine celebrantur in Puteolanis permultæ aquæ: Fontanalis in primis dicta aqua, Cripta item, & Iuncaria, & aliæ, quæ ibi Nitratæ ſunt, ac bituminoſæ miſturæ. Aliæ & in Baianis, quæ cùm videantur non adeo differentes à ſimplici aqua, ſunt omnes tamen plus aut minus compoſitæ. Salſæ ſunt Aquarij aquæ, quanquàm eas aliqui vſurpent in cibarijs. In aquis ad Borbonium Ancerici in Gallia, nihil adeo inamœni ſaporis reperitur, & cùm in edu-

Tres abuſus.

Clyſteres

Fomenta.

In cibis an cõueniant Medicatæ.

Suaues balneæ, quæ intelligantur.

in edulijs conficiendis vſurpentur, cæterùm ſunt alterum Bullicanum, & Sulphuratiſſimæ. Tales perperam vſurpantur in Hiſpania ad Orenſem ciuitatem. cùm tamen ex minij mi-

Acidæ ad vrbem in cibarijs damnantur.

ſtura, ac ſulphure, ſint admodum calentes. Acidæ omnes, quas hodie Romæ permulti ſanè viri illuſtres cum vino bibunt, ex communi conſenſu chalcanthum obtinent, vel ſalis quidpiam, vel cineris, vel aluminis. Sunt enim acido inſigni ſapore, ac linguam ſuctu quodam carpunt, & relinquunt decoctæ in vaſe albiſſimi pollinis ſpeciem, gypſi, aut calcis inſtar ſalſiuſculæ. Quanto autem verſentur in errore hi, qui vtcunque medicatis abutuntur aquis, duabus potiſſimùm rationibus demonſtratur. Primo, quia aquam, quæ miſta eſt, vſurpant pro ſimplici. Deinde rem, quæ eſt medicamentum, vſurpant pro alimento, & iam ſcimus quòd medicamenti ſubſtantia cum non poſſit à natura digeri, neceſſe

Lib. 1. c. VII.

eſt vt in malum conuertatur humorem, qui plurifariam poſteà ſeſe exerit noxius. Cui periculo argumento eſſe poſſunt pluuiales illæ aquæ, quæ eùm ex tonitru pluerint, aut per tegulas excolatæ ſint metallicas, acrem quandam potuerint concipere qualitatem, ob quam æſtuoſæ, ac noxiæ ſtomacho, & inteſtinis, ab vniuerſa Medicorum ſchola damnantur, non ſine dyſenteriæ, aut inflammationis alicuius viſcerum periculo his, qui eas ſumpſerint. Multo ergo magis damnandæ veniunt potibus ſponte manantes aquæ quæ manifeſtam ex natura alicuius mineræ miſturam conceperint, quæ omnes ſiccant, ac aliquam idcirco obtinent medicamentariam qualitatem. Porrò conſtat Alimentiac Medicamenti eſ-

Alimenti & Medicamenti oppoſita ratio.

ſe oppoſitam rationem, etiam in vſu aquarum ipſarum. Sanè aquæ balnearum, vt ſunt omnes quoddam medicamenti genus, operantur, quando operantur, tùm quantitate ipſa, qua ebibitæ comprimunt ad excretionem, tùm qualitate, quam obtinent, abſterſiua: quin natura ipſa cooperante detruſæ, interna quæcunque tranſeunt membra expurgant omni excremento. Contrà verò accidit vbi in cibarijs, aut in potibus ſumendæ veniunt: nam ob modicam quantitatem, neque ſollicitant naturam ad excretionem, neque grauant, ſed cum alimēto ſimul ad intima vſque viſcera diſtributæ, neceſſum eſt alterum duorum. Vel vt corrumpantur, & in malum conuertantur humorem: quam ob cauſſam vidimus quandoque ad aquas potabiles balnearum homines, indigeſtas, e corruptasq. in bilim aquas, copioſiſſimam ſimul bilim, & vitam miſerè euomuiſſe. quod omnes qui ad balnea verſantur Medici atteſtari poſſunt. Vel certè neceſſe eſt, vt ebibitarum eiuſmodi aquarum portio, aliquam relinquant in venis, ac in ſanguine ipſo, eius mineralis qualitatis impreſſionem: quo fit, vt niſi ſubitariam inferat noxam, eo offendat grauiùs, quo panlatim afficit, contaminatq. mala aliqua qualitate ſanguinem, ac ſpiritus vitales, vnde ex

Locus Hipocratis de vſu aquarum Mineralium.

inſperato aliqua oboritur humorum ebullitio, aut viſcerum inflammatio, aut vrinæ difficultas, aut lapis, aut dyſenteria, aut eius generis aliquod vitium pernicioſum. Quò planè ſenſu, de aſſumptis ſcilicet in cibarijs aquis, quæ aliqua miſtione infecta ſint, intelligenda eſt ea Hippocratis cenſura in libro de Aere, aquis & locis. Calidæ aquæ (dicit ipſe) aut vbi ferrum naſcitur, aut æs, aut argentum, aut aurum, aut ſulphur, aut bitumen, aut alumen, aut nitrum; omnes duræ, & æſtuoſæ, quæ & difficulter minguntur, & ad alui egeſtionem ſunt contrariæ. intelligas ſi in cibis ſumantur, & potibus, non iure balnei. Sicuti & quod ſubdit. In ſalſis ſimiliter decipiuntur homines, in eo quod per aluum ſecedere, eamq. ſoluere putantur: ſunt enim crudæ, & coqui non poſſunt, ad egeſtionem contrariæ, ac adſtringentes potiùs, quàm eliquantes. Manifeſtum eſt ergo quàm planè aberrent ij, qui in cibarijs id genus admiſtas bibunt aquas, easq. merito ab omni victus ratione ablegamus, atque interdicimus.

De ratione victus in balneis Naturalibus. Cap. XX.

RElìquum eſt autem inter vniuerſales præceptiones, quæ in ipſo balnearum vſu ſeruandæ ſunt, quandam etiam victus rationem adiungere. Maximè verò cibi & potus, quæ prima eſt veluti baſis, ac ſubſtentatio vitæ: nam hanc poſteà conſequuntur, ratio ſomni & vigiliæ, motus & quietis, paſſionum animi, vacuationum, aeris. Cuius rei duplex occurrit conſideratio: altera in vniuerſum, quæ ex balneo ſumitur: al-

A balneo

tera ad vſum magis idonea, qualis vnicuique conueniat victus. Iure ergo balnei nulla propria præſcribitur regula. Tùm quia balnei non eſt vna, ſimplexque natura: ſed calida, & minus calida, & frigida; potens, & mitis. Tùm quia neque vſus vnus, & qui idem vnicuique quadret. Communi tamen ratione, prima à balneo inſtitutio eſſe debet. Vt enim vitæ conſeruatio tota in victus ratione repoſita eſt, ita qualem eam requirit balneum, vt balneum ſit ad conſeruationem vitæ; definiendum eſt. Imò cùm multa inſtent à balneo incommoda, multiq. inexpectati euentus; nulla magis ſecura eſt ad vniuerſa pericula cautio, quàm vbi balneum certo, ac ordinato victus regimine miniſtratur.

Quare

Lex in balneis.

Quare vulgatiſſima hæc veluti lege edictum eſt: IN BALNEIS NON ESSE PRAEVARICANDVM, omnia ad mediocritatẽ, ac temperantiam ordinata, ac ſeruata habẽto. Cauendum eſt à crapula, ab ebrietate, à ſomnolentia, à multis vigilijs, à laſſitudine, à torpore, à nimia tùm à retentione excrementorum, tùm vacuatione, à perturbationibus animi, & veneris luxu præter cætera. Quippe qui in his præuaricantur, id genus mala ſolent incurrere; Naturalium actionum, ac virium imbecillitatem, varias capitis, ventriculi, & hepatis affectiones: plenitudines fiunt, deſtillationes, labores, inflationes, phlegmonæ, viſcera incenduntur, febres excitantur, ac variæ fiunt intemperies, ac noxæ, quæ haud iure poſteà balneis imputandæ venient. Imò eo magis id noxarum genus timendum eſt in balneis, quo ex forti balnei agitatione, quique ſunt ad huiuſmodi pericula propenſiores, per naturam, per affectum, per accidens inter balnea. Huiuſce verò curæ

Diligentia Medici.

bona pars in diligentia Medici repoſita eſſe videtur, cui exquiſitè perfectæ ſint, tùm eius qui opus habet balneo diſpoſitiones, tùm balnei ipſius natura. Naturam verò balnei non ſolùm perſpectam habiturum intelligo, quam, & qualem in vniuerſum: ſed vt noxas quoque cum iuuamentis, quæ ſperantur, præuiſas habeat, easq. ſedulo cõmoneat: vt vna, eademq. victus præſcriptione, quanto hominem in miniſterio balnei incolumem ab omni incommodo ſeruauerint, tanto eum dicatur iuuaſſe feliciùs. Eam verò diligentiam iuuabit non parùm ſequentia capita obſeruata habere, quæ toto libro III. ſingulares, quæ in balneis curari poſſunt diſpoſitiones continebunt, ſimul atque balnearum quaruncunque efficaciam, & poſteà cautelas condocebunt ab appetentia, à ſomno, ſiti, vigilia, excretionibus, ſudoribus, laſſitudinibus febribus, varijsq. alijs interuenientibus in vſu balnei malis: vbi particularem magis, quem quis deſiderat, viuendi modum, propriaq. vnicuique alimenta explicabimus. Omnis ergo viuendi ratio cùm duas habeat indicationes præcipuas, alteram à natura, alteram à diſpoſitionibus patientis, cuicunque naturæ, cuicunque diſpoſitioni inſtituenda ſit, ſemper ad reſpectum balnei debet inſtitui. Quare ſub vtentis natura, nunc & ætatem intelligimus, & ſexum, & conſuetudinem, & ambientis aeris, regionisq. temperiem, quibus cum & balnei naturam, modumq. attendenda

A naturali tẽperie.

eſſe. Penes diſpoſitiones autem, & Formam victus, & Qualitatem, & Quantitatem, prout vſui in balneo ſit, diſpenſabimus. Calidam igitur naturam, cùm in vſu calidarum balnearum, ab aliquo ebullitionis diſcrimine ſeruanda ſit, liberè vtique vt frigidis, & minus calidis veſcatur, inſtituendum eſt. Praſertim ſi extrinſeca inſuper aliqua immoderatio acceſſerit, vtpote ambiens calidum, & calida regio, & ſi is frigidis cibarijs veſci conſueuerit. Aequa ratione minus frigidis vtendum, ſi frigida natura ſit, vel vbi non admodum caleat ex natura balneũ, & tẽporis mediocris conſtitutio ſit. Cæterùm minus ſicca, quàm

Forma victus.

humida, in omni vſu balnei idonea ſunt. Porrò cum natura hominis compenſata diligenter virium tolerantia, forma victus inſtitui debet: nùm tenuis, nùm plenã, nùm mediocris eſſe conueniat. Neminem enim latere videtur, quòd vbi vires ſunt imbecillæ, ſuſtineri poſtulant, & recreari; & item qui vel totius corporis, vel alicuius particulæ maciem curant in balneis. Vel quiſquam ſanus & benè victitare conſuetus, pleniori victu eſt nutriendus. Contrà verò tenui, qui craſſa, ac excrementicia mole corporis oneroſi, extenuationem intendunt. Ac pariter qui longo vrgente morbo, ac viribus mediocres, vel etiam febrientes, vltimum in balneis tentant præſidium. Selecta verò, ac medioeri victus ratione vti debent, qui communi, & mediæ naturæ ſunt habitu. Itaque in ſingulis inſtituendum, prout

Qualitas.

vires, ac ipſi affectus docebunt. De qualitate victus: frigida diſpoſitio calidis, calida frigidis, humida ſiccis, ſicca humidis, compoſita compoſitis qualitatibus eſt regulanda. Quantitas autem, ſub qua & numerum comprehendimus, inexplicabilis eſt: tantùm verò

Quãtitas.

cuique cõſulatur, quantũ pro ſingulari affectu, ac neceſſitate virtutis, tolerantiaq. ſit opus. Multã certè eduliorum diuerſitatẽ, pariterq. exceſſum quemlibet, cùm qualitatis, tùm quãtitatis, Auicennæ etiam ſentẽtia, euitare ſtudendum eſt: Hoc freno contrà repletionem adhibito, vt ſemper menſæ ſuperſit auiditas. Penes numerum, in communi regimine ſanita-

Numerus & conſuetudo.

tis conſuetudo attenditur: quæ ſeruanda hic eſt, quantum tamen legi balneariæ non aduerſetur. Cuius inter prima inſtituta illud eſt, ſemper balneum quocunque vſu, ieiuno ventriculo fore miniſtrandum. Adde prætereà, vt quamdiu perfecta ſit balnei operatio, ceſſataq. omnis turbatio corporis fuerit, neque eſſe quicquam, neque bibere fas ſit, quemad-

Tempus.

modum quùm de vſu loquebamur, docuimus. Quod tempus, quia multis longius eſſe cõtingit, multis breuius: ideo conſuetudinis cura, & quid, & qua hora is ſolitus fuerit capere cibum in reliqua vita, poſterior eſſe debebit. Sed in totum ſe quenquam veterum con-

Veterum cur rara erant prãdia.

ſuetudini conformare oportet, quando pro frequentia illa lauationum in Thermis, perrara prandij mentio in vita ciuili reperitur. Id quod vſus ipſe nos hodie docet in balneis, aliter fieri non potuiſſe: plurimis enim diducto prandio ad octauam horam, quæ eſt vltra me-

ridiem

Digitized by Google

ridiem,ad quam tardat operatio balnei,vix ſuperat ſpatiũ ad iterandam cęnam.Niſi vt loco cænæ, ſi expediat, commeſſentur parùm. Atque hic mos ſeruari debet, præſertim ad vſum balnei in potibus, in quo operatio balnei ſolet ad veſperas prorogari. Ad lauacra enim minor natura fatigatio accidit, & miuus tempus; vt hoc nomine qui bis die veſci conſueuerit, bis comedere, ac bis etiam balnei miniſterium inire permittatur. Non in potibus. Si verò quis pro virium imbecillitate minus toleret aut diætam, aut balneum, adimere oportet ab vſu balnei quidpiam, & in numerum cibationes ſufficere.

Alimentorum delectus in balneis.

De particularibus autem cibis: multi profectò momenti eſt, vt diligens in balneis alimentorum delectus habeatur. Nempe qui ad illas formulas, & modi victus, & qualitatis, & quantitatis congruus ſit. Qui tamen delectus vt ſingulares reſpicit conditiones diſpoſitionum, & naturarum, & perſonarum, ſingularis potius conſilij eſt, quod ſcriptura non capit. Nec vllam balneum alimenti qualitatem requirit propriam, ſed indifferens ad vnũquodque eſt. Omnino optimi delectus alimenta omnia in balneis debere eſſe, eſt operæ precium. Vel pro antiqua ipſa Thermarum prærogatiua, qua inter primas vitæ delicias habitæ ſunt. Vel maximè ob caritatẽ ſanitatis, quæ tota depoſiti loco, balneis cõpromiſſa videtur. Quo potiſſimè iure, primum hoc conſilium in balneis dederim, IMPENSAE NE PARCANT. Sunto alimenta, quantum fieri poterit, ſalubria, electiſſima, & quæ primi meriti in bonitate habeantur. Qui mos eſt hodie in balneis magnificis communiſſimus: vt meritò plura ſint loca balnearnm, non pro ipſarum tantum aquarum ſalubritate, quam pro rerum omnium, quas vita deſiderat, copia, ac bonitate illuſtria.

Balnea quo nomine fiãt Illuſtria.

Ea verò alimenta tres conditiones in totum obtineant: vt ſint boni ſucci, concoctu non difficilia, & quæ guſtui inoffensè ſapiant. Sunto rurſus de primarum rerum delectu, quarum multa efficacia eſt ad ſanitatem tuendam, hæ communiſſimæ regulæ. Prima, vt ipſa regio aëris habeatur inculpatè ſani. Secunda, vt aquæ, quæ in potibus ſumuntur, & cibis, ſint ſynceræ, ſanæ, & laudabiles incolis, qui bibunt eas: nec balnei aqua vtantur, vt quidam perperam faciunt.

Panis electio.

Sit panis benè fermentatus, & conuenienter coctus, non calidus vt ſtatim è clybano mittitur, nec vllatenus vitioſus, nec compactæ maſſæ, & duorum ad ſummum, vel trium dierum.

Victus ratio in Thermis libera.

De reliquis, balnearij quidam medici à balneis interdicunt rebus omnibus azimis, paſtilibus, herbis præſertim crudis, piſcibus, caſeo, recocta, butyro, lacticinijs omnibus, fructibus, leguminibus, acribus, ſalitis, frixis, & id genus alijs liberæ vitæ. Sed hæc nimis exacta eſt regula, nec ſeruatur in balneis; ſed communiter cùm laudentur bonæ carnes, oua recentia, & condimenta familiaria, haud propterea intelligas interdictum eſſe, vt aliquando non liceat pro ratione tranſire ad fructus, atque herbacea, ac id genus alia minus regularia alimenta. Nam iure balnei (vti diximus) nulla ſit præſcriptio, niſi vt electa ſint omnia.

Vinorum electio.

In primis autem de vinis danda opera eſt, vt vina eligantur ſine vitio, mediocris ſubſtantiæ, & quæ facile nutriant, minus auſtera, neque dulcia. Nominatim verò hac potiſſimùm careant noxa, vt non ſint fumoſa, quæ caput tentent, vnde bibentes in ſomnum præcipitant, multiſq. defluxionum generibus redduntur obnoxij. Ex æquo ſubauſtera laudantur potiùs, quàm quæ exactiſſimè penetrant.

Panis ex vino in prima mẽſa noxius

Hoc enim penetrationis nomine cauendum aliquibus eſt, qui per balneum, ac ieiunium dum exucco ac ſitibundo corpore fathiſcunt ad pocula, ſtatim in prima menſa panem ex vino puro intinctum ingurgitant. Nocet enim ſubitus vini occurſus neruoſis partibus, ac iuncturis, viſcera inflammat, quæ ſcilicet attrahunt vinum auidius. Penetrantibus verò rebus ac liquoribus præſumptis, vix vlla periculi excuſatio eſt, quin dilatatis per balneum poris, & corpore cibi indigo, quàm citiſsimè quæcunque ingerantur alimenta, ea incocta ſtatim ad penitiſſimas vſque partes protrahantur, quæ multarum fiunt ægritudinum cauſſæ. Hoc tamen vitio damnanda veniunt in primis noſtra acetaria, quibus iam adeo veſci conſueuimus in antecœnijs.

Acetariorum vſus damnatur in bal.

Nam ea ratione fuiſſe diuerſum morem apud antiquos exiſtimo, qui aſſiduis vtebantur balneis, vt poſtponerent cœnæ acetaria, non anteponerent. Nimirùm quia exercitatis ac lotis, timendum fore videbatur, ne primo ſtatim occurſu acetariorum læderent inanem ventriculum, ſicq. corpus famelicum ſucco ſtatim imbuerent non ſatis vtili.

Ab ouis principiũ in cœnis, ad mala.

Et contrà, approbatam diutiſſimo vſu conſuetudinem legimus, vt ab ouis, perinde boni nutrimenti cibo, ſuas cęnas inciperent, & finirent ad mala; vnde ortum prouerbium, quod legitur apud noſtros Latinos AB OVIS AD MALA. Veri autem ſimile fit, per abuſum poſteà quorundam, præſumi cœpiſſe acetaria, proritata nimirùm per oxigarum, ac lactucas auiditate, quod videtur ſubnotaſſe Martialis in carminibus xenijs d.

Claudere quæ cœnas lactuca ſolebat auorum,
Dic mihi cur noſtras incboat illa dapes?

Ad exemplum

Ad exemplum ſcilicet illud, quod ponit Cato in libro de re Ruſtica: Si voles, inquit, in conuiuio multum bibere, cænareq; libenter, ante cænam comeſto crudam braſſicam ex aceto, quantum voles. Et item vbi cœnaueris, comeſto alia quinque folia, reddent te quaſi nihil ederis, biberiſq; quantum voles. Cæterum variant per tempora omnes mores, nam priſcos Romanos, & Græcos narrat Plutarchus in Sympoſijs lactucam crudam ante menſam exhibere ſolitos, & panem mero intinctum ediſſe, nihil aliud.

Catonis locus contra ebrietatem. Lib. 8.

De reliquis rebus, quæ pertinent ad rationem victus in balneis Naturalibus. *Cap.* XXIIII.

Poaro victus ratio in balneis, non ſolùm de regimine circa cibum, & potum intelligenda eſt, ſed de omnibus etiam rebus, ſine quibus, dum viuitur, neq; corpus conſiſtit, neq; vita: de ſomno ſcilicet & vigilia, motu & quiete, excretis, & detentis, animi affectibus, atq; de aëre, locóue inquo verſandum ſit. Ea, quæ vbi quis minus accuratè neglexerit, vita etiam immuni, in varias tranſire ſolent affectionum cauſſas: multo ergo maiori diligentia præſcribenda ſunt, ac ſeruanda in balneis, tùm vt non impensè noceant, tùm etiã promiſſas balnei vtilitates non defraudent. Primùm itaq; de ſomni, & vigiliæ ratione præſciuiſſe hoc eſt operæprecium, quòd ſomnus balneis eſt aduerſiſſimus. Dormiendum his, qui balneo vtuntur, noctu, & minus etiam quàm conſuetarum horarum interuallum. Nec tamen ad multam noctem vigilent, quo minus cogantur peruigilia noctis ſupplere die. Imò quanto dulcius interdiu ſomnus obrepſerit, tanto cautiùs, & quaſi inſidioſus ſyrenum cantus, euitetur. In vniuerſum enim omnis ſomnus nociuus eſt, ſi intempeſtiuè ineatur: omnis autem intempeſtiuus dicitur, qui præter naturæ ordinem fit. Ordo verò primus naturæ eſt, vt dormiendum noctu ſit, non interdiu. Eſto ergo ſomnus nocturnus, qui ſuper vnam horam ad minus. vel etiam duas poſt cœnam, leni præmiſſa exercitatione ineatur. Tantum verò dormiatur ſpatium, quandiu perfecta ſit in ventriculo coctio, ſeptem ad ſummum horarum, nonnullis minus, pro virtutum nutritioni inſequientium facultate. Hic verè quies, ac dono diuum elargita mortalibus, à Poëta dicta eſt; quæ animi ægritudines obliuione delet, ſpiritus viuificat, calorem vnit, concoquit quæ concoquenda ſunt, & inæqualia reddit æqualia, laſſitudines abolet, intenta laxat, dolores alleuiat: quę omnia neceſſaria ſunt in balneis emolumenta. Intempeſtiui autem rationem ſubit immodicus, ſi peracta ſcilicet concoctione diutius dormiatur; quem terminum pleriq; à conſuetudine definiunt. Hic enim inter alia, hoc potiſſimùm adfert incommodi, quod ne excrementa ſuo tempore expellantur, impedit. Damnabilis igitur, ac noxius ſomnus immodicus, noxius & diurnus, qui ſimillima mortis imago, dum motum tollit, & almam vitæ lucem, nullus maior in corpore tyrannus eſt, qui varios ſuo lenocinio conciliat morbos, breuiq; præcipitem agit vitam ad interitum. Nocentiſſimus verò, ac certa pernicies eſt ſomnus diurnus, nocentiſſimus verò diurnus ad balnea naturalia, duabus præcipuè de cauſſis. Prima, quia impedit operationes balnei, ſiue (vt melius dicam) naturæ, balneo præſertim in potibus ſumpto. Nam iuuare, ſanare, mouere ſuperflua, expurgare, non ipſius balnei, neq; medici eſt, (ſunt enim hæc inſtrumenta) ſed naturæ opera. Natura verò conſopita, non perficit, ſed relinquit. Relicta aliquando vincuntur, reducunturq; (vt aiunt) ad benignum pro robore virtutis: perſæpè verò redundant, & perinde res ex toto præter naturam, in aliquam corporis partem detruſæ putreſcunt: & non ſine flagitio, cum aliquos ob hanc ſolam cauſſam viderim in balneis iniſſe vitam. Altera cauſſa cur diurnus ſomnus damnetur, eſt: quòd is ſomnus non naturæ eſt, ſed à fœculentis minerarum vaporibus excitatur, qui primò quidem caput aggrauat, immoderatè calefacit, & deinde humores ex capite colliquando, fluxiones concitat. Fluxiones verò vbi in ſubiectas partes fiunt, omnis vitij fiunt ſoboles. Alios enim defluxio facto impetu in principem aliquam partem, repentè ſuffocat. Alios vidi, qui cum acqua balnei, non benè digeſta, & corrupta, euomuerunt animam. Alios reſoluit, neruis oblæſis. Alijs tuſſim contrahit, alijs tabem, alijs alui profluuia. Alijs in aliquam partem imbecillam mediocris notæ delapſa, vel inflammationes inducit, vel eryſipelata, vel apoſtemata id genus aliqua. Quæ equidem ſomni pericula eo velim diligentius vnumquemq; noſſe, quo inter balnea nullum eſt accidens frequentius illo, neq; moleſtius. Ad quam ſanè cautelam, duo hic præcepta repetenda ſunt: vnum; quod iã paulo ante diximus, vt parcè, & tempeſtiuè prandeant, ac omittant interdum cœnam: eſt enim cibus ſomni materia, qua aucta augetur & ſomnus, ac dempta minuitur. Alterum præceptum eſt, ſi ſomnus alioqui vrgeat, vt moderetur, ac euitetur per remedia, quæ ob rem adeò periculoſam dabimus libro 3. Hanc verò cautionẽ à ſomno, exercitij ratio confirmat in balneis, quod ad potulentas aquas inter pocula ipſa

Somni, & vigiliæ ratio.

Sõnij beneficia.

Sõni diurni nocumenta.

Exercitii ratio in balneis.

ſodum idcirco diximus, quoniam moto corpore integra magis euacuatio fit, ac ſomni materia tota educitur. In lauacris autem, à balneo quidem, & à cibo quieſcendum ſubinde certis horis moderatè ſe exercere conuenit, vt vaporum balnei reliquiæ, quæ caput aggrauare ſolent, & ſomnum inducere, excutiantur. Si quis verò ad motum ex imbecillitate, vel ægritudine ſit ineptus, exercitij loco, ſi ex vſu ſint, geſtationibus vti poterit, vel leuibus frictionibus. Quòd ſi frictionibus quoq; interdicatur, puta ob vlcera, vel dolores,

Excretiones, & retentiones.

vel imminentem aliquam fluxionem: hi ſtudeat per latas vias, & maximè per aluum, naturales ſaltem vacuationes habere. Ex quo facilè intelligitur quanta opus ſit diligentia, vt præter naturam retenta vacuentur, tàm balnei excrementa, quàm corporis. Cui parti nunc duplex regula ſtatuenda eſt, altera ægris neceſſaria, & male affectis: altera, & ægris quidem communis, & cæteris vtcunq; ſanis, qui inter balnea nullis videntur medicamentis habere opus. Atq; hi nitantur ſummopere, vt pro ſui conſuetudine, omni quotidie excrementorum genere exonerentur, tàm ijs quidem quæ per aluum, & vrinas, quàm quæ per inſenſibilem halitum, & per nares, & per excreatum mittuntur, Pilulis communibus: & eius farinæ alijs, vbi aluus eſſet adſtrictior, vti poterunt innoxiè. Illa verò excrementa, quæ ob humorum redundantiam, & quæ ex qualitate medicatarum aquarum commoueri ſolent, præter communes iam dictas exeretiones, purgantibus quoq; medicamentis aliquando opus habebunt. Quæ, quoniam communiſſimam habent indicationem ab affectu ipſo; non poſſunt hic exactè terminari, qualia & quanta eſſe debeant: ſed particula-

Animi affectu ratio.

ri medici prudentiæ id relinquitur. De animi autem paſſionibus, quoniam corpora ſequuntur animas, animæq; velut nauta nauigium regunt corpora, non mediocrem ſanè curam habere oportet. Præſertim in balneis, quas nihil aliud ferè, quàm delicias eſſe, toties proteſtati ſumus: Perturbationes ergo animi omnes eliminent, & præſertim à cibo, ſi velint quoq; corpus optata perfrui iucunditate. Curas omnes in primis obliuiſcantur, iram amoueant, triſtitiam, timorem, impatientiam, omnem cauſſam ſollicitudinis. Et contrà, cùm firma ſpe, ac fiducia balnei, omnem ſuauitatem, quæ è rebus exterioribus perficitur, ſibi procurent, quantum poſſunt. Verbis vtcunque, fabulis, & gratis ſodalium inuitationibus indulgeant: ſemper dati illius præcepti memores, vt à nimio luxu ſe temperent. Ex-

Veneris ſatie.

dem quoq; de cauſſa ad Venerem iocoſam quandoq; indulgendum, cæterum ludentem omnino excludant: hæc enim vna eſt ex tribus gratijs, quæ cum Ioue, ac Sole ſimul concordes, ſanam humanæ naturæ, ac iucundam conſpirant vitam, ne hanc aliquis per omnia deteſtetur. Leuibus, nec concitatis choreis ex animo ſe dedant, ſi malint, gratis ſonis, muſicis, & cantionibus oblectentur. Minus legant, nec ſtudeant, ac parcius ardua nimium,

Studii ratio, & luſum.

commentaria, quantumuis delectari ea animum videantur. Ad mentis torporem euitandum, ſomnumq; arcendum, ac meridianos æſtus, quos oportet eum quiete traducere: varijs alijs oblectamentis, ludicriſq; citrà faſtidium, pauliſper ſibi indulgere poterunt. Quo in genere cùm ſint aliqua permoleſta, quæ maiori animi indigent ſtudio, quàm difficilis admodum in re aliqua ſpeculatio, omnia huiuſmodi explodantur: & ex æquo omnes ludi, qui ad nequitiam, anxietatem, ac inſolentiam prouocare valent, ſacro ipſo iure balnea-

Aëris ratio,

rum interdicantur. Deniq; de ambientis aëris conſtitutione: aër quidem, quem velimus, nolimus per halitum continuò inſpiramus, non ſolum quidem inſpiratus intima corporis penetralia ſua qualitate afficit, verùm ipſo etiam ambitu, vbi quidpiam à ſua temperie receſſerit, fit nocentiſſimus. Maximè in balneis, vbi peruium vſquequaq: corpus efficitur, & aër ipſe pro ſui tenuitate exquiſitè penetrans, ſtatim ſoluitur; commouetque, præſertim cerebrum, magis nocens ſuo occurſu corpori, quàm aqua frigida. Sit ergo locus boni, atq; laudati aëris ex natura: vbi rurſus tempore balnei, omnem caueant cœli intemperiem, nempe æſtus. frigora, vehementes flatus, lunæ radios. Prohibendum quoq; eſſet pro aëris ſalubritate iure publico, vt iuxtà balnea neq; lina macerarentur, neq; canabes, neq; coria, neq; id genus alia in aquis fætentia, quæ poſtmodum lacunas aquarum relinquunt

Habitatio.

putriſsimi halitus, itaq; aërem. autumno potiſsimùm, inſalubrem reddunt. Eſto habitatio alta, ad orientem, vel occaſum hybernum ſpectans, lacunis quantum fieri poterit auerſa (quæ præceptio ſaltem in poſterum in balnearijs ſtructuris ſeruabitur) non terrena,

Porticus in balneis

non humida, nec quæ facilè nitroſas lanugines in pariete contrahat. Inter primas autem partes collocanda eſſet ad ipſa balnea, & ad ipſos fontes porticus ſpatioſa, vbi non ſolùm ſalubres diei captarent auras, ſed quæ ad uſum potationum in matutinis fiendarum eſſet idonea, ægroſq; bibentes ab inſultu, ac frigore aëris defenderet. Tales uidemus ad magnifica balnea, antiquaq; præſertim, ordinationes. Nam quæ ſcaturigines ſub diuo à bibentibus frequentantur, non adeò aliquos ſua ſalubritate poſſunt iuuare, niſi cautè miniſtren-

Lauacra.

tur; quàm multo plures ob incommoditatem lædere. Sint & lauacra ipſa ſub diuerſorio, uel propè diuerſorium benè collocata: ſin minùs, ac ſtoreis, & quæ oportunis miniſterijs

om-

omnino non careant. Vbi verò loci ſitus non adeò tutus,ac balnea pauperis impenſæ extiterint,pro frigore,imbre,aut graui nubilo obſtãte, eoque magis ſi æger imbecillus ſit:tunc ſatius fuerit priuatas habere tinas,ac tepefacto per caminũ cubiculi aëre, lauationes exercere,de more,quem Deo concedente in Thermis vrbanis explicabimus. Atq; hactenus rei balneariæ præcepta continentur. Tinæ

LIBRI SECVNDI FINIS.

PRIMI, ET SECVNDI LIBRI ADDITAMENTA, ex ſecunda editione quam deinceps opere toto ſequuti ſumus, reſtituenda.

CAPVT PRIMVM.

PAg.1.lin.47. Terras aquæ deuorant, flammas necant, ſcandunt in ſublime,& ipſum quoq; ſibi vendicant cœlum. Quid mirabilius eſſe poteſt,quod diuina canunt elogia,ſtare in cœlo aquas? Porrò &c.

Pag.1. l.50. Optima ergo ratione Poëtæ omnes,& ſcriptores digniſſimi aquas paſſim nominant prærogatiuis,quæ diuinis dantur rebus,ac maximè neceſſarijs. Pater Homerus (vt Athenæus atteſtatur) aquam appellat maximè alentem:alibi;deſiderabilem, alibi, à Ioue venientem. Temperantem Plato, & compingentem reliquam materiam; & Plutarchus ex Iliad. ξ, ὠκεανοῦ ὅσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται. ab Oceano cunctis primordia rebus. Homerum verò imitatus Pindarus in hymnis, bonam aquam cecinit eſſe omnium rerum optimam. Quam ob rem,vt nunquam diuina mens ſolet in neceſſarijs deeſſe; ita in ſubgerendam cunctis rebus aquarum copiam,ſemper fuit largiſſima. Aurum,&c.

p.2.l.24. Inter has autem meritò ignis tanquam forma,atq; anima Thermarum,obtinebit primarum differentiarum,ac paſſionum locum; vix &c.

p.2.l.28. Demonſtrabimus propterea quandam ignis naturã in terris,& vſq; in infernum conſtitutam: & tandem rem ſacrã eſſe balnea cõcludemus,quæ digniſſimas à cœlo,& ſtellis habeant prærogatiuas. Mira &c. p.2.l.29. Proſequemur. p.2.l.30. Ad bonas artes.

CAPVT SECVNDVM.

p.2.l.33. Quin imò prima ex illis Inſtituta erant. p.2.l.34. Rudimenta erat & ratio.

p.2.l.59. quà hodie Tyburtinæ lapidicinæ ſunt, vbi &c.

p.3.l.4. Multis in locis id manifeſtè videre eſt,ex varijs quæ viſuntur accidẽtibus,quorũ ipſa interuacua ſunt cauſſæ. Primùm &c. p.3.l.7. Fluminum in toto orbe terrarum.

p.3. l.9. Euleus amnis ortus in Medis (eodem teſte) medio ſpatio cuniculo conditus, rurſus exortus ſe fundit in Parthos. Ana &c.

p.3.l.14. Lacum quoq; in Perù narrãt hodie maximum,ac natura plumbeum,qui decem recipiens magnos fluuios,cum ipſis abſorbetur in totum. Ex his &c.

p.3.l.18. Et in mari Syrio,Strabone,parua inſula,vbi per clybanos,& cupas,ex profundo ſub mari fonte eliciunt dulces. Alibi &c. p.3.l.25. 23.Problem.

p.3.l.36. Ignibus ſemper admirandæ, & de alijs &c.

p.3.l.43. Quæ quanquam nonæ ſint demonſtrationes, à ſenſibilibus partim effectibus in toto hoc opere comprobandæ, non pauci tamen phyſiologi illuſtres,cum de terrarum varijs portentis ſermo incidit,inter alios Polybius,& Strabo,& Plinius,in hãc tacitè veniunt ſententiam,totam vbiq. terram cauernis intus ſuſpenſam eſſe,plus,vel minus. Vnde certis locis manifeſta eſſe ſpiracula narrant frigidiſſimi halitus. Quam ob rem &c.

CAPVT TERTIVM.

p.6.l.29. Omnino tamen in terris,& ad vitam mortalium, ſemper aquæ copia, quam ſiccitas melior eſt.

p.5. l.40. In Salentinis extrema Italiæ, & Calabriæ peninſula, quo Apennini tendit iugum,planicies ampla in ſummo eſt,ex qua cum pluuioſus eſt annus,tanta ad ſubiectos fontes occulte erumpit aquarum copia, vt breui horarum ſpatio, in omnes redundet puteos, qui & percolata aqua ſupernè ſubſident. quæ &c.

CAPVT QVARTVM.

p.6.l.35. Vtram dicam maiorem, an terram, an aquam?ſi in principijs Philoſophi, elementi ad elementum eſt proportio decupla,ſuperioris ad inferius non eſt dubium. Aut potius dixerim, quod aqua tanquam magis neceſſaria ad vitam, maiorem occupat globi hu-

lant terrarum. Continere & illa maria, quamquam immenſa innumeras,ac msximas inſulas:nam quid aliud ſunt inſulæ,niſi terræ circumfluo mari ſupereminentes,ſeu ſupernatantes? Confirmant idipſum,& manu facta repagula fluminibus ac maribus:nam vbi ſitus terræ naturalis deprimitur aquis , altos opponunt incolæ obices, faciuntq; argines indefeſſis laboribus,qnod fieri ſolet in fluxibus, ac refluxibus maris; nã maximi fiunt,ac rapidiſſimi fluxus,vbi littorum,ac terrarum maior humilitas . Vr in mari Rubro meminit Theophraſtus,tam magnos eſſe,vt arborum ſuperent cacumina. Idem multis Italiæ locis(vbi paſſim littorvm oceurrit planicies) vſueuenit. Tractu &c.

Repagula, & argines cõtra excurſiones maris.

p.9.l.16. Adſtruunt verò melius hanc quidam opinionem exemplo gurtulæ,quæ totum datur in plano,non expanditur,& guttulas imbriũ ex aëre rotundari; ſic mare longius à littore,vbi tota ſui mole conſiſtit, conglobari,ac tolli ſuper omnem altitudinem terrarum ac montium. Quæ tamen nequaquam vera ſimilitudo eſt,nam hæc eſt natura ὁμοιομερῶν, & elementorum,vr quærant in ſuis partibus vnionem,refugiantq; ab alienis.Sicq; gutta,vt ſuper rem humidam, & congeneam diffunditur, ita non dubiè in ſicco conglobatur in ſe,& ſimili modo depluens ab aëre,conuertit quem proximè attingit aërem in ſuam naturam,colligiturq; in rorundam guttam. At vbi aqua tota ſui mole,& in ſphera ſua eſt, æquè panditur: vnde aqnam quaſi æquam dictam putant , & æqnilibrem, ἰσοῤῥόπον Græcis,non quia æquiponderis vbiq; ſit,ſed æquali etiam in ſuo circulo conſiſtens ſuperficie,nuſquam gibboſa, neq; eminens ſit,niſi commota ex accidenti. Nulla &c.

Argumentũ à gutta cur rotunda ſit figura.
Aqua quaſi aqua, & æquilibus.

p.9. l.34. In vrbe verò iam id vulgare eſt:in Hortulis enim, ſummo collæ Sanctæ Trinitatis, & profundo ductu ſubeuntis aquæ Virginis , ſubſilit aqua ipſa per tubos compulſa 30.paſſus à libramento ad ſupremum fontem. Cæterum &c.

p.p.l.42. Apnd mare tribus Siciliæ miliaribus.

p.9.l.48. Idem narrant,ac ſcribunr quidã miraculum, eſſe fontem in Maiorica inſula qui eum ſolia quercus interdum ſcateant,cũ tamen in ea nnlla prorſus adoleſcat quercus. &c.

CAPVT VI.

p.10.l.35. Habent verò hunc caracterem accidentalis formæ , quòd &c.

p.11.l.25. Nam hane prlmam inuenimus,fortaſſe non ita explicatam ab vllo ãuctore,de aqnæ bonitate conditionem, vt ſit &c.

CAPVT VII.

p. 12. l.20. Quin vetus cenſnra legitur in libro de Morbo ſacro, Hippocrati adſcripto: Auſtrinos flatus omni naturę noxios,terram,& mare,fluuios,ac fontes,& puteos eorum noxam ſentire,immutare liquores,& vina,& vaſa ipſa,Solem,ac Lunam, & ſydera fieri totum flatu hebetiora. Porrò &c.

CAPVT VIII.

p.14.l.39. Lagenss autem dixerunr antiqui,tãm vinorum,quãm aquarũ vſu idoneas.Quę tamen ad fluuialinm aquarum vſum,grandes ſint,ac trium ad minus pedum altitndine,ventre quam amplo,ore anguſto,ac pariter à medio infra in anguſtam deſinant baſim. Nempe, vt aqua poſtquam exactiſſime ſubſiderit , ad vſq; media ventris capacitate hauriatur,qnatenus ſcillcet purgatiſſima ſernetur,& limpidiſſima: Inferius verò,vbi vas çoanguſtari incipit , ac aqna ſeri inſtar craſſeſcere , omnino ſanatur , ac loto ſemper exactiſſimè vaſe nonaindatnr. Aut &c.

p.14.l.57. Præcipuè verò laudabiles putci circà Aphricæ littora, quæ ab Atlante monte flumina,ac corriuationes imbibunt,perennes ac ſalubrium aquarum, & in Aegypto maxime ,qua per totum Nili aqua ſubſilis. Et tamen &c.

p.15.l.2. Florentiæ ſolum ſabnloſnm ferè vbiq;viſitur,ac lapideum; vndc pnteales aquæ communiter vtiles. Bonon. &c.

p.15.l.vlt. Porrò in nonis fodiendis puteis,non eſt ſubticendũ periculum,quod non multis ab hiſce annis aecidir in Melita Equitum Sancti Ioannis Inſula , vbi qnidã pollicitus ſic aquas inuenturns,effoſſo puteo altiſſimo,poſt auditos aliqnandin occultos infra terram gemitns,demum dirupto putei latere,tanta vis erupit flatus , vt repente qnaſi bombardæ ictu artificem,cum operarijs ſuis interemerit , imperfecto opere:quod in inſnlis non mirum diſcrimen exiſtimo , quæ ex allitn aſſiduo maris cauernss plcrumq; continent peruias vſquequaque & mari,& ventis. Nunc &c.

CAPVT XI.

p.19.l.41. Et ſic alterum duorum fateri neceſſe eſſet,aut quod mixtæ aquæ paulo poſteà mutarentur omnes,putreſcerentq; velut lixiuium, quod in Auernis videmus,in Volaterranis lacunis, & in eiuſmodi aquis, quæ obiter admixtæ turbantur,ac ſæuum pntredinis mittunt halitum ? Ant certè inſignes. Quantum &c.

p.19.l.53.Et(vt paulo ante Athę.auctoritate probauimus)permnltas cxperimur aquss,quæ

licet ſpecialem quampiam ſapiāt mixturam,ſalſam,ferream,ſulphuream, æqui tamen ponderis comperiuntur cum aqua ſimplici,quod planè argumentum eſt, eam potius à natura concepiſſe qualitatem,non mixtionem. Nec porrò &c.

CAPVT XII.

p.22.l.11. Relictis ergo multis difficultatibus. &c.

p.22.l.23. Et eorum,quæ ad has aquarum impreſſiones explicandas magis neceſſaria inuenimus,ſummam quandā,vtilemq. rationem habebimus. Saporum quidem vt plura ſunt genera,& plures differētiæ,ſimplices, & compoſiti,ſeu mixti ſapores,ſuaues,& inſuaues;ita eorum cauſſæ diuerſæ aſſignandæ ſunt. Simplices nunc appellamus, qui ex certa aliqua digeſtione ſubſtantiæ reſultant, ac proprium idcirco faciunt genus. Quorum &c.

Cauſſę ſaporū ſuaues, & inſuaues. Dulcis.

p.22.l.30. Rurſus verò in cauſſis,doctrinæ gratia,harum permixtionum communis altera diſtinctio facienda eſt. Nam ſaporum alij ſuaues,alij inſuaues,ſeu grati ſenſibus, vel ingrati. Suauitas æqualem conſequitur partium digeſtionem , quæ ēſt iuſta partium diſtinctio,ac commixtio inuicem facta per minima. Qualis in primis eſt dulcis ſaporis conſtitutio,qui ſuauiſſimus eſt,quoniam nullum habet in ſuis partibus exceſſum, ſed terrei,aquei , aërei,atq; ignei ſimul exactam digeſtionem,ac permixtionem . Vnde æqualiter,& vt vnum dulcia attingunt ſenſum,& communiter amica naturæ perhibentur.

Inſuauiū cauſſæ.

In reliquis verò saporū præter dulcem differentijs,duæ ſunt in vniuerſum cauſſæ,quā ob rem non adeò ſuaues ſint . Siccum,ſcilicet terreum,& humidum aqueum:quæ non exactè inuicem digeſta ſint à calore inſito,nec conueniunt propterea ad vnum,ſed aliquē habent exceſſum,aut in vna parte,aut in alia. Vbi in dulci æqua partium conijcitur digeſtio.

Pinguis. Acerbus.

In pingui ſapore exceſſus humiditatis indicatur,& qui vno gradu caloris deficiat à dulci. E diuerſo in acerbo ob caloris debilitatem,in exceſſu quodam aquei humidi,& mediocri ſubſtantia terrea,aſper idcircò ſenſus fit.

Auſterus. Acidus. Acris. Salſus.

In exceſſu verò terreo auſterus eſt,quod non planè digeſtum ſit . In acido quidam percipitur caloris gradus in humido aqueo , vnde ſubtilioris eſt qualitatis . In acri ignei caloris exceſſus,in terreo tamen benè digeſto. Vno gradu minus calor eſt in ſalſo,qui à mediocri, ſcilicet caloris actione fit,& quædam in terreis mixtis digeſtio: in quibus quidē Solis calor quicquid humidi eſt, ac tenuis cōtinenter abſumit, relinquit verò terreum ſemiuſtum,ac aridum veluti cinis,& qualis in marinis apparet ſal.

Amarus.

Aduſtio tandem in amaro eſt, qui ex oppoſito dulcis ſaporis,priuatio quædam caloris eſt,& qui ſubſtantiam terream reliquerit craſſam,ac inæqualem,vnde ingratiſſimi guſtui ſenſus fit.

Putridorū, ac fœtidorum ſaporum cauſſę.

Ex oppoſito verò saporū omnium,confuſio quædam partium inſuaues ſunt,putidiq. ſapores,præſertim humidarum, quæ extincto inſito calore,vim ab extraneo calore patiantur, exagitenturq. in putrem halitum. Vt enim digeſtio,& certa partium æquatio eſt cauſſa ſuauitatis in ſaporibus; è contra indigeſtio,& inæqualitas partium à ſoluto calore,eſt cauſſa inſuauitatis . Exemplo in putribus,ac fœtidis excremētis planiſſimo,quæ ſenſibus,ac toti animæ abominabiles ſunt, quod indigeſta ſint plurium diuerſarumq. partium miſcella , & confuſio amārarum ſimul , acrium,ſalſarum,aliarumq. ſine vlla aut menſura,aut ordine coaceruata,ac deſtituta veluti,& abiecta etiam à natura.

Putrida, & fœtida inimica.

Imò ex oppoſito ſuauium rerum,cùm putria.ac fœtida inimica naturæ ſint,non offendunt ſolùm ſenſus, ſed ſæuum etiā certis locis, & ex aquis mittunt halitum,qui illidunt animam.

De iudicijs ſaporum in aquis naturalibus, & earum impreſſionibus.
Cap. XIII.

Salſedo in terris, & in aquis prima impreſsio.

HIS ita conſtitutis,quod ad aquarum ſapores,ac iudicia attinet;notiſſimæ quidem, ac exactiſſimæ ſunt hæ ſaporum differentiæ in fructibus,& plantarum ſuccis . Illorum ergo ſpeciem , & differentias quoq; ſaporum in terris,& in aquis contemplari licet,& proratione eaſdem proſequi oportet cauſas . Minus &c.

p.22. l.32. Itaque vt hic proprius terræ eſt , reliqui verò ſapores ſunt potius fructuum quorundam proprij, ſpeciales &c.

p.22. l.52. Quarum infinitus eſſet cathalogus &c.

p.23.l.9. Deinde æris materia . &c.

CAPVT XIIII.

p.25.l.17. Probat Ariſtot. in problematibus pictorum conſuetudinē in coloribus ſuis, qui flumina pingere ſoleant pallida,lacus candidos,mare cęruleum: aliqua(ni fallor)ratione . Quoniam flumina ſole, ac arenarum vt plurimum ſquallore pallent: lacus candent reſpectu maris , ob raritatem ſubſtantiæ aquarum : at mare , cæruleum videtur , ob denſitatem, & corpulentiam . Valet , &c.

Sect. 22. 4.

p.25.l.30. Repræſentat varios colores per vitrum triangulare inſpectio, virorem ruborem,

rem & cæruleum, mira omnes perſpicuitate, quam rem pro vario luminis repercuſſu, & aëris conſtitutione in aquis fieri etiam aliquandiu videmus. Nam perflante Aquilone (ut idem Ariſtot. eſt teſtis) mare fit magis perſpicuum, & translucidum, ob ſerenitatem aëris: auſtro autem, ac tẽpore tepidiore, craſceſſit ac minus videtur perſpicuum. Quin etiam &c. Sect.25, x.

p.26.l.13. Candidiores maris Pontici aquas videri aſſerit Ariſt. in probl. quia multi in eundem confluant fluuij, ac ſpeciem lacus habet. At &c. Sect.23. 6.

p.26.l.26. Forte epithetum accommodauit ad nomen Rubicon, vel ex glarearum, qua recurrit colore, vel puniceum intellexit, per quandam togæ, ac purpuræ allegoriam, quia ad eum terminum præſcipta erant Romanis exercitibus arma. Vel &c.

CAPVT XV.

p.26.l.43. Craſſæ vel tenues aquæ ſint. Videtur &c.

p.26.l.1. quia leuior, ac tenuior ſupercurrit. Id multis &c.

p.26.l.6. Tygris (vt ſcribit Strabo) per lacum Arſenum fertur, cum quo tamen non ſe permiſcet ob curſus celeritatem, vnde & nomen habet; Medi enim ſagittam tygrim vocãt & Arar in Gallia (ſcribit Cæſar) per fines Aeduorum tanta influit lænitate in Rodanum, vt vix cernatur oculis in vtram fluat partem. Quod &c. Tygris Arar flu.

p.26.l.8. quia ſubſident grauiores, fluitant dulces. Similem diuerſitatẽ putamus cauſſam quorundam fluminum in Quiqueia noui orbis inſula, quorum aquæ in imò gurgitæ ſalſæ, in medio qualitatem obtineant amaram, fluitent dulces, ac potabiles. id ipſum &c.

p.26.l.12 qui ante omnes Theſſaliç fluuios claritate celebris, eodem auctore, accipit Eu rotam olei modo ſuperuatantem, nec recipit. Et &c.

p.26.l.18. Memorandum verò (inquit Plin.) Strimonem amnem in Macedonia, qui in Aemo ortus monte, in ſeptem lacus funditur, prius quam dirigat curſum: Communis verò cauſſa cur ſupernatent aliqua præſertim flumina lacubus, & in mari, eſt impetus, ac velocitas curſus. Quomodo narratur de Danubio, &c. Strimon flu.

p.28.l.11. hodie Ratiſpona. Id genus &c. p.28 l.25. varijs metallis aquæ &c.

CAPVT XI.

p.28.l.53. Ex quibus declarantur duæ aliæ aquæ ſimplicis paſſiones: vna eſt, quod conglaciata ſemel aqua nunquam priſtinam recuperat humiditatẽ: Nam quædã eius corruptio fit. Altera, quod feruefacta, recuperat nihilominus frigiditatẽ priſtinã: quæ nimirũ eſt illi quaſi forma, alterata non corrupta, & ex hoc adde Problema alterum, vnde eſt quod feruefacta fortius infrigidatur, qui effectus altera phyſica demonſtratione adſtruitur. Nam aqua calefacta fortius infrigidatur extincto caloris gradu, quem ſuſceperat, ſic extinctis repentè in ſalenitro partibus calidis per aquam, aqua ipſa fortius infrigidatur. Eſt. &c. Aqua cur feruefacta fortius, infrigidatur.

p.29.l.18. Cæſis verò, quòd vicinum Romæ eſt, ac nobile oppidum, è cliuo prælti montis manufacta ſunt ſpiracula, è quibus ad libitum, ſicut aquas, per tubos frigidiſſimas excipiunt auras, remittuntq. clauſis pòris, eiſq. ad delicias refrigerant æſtate triclinia, & omnes cameras. Maximi &c. Cæſis ſpecus frigidiſsimi.

p.29.l.21. In Corintho auctor Athenæus, àd promontorium contoporiæ fons eſt aquæ multo frigidior niue, quem plerique propterea non puſſunt bibere. Gela.

p.29.l.25. præcipitantes ex alto aquæ &c.

p.29.l.36. nec ad propoſitum concludant ex motu caleſcere aquas vllo pacto. Primũ &c.

p.29.l.43. ibi enim violentus, hic in aqua diſsipans. Quantam &c.

p.29.l.48. aquarum, & vnuſquiſque experitur ad propria flumina, ac edificia aquarum, vt motu vehementius frigeant. Memo &c.

p.29.l.50. Delphi verò propemodum exemplo ſacellum, extat Tybure antiqui oraculi ſuper alta Anienis præcipitia, frigoris vbi amnis in infernum gurgitem delabitur, intollerabilis. Ex Hircanis montibus, tam alte flumina quædam præcipitant (vt meminit Strabo) in mare Caſpium, vt ſubiectum littus relinquant intactum, ac peruium, diſcumbentibus, qui eo tranſeunt, quaſi in crypto porticu. Præcipitat ſimiliter apud nos Velinus &c. Anienis. infernum Præcipitantes in Hircanis Velini.

p.29.l.58. Id primum verò notabile in problemmatibus eſt, Sect.14. Aquam frigidam, vbi profluat, maiorem facere ſonitum, quam calidam: quia illa grauius cadit, calida verò permixta calore, atque aëre eſt. Strepitus ratio ex colliſione conſta &c.

p.30.l.18. Qui & Pyramum ſcribit ex Cilicia flu. nauigabilem, cæterùm vbi Tauro monti coniungitur, per mira adeo, ac anguſta montis cæſura contrahitur tribus circiter ſtadijs, vt eam canis ac lepus tranſiliat: mox verò de longinquo accedentibus ſonitum edit tonitrui perſimilem, ac tantum ex Cyliciæ campis adducit limum in mare, vt ex oraculo traditum ſit, forè olim Cyprum illi continenti coniungendam. In Gothia &c. Pyrami flu. mirã exempla.

p.30.l.21. Ergo concludamus, quod motus, & præcipitium non gignit calorem in aquis, imò facit frigidas. Hactenus &c.

p.30.l.47. *De cauſis caliditatis in aquis ſponte manantibus diſputationes.* Cap. XVII.

p.31.l.4. & qui etiam in aquis, ipſarumq. fontibus ſingulares cõmunicet virtutes. Porrò horum ſapientum poſitionem explicatè magis aſſignarunt poſteriores Aſtronomi: aſſerentes foueri calorem ſubterraneum à radijs corporum cœleſtium, præſertim ſolis, hac potiſſimùm ratione, quia cùm immenſa ipſorum magnitudo ſit, incomparabiliſq. virtus, & vehementiſsimi motus; terræ molem, quæ quaſi punctus eſt ad vniuerſum cælum, momento temporis, facilimeq. vſque ad centrum penetrant. In centro autem fortiſſimè fiunt hæ irradiationes (vt ijdem Stoici ſentiunt) tùm quia rectà vndique centrum tangunt, tum quia in anguſtum omnes vniuntur, itaque in ipſam terræ ſiccitatem excitãt calorem. Quæ optima demonſtratio eſt, & quæ planè efficaciam virtutis ſyderum concludit; attamen eſſentiam terreſtris ipſius caloris non demonſtrat. Nam (vt ipſimet Aſtronomi probant, & tangitur ab Ariſtotele in 1. Meteor.) radij ſyderum, etiam ſolis non ſunt calidi, neque frigidi, niſi virtute, quæ virtus eſt indifferens ad quanquam generationem. Et ſimpliciter in ſiccitate terrę non minus excitare valent frigiditatem, quàm calorem. Haud ſecus phyſici quidam concludunt, vt Thermophilus, qui ſolem &c.

Aſtronomorum poſitio.

Phyſicorum opi. Thermophili.

Democriti.

p.31.l.7. Nec rectè Democritus, &c.

p.31.l.8. & Milei tandem magis inconſtans opinio, qui flatum poſuit, ſeu ſpiritum intra terrarum concauitates incluſum, & qui ex motu calorificus fit. Hi omnes quanquam, &c.

p.31.l.13. Imò vel uariabilem per tempora: nam per acceſſum ſolis, & receſſum intenderetur & remitteretur. Vel non perennes dederunt, vt flatum, & cinerem, in quibus perfuſa aqua, vis omnis calorifica extinguitur, atque exhalat. Sicq. eadem vena haud vno perpetuo tenore incaleſceret. Nec minores incurrunt iuniores quidam difficultates. Perperam nonnulli Milei adſtruunt opinionem: nam ſi ratione motus dixerunt incaleſcere, id quidem aſſumptum iam à nobis reprobatum eſt. Quòd ſi fateantur, difflari eas ex motu, ac frigeſcere in aperto; cæterùm cogi ſpiritum in ſe, & ſic augeri ſponte calorem in illis terrarum concauitatibus. Ergo omnes inquam aquæ ex abditis cauitatibus emanantes æquè incaleſcerent, cùm tamen vix caleſcant ita milleſima pars. Deinde ſi ex motu ſolùm caleſcerent, omnes ergo tales, præter caloris qualitatem immixtę, ac ſimplicibus ſimiles naſcerentur: at calidæ fermè omnes quãdam præ ſe ferunt mixturam, vnde incaleſcere fas eſt, imò & odore, & ſapore, & tota ſubſtantia alteratæ emanant. Noua altera, & quæ ſe ipſa facilè exploditur, Petronij noſtri opinio eſt: ſuaptè ſpontè, vt in limò, in vino dum ebullit, & in vinaceis, & in piſtrinis oleæ ſubferueſcunt; ſic in terris forſan excitari aliquem caloris gradum, in materia quapiam ad id diſpoſita, qui inalteret, vel concalefaciat aquas. Nã omnes id genus feruores ex putredine excitari ſolitos, vel ipſe fatebitur, de genere eſſe accidentis, adeſſe, ac excitari facilè, ſed extingui mox, & exoleſcere, ad vniformitatem caloris in terris, vel in aquis, & perennitatem intimas magis penetrare oportet cauſſas. Nec ſecus qui ingenioſè, &c.

Alexandri Petronij.

p.31.l.37. Et demum quæ abſtruſiſſima inter omnes difficultas eſt calore &c.

p.31.l.37. *Noua demonſtratio calorum, ac ignis ſubſiſtentis infra terram.* Cap. XVIII.

Propſitarum verò quæſtionum omnium commune illud, &c.

p.31.l.59. prima pars diſputationum propoſitarum, de eiuſmodi calorum terreſtrium natura, quoniam caminos ignis multis in terris videmus perſpicuos, nec non euidentes ignis effectus, fumum flammam, feruorem locorum, incendia, feruentes aquas. Calores verò ita diſtributos multis locis in totius orbis terrarum ambitu, ac ita vbique locorum vniformes, ac perpetua ſpiramenta; vt facile poſſimus agnoſcere ipſam terram interno quodam igne prægnantem. Famoſiſſimus in primis, hoc igne ſubſiſtente, eſt mons Aetna in Sicilia, quem, ſuper cætera naturæ miracula, ſemper arſiſſe, ab omni ſcriptorum memoria proditum eſt. Quin ex Aetna manifeſtè propagari videtur etiam ſubter mare ad vicinas inſulas: nam in oris Siciliæ, atque Italiæ ſeptem Inſulæ Aeoliæ, omnes viſuntur igniferæ. Subit longius per occultos caminos in Campaniam, vbi Veſuuius mons, & Miſeni promontorium, atque in conſpectu huius ad decem milliaria, Aenaria item Inſula eſt, quæ ardet per tempora. Et circà amœniſſimas Baias & in cãpis Puteolanis,

De actualis caloris natura in terris.

Ignes quibus in terris naturales. In Italia.

ardent

ardent perpetuò colles, vbi nimirum ignis perpetuus ſulphure cum exæſtuat, & cum aquis perpetuò feruidis. Habuere fortaſſe veteres id ſolius Italiæ portentum in prædictis locis, quæ perpetuò arderent, nec vnquã veras attigerunt cauſſas. quòd ſi melius agnouiſſent id naturæ eſſe certum inſtitutum, non vnum portentum, haud inuiti, nec obiter in hanc veniſſent demonſtrationem, quandã ignis naturam in ventre terræ contineri, qui vt ex Aetna, ex innumeris locis in toto orbe terrarum exæſtuet. quàm nos inductione, ex ipſorum etiam traditionibus adſtruemus. Quippe ardent in Vltramarinis mons Cophantus, in Scythia, mons Chimæra in Licia, & quidem perpetua emicant noctibus, ac diebus flamma. Et ibidem Epheſti montes, quaſi Vulcanij, ob perpetuos æſtus ignis, cognominati, qui tæda tacti flagrant. In Medis item, & in confinio Perſidis Babylone: Vbi & Suſis perpetua viſuntur incendia, quindecim caminis, teſte Plinio. Heſperius mons dictus, & Theonochema, quaſi iugum diuino æſtuans igne, quæ ambo in Aethiopia ardent. Ardent in Carpathio mari de Cycladis quædam Inſulæ. In Achaia item locus in Meſſenijs. & hinc procul in Attica, Megapolitano agro, iuxtã Chalcydem. Et in Apolloniatis, quę ſunt in Epiro contra Siciliam, in nymphæis eſt crater ardens. Cæterùm iuniores Polyhiſtores alia commemorant incendia terrarum naturalia; in Islandia tres montes, Helga, Hecla, & vnus à Cruce cognominatus, qui ardent. Adde his complura, quæ in nouiter repertis Indijs occidentalibus comperta eſſe certum eſt loca ardentia, quæ Vulcani nomine idcirco ijdem aduenæ Hiſpani cognominant. Primum quæ ex Chriſtophori Columbi nauigatione prodita ſunt. Vnam ex Inſulis Fortunatis Teneriffem in Atlantico mari conſpicuam eſſe, vt Aetna, perpetuis ignibus. Inferius item in Auſtrali Oceano ſub æquatore, ardere alterã meminit ex inſulis, quas videntur antiqui vocaſſe Heſperidas. Vbi & mare ipſum, cum cœlo compertum eſt primis nauigantibus, ob maximum æſtum intolerabile. Montes quoq; ardentes commemorant Hiſpani ſcriptores in noua Hiſpania, vltrà terram Mexicum, admirandis, vt Aetna, ignibus. Et quæ hactenus litterarum monumentis prodita non ſunt in Quatimala, vbi tellus nouæ Hiſpaniæ ſe coanguſtat ad Mare del Sur, complures eſſe eiuſmodi Vulcanos ardentes, ac vnum inter alios admirandum flammarum intus, atque auri liquentis ſplendore emicans ad æthera. Quæ omnia, ac ſimilia id genus exempla in alijs terris, quarum adhuc non habemus notitiam, planè demonſtrant iam mirum non eſſe quandam ignis naturam in ventre terræ conſiſtere. Atque hunc certos habere, quos diximus, veluti caminos, ac ſpiramenta conſentaneum ſit, etiam per longiſſimos terrarum tractus, vnde iugiter immenſa vim flammarum, atq; vaporum expiret. Hinc verò naturam varios moliri, quos manifeſtè videmus effectus: alibi hos vapores igneos, vbiubi pateant viæ, penetrare. Alibi elambere ad certã, quamq. offendant materiam idoneam ignibus. Alibi verò non inuenientes certos exitus, acquirere iugiter maiores vires, occultosq. percurrere meatus infrà terrã, miliarijs non ſolùm decimis, aut vigeſimis, ſed etiam centeſimis, donec alicunde exhalent. Et alibi tandem, manifeſtum eſt, & conſonum rationi, quòd hi calores cuniculos intrent cum aquis, & cum aquis ſpirent, easque pro virtute ignea, quam eatenus obtinuerint, aut feruidas, aut calidas reddant, aut tepidas. Quæ quis dubitauerit ſubiecti ignis effectus, ac iudicia eſſe certiſſima? Nam manifeſtè bullientibus venis exæſtuat ſulphuraria puteolis, Bullicanum ingens Viterbij, Feruidi lacus in Hyperboreis, Purgatorium dictus lacus in Pannonia, Aponi fontes, colles Mutinæ igniuomi, & in Hetruria ad Petram Malam lacus, vbi ex terræ poris, tanquã è ſubdita fornace vapor ignis ſenſim exhalat, fumo, ac facellis noctu conſpicuis. Vt interim taceã, conuerſa ratione, innumeros alios ſubſiſtentis eiuſmodi caloris effectus, balnearum qui mirè feruidarum, quas è tota fermè habitabili plaga terrarum in ſuis hiſtorijs enarraturi ſumus. Sapientes, quanquam nemo tentauerit ex antiquis hanc ignium ſubterraneorũ neceſſitatem, ſummo tamen conſenſu omnes videntur eos ſuppoſuiſſe, eoſq. in varijs naturæ cauſſis frequenter adducunt, & in primis antiquiſſimus Poëta æquè ac Philoſophus Empedocles, quem æmulatus Lucretius &c.

Locus ardens in Aſia.

In Africa.

In Græcia.

In Hyperboreis.

In mũdo nouo.

Ignis ſubſiſtẽtis varij effectus.

Calores penetrantes in venas aquarum.

Balnea ad loca feruida.

Sapientũ atteſtationes.

p.32.l.16. Idem Ariſt. nomine affirmatũ inuenio in libello de Mundo, ad Alexandrũ, &c.

p.32.l.30. Hanc haud dubiè terreſtris ignis naturam cognouit Ariſt. licet eam non conſiderauerit, planeq. ſuppoſuit in ventorum cauſſam II. Metheororum. Tales & in Terræmotu: A feruore inquit terræ proprio, atq; à calore ſolis, plurimos infrà terram gigni flatus calidos, & ſiccos. Et de varijs fontium, ac fluminum ſaporibus, cauſſam eſſe ignis potentiam, quæ vel terræ inſit, vel ingeneretur. Horum porrò ignium naturam indicant Plutarchus in quæſtionibus naturalibus, & item Seneca auctoritate Empedoclis d. Ignes multis in locis terra opertos tegit, qui aquas caleſaciendo inalterant, ſi ſubditi ſint ſolo, per quod illorum incurſus fit. Eoſdem &c.

p.32.l.37. Atq; hæc ſumma rationum ſubſiſtentis huius ignis eſt, calorumque qui è terris exæſtuant: & in balneis.

p.33.l.48. ſitu boreali, occidentali, aliæ ad Drepanum, aliæ ad Xaccam auſtrali. Et balnearum, &c.

p.33.l.59. & quæ calida nouiter cõperta aſſerunt flumina in occidentalibus inſulis quibus,& marini fluctus incaleſcant. Ergo &c.

p.34.l.6. qui penetrans terræ viſcera,penes ſubiectæ materiæ diſpoſitiones exhalatio fit & vapor,& ignis actualis,quæ eſt immediata cauſſa agens, alteransq. diuerſis modis qualitates aquæ, quemadmodum dictum eſt, &c.

CAPVT XX.

Exhalatio terreſtris ſimpliciter non eſt apta ad effectus ignis. Solis virtus penes acceſſum & receſſum mutabiles. Solis cõmunis calor nõ penetrat viſcera terræ.

p.34.l.11. Quoniam autem agens eiuſmodi calor in materia quadam ſibi congrua ſupponendus eſt,ideò iam,quod tertio loco polliciti ſumus,de huiuſce materiæ natura, atque aptitudine ad calorem, eſt quærendum. Nemo autem dixerit ſimpliciter exhalationem, vel ſolem,& quem omnes ſentimus calorem, vel ipſam terræ ſiccitatem eſſe materiam harũ alterationum,& in terris,& in aquis: duplici argumento, & ex parte ipſius exhalationis, & ex parte Solis. Nam hæc exhalatio quæcunq; ſupponatur in terris inſita, vt eſt calida, & ſicca potentia;eſt quidem apta nata aliquem aſſumere caloris gradum virtute Solis. Qualem diximus ex antiperiſtaſi per hiemem,tepidas reddere in fontibus aquas. Vel qualem fortaſſe ſentimus caloris gradum ſub ardenti canicula, valdè intenſum. At feruorem ignis ſimpliciter à Sole hanc poſſe concipere, & qualem in bullientibus feruere aquis experimur, nequaquam. Nec ſecus ex parte Solis, iam enim dictum eſt, quòd is gradus caloris penes acceſſum Solis, & receſſum, haud dubiè & intenderetur, & remitteretur, non vniformis perſiſteret in fontibus, & vno tenore. Deinde communis ſententia eſt, quem omnes à Sole ſentimus calorem, quo tempore etiam ſolares radij ſunt validiſſimi, non multum infrà terram penetrare, quo planè ſenſu ſunt quæ Boetius auctoritate Homeri habet carmina.

De cõſol. lib. 4.

Pro clarum lumine Phœbum
(Melliflui canit oris Homerus)
Qui tamen intima viſcera terræ
Non valet perrumpere,&c.

Vel ſi penetrent virtute (quod negari non poteſt) vſq; in centrũ,ipſi tamen radij,vt dictum eſt, non ſunt calidi, neq; frigidi,niſi ſimiliter virtute, quæ manifeſtatur in materia apta ad calorem, & non in exhalatione, neq; ſimpliciter in ſiccitate terræ, quæ virtute ſolis eſt indifferens tàm ad frigus,quàm ad calorem. Ergo quæ particularis ſit hæc materia eatenus apta ad omnem gradum caloris infrà terram,quærendum eſt. Cui &c.

p.35. l.5. ac eodem quaſi numine incaleſcere balnea. Quippe ex æthere emanaſſe ſulphur (quæ res maximè extollit balnearum prærogatiuam) id planè in delapſo fulgure apparet, vbi putor &c.

CAPVT XXI.

p.36.l.6. Elementi partem eſſe negant Peripatetici: nam &c.

p.36.l.7. deinde quia manifeſtè tendit ſurſum, quaſi ad locum, ac finem naturæ ſuæ. Ergo vel violentum &c.

p.36. l.3. Sed ſi verum verò ex omni parte conſonat: qui negant hac noſtra tempeſtate ignem elementarem ſub concauo lunæ exiſtere; negent hi & Ariſtotelis demonſtrationes neceſſe eſt. Quia ignis leuiſſimus, qui tendit natura ſurſum,& quia locus ei debetur in ſublimi,maiorem habens ambitum,& decuplam ad proportionem ad ſubiectum elementum. Quare alterum duorum coguntur aſſerere: Aut naturam relinquant quaſi orbatam quarto elemento: aut certè cum noſtra poſitione, ſubterraneum hunc ignem ponere neceſſe eſt quartum elementum. Sed melius, ſine vllo naturæ, nec doctrinæ ſummi philoſophi flagitio,equidem dixerim, hunc &c.

p.36.l.19. At in terris videmus cuiuſq; naturæ mixta propria:ergo,vt argentum viuum totum eſt ſubſtantia aqueum,ita hoc,mixtum quoddam ſubſtantia igneum. Nam,&c.

p.36.l.28. Id ipſumq. non luminoſum putandum,vt communis,& purus ignis qui aperto ſplendeſcit aëre,ſed ratione loci,ac materiei caliginoſum,ac expers luminis. Sicq. &c.

p.37.l.8. Quippe rei diſpoſitæ ad aliquem effectum (,vt inquit magnus Auicenna) ſufficit debiliſſima cauſſa. ignes &c.

Virtutis mineralis neceſſitas.

p.38.l.20. Infinitas verò has fieri commixtione diximus non abſq; ratione. Rerum enim quæ ipſa elementorũ mixtione gignuntur,vt in aëre metheora, ac terreſtria in ventre terræ; harum non tam dicemus generationes, quam paſſiones potius quaſdam ipſorum inuicem elementorum. Quas longiſſimo tamen tempore,ac naturæ conatu,in aliquam redactas perfectionem agnoſcimus,in aurum,aut argentum,aut in gemmas. Ad aliquam verò perfectionem non pertingeret vlla elementaris miſſio, nec exhalationis eiuſmodi vllum

genus

genus in terræ viſceribus, nec in metallis: niſi inſitam quoque, efficientemq. in locis illis intimis ſupponamus virtutem, cum Auicenna, Alberto, & ſummi philoſophi decretis. Sol enim, & homo generant hominem: tum communis ſcilicet ac cæleſtis cauſſa, tum & ſpeciale ſimul agens. quod ſi in metallis, & in perfectis, dicam mineris non ſemen eſt, proportione tamen quandam vim ſubeſſe illis contemplamur (etiam in genitis ex putri materia, vt in confeſſo eſt ſummis philoſophis) virtute reſpondens elemento ſtellarum, ſine hac, nulla fit generatio, nec etiam putriſſimi fungi, nec vermis. Atque hinc metallum nullum, nuullum mixtum metallicum, vt Chalcyti, Sory, melanteria, ſandaracha, argentum viuum, ſeu arte, ſeu natura comburantur, non eam plus minus vaporum, aut ſulphuris fœditatem exhalant. Non quia hæc ſint principia, vt ærumnoſo artis ſuæ fundamento decepti ſunt alchymiſtæ; nam quam aliam putamus concluſæ huius exhalationis ſubſtantiam in intimis terræ cauernis, niſi confuſiſſimam caliginem, quæ etherogenes fumis, ac craſſiſſimis congeſta partibus, penes ſpecialem locorum, & illius cæli diſpoſitionem, ac virtutem inſitam, aptitudinem certam ſuſcipit, vbi ad vnam, vbi ad aliam generationem? Vnde tanquam menſtruata mulier, neceſſario metalla tot redundant fumis, ac excrementis, quæ craſſioribus partibus, vigore ignis, vbi vruntur, vertuntur in ſulphuris halitum, & argentum viuum, etiam ipſis ferrarijs perſpicuum. Non aliam ergo intelligimus ſulphuris, ac argenti viui eſſentiam in metallicis rebus, niſi quia hæc duo præcipuè primigeniæ illius exhalationis, ac redundantiam ſuperfluitatum ſoboles ſunt, vt etiam rubigo, ſcoria, innumera alia, & quæ non dubiè certis locis, quaſi ineſficax ad perfectam quampiam metalli generationem, tota ſoluitur in argentum uiuum, vel ſcatet in merum ſulphur. quod & ardet vbi concipit ignes, & non minus vbi aquæ incurrant, eas reddit proportione, vel feruidas, vel calidas, vel tepentes. Hæc ſumma eſt ratio caloris, ac repetitio cur tam varię ex eo fiant in aquis impreſſiones. Quæ cùm abſtruſæ ſint cauſſæ, nec ſatis explicatæ antiquis, quoniam tamen amore veritatis, recto cuique iudicio vtendum eſt; tres continent aduerſus Agricolam contradictiones notabiles. Vna eſt, de continente cauſſa caloris in terris, & in aquis, quæ non indeterminatam minerarum ſpeciem habet, non bitumen (vt ipſe aſſerit) longe gentium, ſed ſulphuris naturam, quam demonſtrauimus communiſſimam, ac paſſim in balneis vulgo etiam ſenſibus, ſi non emunctis naribus probandam. Altera eſt, reprehenſa ab eo, nec vllis reprobata rationibus, de inſita virtute ſingularibus locis, ac balneis, & mineris naturaliter conſtituta, quę neceſſaria, vt vnde motus principium, omni etiam putrium rerum generatione explicata primum in decretis philoſophi ab Auicenna, mox exculta planius ab Alberto, eiuſdem eſt Ariſt. aſſertio in 3. meteor. Vbi quanquam fateatur, ſe non hanc ex profeſſo ſuſcepiſſe tractationem, eminentiſſimo tamen ingenij acumine, & hoc principium, vt omni generationi, ita & terreſtrium tantum explicuit. Sicca, inquit exhalatio (tanquam communis materia) ſuo calore (quod eſt, inſita virtute cœlo, & ſtellis, vt in 11. de gener. anim. explicuit cap. 111.) foſſilia gignit & metallica, qua tamen virtute ipſe omnino ſecluſa, qualitates dumtaxat elementorum ſatis eſſe ad hanc generationem affirmat, calorem præcipuè & frigus, prout terreſtrem ſuccum ex aqua, & terra variè commixtum, contingit concoqui, & inſpiſſari. Tertio grauius in Ariſtotelem Agricola, in cuius ſcriptis quam laudo peritiam, & in conquirendis germaniæ metallis induſtriam, eo minus laudabile dixerim, in auctores ſuos contradicendi ſtudium, quam de exhalatione, vt principio non rectè dicit ſentire. Dumq. eam vel hoc ſolum vulgari argumento redarguat, quia eſt immenſa argenti mole eruta olim à Germaniæ fodinis, triginta, vel amplius pedum amplificatione: non ſit (inquit) veriſimile, tantam congeri poſſe in vnum locum exhalationis eius copiam, ad tantam molem: in hoc trifariam idem arguitur. Primum quia non breuis ille motus, nec exhalatio annorum dumtaxat ſpatio conijcitur ad tantæ molis aggeſtionem, imò, longiſſimus naturę conatus (vt dictum eſt,) & centeſimis multis annorum deinde appoſitio illa ſucceſſiua fit (vt in confeſſo eſt) & perminima, incomprehenſibili non dubiè motu à nobis. Et tandem, quia ex craſſiſſima illa ac penè cæmentia (vt ita dicam) aggeſtione ſua aquæ ſimul & terræ vel cineris, calore, ſuperueniente, ac frigore condenſante, non ſeruuatur modus generationis, qui ab exalationis principio ſeruatur omnibus momentis exactiſſimè, quemadmodum in libris de metallicis eſt à nobis demonſtratum. Cæterùm quid diſſimulet hic bonus auctor erga ſummum philoſophum reuerentiam, nullis eum arguens argumentis (parcat ipſe, & ſequaces eius, vel hanc totam retexant partem) quando vt trahat eum in ſuum ſenſum, & in illam aquæ & terræ miſcellam, indignam prorſus naturæ, & philoſopho, peruertit ſcripturam, facitq. affirmare materiam metallorum eſſe aquam aliquis paſſam, quemadmodum humores, quod &c.

Excremẽta, ac ſulphur ex metallicis redundantia.

Contradictiones aduerſus Agricolã II.

Onceroſa Agricolę poſitio. III.

Agricolæ contra Ariſtotelem.

Modus generationis metallorum.

p. 40. l. 14. Lacus Pilati, ſic per abominationem dictus in montanis nurſiæ, ſine ortu, cùm ſit

Lacus Pilati in Nurſinis.

Digitized by Google

ſit, & ſine exitn, horrendis tamen modis certis horis ſubſilit in altum, quem idcirco vulgus ſuperſtitioſè obſeruat in incantamentis, cum naturalem habeat cauſam ab intercluſo flatu. Ex Inba. &c.

p.40.l.19. Eundem (ni fallor) meminit fontem, in Cappodocia Strabo, ex cuius fonte, aqua emergit puriſſima, ac tanta vi, vt iniecta in ipſo haſta. vix immergi poſſit, ac impetu intercluſi flatus repellitur. Subſiliunt verò ob feruorem in Volaterranis lacunis quædam ſcatebræ de quibus poſtea clariori loco ſumus ſermonem habituri.

Plutarchus de rerum mutationibus.

p.40.l.33. Plutarchus in opuſculo, cur oracula ceſſauerunt, cum multa inania, & non vera aliqua tangat ex antiquis philoſophis: hanc planè quæſtionem, de terrarum, & aquarum mutationibus optimis concludit demonſtrationiuus. Si tellus ipſa ſempiterna ſupponatur, experſq. interitus, facultatum tamen eius, vel ſenſu ipſo animaduerti poſſunt mutationes. Nam & lacus, & amnes, frequentius Thermæ quibuſdam locis defecernnt, in alijs vel delituerunt, vel aliquo poſt tempore rurſus eiſdem, vel vicinis locis extiternnt, in Attica itidem ceſſata metallica, & in Euboĕa ibi vicina æris fodinæ exinanitæ. Sed quæret non ab re quiſpiam: quomodo poſſnnt dici aquæ mutabiles, quando determinatum ſit in propoſitis à nobis principijs, quot fontes aquarum, tot ſpecies eſſe, & propriam quãcumque formam, differentijſq. ſuis eſſentialibus conſtitutam. an ſpecies ac formales differentiæ ſunt mutabiles, & ſuſcipiunt magis, & minus? Summorum ergo ſapientum ſententia eſt, quæ tangitur à magno Conciliatore differ.71. Seruare quanque rem eſſentiam primnm, vniformem, & perpetuam: ſine vllo tamen doctrinæ flagitio dicetur alterari cuiuſq. rei formam particularem, mutari, ac remitti, vel intendi in indiuiduis ſuis. Nam & ſpecies perfectæ in indiuiduis ſuis: & in hominis ſpecie, alius, & alius plus minus rationis particeps eſt, & aliquis vix differens videtur à beſtia, & non mirum differentiæ ipſo modo dicuntur formales, modo eſſentia, modo qualitates, prout intentionem ſcilicet & remiſſionem ſuſcipere aptæ ſunt in ſingularibus ſuis. quæ potiſſimum exceptio in minus perfectis, & elementaribus formis, & fontium, qui ſemper ſeruare dicuntur in ſua ſpecie eſſentiâ primam, ſulphuream, ſalſam, aluminoſam, ferream, auream, diffetent ſecundum magis, & minus particulares emanationes, & qualitates temperamenti penes tempora, & cæli ſtatum, & communia mundi accidentia, aërifq. & ipſarum aquarum, & ex variabili præter cætera terrarum conſtitutione, illuuionibus; imbrinm vaſtis inundationibus, terræmotu ventis præfertim ſubterraneis, & maximis regionum conflagrationibus. Omnem elementorum naturam videmus maximè vsrijs paſſionibus ob noxiã. Enim verò ad difinitionem aliquam affectuum in ſnis canſſis inuenimus paſſionum genera circa fontes, ac naſcentes aquas contingere. Aliæ enim &c.

Quæſtio nobilis quomodo ſpecies aquarum mutabiles.

Solutio. Species mutabiles in indiuiduis.

Cauſſæ mutationum cõmunes.

Paſſionũ in aquis tria genera.

---

p.41.l.19. Fontium natura qui aliquibus creſcunt, aliquibus ſiccantur.

Porrò haud ſcio &c.

p.41.l.39. Ad Larium lacum ſub Como fons hac cenſura dignus eſt, qui cum tota hyeme ſubſiſtat, mox ineunte calore æſtatis in totum antumnnm abundat aquis, eiſque lacteis, nempe qnia ſtillatitias tempore calorum ex niuibus hiemalibus ſuſcipit aquas, & pro colluuie lapidum, qnam obdncit ex illis interuacnis, albicantes. Vnde quo plus, vel minus abundant, annonæ ſimiliter arguunt incolæ vel penuriam, vel copiam. Similes &c.

---

p.41.l.48. Ingentes fontium, ac maris mutationes.

Cæterum &c.

Inundationes ex mari.

Terrarũ ſubmerſiones.

p.41.l.53. Portentoſiſſimum eius rei exemplum narrat Thucidides, cui prima laus veræ hiſtoriæ: accidiſſe quinto Peloponneſiaci belli anno, in Græcia, in Euboĕa, in Bœotia, ſed præcipuè in ipſa Peloponeſo. Vbi elatum ex vaſtiſſimo terræmotu repente mare, mirum in eam modum regionem inũdauit, ac abſorpteas inter alias terras Orobie, remãſit mare, vbi olim terra. Eadem ſæuitia eſt in Locris apud Athalantam, Athenis in Peparetho, & Pritaneo. In Thermopolys verò monte, qui totam tranſuehit Theſſaliam, ve Apenninns Italiam, cum ob ſitum vbique cauernoſum, & peruium ventis, & aquis, crebris obnoxius ſit terræmotibus, miras ex eo narrrant Geographi, Polibius, & Strabo mutationes: Alios enatos fontes, & calidos, & frigidos, alios in Edepſo erutos, ac retentas olim in venis ſuis triduo aquas rurſus effluxiſſe. Vicinas ei regiones, Phocidem, Bœtiam, Megaram, Achaiam, maximè Euboĕam vicinam inſulam, totam cauernis ſuſpenſam, ac marinis ſubmotam fluctibus, his caſibus freqnentet fuiſſe obnoxias. Narrat Plato in Timæo, ex vetuſtiſſimis Aegyptiorum monnmentis, vementiſſimo &c.

Tempe montis ruina.

p.41.l.59. Similem naturæ caſum recitat Athenæus ex antiquis hiſtorijs, poſt magnos in Hæmonia terræmotus; montibus Tempe vocatis fractis, ac diſruptis aquam ſtagni per interual-

teruallum erupiſſe in Peneum, ac planiciem tum amplitudine, tùm pulchritudine apparuiſſe mirabilem. Alias ſimilibus euentis legimus enatas in Ionio inſulas. Theram præſertim, ac Theraſiam, Strabone teſte, quem caſum penetraſſe etiam ad Cycladas, ſeptemq. in Aegeo natas in ſulas, in Euboẽamq. obcæcaſſe etiam fontes. De flum. &c.

Inſulæ nouæ.

p.42.l.3. Arethuſam verò fontem apud Syracuſas, quem narrant ſubter mare per quingenta milliaria penetrare in Achaiam, ceſſaiſe quondam, ac rurſus cum multa, ac craſſa turbulẽtia emerſiſſe, agitationes eiuſmodi intimas ex terręmotu habuit in cauſã. Facit &c.

p.42.l.4. Quales repetit Ariſtoteles ex terręmotu natas iuxtà Adepſum balneas calidas. 2. Metheor. Scribit &c.

p.42.l.17. Qua de re Aſtronomi quidam contemplantur nouorum fontium exortum aliquid portendere ſuis incolis, nam ſi ſalubres ſint aquæ, & piſcoſæ, gratiam & meliorem fortunam: ſi graues autem, & turbulẽtæ, malos mores, ac tyrannidem declarant. Cæterũ, &c.

p.42.l.22. Ex eunlgata iam fama antiqui diluuij, & eius quod poſtea contigiſſe narrant ſub Deucalione, & Pyrrha, nec non de vaſta conflagratione, quæ contigit ſub Phætonte, hæc duo præcipua viſus eſt cum Eccleſia ſancta confiteri diuinę deliberationis inſtrumenta, quibus mundus vt olim per aquam, ſic per ignem ſit finiendus. quas vt primas in Thermis cauſſas, non ab re, & earum vires per hęc magna exitia proſequimur. Talem &c.

p.42.l.29. ac lacus circa montem non paruos, hi partim ſubeunte cauernarum fragore abſorbentur.

p.42.l.31. Ad conſpectum verò Siciliæ inter Aeolias, non eſt dubium nouas ex incendijs natas inſulas: & in Aegeo mari iam centum annos, occupato à ſæuo Turca orientali imperio, in portentis habitum eſt, vnam ex incendio natam inſulam. quæ res cauſſam habet manifeſtam, nam ex incendio, quæ ſubuehitur materia ſiccat vndas, ac ſuperaucta coaceruatę ſe in vaſtam molem. Similiter Thraſimenus lacus viſus eſt olim. &c.

Fontium ac balnearum ſubmerſiones.

p.42.l.34. ſuas delitias, ac Thermas ſaluberrimas. quo mira contigerunt accidentia: nam alij fontes ſuffocati in totum: alij alia parte, aut mutata qualitate emerſerunt, ſiccatum mare, ac mons ingens vbi olim mare enatus. Nec ceſſat portentum: nam Puteolis, non ſunt adhuc tres anni, excitatas infra ſuas balneas ignis erupit tandem incendium, quo, & alia ſubmerſa balnea ſunt, & littora non minus craſſo cinere ſiccata cum vndis, ac funeſta iacent. Porro inundationes non minus quam incendia, ſunt potiſſimæ cauſſæ tam originis quam mutationum, & terrarum, & ipſorum fontium: quarum propterea hic propriam habere oportet conſiderationem.

Ex inundationib.

p.42.l.50. quoniam harum quæſtionum rationes, ac communes paſſiones aquarum videri poterunt fundamenta, ac certæ demonſtrationes ad multas, quæ obiter explicandæ venient difficultates. Imò ſine his communibus demonſtrationibus, de ſingularibus nonnullis effectibus, ac ſcitu digniſſimis in tota natura aquarum proprietatibus, vix poterit aliquis aſſequi intelligentiam veram quæ ſiue ex conſenſu, &c.

p.42.l.vlt. Tangemus autem dumtaxat aliqua Aſtronomicorum indicia, qui &c.

p.43.l.12. ex quibus non dubie, & ex his quæ ſubiungemus de motibus maris, ac fluxu, & refluxu ampla via aperiri videbitur ad ſingulares multas aquarum difficultates explanandas, quæ pertinent ſcilicet ad earum varios motus, & originem, vt qualitates induant fontes ad bonitatem, vel malitiam, deq. fontibus natura æſtuantibus, vel ſalientibus, de nouiter enatis, vel ſubmerſis, & quæ vel admirandas impreſſiones, vel alienas à natura aquarum per ſe ferant proprietates: à communibus ergo totius naturæ aquarum, accidentibus, quæ plures continent cauſſas exordiemur.

p.43.l.17. In diluuiũ Noẽ, quod vt in ſacris litteris deſcribitur fuit maximus exceſſus

p.43 l.30. Cæterum non poëtæ ſolum, ſed ex bonis etiam auctoribus etiam Plutarchus idem ſub Noe, & Deucalione videtur intellexiſſe diluuium, cum de animalium percurrens natura, columbæ, inquit, miram ſolertiam, quæ ex arca Deucalionis emiſſa certum indicium retulit ceſſatæ tempeſtatis; ſed & hi ſublapſam vetuſtate famam ſequuti ſunt, ac forte ſacras in hoc legerunt litteras. quando conſtet ex annalium monumentis, ſub Deucalione inundationem duobus circiter millibus poſt Noe annis accidiſſe. Poſt Phoronei, ſcilicet ætatem, qui Argiuorum Rex, primus traditur cæpiſſe diſperſos per vicos homines, in conuentum ciuitatis vnire. Nec fuit ad vniuerſale iudicium, ſed Theſſaliæ præcipuum, vbi Deucalione tunc, & Pyrrha bonis regibus, miſerata eorum calamitatem poſteritas, viſa eſt illis nouam mundi, ac hominum inſtaurationem in gratiam retuliſſe. Teſtem verò habemus, & communes cauſſas, ex Strabonis hiſtoria lib. 9. Vbi regiones illas antiquæ Græciæ deſcribens, Theſſaliam, Phocidem, Boeotiam, Megaram, & Achaiam, vſque in inſulam Euboiam, tum ex ſitu terrarum inæquali, ac montibus Thermopylis amfractuoſis, tum ex fluminum magnitudine, qui ex illis deriuant, ac copia crebris admodum & terræ, & maris,

Noe, & Deucalionis diuerſa diluuia

Inũdationũ fluminum, ac terrarum mutationes.

ris,ac ventorum motibus fuiſſe obnoxias teſtantur: ac crebris non mirum inundationibus tentari ſolitas. Talium verò exceſſuum,extra modum cauſſas percurrit idem Strabo,in deſcriptione Bœotiæ,ac Megaræ,vbi Nyſæ olim permagnæ vrbis ſubmerſionem, ac fluminum lacuumq; mutationes ponit memorabiles,cum ob ſituum ſimiliter humilitatẽ, & ob locorum non minus infrà terram præruptas cauernas excitatis perſæpe magnis motibus terræ contigit,vt & aquæ ſimiliter ac flumina,alia per ſubterraneas cauernas ſubmergerẽtur,ſubmergerentq. ſimul terras, aliæ verò vt aggeſtis per ruinam obſtructiſq. naturalibus meatibus, alibi quidem lacus adhabitabiles vſq; locos increuerint, & vrbes ſimul, & oras abſorbuerint; alibi mutatis ſedibus,vbi olim montes, nunc viciſſim imæ valles, ac lacus emerſerint;alibi verò terræ,vel longè à ſolitis fluminib.vel in arido alicubi ſolo remanſerint:quarũ terrarum, ac mutationũ per multa in illis regionibus habet exempla. longè ergo diuerſum ab hoc,ac multis anteà ſeculis fuiſſe conſtat diluuium Noe:qui vt fuit maximus &c.

Terra vbique altior quã mare.

p.43.l.45. Porrò hoc magni diluuij exemplo primum curioſa declaratur quæſtio,quæ adhuc in magna verſata eſt controuerſia, an mare altius, an ſubſiſtat terra. Nam naturaliter aqua inhæret terræ ſubſiſtitq; tota ſui mole in immenſis terræ cauitatibus, ita in diluuio manifeſtus notatur exceſſus aquæ è terminis ſuis, quæ iuſſu dei quindecim cubitis ſuper altiores montes ſteterit. Alioqui recedente poſt diluuium in ſuas cauitates aqua,quid dubiũ eſt,niſi rerum imperitis,aridam idcircò relictam terrã,quia altior?altiſſima verò ſuis montibus,ex quibus,ac promontorijs proſpectus in mare perhibetur ad duo millia mill. Quæ res tacitè ex demonſtratione confirmatur Ariſtotelis de ventis, qui ſi generantur tantum inter conualles montium ac depreſſa magis loca totius terrarum,ac marium,ergo vbi altius mare ſupponatur,ibi non eſſent venti quod repugnat omni experimento nauigationum. Declarantur porrò eodem &c.

p.43.l.47.quales in Deucalionis diluuio tetigimus,& quas volumus memoriæ teneri.&c.

p.44.l.2. Iſtri præſertim,Tanais,atq; Boriſtenis qui violentiſſimi omnes ſunt curſus. &c.

Aeſtus,ſiue fluxus & refluxus.

p.44.l.3. premitur,vimq; acquirit ad maiorem impetum,vnde cùm velox à Mœotide ad inferiora maria fiat nauigatio;è contra naues,quæ ſoluunt infrà, ex Aegeo in Helleſpontũ, & ex Propontide in Pontum non niſi vento aſpirante ac forti remigio, contra fluxum illum maris adnauigant,hactenus fluxum quendam naturalem tetigit Ariſtoteles. Aeſtum, verò, &, quæ apertè magis fluxum, & refluxum appellarunt poſteriores, non probauit. Sanè cur mare,quaſi exæſtuans,certis,ſtatiſq; diei horis vltro,citroque,& fluat ſenis horis ad littora, & ſenis alijs refluat,nam (vt maxima parte vbiq; fit) quater in die naturali facit mutationes. Circà alias ergo motus cauſas cum per omne tempus pleriq, ſapientes arduas inuenerint difficultates aperuiſſe ſaltem videntur nobis poſterioribus planiorem viam, quas aſſerere,& quas minus probare debeamus. Iam Stoici (vt de calorũ cauſſis diximus) non dubitarunt in omnibus rebus,& in elementis,& in mari,præter proprium naturæ principium, virtutem quoq; ineſſe ætherẽa,vnde certam habeant inclinationem ac motum. Vix cognitam à nobis. Quam in humoribus Medici perſpicuam habent,rationem ferè ignorant,dum vident pituitam ſingulo quoq; die,bilem de tertio,atram bilem de quarto in quartum diem moueri. Ita & mare,vbi maximè liber eſt Oceanus,hoc abætherea virtute habere dixerint, vt per cœli quartas ſenis horis vltro,ſenis alijs feratur. Id annuit eximiè Plato, Aquam ex natura ſua procliuem eſſe ad motum in orbem. Ex Poſſidonio autem,ex Athenoro Strabo,

Cauſſæ naturales.

planè hunc motum,in cauſſas retulit naturales. Sequi vniuerſum Oceanum, motum cœli, Solis præſertim,& Lunæ. Vnde obſeruantur in ſolſtitijs,ac per Lunæ quartas,ac circuitus, motus huius in mari manifeſtiſſimæ inæqualitates. Nam ſequi pariter mare varium, illum ſyderis,circuitum neceſſe eſt,quendam annuum,quendam menſtrum,quendam diurnum fieri. Ex vaporibus autem, quos Oceanus pro vario,quo fouetur aſpectu à cœlo,ac ſtellis expirat;ſimile quiddam expirationi habet,dum effunditur, inſpirationi autem dum contrahitur. Addit his intus, videri tamen (inquit) mare ad id cum cœlo circulariter quodãmodo moueri. Cui dicto nos euidentem,ac neceſſariã huius perpetui,at circularis motus adiungimus cauſſam,quæ eſt miranda, ac potentiſſima Solis virtus, qui & in aërem quendã affert ſuo motu fluxum,& refluxum aëris in circulum,ſicut in aquas. Fluxũ,cùm ab Oriente circumfuſos externæ diei vapores impellit ante ſe,qui ſunt tanquã anteſignani aduentus tanti regis,& quam adeò magno nomine celebrant auroram, auream,roſeam,candidam,quæ non eſt aliud,niſi tenuium vaporũ apparentia,quos ſol promouet ante,ac diſſipat poſteà ſuo lumine,ac motu. Refluxum porro aëris videmus manifeſtum:nam Sol aſcendens ſuper capita noſtra,aurorã ſimiliter,quaſi continuato circulo propellit ante, ac duos diuerſos ſimul parit effectus. nam,vt ſui aſpectu auroræ roridam fugat auram,ac ambientem,nos aërem illuſtrat, ac fouet; ſic receſſu ſuo,hinc vltrà meridiem, nouæ ad nos verſus orientem recurrunt vaporum auræ;quod vulgus frequenter dictat,poſt feruores Solis meridianos lenari ventũ,

Aurem pace poſitio mare circulariter moueri.

Eſt Solis virtute fluxus, & refluxus in aere.

Auroræ nominũ ratio.

Refluxus aeris.

&, quem

& quem gratum dicimus Zephyram. quæ non mirum ſub veſperæ repentes, quanto longius recedunt à curſu ſolis, tanto maiora afferunt refrigeria noctis, donec rurſus ſolis reditu, ad nouum excitentur fluxum, & perpetuum aëris contineant circulum. In quibus motibus apparet concurſus, & efficacia lunæ: luna enim, vt eſt adminiſtra ſuperiorum ſyderum, ac ſolis, dominatur humoribus, & hos modos haud dubiè moderatur. quæ demonſtratione (niſi mea me fallit opinio) cùm typum videar, ac veritatem expreſſiſſe tantæ quæſtionis; ex circurali ſcilicet motu totius naturæ ſubſequi ignem, aërem, aquam ſuperiorum ſyderum aſpectum, ac motum, ſolis præſertim, ac lunæ per quartas cœli: rurſus quaſi hoc ſtabilito principio penes vniuerſi diuiſionem, eam demonſtrationem faciemus planiſſimam. Diuiditur quidem cœlum; & terræ globus cum mari ab vtroque puncto Orizontis in duo hemiſpheria, atque hæc rurſus diuiſa à puncto cœli medio per totum, quatuor totiusmundi faciunt quartas. duas quidem diurnas, quarum hæc orientalis quarta dicitur, vſque ad punctum cœli medium; altera verò à medio ipſo puncto ad occaſum occidentalis: & duas infra nocturnas. Occidentalis nocturna eſt, ad punctum vſque mediæ noctis; & reliqua ad orientem, vſque quarta eſt orientalis nocturna. Nunc his ita conſtitutis, ſi ad minus generales deſcendamus cauſſas; iam dubium non eſt, penes Aſtronomorum poſitiones, in humoribus, & in aqua, ex æthereis virtutibus præcipuè dominari lunam. Itaque ab antiquis ad noſtrorum vſque ſapientum obſeruationes compertum eſt, & determinatum, huius motus cauſam eſſe à lunæ motu potiſſimum, vt ſolis tamen promouetur, ac fouetur aſpectu cuius demonſtrationi atteſtatur experientia motus huius, qui (vt dictum eſt) in vniuerſum cum ſole progreſſum habere videtur naturalem ab oriente in occidentem, & quaſi circulo moueri. Peculiare autem ſydus habet lunam, quæ manifeſtè ad modum ſolis, ac primi mobilis mare per cœli quartas conſequitur. Nam XXIV. horarum &c.

Lunæ cõcurſus.

Naturam totã circulo moueri

Cæli diuiſio ac lunæ motus per quartas.

Cauſſæ propria

Sole.

A luna

p.44.l.10. per quartam orientalem diurnam, ac ſimul ad punctum Orizontis oppoſitum, vbi quarta diurna terminatur orientalis, ſimiliter fluxus fit. Senis verò vtrinque recurrit, nempe dum ab vtroque puncto orizontis, refluxus fit ad punctum cœli medium. Simili porrò viciſſitudine reciprocat motus maris in altero hemiſpherio: nam ſenis horis ab occaſu, ſcilicet ad mediam noctem in quartam excurrit nocturnam occidentalem, qui in punctis vtrobique noſtri Orizontis alter fluxus eſt. Et ſenis horis, quæ reliquæ ſunt à puncto quartæ nocturnæ occidentalis ad orientem, alter refluxus fit. Vbi planè patet, quod hi motus horis menſurantur æquinoctialibus, non autem vulgaribus. Vulgares enim &c.

p.44.l.25. Eſt ergo ſol vt primum mouens, ac vniuerſalis cauſſa, quæ promouet æſtus maris, luna verò particularis cauſſa, quæ vt adminiſtra eſt ſolis, ac præeſt omni humidæ naturæ, præſertim aquis, non mirum ſi moderatur in hoc vires ſolis, ac ſuis aſpectibus partitur illius motum per quartas cœli.

Typus, ac tres cauſſæ præcipuæ de fluxu, & refluxu.

Diuerſitatis, & particulares cauſſæ fluxus, & refluxus.

HIC cum typus tantæ quæſtionis ſit, ac ſumma ratio de omni æſtu in duabus præcipuis conſiſtat cauſſis, in ſole primum, deinde in luna: iam tertium genus reſtat cauſſæ; vnde omnis diuerſitas particularis æſtus abſoluitur, quæ eſt à ſitu, locorum ipſorum diſpoſitione. quibus alioquin illæ primæ cauſſæ videntur inefficaces, atque etiam controuerſæ. Nam ad Indi fluuij littus &c.

p.44.l.33. Cur lacus quidam, cur fontes permulti eiſdem &c.

p.44.l.36. Ergo in vniuerſum penes propoſitam à nobis circularem conuolutionem, &c.

p.44.l.38. Secunda eſt; à motu ac virtute ſolis, &c.

p.44.l.40. Occurſus vẽtorum, à certis faucibus regionum, cõmunicationiſq. cũ alio, &c.

p.44.l.57. Quæ olim maior, quam reliqua Aprica, vt in Timæo & in Critia legitur mare, &c.

p.44.l.58. Quare tradunt perterritum Chriſtophorum Columbum primum occidentalis argonautam, poſt octauum diem ſuæ nauigationis pelagus illi apparuiſſe vadoſum, ac herboſiſſimum; & præterea eſt alia cauſſa tardi motus, huius maris, quia ea pars, &c.

Mare vbi herboſũ.

p.44.l.vlt. Quod item declarat nauigatio: quia naues quæ ſoluunt ab Herculeo freto, breuiori tempore accedunt ad Peru, quam redeant. Imò dum redeunt, vt nauigent citius, & ſecurius, ſeruant fluxum maris naturalem, quod ab ora auſtrali abradens terram Peru, fluit perpetuò in ſinum maximum Mexicanum, nunquam refluit: ſed facto ea inde circulo labitur inter Cubam inſulam, & terram floridam verſus arctos, ac naues rectà reducit in Herculeum. Quo curſu planè &c.

Nauigatio Peru cur fit diuerſa receſſu ab acceſſu.

p.45.l.23. quam video multos refugiſſe, tum flatus (ni fallor) reciproci, qui à latiſſima Aegæi maris effuſione in eas anguſtias compulſi &c.

p.45.l.27. Tùm loci ſitus præcipuè totus ſub illa inſula vaſtis cauernis anfractuoſus, per

quas

Digitized by Google

quas præcipitãs longo tractu mare ſurſum inuentu obici regurgitat, & quaſi reciproco impulſu recurrit ad contrarium motum: Simili exẽplo, & quaſi media inter Carybdim & Syrtes tempeſtatis ratio eſt in mari Gothico; nam fluxu currente inflatur mare; curritque inſtar fluminis rapidiſſimum: cum refluit autem, in immenſas ſubmergitur voragines, ac nauigia ſimul abſorbet innumeras relinquens inſulas. Porrò &c.

p.45. l.30. Et aqua quaſi æqua. Exacta &c.

De maris inundationibus. Cap. XXVI.

p.46. l.10. Noſtra ætate anno 1530. memorantur inundationes per diuerſas partes orbis terrarum, vaſtiſſimæ, ac ea inter alias, quæ tunc accidit in Flandria omne &c.

p.46. l.12. In antiquiſſimis verò exemplis, quam ponit Thucidides inundationem maris accidiſſe ſuo tempore in Peloponeſo, quæ & Achaia dicta eſt, recepit, & expoſuit Ariſtoteles pro rara hiſtoria 2. Metheor. ventos &c.

p.46. l.19. quod auctore Poſſidonio ſcribit Athenæus, libro 8. cap. 2. & itẽ Strabo libro 16. marinos &c.

p.46. l.23. Quod item Fl. Valentiniani ſecundo anno accidiſſe in Sicilia meminit Paulus Diaconus &c.

p.46. l.17. Ob eam cauſſam Rauenna à Martiale in Xenijs dicta eſt æquorea, quod eam, aſſiduo fluminum incurſu paludoſam, marini quoq; fluctus, (vt Strabo meminit lib. 5. totam percurrerent, ac inde puto ortum prouerbium, quod vulgo iactant, mare per Rauennam. Hactenus &c.

p.46. l.42. quem & in portentis meminit Valerius Max. tunc debellatis, Veientibus &c. Occultam ſimiliter à mari emanationem ponit Antonius Galatheus, in tractatu de ſitu, & paſſionibus elementorum, in Campania auorum noſtrorum memoria, tantam vim emanaſſe aquarum circa Nolam, ac Nucerium, vt planam vſq; eius regionis partem occupauerit. Et quod mirabile fuit maximam ſecum attuliſſe piſcium copiam, quæ res peſtilentiſſima fuit Campaniæ, ac Nolam penè depopulata eſt. &c.

CAPVT XXVII.

p.47. l.10. vix vllam definire videntur inundationem, quin mare ipſum non proponant, vt communem cauſſam. Alij &c.

p.47. l.20. ab obſtructis fluminum alueis, atq; faucibus, quæ locum habent ad particulares coneauſſæ inundationes. Quam ob rem communia duo ſunt inundantibus fluuijs conſilia, quæ ex antiquis primum adnotauit Strabo, in inundationibus Euphratis. Vnum obſtruendo aliarum in ipſum amnem aquarum effuſionem, quod non ſine aliquarum periculo terrarum fit, ne ex nimia in ipſas redundante aquarum copia ſubmergantur. quod diſcrimen cùm de curſu fluminum non coërcendo loqueremur, admonuimus, exemplo Nili, Euphratis, Melæ, Tyberis, & aliorum fluminum, quæ in hunc locum erunt conferenda. Alterũ verò, ac idoneum magis præſidiũ eſt, ora ipſa, faucesq. fluminũ, ac alueos purgandos. Quod Romæ olim curatorum Tyberis erat munus. Verum quoniam ex omnibus cauſſis, &c.

p.48. l.11. Strabo narrat lib. 16. apud Trogloditas, qui extremam Aphricæ incolunt partem, cum Etheſiæ ſpirant, hiemem eſſe, & magnos imbres, reliquũ omne tempus æſtatẽ. &c.

p.49. l.9. Reſpondemus quod vtrobiq; ſub, & inter Tropicos nullæ, vel rariſſimæ fiunt
1. reſpon. pluuiæ, ſed quemadmodum nos videmus, quod tota vis pluuiarum extrà Tropicum Cancri abundat citrà Mediterraneum, & in tota hac plaga Septentrionali, vſq; ad Arcticũ. Sic vltrà alterum Tropicum, vſq; ad Antarticum, quæ plaga fuerat antiquis incognita, & inacceſſa, in ea, & ſub ea haud dubiè fiunt imbres, & hiems auſtralis plagæ. Vel ſi magis ſub Tropi-
2. reſpon. co illo ad Antarcticum fiant, quàm ſub Cancro, ratio inquam diuerſitatis &c.

p.49. l.10. ſed in ventis & in materia &c.

p.49. l.11. Nam quæ plaga citrà Aequinoctialem circulum intereſt in Cancrum, & in inferiorem vſq; Aegyptum, ea ſanè tota plana, arida, ſabuloſa, mediterranea, ſerena, & ne Nilum quidem &c.

p.49. l.28. & nouiſsimè Io. Bermudes, Luſitanus, qui per triginta annos iuſſu Aethiopici regis, ſecus Nilum totã aphricam à fontibus vſq; peragrauit: narrant hic identidẽ circa dimidium Iunij menſis incipere circà æquinoctialem pluuias, ac pluere verſus illum Tropicũ maximè, ac per tres menſes eſſe in illis partibus perpetuã hiemem. Alij nauigantes ad Indias, in Inſula Sancti Thomæ quæ dextro ſitu Aphricæ, ſub Guinea coſta, & ſub gradu eadẽ circiter decimo ab æquinoctiali, pluere, & non minus ſitu Aphricæ orientali, quæ ſinui conterminat Arabico; & ſub barbara Troglodyti, aſsiduas per idem tempus eſſe pluuias. Qua de re cum fama extitiſſet antiquis perpetua, quærit &c.

Digitized by Google

De inundatione fluminum Septentrion. *Cap.* XXVIII.

p.50.l.30. Imò ſuopte impetu hic fluuius irrumpit in mare ad plura milliaria,nec ſe immiſcet vndis. Quod &c.

C A P V T XXVIII.

p.51.l.44. Quam obrem non ab re erit hic aliqua de his ingenijs aperire diſcrimina.

Ad fluminum inundationes varia ingenia,ac diſcrimina ex hiſtoricis.

Caput X X X.

IN rebus magnis decernendis, nullam commodiorem, nec idoneam magis inuenimus viam,quam experimentis iam factis inhærere. Naturalis ergo cum dicta ſit omnibus aquis inclinatio, ex editis ad ſubiecta loca, ac fluminum peruius ſit curſus ad mare, dantur quidem certis locis faciles deriuationes,ad irrigandas terras, ac fluminũ fiunt diuortia,longiſsimeque à Nilo producta fuere emiſſaria, ac noua illi oſtia,excepto vno Canopico manu addita,vt teſtatur Ariſtoteles. Cæterùm difficillimum eſſe compertum eſt, id quod naturæ eſt,poſſe vllo humano arbitrio moderari,ac aliũ curſum præbere fluminibus, ſine aliquarum terrarum pernicie. Cuius rei non obſcura ab euentu ſunt in conſilijs regijs. Seſoſtris in primis,qui cùm iſthmum Aegypti perfoſſam tentaſſet erumpere, ac breuem nauigationem reddere,ex rubro mari in Mediterraneum. Verùm mare Rubrum comperiſſe altius,terram verò Aegypti humiliorem,atq; illum primum,mox Darium ab incepto opere deſtitiſſe,meminit idem Ariſtoteles, ne immiſſo mari aqua Nili corrumperetur. Quod diſcrimen facilè poſteà incurrit Ariarathes Rex, vt narrat Strabo, qui inepto conſilio Melam flu.in Capadocia muro claudens, exitu quem habet in Euphratem: clauſura tandem rupta, ac ſoluta aqua, Euphrates intumefactus magnæ Cappadociæ immerſit partẽ. qua ex re 30. talentorum damno mulctatus eſt, indicio Romanis commiſſo. Simile circà Herpam,ex eodem errore contigit exitium, nã Carmelæ fluminis oſtro obſtructo,ore deinde rupto, aquæ impetus,plura Cilicũ loca deuaſtauit,quo & mulctatus eſt. Digna verò exẽplo,quæ ad ad Senatũ Tyberio imperãte adducta leguntur diſcrimina, an ob moderandas Tyberis inũdationes,verterentur flumina,ac lacus,per quos augeſceret. Auditæ sũt(ſcribit Tacitus)municipiorũ legationes, orãtibus Florẽtinis ne Clanis ſolito alueo demotus in amnẽ Arnũ transferretur,idque ipſis perniciem afferret. Congruentia his Interamnienſibus,peſſum iri ſuſpicantibus fœcundiſſimos Italiæ campos,ſi amnis Nar (id enim parabatur) in ſuos riuos ſuperſtagnauiſſet. Nec Rhearini tacebant,Velinũ lacum, qui in Narem effunditur obſtrui recuſantes,quippe in adiacentes erupturus. Optime rebus mortalium conſuluiſſe naturam, quæ ſua ora fluminibus, ſuos curſus,vtque originem, ita fines dederit, quin ipſum Tyberim ſuis fluminibus orbatum,minore gloria fluere,& ſpectandam quoq; amniũ ſuorum religionem. quæ nos omnia in Tyberi diſcrimina,& in ſimilibus caſibus aliorũ fluminum animaduertenda putamus. Quemadmodum pro rei magnitudine fuſe hanc materiam, ſimul atque de Tyberis bonitate,tribus comprehenſam libris edidimus.

Deriuationes fluminum.

Nili deductio.

Melę fluuij clauſura, ac pernicies.

Tyberis clauſurę, ac deriuationes difficiles.

Clanis flu.

Naris, & Velini flu.

PRIMI LIBRI FINIS.

LIBER SECVNDVS

CAPVT PRIMVM.

pag.52.lin.56. Imò audiui equidem aliquos dicere ſolitos, antiquos rem balneariam pro remedio potius Empirico habuiſſe, quam quod neceſſariæ nitatur rationi, itaq; parum illos hanc curam tetigiſſe. Equidem &c.

p.54.l.13. Et conquiſitæ magis doctrinæ Ioannes Franciſcus Lombarbus. Parauicinus Nouocomenſis &c.

p.54.l.17. Verum cum innumera noſtrorum veterum errata,quæ tamen parum, vel nihil variarent vſum, bona fide, vel diſſimulauerim, vel ad verum ſenſum potius parce deduxerim, quod nunc &c.

p.54.l.23. ordinem ſeruantes ſine methodo,& ſine eruditione, parum &c.

De vſu aquarum naturalium ſimplicium. Cap. II.

Optimæ aquæ cõditiones.

ESTS autem neceſſarium non modo ad vſum balnearum, verum etiam ad vniuerſa alia aquarum iudicia, de communi vſu aquarum ſimplicium, præſertim in potibus aliqua dicere: Nam quæ exercitatio habebitur in ſimplici aqua, & quæ notitia acquiretur ſimplicium operationum, eadem poterit eſſe norma, & certa regula ad iudicandas etiam minus ſimplices, & mixtarum aquarum operationes. In primis verò ad omnẽ vſum, optimæ aquæ conditiones, ex Galeno, ac alijs bonis auctoribus præſcripſimus, hic breui typo repetendæ ſunt. Nempe quæ dulcis dicta eſt, ac ſyncera, hoc eſt pura, ac nullius qualitatis particeps, & quæ citò caleſit, ac citò frigeſit, minimè computreſcit, citò coquens edulia, ac ebibita ne minimo quidem tempore in præcordijs commoratur, neq; fluitat in ventre, neq; inflat, & quamprimum ac citra moleſtiam deſcendit. Ad vſum verò non vna, nec ſimplex ratio aquæ eſſe debet, ſed in vniuerſum, alia ſanis ratio habenda eſt, alia ægris, & item alia cum in alimentis ſumitur, alia in medicamentis, & num in potibus adbibenda intelligatur, an foris in balneis, & an frigida, an calida, an tepida vtendum ſit.

Sanis quatenus cõueniat frigidæ.

Ad vſum quidem ſanitatis, cùm ſyncera, quam diximus, atque optima quærenda ſit aqua, ac in arbitrio cuiq; ſit plus, ac minus frigidam bibere, & pro anni temporibus, proque hominum naturis, atque conſuetudine eam moderari; multæ ſunt rationes, quam ob rem æſtate communiter bibendæ ſint frigidæ, hieme verò minus frigidæ. Optimum tamen conſilium eſt, hunc vſum ſibi ad naturæ inſtituta moderari, quæ nimirum ad vſum mortalium potabiles aquas oriri facit æſtate frigidas, hieme verò calidas: quaſi quodam temperamento opus eſſe intelligens, ad earum idoneum vſum per tempora. Omnem aliam diligentiam, quam præter hanc naturæ rationem adhibeat humanum arbitrium, ſuperuacaneã vereri oportet, ac non carere aliquo periculo.

Frigidæ naturalis vſus. Frigidæ ab vſus.

Nam, vt perperam æſtate quis biberit calidas, vel tepidas, quas alioquin natura facit oriri gelidas; ita peſſimè agunt, & non ſine vitæ detrimento, qui maioribus per hiemem algoribus, ſpreto aquarum naturali tepore, quærunt eas vel per niuem, vel per ſalnitrum factitium (qui nouus quorundam principum luxus eſt) bibere frigidiſſimas. Quo vitio eo maximè damnandi ſunt quidam, quod ea allecti praua conſuetudine non largos ſolùm crateras generoſi vini in lautis ſuis menſis ingurgitant, frigidos, & conglaciatos per niuem comedunt fructus, ſed potiones quoque medicinales, quæ valetudinis gratia illis exhibeantur, neglectis medicorum conſilijs, renuunt non niſi per niuem infrigidatas aſſumere.

Gal. frigidæ potu cenſura.

In quem abuſum omnes ferè veteres ſcriptores, conclamant, ac nos vnica dumtaxat inter omnes contenti erimus auctoritate Galeni in libro de boni, ac mali ſucci alimentis, & item de Renum affectibus, vbi in eandem fermè ſententiam ſic habetur. Aqua, quam paulo ante ſynceram, atque optimam diximus, eadem commodè ex vſu erit & pueris, & adoleſcentibus, & ſenibus, & alijs quibuſcunque naturis. Quoniam verò vna pluſquàm alia frigida reperitur, ac quidam conſueuerant eam in niue refrigerare, vel in eius dilutum immiſſa vina reddere frigidiſſima; hac de cauſſa non omnibus æquè conuenit frigidæ aquæ potu indifferenter vti. Verùm ſuprà modum calidis, pinguibus, & carnoſis, ſiue naturali habitu, ſiue acquiſito, & his qui ſe vehementer exercent, quique præſertim conſueuerunt frigidam potare, innocua eſt, ſi frigidam bibant. Quòd ſi aliter quidam ſe habeant, minus ex ea bibere debebunt: imò qui iuuenili etiam ſunt ætate, & qui circa ciuilia verſantes negocia, exerceri ordinatè, ac victitare ſoleant; tunc ij fontanam tutius biberint, relicta niuali aqua;

Frigidæ nocumenta.

Nam tametſi Nix non videatur ſtatim ſenſibili noxa iuuenum corpora afficere, increſcente tamen proceſſu temporis occulta noxa, vergente nempe ætate, morbis planè corripiuntur, vix, aut nunquam ſanandis, in neruis, articulis, ac aliquo viſcerum, qua parte videlicet quis, vel ex natura, vel affectu magis infirma extiterit. In hanc planè ſententiam ſubſcribunt Oribaſius, Paulus, Auicenna, ac alij, ſemper noxam à frequenti niuis vſu, ſi non præſentem, minimè certè futuram proteſtantes. Ac nouiſſimè nos, cùm ob communem hunc niuiũ abuſum in vrbe, ipſiſſima illi diſcrimina non paucos primæ notæ viros incurriſſe viderimus, qui penè extincto natiuo calore, vel graui aliquo affectu pectoris, vel maximis viſcerum inflammationibus perempti ſunt, vel perennem etiamnum quidam alunt podagram; ob rem tanti momenti ad vitam, in libris de aquarum bonitate, quos de Tyberi ob dignitatẽ inſcripſimus, longis cenſuris id vitium inculcauimus, ad quas & hanc conſiderationem remittimus. Sed operæ precium eſt cum his, & operationes quas aqua, præſertim frigida præſtare valeat humanis corporibus, examinare, tam in alimentis, quam in medicamentis. In alimentis &c.

p.55.l.53. Adde, quia tunc natura, medicamenti actione relicta, tota ſe conuertit ad alimentum. Vnde &c.

p.58.l.51.

p.56.l.31. Exemplo, ac ſingulari hiſtoria 12. Metho. quando in vomitu æruginoſo, exhibita ſimplici aqua calida, cum vomitu ceſſaſſe conuulſionem, ac febrim meminit, ſic iubet, &c.

p.56.l.41. apud Hipocratem in libris de aëre; aquis, ac locis, & de ratione vic. colligitur: preſertim &c.

p.56.l.vlt. Cæterum de vſu reliquo, maximè in potibus, ſimplicium aquarum, iam nos dedita opera integrum volumen edidimus, quem de Tyberi Romanis noſtris, ob aquarum præſtantiam, inſcripſimus, quod vtile alioqui, & tanquam verum exemplar cæteris locis, atque aquis proponendum ſupponimus, ſed iam hinc vltimum, frigidæ repetemus experimentum.

De frigidæ potu in febribus ex Galeno.

Ad vſum frigidae nouum iudicium

p.57.l.26. Hæc ferè omnia ex Galeno habuimus, Adde verò ad uſum tam frugi inſtituti, vt quoniam id generoſum, ac forte ponitur vnicum remedium, ad feruorem illum febrium extinguendum, ſummo iudicio vtendum ſit. Tum quia (vt idem mouet Galenus. x. Metho. de frigidæ aquæ balneo) non eſt adeo exacta medico notitia affectuum, quando ea oportunè vti coſulat: tum quia ex intempeſtiuo vſu maxima ex errore impendent noxa. Vnde quidam iuniores poſt purgationem frigidæ vſum conſulunt: ſed perperam: nam id à Galeno tunc oportunum ponitur inſtitutum, vbi generoſum (inquit) remedium eſt omiſſum, ſcilicet venæ ſectio, & vbi ſigna apparuerunt coctionis, quando vel copioſo ſuperueniente ſudore, vel deiectione, vel vomitu, vicem frigida ſubire poterit magnæ purgationis. An verò ad potum indulgendum ſit vrgenti ſiti in febribus? Sanè non modicam vim habere poterit deſiderium, vnde potius iuuentur patientes, quàm lædantur, nec excruciandos ſiti moueo taliter infirmos: imò niſi illa tria obſtent, ſtomachi debilitas, obſtructio in aliquo viſcerum, vel inflammatio; incomparabilem obſeruauimus appetitum illum naturalem, vel conſuetudinem habere vim, vt ſolus poſſit ægrotantem contra illa pericula tutum aſſerere. Atque hactenus communes ſimplicium aquarum vtilitates propoſuiſſe ſatis ſit.

Error quorundam in frigida.

An indulgendum in potu frigidę.

p.57.l.30. *De conſtitutione fontium, & ſpeciali eorum temperamento, & balnearum naturalium. Cap. III.*

ANTEQVAM verò ad ſalubertrima balnearum inſtituta veniamus, operæprecium eſt ſpeciales fontium conſtitutiones præſertim aquarum medicatarum contemplari. vnde iactis, firmatiſq. ad vſum balnearum fundamentis conſequentes partes inſtruere, ac requiſitas ad rem balneariam præceptiones docere valeamus. Rurſus verò quæ antea propoſuimus, ac demonſtrauimus de communi natura, ac origine aquarum ſponte manantium, hoc loco aſſumenda, ac ſupponenda ſunt. De perennitate præſertim fontium, ac vniformitate partium, & aquarum naſcentium, & quæ vegetali quodam motu, ſeu quapiam potius virtute ſyderum, trahantur ſurſum ad capita montium, vnde naſcantur, irrigentq. terram. Quæ omnia, præter ſingulares alias demonſtrationes, præcipua argumenta ſunt, non caſualem eſſe, nec quaqua verſum præ grauitate ſolum emanare, ac excurrere aquas; ſed quæ à communi, inſitaq. cunctis rebus, & aquis virtute regantur: itaque ſpecialem, ac propriam omnes fontes habeant conſtitutionem, vt cæteræ ſpecies rerum perfectæ: & quia accidentalibus non minus obnoxij ſint mutationibus, vt omnis rerum natura ſubiecta accidentibus eſt: Vnde cùm ob iter, vel ex curſu vario terrarum in uenis ſuis contemmerentur, vel mutentur, vniformem tamen iugiter pro ſui natura, incommutabilemq. ſeruent eſſentiam primam. Hæc ſumma prærogatiua eſt aquarum medicatarum, ac præcipua gratia, viſq. in omnibus ipſarum iuuamentis, quòd ſpecialem in ſuis differentijs habeant conſtitutionem, & proprium temperamentum vnde conſiſtant, & vnde à principio quodam intrinſeco operentur. Nam quanquam haud magnum putamus apud ſapientes flagitium, quòd formæ in ſuis indiniduis ſuſcipiant magis, & minus, præſertim in his partibus elementorum: ſpecialem tamen fontium ſynceritatem, vel ipſæ impreſſiones manifeſtæ, ſingulareſq. in balneis virtutes confirmant: in quibus præter elementares qualitates, quædam lex ineſſe conſpicitur, & quiddam diuini, vt hac in parte non occurſum poſſumus dicere, nec conceptas à terris mixtiones, aut caſum influentis aquæ, ſed altiorem fateri in eis neceſſe eſt naturæ diſpenſationem, & quaſi certum conſilium. Quando quidem in ea curſus libertate per ſubterraneas venas, cùm poſſent quæque naſcentes aquæ indiſcriminatim & ſalubres, & prauas ſimul combibere impreſſiones: comparatum tamen videtur naturæ prudentia, vt tanquam ab intelligentia non errante ducantur, vitentq. plerunque incurrentes malos terrarum commeatus, noxioſq. expellant ſuopte

Perfecta ſpecies aquar.

Summa prærogatiua balnearum.

Intrinſeca naturę virtus in aquis.

Anvniformitate, & specie.

Balneæ ſacræ.

Spiracula vaporum in balneis.

Differentiæ aquæ ſpeciales

Ordo tractandi.

motu, ac aterim vapores. Vel quas obiter conceperint, vt longo tractu, ac ſalubriorum terrarum occurſu remittant, ipſæque ſyncerę, ac puræ emanent, vel certè attemperentur in impreſſionibus acquiſitis, ad vſumque veniant in balneis ſaluberrimæ. Magnum verò id alicuius diuinitatis argumentum in omni aquarum natura eſt, vt ſiue ſyncerę, & ſimplices naſcantur, ſiue aliqua veniant inſignitæ qualitate, aut ſapore, aut odore, aut in tota ſubſtantia, & ſingulari quapiam facultate prædita ſint; perraró tamen obturbentur, vel mutentur á genuina qualitate, ſed eodem ſemper fonte, eodemque tenore perpetuó emanant immutabiles, vniformeſque vt reliquæ ſpecies perfectarum rerum, ſeruantur in ſua ſpecie per ſecula. Imò aquæ balnearum, quas merito ob id antiqui tanquam REM SACRAM venerati ſunt (vt teſtis eſt Ariſtoteles) cùm diuino ductu conſtitutæ ſint, vt naſcantur ad ſalutem mortalium (in quibus laus æterna, & benedictio ſit ſummo ipſi rerum opifici) vbi pro vario terreſtrium vaporum occurſu, quibus tota intus tellus imbuta eſt, ac fumis terreſtribus, ac metallicis multifariam contemerari, ac deprauari potuiſſent; non procul á fonte, ſecreta á ſalubribus venis habent ſpiracula, vnde conceptum á prauis mixturis, fumiſq. metallicis exhalent virus. Quod naturæ beneficium in multis balnearum hiſtorijs, quas ſcripturi ſumus, contemplari licebit in Auernis lacubus, in Sicilia, in Hetruriæ ſalutiferis balneis, & alijs locis. Quas omnes in ſumma de extimatione aquarum impreſſiones, & tàm bonas, quàm malas, non accidentia dicemus variabilia, nec ſimpliciter qualitates, ſed fontium ipſorum potius differentias eſſentiales. Nimirùm, quæ vt formam ſequuntur talis fontis ſubſtantialem, vt cæteræ rerum differentiæ, ſic eandem virtutum omnium in balneis, ſingulariumque operationum eſſe præcipuas cauſſas, & principium vnde motus, fatendum eſt. cæteras autem impreſſiones, mixtioneſque apparentes, conſecutiuas, quaſdam eſſe cauſſas. Ad hanc verò inueſtigationem, pro hac noſtræ mentis capacitate, ſemper á qualitatibus ipſis terrarum, ac minerarum, quibus aquæ commiſcentur, procedendum eſt. Vnde per eas, ſenſuum ductu, ac iudicio adhibito á ſaporibus, odoribuſque, & á tactus qualitate, cæteriſque ſenſibilibus impreſſionibus, in exactam virtutum notitiam, ſingularimque operationum quarumcunque balnearum veniendum erit. Primùm ergo minerarum differentias, ac ſpeciales, quas aquæ in terris concipiunt impreſſiones percurremus: ſubinde facultatum ex eis iudicia, & quas aquæ medicatæ ſuſcipiunt qualitates, penes artis inſtituta, ac ſenſuum iudicio decernemus.

De iudicijs minerarum in aquis naturalibus. Cap. IIII.

p.57.l.31. Medicatarum aquarum nomine, quarum nunc proponimus, iudicia, & minerarum impreſſiones inquirere, intelliguntur, quæcunque vltrà aquæ qualitates conceperint per mixturam, ſeu &c.

p.58.l.16. creta eſt, vel impura, & carbonum inſtar liuens: Sal &c.

Aqua aſcendit per filtrū vel linteum.

Sal ex omnimiſto elicitur.

p.59.l.12. ſic immergito fruſtrum filtri madefactum partim in vas tuum: partim extra, & qua parte immergitur, ſit filtrum lata baſi extrà apice acuto; aſcendet enim aqua è plana ſui ſuperficie ad poros filtri, vel lintei mirificè donec partium conſecutione quadam tota ſenſim euacuabitur, & in &c.

p.59.l.41. Imò quoniam ex quacunque re mixta, herba, ligno, liquore, atque humore, & terreſtri mixto ſal elicitur, vt ſtillatoriæ artis prudentes affirmant; ex ſalis ergo recremento non eſt certum iudicium, ſed commune omnibus metallicis. Quarum propterea, ad diſtinctionem, proprias magis differentias, inueſtigare oportet, ſpeciem ſcilicet recrementi, tincturam, rubiginem. Sicut impreſſiones metalli &c.

p.60.l.2. De iudicijs communibus facultatum, tam elementarium quam cæleſtium in aquis naturalibus medicatis. Cap. V.

p.60.l.8. ſiue obſcurius quam poſteà partem explicabimus. Nunc ad elementorum ergo virtutum agnitionem &c.

Supernaturales facultates.

p.60.l.5. vel omnino quæ præter elementares qualitates, ſupernaturales quoque obtinent, quæ tamen, &c.

p.60.l.50. & progreſſum, quem habent formæ omnes, etiam balnearum, ab intimis differentijs, ad ſenſibiles iſtas, & maximè totas qualitates proſequi. A quibus cum innata ſit nobis via cognitionis, ac certum iam habeamus progreſſum, ad cæterarum notitiam, ſatis quidem videri debet, vt per has ſenſibiles qualitates, quas aquæ concipiunt

obiter

obiter ex impreſſionibns, ac mixturis terreſtrium rerum, aperta iam quodammodo, & certa habeatur via, vnde omnium operationum, ac virtutum ſimul occultarum, ſumma ratio, & neceſſaria explicata ſit. Penes ergo hanc viam à ſenſibilibus qualitatibus operationum quarumcunq; & proprietatum ipſarum proſequemur indicia.

De indicijs ſenſibilibus facultatum aquarum naturalium.
Cap. V I.

p.61.l.53. & non verè aquã. quàm A'χροὸν anctores definiũt, hoc eſt ſine colore, Cæt. &c. Thermarum, & quædam in eis differentia digerentis facultatis. Digerens enim facultas in balneis cum tota formæ ſit, ea tamen cum ſit intima, ſe per calorem præcipue exhibet ſenſibus, noſtræ notitiæ. Vnde &c.

Vtilitates aquarum, quod à proprio fonte quærenda ſint ad vſum.
Cap. V I I.

QVO loco iam ad vtilitates aquarum, ac ſingularia balnearum miniſteria explicanda properantes. non reor equidem poſſe quemquam dubitare, haud eaſdem extra fontem, ac in fonte ipſo ſperandas eſſe vtilitates. Nempe quæ propriæ cum ſint formæ virtutes, & operationes, & fonte viuo ſine dubio, inſitoq; à natura illis aquis calore, ac virtute quærendæ ſint, extra fontem vero exoletæ, ac mortuæ potius extimãdæ. Nec ſecus ſi arte admixtæ ſint (vt dictum eſt) ſale indito vel ſulphure, aut igne calefactæ, æquiuocè cũ naturaliter calidis, & in fonte mixtis ſe habebunt. quandoquidem calorẽ indideris extrinſecum, non recuperabis intrinſecũ, & naturalem, ac minus genuinas aſſequeris virtutes: quinimmo igne adhibito, deſtruentur potius, quam conſtruantur. Quo ſanè argumento vſus eſt Ariſtoteles contrà Democritum 2. de anima, qui dixerit, Stomachi ignem concoquere. contrà, inquit philoſophus, quia ignis eſt potius deſtruere, quã concoquere. Concoctio autem animæ eſt prius poſterius caloris, & inſtrumenti. Forma verò, & quædam animæ ſimilis eſſentia in omni fonte eſt, præſertim in balneis (vt demonſtrandum à nobis alio loco eſt) quæ ſeu calor ſit, ſeu virtus quædam (vt dictum fuit ab antiquis) ætherea, quæ aquis communicet teporem, & motui, eandem conſequenter & ſingulares cum eo calore communicare virtutes ipſis aquis neceſſe eſt, quæ & per calorem actualem à natura inſitum, & per alias ſubiectæ materiæ qualitates operetur: non per ignem adhibitum longè gentium. Vel hoc potius dicendũm, quoddam fore refugium ad priuatas aquarum vtilitates. quoniam (vti diximus) à forma intima animæ, & à calore inſito quidam progreſſus eſt conſequentium facultatum, & operationum, vſque ad elementares, & extrinſecas qualitates, exteriores ergo, & non alias aquarum è fonte hauſtarum expèctandæ erunt operationes. Hoc verò in genere, cùm non paucæ reperiantur aquæ balnearum, ac in potibus etiam medicatis ſalubres, quas non tàm à forma inſita operari experimur, quam ab exacta mixtionis natura, & elementarium qualitatum, has (quod optimè ſemper meminiſſe volumus) ſatius eſt experientia cognouiſſe eſſe vtiles, & quæ ob ſynceram, ac fortem mixtionem, minus extrà fontem mutabiles ſint, Quales ſalſulas multas, nitratas, atque æneas in Italia experimur, quæ à ſynceris ortæ fontibus, hanc obtinent prærogatiuam ſpecialem, quia in longinquas adferuntur regiones, ac ad priuatos vſus inueniuntur vtiles. quarum propterea particularis à nobis in ſuis hiſtorijs ſit mentio.

Ariſtotelis locus.

Lib. 6. c. 30.

Refugiũ ad priuatas balneas.

Bal. quæ extra fõtem idoneæ.

Singulare conſilium, cur aliquando priuatis balneis ſit vtendum.

PORRO his ita rectè conſtitutis, de ſyncera natura balnei in proprijs fontibus, & de diminutis eius viribus extra fontem; habenda tamen ad priuatos vſus ſua cuique condecentiæ ratio eſt. Vnam tantum rationem, eamque maximi momenti in omni vſu balnei habebit prudens quiſpiam medicus, vnde ægris ſuis priuatas potius aliquando conſulat balneas, quàm adeundas; inopinata, quæ iuſtant cuiq. & quæ etiam diuites ex itinere ſubire coguntur incommoda, & pericula vitæ. Maximè ægrotantes, vel ex longo conualeſcentes infirmitate. Quam ob rem, præter illam, quam prædicamus ad vſum balnei neceſſariam experientiam, eſto & hoc alterum in primis præceptum, vt balneo quam commodè, & ſinè omni periculi ſuſpicione vſurus ſis. Commoditatem quidem non à balnei ſolùm conditionibus, ac viribus metiri ſatis eſt, an idonea, an tempeſtiua, amæna, & boni aëris, eùmq. alimoniæ, ſeruitij, & requiſitarum aliarum rerum copia, & omnino an commoda ſint; quanto maiora verenda ſunt, quæ diximus, inopinata ex itinere incommoda, quæ pro aëris natiui, vel loci mutatione, & vectura, vel æquitatu, pro ineuitabili

Præcepta ad vſum vtiliſſima

Commoditatis ratio, & cõmoda.

cæli inconſtantia, ſeu æſtu, flatu, frigore, imbribus. & ciborum, & potus varietate, & alijs caſibus non poſſunt ſub aliqua norma, aut certa regula circumſcribi, nec vitari. Quapropter, ſi his penſitatis periculis, experientia conſtet, idem balneum ad priuatos vſus, & ſi minus vtile, fore tamen non inutile, qualia non pauca recenſebimus; optimi conſilij erit; etiam principibus, priuatæ potius vacare commoditati, & domeſticis vti balneis, quam longinquo ſe ſe committere itineri, quod non alio carere poterit incommodo. Quam hic addidi appendicē, tùm ob multa, quæ vidimus in his caſibus grauia diſcrimina: tùm vt circumſpecta magis ſint medicorum conſilia, præſertim erga principes viros, cùm aut pro valetudine patientis, aut pro dignitate perſonæ, commoditati, & decori conſulendum, ac aduectitijs ſatius erit vti balneis. Sed huic loco quandam cogimur, nec inutilem opponere antitheſim, de his, qui non commoditatis occaſione, nec vitandi periculi cautela; plerunq; tamen per abuſum, ac male conſiliati, relictis naturalibus balnearum fontibus, aduectitias conuehunt aquas ad priuatos vſus, minus etiam ſcientes eas fore vtiles. Sub hoc videlicet tacito prætextu, quoniam libentius ægri trahuntur ad propria commoda: medici vero delegatis ſuis ægrotantibus ad balneas, vix vllam dati conſilij recipiunt gratiam: quare ſatius putant nonnulli priuatas miniſtrare, vtpote quibus ſuam curam adhibeant, ac quotidianas, de more viſitationes, quam prædictis, nec vllius frugi periculis ipſos exponere. Cuius ſanè erroris admonendos volui tam patientes, quam etiam non vulgares nobiliſſimæ cuiuſdam ciuitatis medicos: vt hi quidem nouerint ſe impiè, nec chriſtianè agere, qui ſaluti hominum præferant lucrum. Et non minus patientes, vt meminerint liberales eſſe, præſertim verò principes, qui ſi non ſuos conducunt ad balnea medicos, vtique in cauſſam propriam aduocatum quærant, & candidi animi medicum. Qui ex conſcientia, ac adhibito ſtudio æqua, ac neceſſaria conſulat, euiteq. minus vtilia. Ad quam medici diligentiam pertinent, quæ iam mox habituri ſumus præcepta vtiliſſima, de præparationibus ad balnea neceſſarijs, deq. ipſarum electionibus, ſecundum loca, & per anni tempora, cæli, atque aëris conſtitutionibus. de quibus non poterit medicus, niſi longo ſtudio, ac peritia, quam habuerit circa balneas, ritè decernere.

Ab experientia. — *Balnearū priuatarum abuſio.* — *Auaritia in abuſu balnearū.*

p.62.l.43. Quicquid verò adhuc obſtent nonnulli, non contemnendos eſſe huius variationis effectus, qui biſſextilibus annis (aiunt) compertum eſt, vegetalem naturam, & plantas ſubſtinere noxas aliquas, fructus aut tabeſcere, aut conuerti in ſuis pericarpijs ſemina, & in ſcapis fabas ſurſum verſus inuerti, bruta minus impleri, vel ſæpius abortiri, & balneas ſimiliter obſeruatum eſſe operationibus aliorum annorum non reſpondere. Id inquam vulgi moris eſt, vt ſoleat opinionem potius reſpicere, quàm rationem: tribuatur id opinioni, vel alicui experientiæ, nobis pro hoc vitæ curriculo obſeruatum eſt, & horum effectuum variabiles eſſe euentus, & omnino hanc à biſsextili anno exceptionem in balneis erroneam toto cælo eſſe, & ab his iudicijs reijciendam. Cæterùm &c.

Biſſextilis anni vulgares mutationes.

p.63.l.25. His adde mirificum, quod vidimus poſt hanc editionem exemplum, quia prægreſſis in tranſpadana Italiæ parte, crebris terræmotibus per duos annos, quibus in agro præſertim Ferrarienſi, ſubdio, in magalibus, & conopęis habitatū eſt: derelicta ferè ob frequentes ruinas ciuitate: ſtatim à circumuicinis alpium montibus, obrepſit peſtis, quæ totam illam regionem, & Venetias præcipuè, & Mediolanum horrendis modis per biennium affecit: Perculſa eſt metu tota Italia. His &c.

Terræmotus & peſtis 1576

p.64.l.20. Imò ſub cenſu cadunt ſacri illius medicinæ canonis 2. Aphor. 27. QVI ſanas habent carnes difficulter ferunt medicationes. Quærens enim pharmacum (teſte Galeno) peculiarem, quem purget humorem, nec ſequeſtratum inueniens; neceſſariò ſanguinem colliquat, & carnes. Et non minus hi vacant periculo in balneis, quin ob potentem aquarum, præſertim calidarum, actionem, ſiue balnei qualitate, ſiue copia, ſiue Inopinata aliqua poſt balneum occaſione, ac errore, corpora, ac humores alioqui ſanos agitent in tantum, vt ſæpè multifariam lædantur, & quos vidi aliquos, vſque ad interitum. Atque his malè conciliatis hominibus rectè quadrat prouerbium, quod in præpoſteris à balneo ſucceſſibus vulgo iactari ſolet, ANDARE AL BAGNO PER LE DOGLIE. Proinde &c.

Aphor. Hippo-

p.64.l.31. efficient, vel imbecilles ex longo morbo vires debilitabunt, vel ſanas alioqui partes aliquas offendent. Quod &c.

p.64.l.36. Diſpoſitionis autem, ac vniuerſę præparationis ratio hæc eſſe debet, vt nec plenitudo, nec vlla humorum redundantia in corpore exiſtat, quæ aut ſui copia, aut malæ qualitate operationi, quæ ſperatur à balneis, poſſit eſſe impedimento. Maximè &c.

p.64.l.50. quam Galenus breuibus quidem verbis, ſed multæ ſententiæ, & quæ tenenda ſemper memoriæ eſt, expreſſit in quinto de ſanitate tuenda. Operæpretium eſſe naturales balneas experientia cognouiſſe. Vel ſaltem dixerim per hiſtoriam, an temperatum ſit balneum an graue, an multæ, vel mediocris actionis, & qui eius vſus, ac

À balnei uiribus.

operatio eſſe ſoleat. Ad has poſteà ſingulares balnei conditiones duæ aliæ intrinſecæ, corporeęq. indicationes adhibendæ erunt ab affectu .ſ. ipſo, cui mederi per balneum propoſitum eſt, an extrinſecus corpori ſit, ac leuis, an potius intrinſecus, & qui forſan nobilem aliquam occupet partem. Vel ſi in alto hęreat, & curatu difficilis ſit, & qui forti propterea, ac aſſiduà indigeat balnei actione, quales plerunque vſu ducciæ curari ſolent antiquæ capitis affectiones, vel alicubi in iuncturis, in Iſchiade, in vtero inhærentes. Altera indicatio à vijs ſumenda erit per quos ſuum munus natura, ſimul atque balneum exequi debent, an apertæ ſint, & idoneæ, an clauſæ, nam quæ in ſuperficie, aut in communibus hærebunt vijs ſuperflua, ac vitia, facilè, vel ſola aquarum abſterſione, quæ vel potu, vel balneo fit, curari poterunt: contrà vbi in anguſtias immerſa iaceant, vel in thoracem, vel in pulmones infarcta. Et vetuſta in capite Hemicrania, vix aſſiduo in caput inſultu calidarum aquarum digerenda. Et his adde quæ nam ratio ſit virium corporis, ac virtutum ipſarum, quæ ipſius balnei actionem dirigere, & (vt aiunt) regulare debent, &c.

Experientia in balneis neceſſaria.

A corporis affectibus.

A vijs purgandi.

A virium robore.

p.65.l.54. Superuenientis hyemis, quæ non adeo fauſta ſolet eſſe balnei operationib. &c.

p.66.l.36. commotione ſeruantur. Vocant autem græci hoc genus medicationis συμπαθειν, vt Gale. inquit, quaſi ad intemperiem, & conuenientiam ſingularem. Cui ſanè, &c.

p.66.l.54. quo vitio damnandi ſunt, & qui lucri potius quotidiani cauſſa, quam pro ſalute priuatas conſulunt balneas, non adeo etiam vtiles, quum delegati ad balneas, vix dati conſilij, vel mercedis ſoleant eſſe memores. De vniuerſo &c.

p.67.l.31. quos præſertim vſu ducciæ, ac morbis deſperatis vidi lapſos in ſummam perniciem habenda, &c.

p.67.l.34. & præterea temperamenti balnearum, quorum multæ ſunt aquæ adeo ſuaues, vt cum vix à temperamento abſcedant, nulli ætati, aut tempori, ueniant derogandæ. Sic ergo, &c.

p.67.l.55. Vbi famam ſequutus tantorum auctorum, & communem tunc bibendi vſum, aquarum Thermalium in Italia, inquit. Conſueuiſſe &c.

p.68.l.18. quæ ob frequentiſſimum, qui eſt hodie uſus bibendi medicatas aquas diligenter à nobis, & uſu ipſo animaduertenda, ac ſeruanda ſint. Vbi &c.

p.68.l.27. Itaque prima hæc potulentarum aquarum prærogatiua eſt vt abſtergentes communiter appellentur. Hæc ergo circa &c.

p.68.l.36. & Maſini aquæ inter alias celebres, in Vulturenis: Nam quæ, &c.

p.68.l.42. Adde, & hanc incomparabilem ſulphuris prærogatiuam, in quibuſdam potulentis aquis benè digeſtis. Compertum eſt apud artis peritos ſulphuris elambico parati incomparabiles eſſe uirtutes, ob ſui tenuitatem exactiſſimè penetrandi, incidendi, digerendi. Vnde ad omnes uiſcerum obſtructiones, ac contumaces duritias, ad renum, & ueſicæ calculum, mirabilis eſt operationis. Nec dubium apud me, in his naturæ arcanis, reperiri Thermales aquas, quæ pro ſubtiliſſimarum partium ſulphuris penetratione, eadem ac maiora poſſint præſtare miracula. quæ tamen experimento decernimus. Imò reor equidem ut in has intimas facultates penetrare potui, quod omnes potulentę aquæ, quæ ſulphuris præ ſe ferant aliquo ſenſu ueſtigia, tales ubi plus, ubi minus obtineant prærogatiuas. Quales Aponi dicerem aquas, complures item in Baianis, ac Puteolanis, in quibus adeo ſulphuris ſyncera natura luxuriat, & ſubtiliſſimarum partium. In Monferrati aquis, quæ ob tenuitatem redolent camphoram, & alijs ſimilibus quæ in potibus aliquam habent celebritatem. Quæ uerò ferri, &c.

Sulphuris, & ſubtiliũ partium prærogatiuæ.

p.70.l.18. uel alternis bibendum, uel quarto quoque die quieſcere melius eſt

p.70.l.34. Præterea, & hac altera adhibita circa exercitium moderatione, ut id ad motum intelligantur idoneus, & ne noxius ex motu exercitetur ſudor. Nam imbecillis uix è lecto ſurgere permittendum, & aquam ipſam minori doſi, & non niſi urgente magna cauſſa exhibendam, exemplo in dyſentericis, ac maximis uirio, calculi cruciatibus, quibus uel tantum libram feliciter exhibuimus. Noxius uerò ſudor bibentibus, uel hoc potiſſimum nomen eſſe poterit, ne trahatur ad contrarium aquæ motus, imò qui lenem uſi fuerint exercitationem, cum aquarum ebibitarum aliqua inceperit operatio; quieſcere iubeantur, nec dormiendum, nec ſub aperto, aut luminoſo nimis aëre degendum, nec minus qui in cubiculo quieuerint, ad euitandum ſudorem, tunc temporis nec multis operiri ſtragulis, nec calidis extergi linteis conuenit. Porro &c.

p.70.l.38. Similiter, & circa hanc diligentiam moderatione adhibita, ne additus ad purgandum ſtimulus diuertat, & ad contrarium trahat aquæ motum, nempe ne ubi propoſitum eſt per renes, & per urinarios meatus ducere, ad aluum ſeducat, ſicq. fruſtretur opere ſuo aqua, qua de re, certa erant operationum inſtituta lib. 3. Quinimo ubi abſtergere per uias urinæ intentio eſt, aliquid ex prouocantibus urinam addendum, uel leniſſimum ſirupum

Digitized by Google

pum violaceum cum glicirrhyza,vel quem Romę paramus,ex Hybiſco,altheæ radicibus,& ſimplici ſaccharo. Ob quamque verò cauſſam vbi minus purgatio ſequatur,vti etiam per primos dies ex eadem aqua clyſteribus non habemus abſurdum, & tam &c.

p.70.l.43. vrina (quæ communiſſima eſt in omni potu aquarum regula) non &c.

p.70.l.44. Alioqui quod plurimis fit vltrà meridiem,quinq; vel ſex horis poſt aſſumptas aquas. Tunc prandeant,à prandio leuiter,& in quiete degant,non dormiant, nec de cœna, ob ſpacij temporis breuitatem cogitent:niſi fortè alicui commeſſationem liceat admittere, ac collatis bellarijs,panis bucellam,ac breuem potiunculam aſſumere. Vel etiam ouorum vitellos pro imbecillitate. Alioqui &c.

p.71.l.4. impediretur,& non ſine noxa retineretur. &c.

p.71.l.10. ob quarum ægritudinum cauſſam potiſſimum medicatæ aquæ bibuntur: poſteà verò conſequutione quadam &c.

p.71.l.21. Nam & ſimplex aqua ſi in copia ſumatur,calidis præſertim,& robuſtis ventre naturis, vim haber ſubducendi aluum,imò (vt ex Archigene reſtatur Aëtius lib.11. cap.3.) aceruatim ebibita,& bene diſpoſito ægrotante lapillos ex vrinarijs vaſis extrudit. &c.

p.71.l.38. Extat & apud Liuium fuiſſe in Thermopylis monte Græciæ ampliſſimo,balnea ob caliditatem dicta. Nempe vel quia id Herculis inuentum,vel quia ſummè calida Herculi parari conſueuerint,vt Athenæus recenſuit,ante hæc tempora pater Homerus balnearum naturalium meminit,ad dolores leniendos,apud Scamandrum Troiæ amnem,quem locum, vt antiquiſſimæ memoriæ citat idem Athenæus, ac multa alia legimus apud Græcos poſteriores,celebris nominis. Magneſia &c.

p.73.l.28. Noxium enim putare oportet balnei vſum (monuit Rhazes impuris, ac cacochymis corporibus. Quo nomine magis intelligitur ad hunc vſum præparatio &c.

p.73.l.36. nec exercitio ante balneum vtendum eſt, ne exagitati humores calore balnei ſuperueniente incendantur. Vel in caput ferantur,impoſito,ne caput,balnei vaporibus repleatur,cæterum nudi per gradus ſeſe immergant ad humeros. Atque &c.

p.73.l.49. auctore Antillo,ac Oribaſio. Tùm &c.

Frigidę conſperſione an ſit vtendum.

p.73.l.4. An verò iuxtà allegatam ex Plinio ſententiam, expediat à balneo vti frigidæ conſperſione. Id equidem conceſſerim antiquis,pro communi illo ritu lauandi frigida poſt calidam. Vel quibus etiam poſt vniuerſum balneum,cutis arida, & quaſi incenſa remanſerit,vt dulci ac frigido etiam balneo (ſi aſſueuerint) vtantur. Cæterùm id longè à ratione alienum iudicio in balneis naturalibus;quando ſic per frigidam cohibita tranſpiratione, ac ſudoribus iam per balneum excitatis:iiſque repreſſis ad intima,lethales viderim inflammationes in aliquod viſcerum attuliſſe. Quo nomine ſatius exiſtimo,vt durante balneo ab omni frigidæ conſperſione abſtineant. Nam ſi quas vtilitates præſtaret frigida;vt pote cutim denſare,poros claudere,& mundare contra omnẽ aëris offenſam corpus;eaſdem ſimul vnico natatu naturalia operantur balnea,quæ & actuali caliditate,& terrea minerarum ſiccitate, valenter tum conſtipare cutim,tum munire aduerſus extrinſeca pericula, corpus poſſunt. Communem verò in hoc approbamus vſum de vnctionibus,vt ſi ob aliquas prædictas cauſſas opus fuerit vniuerſa membra frigido &c.

p.74.l.18. & non priùs. cubent,tergeantur,& cænent. qui &c.

p.74.l.35. quæ eſt ex aqua frigida,ac aceto mixtura, de more &c.

Aquæ ſalientes fontes in ardentibus febribus.

p.74.l.51. Aëtius autem, ex Philumeno, lib.5.cap.78.in æſtuantibus,& continuis febribus,ſpargenda inſtituit folia vitis viridia,necnon arundinum,ſalicis, myrti, & roſarum per pauimentum, ac frigidis aquis frequenter irrorandum, quæ & ex vicina camera ſalientes fontes,ſonum vſq; ad cubiculum ederent. Vtemur &c.

p.75.l.5. Addit porrò idem Gal.13.metho.cap.21. Commune id eſſe præſidium,non calidis ſolum capitis affectibus,& phrenitidi,ſed etiam frigidis, & lethargo incipienti; nam repellendus à capite (inquit) humor eſt,quiſquis is fuerit. Imò &c.

p.75.l.27. Idem habet & primo Simpl. cap.7. lib.4. de med.ſecund. gen. cap.vltimo,vbi vlcera antiqua, & quæ vix ad cicatricem perueniunt, repente aqua abluit, poſteà æruginoſum imponit medicamentum. Cæterùm &c.

p.76.l.6. appellabimus perfuſionem,irrigationem. Sunt &c.

p.76.l.7. vbi præſertim hic vſus docciæ eſt celebris,at plures ſimul admittere debet perſonas. Quæ digiti parui magnitudine,vel maiori opus eſt,volubili epiſtomio clauſæ,è ſuperiori alueo, qui infixas ex ordine habeat fiſtulas,ac ſtatim à communi fonte ſynceras recipiant aquas,pro eo ac quiſquam voluerit,vel quantũ voluerit,recluſo epiſtomio,vel clauſo infundant ſtillicidium. Delàbantur autem ſic aquæ palmi vnius, vel &c.

p.76.l.10. qui melius infrà monſtrabitur. Vnus &c.

p.76.l.12. ita corpus requirit exactiſſimè purgatum, defluxionis periculo, quæ attrahente

hente ſimul balneo, ac aqua ipſa ducciæ ex vſu vehementer diſcutiente promptius excitatur. Atque hæc fuit &c.

Duccia quibus conueniat morbis, aut naturis.

Archigenis ſentẽtia. Galenus. Limitatio.

CAETERVM quibus naturis, aut partibus, & quibus affectibus cõueniat Ducciã, quamquam hoc inſtituto caruerint antiquiores: aliquã tamen ad hunc vſum videtur ingerere ſuſpicionem celebris quædã Archigenis ſententia, quæ etſi ſimpliciter acceptanda non ſit; ſerio tamẽ à Gal. recitatur in 6. de ſan. tuen. & Aetio lib. 3. cap. 168. Vbi habet, calidarũ ſponte manantium aquarum vſum noxiũ eſſe capitibus natura calidis. Comprobatq. eam Gal. aliqua ratione: nam ſulphureæ (inquit) aquæ, & bituminoſæ, propterea quod calfaciunt, inimiciſſimæ ſunt capitibus natura calidis: nempè diſſoluentes, ac fluxionẽ excitantes. Aluminoſæ verò quoniam anguſtos claudunt poros, ac comprimunt, tenuem excitant defluxionẽ. Vnde eas dumtaxat calidas his naturis ſubdit fore vtiles, & citrà noxam, quæ (inquit) dulces ſunt, & minus medicamentoſæ. Sed amplificanda nobis, ſi non corrigenda, in gratiã antiquis illis manibus, ea ſententia eſt: quæ indefinita ponitur, nec eſt ſine calculo intelligenda. Non enim ſimpliciter aquæ, aut ducciæ noxiæ ſunt, quia aut calidæ, aut frigidæ ſunt, vel comprimentes: ſed pro ſubiecta in capite (hęc eſt vera cauſſa) & in toto corpore humorũ copia. Qui non ex balneo, aut duccia ſolùm, ſed ex leui etiam quacunq; occaſione liquantur, videnturq. excitari ad fluxionẽ, ira, ſole, potu, exercitatione, ſomno diutino, & vel ipſius diei crapula, & balneo. Teſtem in hoc habemus Gal. multis locis, ſed compendiaria eius ſententia habetur in 1. Aphor. ſect. 17. vbi excitata in ob ęſtum, vel alia eiuſmodi occaſione humorũ in aliquam partẽ fluxione, multis, ac grauiſſimis morbis aſſeuerat hominem reddi obnoxiũ. Potiſsimùm verò id periculũ impendet à balneis, & hoc nouo vſu ducciæ, quẽ non intellexerunt antiqui. Aqua enim duccię non ſolùm calfacit, aut alterat immediatè caput, ſed etiã eliquat ſui caliditate actuali ſubſiſtentes humores, ſiccatq. omnẽ ſuperfluitatum copiam. Atq; hęc profectò dicta eſt prima, ac generalis intentio artis in omni duccia: vt penetrans ſcilicet ſua qualitate, ac inſultu per commiſſuras capitis in intimas cerebri partes, moueat quidẽ contentas in eo ſuperfluitates, ac eas ſiccet, diſſoluatq. per inſenſibilem tranſpirationem. At ſi colliquet eas, ac moueat, & ex quacunq; occaſione, vel impedimento non diſſoluat; neceſſariò excitat earum ſuperfluitatũ defluxionem, affertque, præſertim ſi multæ ſint, vel in Thoracem, vel in fauces ſuffocationis periculum. Vel ſi tenues ſint, per neruos delabuntur, & aliquam aliam offendunt partem. Huic ergo fomiti humorum primario, ſubiectæq. eius defluxionis cauſſę eſt omni ingenio, atq; cura prouidendum: primò, vt antè balneum, totum corpus, & caput præcipuè ſit optimè præparatum, & omnibus excrementis exactiſsimè purgatum; quemadmodum dictum eſt, Gal. teſtimonio in 5. de ſan. tuen. cap. vltimo. Secus enim (inquit) balnei vſum non fore totum. Imò ſi aliqua aut repletionis, aut fluxionis inter ipſum balneũ, intercidat ſuſpicio, etiam à quotidianis erroribus, ſuperpurgandum in ipſo balneo eſt. In ſumma ergo hæc vera ratio videtur, quam perpetuò ſeruatam volumus in omni balneo, & vſu præſertim ducciæ, vt corpus, & caput, quantũ fieri poteſt, omnibus ſuperfluitatibus vacet. Adde & in gratiam Archigenis, maximè calidis naturis, & calidis balneis. Qua propter & hic alterum ſancimus inſtitutum, ac artis balneariæ decretũ, quòd ducciæ in totum frigidis ſit proprium remedium, atq; his tribus, naturis, affectibus, ac partibus frigidis. Quod quidem antiquum non eſt, ſed à poſteris inuentũ, & admodũ frugi, quando exculta melius medicinę peritia, in affectibus, qui intrà caluariam deliteſcunt, ac diſcutiendi ſunt; ob durum quidẽ tegmen oſsium, vim talem poſtulant præſidij, quæ in altũ penetret (iuxta prædictã Gal. ſententiã 13. aquæ idcircò eiuſmodi inuentæ ſunt, medicatæ, calidæ actu, ac tenuis ſubſtantiæ, quæ hoc vſu ducciæ mirificam habent efficaciam. Ad affectus omnes (vt dictum eſt) frigidos, atq; contumaces, primum cerebri, deinde neruorum, ac iuncturarũ id genus morbis vtiliſsimæ:

Gal. locus. Ducciæ operatio ac noxa. Pręparatio. Duccia frigidis, omnino conueniens.

Loca quibus propriè conueniat Duccia.

Locus idoneus in vertice.

OPERAE PRECIVM verò eſt in tam nobili miniſterio, & loca determinare, quibus propriè conueniat duccia. Communis quidẽ vſus eſt, vt in capite duobus potiſsimùm locis ſuſcipiatur, in bregmate, ſcilicet, quæ commiſſura coronalis dicitur à vertice ſcilicet anterior capitis pars, & item ſumitur in occipite, vbi eſt ſpinalis medullæ principium, quæ nuca vulgo dicitur. Optima verò ratione ad hunc vſum, bregma, hoc eſt à vertice in frontem capitis pars proponitur. Primùm quidem, quia hic locus cõmunis eſt, aptiſsimuſq. ad omnes eiuſmodi capitis affectus frigidos curandos: ſiue quidem in capite ipſo conſiſtãt, vt ſunt omnes catarrhi ſoboles, qui functiones ipſas capitis oblædant, quę vel ad ſenſum, vel ad motum attineat. Siue deſtillatio à capite ad ſubiectas corporis pertingat partes, vt ſunt apoplexiæ inter omnes intenſiſsima paſsio, & poſteà paralyſis, & quæ pro neruorum communicãtia, & ligamentorum ad omnes partes, vniuerſum corpus, aut articulos iuncturaſque, aut certã ali-

quam

quam opprimunt partem. Quarum omnium affectionum, cùm prima origo ſit cerebrum, ipſi ſtatim iure principij adhibere remedia, & ipſam ducciã oportet. Adde & aliam cauſſam neceſſariam, ab aptitudine naturali, quoniam ea para maximè huic miniſterio ducciæ eſt idonea, quæ & ob cranei tenuitatem, & ob ſuturarum, quę in eam concurrunt latitudinẽ, & ducciæ qualitatem intimè recipit, ſimulq. virtutem aquæ eius partibus affectis communicat, & quod in primis à duccia intenditur. Promptè ex ea latitudine ſuturarum vapores ex aquæ inſultu excitatos tranſmittit, exhalatque. Porrò ſuſcipitur etiam duccia, vbi commodè fiat, ſuper affectam ipſam particulam, & principium nucæ: ſpecialibus in diſtentionibus neruorum, tremore capitis, & reſolutione, etiam alicuius circà faciem particulæ, linguæ, oculorũ, palpebrarum, aurium, & alija motiuæ virtutia inſtrumentia. Quorum videlicet læſio, cum inferioribus communicari ſoleat partibus, in cerebro tamen, & in nuca radix eſt, & origo, vbi commodè per adhibitam ducciam diſcuſſio tentari debet.

Ab aptitudine loci.

Duccia in nuca.

An Duccia in nuca ſuſpecta ſit.

QVOCIRCA non leuem hic audio qoæſtionem, quæ hanc amplificat magis doctrinam: An duccia in nuca ſuſpecta ſit. Quã quidam in balneis S.Caſſiani aliquandiu verſatus negabat, hac ratione, quoniam ex eo loco ægrotantes ipſos aliquando viderit maioribus (vt ipſe dicebat) defluxionibus fieri obnoxioa. Vbi videlicet pro duro circa illam partem oſſium tegmine, minor difflatio, aut reſolutio contentarum in capite ſuperfluitatum, ſed prompta ad infimas partes defluxio excitari poſſit. experimento id aſſerens viſum in multis. Quod mirum tamen non eſt, ſed eius noxæ non compactæ ſuturæ, nec duritiea oſſium in cauſſa eſt: qoaſi verò non hac in parte & latè pateant viæ, citrà Lambdoidem nuncupatam, vnde diſſoluta per ducciam excrementa, promptè exhalare, ac diſcuti poſſint. Sed error potius medici tunc imputari debet, de ſuperueniente fluxione: qui nec naturam ægrotantis rectè compenſauit ad balneis vires: nec corpus aut caput ſufficienter purgauerit. quod nos poſteà accuratè magis, cùm de accidentibus, quæ contingunt io balneis, loqnendum erit, docebimus. Imo eadem experientia ex aduerſo videtur arguere, quandam eſſe ducciæ eo loco neceſsitatem, quoniam in grauibus, ac diuturnia eiuſmodi affectibus, conſonum rationi ſit, rebellem fuiſſe materiam, eamq. non facilè ſolubilem, ſed cum impacta viſa ſit in baſe cerebri, & in ſubſtantia illa denſiori, vbi tota neruorũ ſoboles propagatur, & propterea ex duccia in vertice, parum iuuamenti agnouerint: eandem poſteà ſuper nucam experti, inuenere efficaciſſimam, ac omnem ferè ex ea ſolutam contumaciam. Vtrunq; ergo hunc locum (videtur concludendum) vſu ducciæ idoneum eſſe, in vertice quidem, ob tenuitatem cranei, & facilem quam præſtat ſolutionem, cõmunis locus eſt, tàm hia, qui cerebri ſunt propriè effectus, rum hia, qui à cerebro dependent, & ſubiectaa capiti afficit partes, & neruos. In ouca verò duccia inueteratia, & confirmatis magia affectibua idonea eſt, qui vel ſenſua inſtrumẽta lædunt, vel per neruos ſubiectas quoq; opprimit partes, & iuncturas, & reliquoa artus.

Solutio.

Duccia in nuca quãdo ſit vtẽdum.

Ducciæ locus in vertice.

Ducciæ vius in medicina

Ducciæ modus, & ordo.

AD vſum verò, & quidam modua adhibendus eſt: moris eſt autem caput prius deradere, qua parte ſaltem guttæ ſubeundum eſt, quatuor digitorvm latitudine, & duorum inſtar longitudine à coronali in ſagittalem ſuturã. Mox circundata leni pileo capitis corona, modus ſuſcipiendi supernè irrigationem varius eſt, pro ægritudine, & pro commoditate patientia, nec non patientium membrorum, alij ſedent, quaſi ſub lauacro capitis, alij cubãt, alij proni in genua caput ſupponunt, alij in latua ſanum melius recũbunt. Communis verò modus eſt, ſupinè ſuper ſcamno balneario caput ſubijcere, ita vt à duccia cadens aqua in caput, circa pilei margines in ſubiectũ influat alueum. Debita ergo, ac diligenti ſuppoſita præparatione, quam diximus, tùm corporia vniuerſi, tùm laborãtis ipſius particulæ, maximè verò capitis; incipiendũ prima die leuiter, ideſt exiguo, ac tepido ſtillicidio, & quandiu non moleſtentur, ſubeant: mox calidius indies, & maiori aquæ modulo, ſi tolerent, cõparandum. His quidem, qui frigido, humidoq. catarrho, aut humido, neq; multũ calido afficiuntur, bregma ipſum ſupponendum, quo loco craniũ tenuius eſt, atq; minua denſia ſuturis. Qui modus in omni capitis affectu, qui eiuſmodi catarrhi ſoboles ſit, cõmunis eſt, vt ſunt cephalea, hemicrania, læſio memoriæ, melancholia, lethargus, ſtupor, epilepſia, ſurditas auriũ, offuſcatio viſus, & huiuſmodi alij morbi. In quibus antiquato iã effectu, vt in hemicrania, & ſurditate vſueuenit, ab ea parte præcipuè, quæ magis afficitur recipienda duccia. Eodem modo & affectibus qui ad ſenſoria pertingunt, & ad vicinas partes idonea eſt. linguæ & palpebrarum reſolutioni, torturæ oris, doloribus dentiũ, viſui, alijsq. eiuſmodi particularibua vitijs. Qui verò affectus ad partes ſubiectaa attinent, vt eſt in primis apoplexia, paralyſia, tremor capitis, detẽtio, ſpaſmua, ſũtq. cõtractiones, & huiua generis mollificationes, & debilitates neruorũ; hi ſuper occiput, & nucã, qua primũ nerui deſcendunt, impluuiũ recipiunt, quod cadẽa con-

Proprii ad ducciam affectus.

Affectis paribus.

ueniens

ueniet etiã per humeros,& ſpinalem medullã totam,& in affectas ipſas partes permittere. Imò ſi defluxus ceſſauerit,ſolutas partes ipſas,infirmasque,& contractas,dũtaxat irrorandum:quod multum,ac diu pro affectu primario,& iã conſiſtente fieri debet. Cõuenit autem mane diliculo, & itẽ veſpere huic miniſterio ducciæ vacare. Vel ſi minus validi ſint patientes,ſemel in die ſubeant,& cũ ex communi Inſtituto deberent quindecim circiter dies perſiſtere,hi ſuppleant dierum numerum,ad viginti dies,& etiam amplius. Tempus autem particulare eſt pro cõditionibus anteà poſitis varium,& omnium ad horæ ſpatium ſub ducciæ perdurandum,& amplius,pro tolerantia,vel quæ certior meta eſt,quamdiu ſentiunt ægri aquæ caliditatẽ ad intrinſecas capitis partes penetraſſe. Tùm exiens,ac deterſo lenibus linteis madore, deraſa capitis particula panno laneo,& ſcuffia obtegenda eſt:tùm quidem vt impreſſa diu aquæ medicatæ qualitas conſeruetur, tum vt ne extrinſeco aëri caput exponendum ſit, quin imò ob eam cauſſam, & cruſtã ipſam inductã capiti per aquam ducciæ,multis poſt ducciã diebus ſeruandã conſulimus. In die cauendũ à ſomno,qui hoc maximè vſu ſolet obrepere; Simul atq; noxio à capite rheumati,defluxionique,quam adeò deteſtati ſumus, occurrendum: cuius cauſſa ſemunciã ſacchari roſacei propenſis maximè ei vitio præbere conſueuimus,hora sõni,& interdiu vt ſacchari cãdidi quidpiam elambant.Subinde per quadraginta dies victu vtantur regulari,caput non lauent,nec cruſtam(vt dixi)remoueant.Solem vitent,ventum,& Venerem. de quibus præceptionibus longiorem poſteà ſermonem habituri ſumus,atq; harum hic breuiter meminiſſe non erit inutile.

Tempus.
Mora.
Regimen particulare.

Artificiales Ducciæ in capite,& in alijs locis.

Hoc ergo proprium eſt ducciæ inſtitutũ,quòd medicatæ,ſcilicet,& Thermales aquę in capite,& ad paſſiones capitis frigidas,antiquatasq. ſint adhibendæ. Reliquis locis ſi miniſtrentur, aut ex alijs comparentur rebus,id refugiũ quoddam dicendum,& quod ducciæ modo poſt tentata alia præſidia recipiendum ſit, non verè duccia. Vt cùm in regione hepatis, lienisque,& in ventre,& in collo vteri,ob duriciẽ forſan in his locis contractam ducciæ modus inſtituitur. Vel ob antiquum ex flatu tumorem. Quorum priuata ratio eſſe debet,quando hæ partes nobiles,ac valde ſenſibiles minus ducciæ inſultũ ſuſtinere valent,ac vel ipſis balneis facile iuuentur. Porrò & hac alia præcipuè ratione artificialis duccia ſubſtituenda eſt: quando ſcilicet non alia eſt ducciæ naturalis commoditas;vel quia pro perſonarum conditione,non ita commodè quidam adire poſſint balnea,his artificiales ſupplere debet irrigationes. Quarũ duplicem ex antiquis, Gal.auctore habemus parandi methodum in Embrochis ſuis:altera formæ eſt, & virtutis, quæ ritè in eo 13.methodi lib.explicatur. Vt cùm einſmodi perfuſiones in affectibus,qui in alto corpore hæreant,& in caput præcipuè ſint miniſtrandæ,vim talẽ obtineant,vt pro qualitate, & tenuitate partium,penetrare,quidem in altum valeãt,ac promptè diſcutiant. Altera materiæ eſt, cuiuſmodi multas habet formales idem Gal.in 2.de med.ſecundum lo.quę ex antiquiorum medicorum inſtitutis,in capitis affectibus ſunt miniſtrandæ. Nempè quæ capitalibus conſtare debeant,herbis,ac floribus,alijsq. tenuium partium rebus ad penetrationem. quàm ob rem & nitrum admiſcebant,ſal,vinum,& etiã in nonnullis acetum. Has ergo formas rectè noſtri iuniores imitantur,varioſq. habent apparatus in vſu ducciæ,quam communiter ita comparãt. Coniectis in magnam peluim aquæ vrnis,quantum opus ſit,ac vino addito,vel aceti ad penetrationem portione,his dũ ſemel efferbuerit conficiatur decoctũ. Lauri folijs aliquandiu ebullitis,ac radicibus,ſi libet,altheæ emundatis,humano corpori,vbi mollitio aliqua quæritur, valde probatis,ſubinde ex calorificis aliqua,ac digerentia immiſceantur,folia. ſampſuchi,calamenthi, hyſſopi,thymi,tymbræ,ſaluiæ,betonicæ,chamemeli flores,roriſmarini,anethi,polij, chamæpytheos,& ſtœchadis,ſimiliumq. rerum faſciculi,nec non admixtis in fine ad robur partibus præſtandũ,roſis,aromatibus,odoriſq. pro ratione,gariophyllis,mace,nuce myriſtica,ſpica nardi,& noſtrate ſpica. itaq; indito ad peluim verſatili modulo, caput medicinali hac embrocha diu, multumq. perfundere oportet,vt iubebat Archigenes. Sunt & qui marinas aquas ad hunc vſum recipiant,quod tolerabile eſt,vel ſalſas alias, vel ſulphuris partem pro ratione adiungant. Et qui Thermales etiam aquas priuatim adhibeant. qui tamen ritus indiget conſideratione.

Duccia viſcerib. noxia.
Parandi modus.
Materia.
Artificiales ducciæ formulæ.
Duccię ex marinis.

An Thermales aquæ extra proprium fontem ad vſum Ducciæ vtiles ſint.

SATIS anteà,cum de vtilitatibus balnearum loqueremur,determinatum eſt,non æquam expectandam ab aquis balnearum, extrà fontem, ac in fonte ipſarum vtilitatem, ſed veluti ſuffraganeum ſupponendum remedium, vbi non aquæ naturalis copia ſit; vel vbi priuatæ occaſioni, vel dignitati perſonarum indulgendum ſit. Problema tamen quaſi diſputabile propoſitum eſt, quòd plerique medici ob prædictas, vel alias cauſſas, priuatas ex aduectitijs balnei aquis adhibent duccias in proprijs domibus. Ac duobus hi nituntur argumentis. Vnum quidem eſt, quaſi à maiori, ac nobiliori vſu. nam ſi vſu potuum,ac balnei aliunde aduectas admittimus aquas;quarum præclara fama eſt,quæ ex Italia aduehantur in Galliam,in Hiſpaniã, & in alias regiones:& cur nõ eædem in aquis medicatis ad vſum duccię, tã neceſſariũ ſunt prærogatiuæ,

Priuatæ duccię argumentũ.

1. argumentum.

tiuæ? adrogant & hãc alterã rationẽ,quod non minus poſſint eſſe vtiles,nã quã aquæ amiſerint longe à fontibus actualẽ caliditatẽ,ſeruauerint autẽ potentiales qualitates,caliditatẽ ſuppeditamus(queadmodũ antea dictũ eſt)per ignẽ ad libitũ,attẽperamusq.ad talẽ concedentiã,vt vtiliores interdũ ſic haberi poſſint,quã in ipſis fõtibus,quibus tamen rationibus nõ obſtãtibus,

Ad partẽ negatiuã.

cũ ſatis ea,quę iã determinata ſunt feciſſe potuerint,videri hęc forte poterit ad quęſtionẽ quaſi altera doctrina.Prima ratio adducta nõ probat,imò ad vtrãlibet militat partẽ,quia aliquæ (vt certũ eſt)exportatæ vtiles,& tamen permultæ inutiles, & his hauſtæ à proprio fonte non exoleſcunt,amittuntq.virtutẽ. Huic verò ducciæ miniſterio, quod tales aduectitiæ minimè vtiles

Ad 2. rationes.

ſint aquæ,hoc dicto ad ſecundã rationẽ fiet clariſſimũ,Multas quidẽ opus eſt cõcurrere cauſſas vt ſalubres ſint,aquæ,vel inſalubres,à ſoli,ſ.natura,à tẽporibus anni,quibus mutãtur,& nõ eãdẽ ſeruant qualitatẽ,& quæ à cælo illi præcipuè loco,& illi fonti,& aquæ ſint inſitæ. in hoc .n.

Lib. 1.c.3 fortiſſima ratio

diximus differentias indiuiduales,etiã perfectarũ rerũ,ſuſcipere magis,ac minus. Quæ idcirco aquæ,vbi longè deferãtur à fonte,cũ non eandẽ ſeruare poſſint,nec ſoli naturã,nec tẽporis, nec cæli,ergo nec integras vllas poterũt præſtare facultates;quæ vt extra genuinũ ſolũ,à vẽto,æſtu, frigore,vectura,& ipſis vaſis,& ſpatio tẽporis multifariã mutãtur: ita natiuã ferme,ingenitãq; amittũt caliditatẽ,&virtutẽ,quã quoquo modo tẽtaueris imitari,ac reſtituere,perinde,erit,ac hominẽ mortuũ ad vitã reſuſcitare.Quod ergo cõcluditur,quod exhalãte ab aquis naturali ca-

Calor naturæ, & artis quid differant

lore,eundẽ poſſimus arte ſupplere, & cõmuni igne adhibito,ea apparens quædã perſuaſio eſt,& iã à nobis in totũ exploſa,nõ vera ratio.Imitatur .n.ars naturã in quantũ poteſt,at nõ aſſequitur.Ille calor naturalis eſt,& congenitus aquis.hic accidentalis,non formalis,& qui(eodẽ teſte philoſopho)potens eſt deſtruere potius,quã conſtruere. Vnde non ſolũ id refugiũ putandum,&

Remedia ſuffraganea periculoſa.

ſupplementũ quoddã artis,quin imò nõ ſine periculi ſuſpicione admittendũ: quia vel ob actionẽ extranei,caloris adhibiti,vel ob exoletã natiuã aquis virtutem,& calorẽ ſæpenumero vidimus,& in curatione Principum, quod ex priuatis eiuſmodi perfuſionibus, ac ſtuphis, ac lauacro capitis,commota repente defluxio eſt , quæ pro quæſita ſanitate recuperanda, vel certum attulit ſuffocationis periculum , vel maius aliquod malum .

p.77.l.20. *Cap. XVII.*

SVdatoria quidẽ parari ſolita in balneis naturalibus, perperã nonnulli hodie ſcriptores Laconicũ vocãt.cuius dũtaxat inſtitutũ erat in Thermis vrbanis.& magnifica pars. ſed propriè,quẽ locũ cõmuniter habẽt ſtuphæ,eũdẽ obtinẽt in naturalibus ſudatoria . Hoc &c.

p.77.l.55.Quin etiam laudabilis mos eſt, vt recluſis per horæ ſpatiũ ſpiraculis,externæ diei vapores excludantur alioqui graues,ac noxij.præſertim vbi contagioſi aliqui,vel affecti lue venerea illas ſudationes habuerint ! Porrò in aliquibus locis , hæc &c.

Cap. XVIII.

p.78.l.28. Quẽ vsũ de Cimolia terra iudicauit propriũ lib.35.c.17.Cimoliæ verò (inquit)ſi Aphronitrum & nitrum adijciatur,& acetum, pedum quoque tumores ſanat, ita vt in ſole curatio hæc fiat, & poſt ſex horas aqua ſalſa abluatur. Qui frequentiſſimus hodie lutandi modus eſt in balneis Italiæ. Ad emolliendum &c.

p.79.l.6. Luti verò cũ variæ ſint pro locorũ natura,& terrarũ differentiæ,ſat erit ex omnib.

Luti genera, ac electio.

tria,vel quatuor genera proponere,quæ ceu reliquorũ norma,in Italia ſunt præcipuè in vſu, & ad priuatas etiã deuehuntur illutationes.Vnũ quod ex Aponi bal.excipitur,ſiccãs,ac digerẽs, cinere,ſale,& ſulphure participans: alterũ ex proprio balnei luto apud S.Caſſianũ, pro ære, ac ferro magis exiccans,ac cõſolidans.Tertiũ ex nauſſeo Viterbij eruitur,aluminoſũ,quod in magnas offas ducitur, & ſiccatũ lucerna adhibita,putorẽ,& flãmas mittit ſulphureas,præ cæteris verò generoſum, quod ex aquenſibus balneis in Monferrato, multo cũ labore,e profundiſſima lacuna eruitur,fuluo colore,ochræ, vel rubricæ,grauiſſimũ, ac vehemẽter oẽs tumẽtias reprimens,ac diſſoluens.Argillæ genus,quod ex fodinis bituminis foditur in Mutinenſi,violaceo foris calore exiccatum,mediocriter ſiccans,ac indurata emolliẽs.Omne lutũ in offas,vel globos

Lutationes priuatæ.

ſiccatũ,ac induratũ aduehitur ad priuatas lutationes,ſi in tenuẽ puluerẽ redactũ, ac aceto exceptum,quod melius eſt ad penetrationem,vel lixiuio.vel vino ſuper induratas ſub ſole partes oblinatur,ac reſiccatum eiſdẽ lãnetur perunctis membris,vti dictum eſt.Sunt qui illuta &c.

p.79.l.17. Itaque ceroma his tribus conſtabat, oleo, puluere, & ſudore . Cuius &c.

p.79.l.26. & Ouidius Acheloi atque Herculis deſcribens luctam lib. 9.

Ille cauis hauſto ſpargit me puluere palmis
Inque vicem fulua tactu flaueſcit harena . Poſt exercit. &c.

p.79.l.57. quemadmodum Græci,& Paulus γάμμηρον,à Sabulo quod γαμμὸν,& ἄμμον arenam appellant,noſtri arenationem vertunt,tumq. ab areo verbo melius dicitur, quaſi arida,quam ab hæreo,quod in calce,ac cementis hæreat . In vniuerſum &c.

p.80.l.7. & fricatio pariter locorum cum ſale mitigat . Auicenna &c.

Cap. XX.

p.70.l.50. Sæpè verò in eiuſmodi . tumoribus &c.

DE

DE THERMIS

ANDREAE BACCII ELPIDIANI,

MEDICI, ATQVE PHILOSOPHI CIVIS ROMANI,

Et in Almæ Vrbis Gymnaſio olim Profeſſoris.

LIBER TERTIVS.

In quo de methodo curandi omnes particulares affectiones, & de accidentibus in balneis agitur.

De ordine vſuum, ac eorum proprietatibus in curandi ratione.

CAPVT PRIMVM.

POSTQVAM in præcedenti libro de omni vſu, ac de victus ratione in Thermis naturalibus ægimus: iam conſequens eſt, ac Medico admodum neceſſarium, vtendi methodum eis ad omnes corporis ægritudines perſanandas, conſcribere. Quam partem miror noſtros veteres Medicos, qui de balneis Italiæ conſcripſere, ſeu negligentia, ſeu inſcitia omiſiſſe; cùm in tota re balnearia nulla ſit pars magis neceſſaria, & quæ magis requirat Medici conſilium, quam iſta, quæ de methodo curandi, ac de proprijs ad quenq; morbum balneis præcipit. Quare tria hic proponere oportet inſtituta, in omni vſu balnei neceſſaria. Primum, vt morbi, quem per balneas curare ſuſceperimus, definita, & certa ratio ſit in ſuis cauſſis, & quæ ſedes propriè affecta ſit, cui maximè intentio balnei ſit dirigenda. Quæ ſanè conſideratio in principijs artis latiſſimè patet, ac erit fermè tractationis huius, quam de vſu balnearum aggredimur, communis materia. Alterum ad vſum propriè pertinet, quis ordo inter omnes vſus eſſe debeat, & cuius electio facienda ſit. Et demum ipſarum operationum habenda ratio eſt, quo in genere ſint balnearum operationes, & quæ via ſit cuiq; operationi, aut affectui curando magis idonea. Quarum nunc duarum partium, de omni ſcilicet vſu balnearum, & poſteà de modis operationum ipſarum, ſingularum ad quenque vſum faciemus diſtinctionem. In ſumma ergo ex his, quæ determinata ſunt, ſex modis colligimus balnea naturalia ad vſum medicinæ eſſe vtilia: potatione, balneo, aſperſione, vaporatione, illutatione, & ſaburratione. Haud tamen coacta eſt naturæ virtus in aquis medicatis tam inclyta, vt his omnibus ſimul modis ad quenque affectũ curandum vti opus ſit. immo in nonnullis affectibus, per ſingularem tantùm operatur modum. In alijs per plures, aut certè per duos, & præterea aliquando per clyſteres. Verùm, vt aliquis horum vſuum ordo exiſtat; prima ſemper, vbi requiritur, potationum ratio eſſe debebit. Cùm enim tres habeantur in quocunq; vſu balnearum communiſſimæ intentiones, aut digerere ſcilicet, aut vacuare, aut corroborare, ſiue his intrinſecus opus ſit, ſiue extrinſecus; primò balnearum potio conuenire poteſt. Nam ſi viſcerum ſint, aut interaneorum quorumcunq; affectus; aquæ balnearum ebibitæ primo vtiq; occurſu iuuabunt. Si aliarum verò partium, veluti articulorum, vel capitis; pro vacuatoria, quam hæ obtinent, facultate, ſtatim naturam craſſioribus ſaltem excrementis, & cruditatibus; quæ præuiæ ſunt morborum cauſſæ, per vias latas exonerabunt. Nempè aut per ſeceſſum, aut per vrinarios mea-

Tria inſtituta in vſu balnei.

Balnea ſex modis vtilia.

Balnearũ tres communes intentiones.

Digitized by Google

rus, aut per vomitum, aut tandem tenuiora aliqua excrementa, in totum corporis ambitum diſperſa, per ſudorem excutient. Ad quas operationes ſi alia adhibeantur miniſteria, aut balneum ſcilicet, aut ſudario, aut duccia, aut lotatio; hæc aut coadiuuabunt tanquam altera manus, aut certè pro localibus facient remedijs, quippe mouendo extrinſecus relictam morbi materiam, digerendo, ac diſſoluendo quantum fieri poterit, & omnem tollent cauſſam, & parum ipſas reddent fortiores.

Idoneæ ad quemque vſum aquæ.

Proinde inter communes ad hos vſus balnearum electiones, haud quamlibet aquæ medicatæ ſpeciem faciebamus idoneam; ſed diuerſam quadamtenus in vno, ac in alio vſu balnei ſubſtantiam requiri. Quippe delicatiorem ob eas cauſſas in potibus debere eſſe, modicè calidam, & tenuium partium, cum abſterſoria facultate. Calidiorem actu, ac digerentem in balneis, vt quæ ex alto ad ſummum valeant educere, ac materias interdum flatulentas per clyſteres diſcutere. Nec minus ad vſum docciæ diſcuſſoriam, quæ pars balnei inueteratarum alicubi paſſionum propria eſt, & quæ fixæ in alto corpore, vel ſub duro oſſium, ac iuncturarum tegmine hærent. Valde verò calidam, ac euidenter exhalantem in ſudationibus, eligi debere materiam balnei, vt quæ laxis, ac frigidis, contumacibusq. morbis ſunt propria remedia. Calidæ verò, ac ſiccæ potentiæ materiam lutamenti, quæ magis adhuc contumacium, contractarumq. paſſionum remedium, diu admodũ hærere debet particulæ, vt vires ſuas imprimat, ac promiſſa præſtare valeat. Quanquam ergo natura parens tot iuuamenta, totq. modis elargita eſt mortalibus aquarum ſponte manantium vtilitates, rurſus tamen hoc loco propoſitæ illius præceptionis memores eſſe debemus. Sanè in balneis haud abſoluta, neq; in promptu expoſita eſſe omnibus iuuamenta, neq; pariter vſum cuilibet vitio, aut tempori, aut naturæ indifferenter eſſe idoneum: Sed cùm debitè, tempeſtiuè, & ex ratione miniſtratur.

Tres conditiones, vt bal. fiat vtile.

Ratio autem præcipua, ac neceſſaria in præparatione conſiſtit, quam libro II. inſtituimus, ac ſæpius ob rem adeo ſeriam commemoramus. Cuius ſumma hæc eſt, vt corpus quantum ad artis prudentiam attinet, omni ſuperfluo vacuetur humore; immò nedum corpus ipſum vniuerſum, ſed & affecta ipſa particula, quantum fieri poterit, vacuari poſtulat. Haud enim hoc à balneo expectandum: verè enim, aut electiuè (quod dicitur) vacuare, purgantium duntaxat medicamentorum proprium diximus. Balnearum verò naturalium facultatem abſterſoriam eſſe potiùs, quàm purgatoriam. Nimirùm quæ latas duntaxat vias, quacunq; tranſeunt, præuijs excrementis abſtergunt, ac lauant. Siue id qualitate efficiant, ſiue tota forma, ſiue etiam copia. Propriè verò balnea, vt eſt Galeni ſententia de balnearum dulcium viribus, ſunt

3. de Sa. tu.

Apotherapiæ pars; hoc eſt recuratoria pollent facultate. Quæ duplici (inquit ipſe) conſilio ſuſcipitur; & vt excrementa ſiue reliquias morbi expurget, & vt corpus à laſſitudine tutum reddat. Planè ſimilis, vel parum differens ratio in balneis naturalibus eſt. Siue enim intrinſecùs, ſiue extrinſecùs miniſtrentur, primùm quidem repurgant excrementa: aliquo ſcilicet prædictorum modorũ, aut à cutis meatibus in balneo; aut in potibus ſi ob iter ſint, quæ per latas vias veniant vacuanda, aut ſequela quadam.

Balnea operãtur confortãdo, & tanquam antidotus.

Deinde in reliquum affectum operantur veluti quædam antidotus; ita quòd rectificando (vt medici loquuntur) totam complexionem, ac etiam affectæ particulæ virtutem, maius robur in poſterum naturæ comparant. Hæc vulgus miracula iactant; refici in balneis homines, & quaſi ferrum in officinis renouari, quæ diuina profectò balnearum prærogatiua eſt, ſuper cæteras medicinas, nempè quod de ſaluberrimis dici ſolet medicinis, vt operentur confortando. Quoniam ergo in toto balnearum negocio, hoc maximè intereſt, vt balneum ex ratione miniſtretur: non ſatis quidem videri debet nos hactenus vniuerſales præparationes docuiſſe, niſi etiam particularem in quaque diſpoſitione curanda per balneas methodum adiungamus. quæ ſcilicet compendiaria ratione, & morbi eſſentiam aperiat, & cauſſas, & qua potiſſimum via in balneis curari debeant per conuenientem regionem. Quam partem cùm non tractauerint veteres, haud tamen id nobis vitio prolixitatis operis vertendum eſſe exiſtimo. Immò, quoniam in his methodis tota ſumma balnearum conſiſtit, & vita hominis; conſiderati iudicij quiſq; in vnaquaq; infirmitate curanda per balneas integrum deſiderabit librum.

Tertius hic liber neceſſarius.

Hanc autem partem nos in toto hoc libro tertio per capita abſoluere intendimus: in qua plura erunt vtilia, apprimeq. ad omnem balnei vſum neceſſaria; Ratio medendi; Balneorum cenſura; collatio inuicem diuerſorum balneorum; facultates propriæ, & modus vtendi ad quenque affectum magis idoneus. Sed potiſſimùm, vt propria balnei, ac abſoluta electio ſit, ſtudebimus in quaque diſpoſitione, quæ maximè balnea probari conſueuerunt, ea vel auctoritate, & experientia, vel ratione aliqua comprobare. Quare ſingularem hic proponemus omnium operationum in balneis diſtinctionem, vnde iuxtà artis inſtituta, veram methodum curandi quanque affectionem per balneas exarabimus.

De operationibus tam communibus, quam proprijs Balnearum Naturalium. Cap. II.

SVNT autem, ſicut vſus varij, ita & operationes balnearum, aliæ quidem cuicunq; vſui communes, aliæ autem primæ, ac propriæ, ex quibus omnes intentiones curatiuas ſuſcipere, ac dirigere oportet. Mudi verò quatuor in totum ſunt operandi: alia enim operatio in balneis perficitur per ſudorem, & tenuem ex cuti tranſpirationem; alia per vomitũ, alia per vrinas, & alia per alui deiectionem, quarum omnium ſua condecens ratio in inſtituendis balneis apud medicum eſſe debebit. Quanquã enim in vnaquaq; balnei aqua (vt paulo ante diximus) non eſt coacta, nec anguſta naturarum facultas, nec operatio, ſed penes aptitudinem naturalem, eadem aqua per vnam, & per aliam, & aliam viam, etiam contrarijs nutibus operari eſt idonea, nempe per ſudorem ſimul, & deiectionem, aut vomitum; haudquaquam tamen permiſsiua vtilitas in quolibet balneo, nec in quoq; patiente ſperanda eſt, ſed ſingularis vtilitas attendenda, quæ fit per viam, & operationem propriam. Intelligimus autem propriam, iuxtà auream Aphoriſmi ſententiam 31. Sectione 1. QVASCVNQVE ducere oportet, quo natura vergit, inde ducere, per conuenientem regionem. In qua planè, vt in medicamentis, ita & in balneis miniſtrandis, tres concluditur habendas eſſe intentiones: nempe ad ipſius aquæ proprietatem, qua tanquam inſtrumento vtendum eſt; ad patientis naturam, quà maximè inclinet; & ad affectum ipſum, & humorum ipſorum peccantium qualitatem, qui magis, & commodius per vnam viam, curari poſtulant, quàm per aliam. Operatio, quæ proprietate ſingulari eius aquæ, aut balnei fit, qualem diximus ad quenque vſum; ſemper, quod ſui eſt, laudanda venit. ac eo magis, ſi ea medico fuerit cognita, ſaltem per hiſtoriam: quare huic tandiu erat confidendum, quandiu intra patientis tolerantiam fiat, & non ſine aliqua conferentia. Similiter & pro natura ægrotantis, qui vt promptus puterit eſſe ad ſudorem, ita forſan & per vomitum facilis erit vacuari, & potiſſimum æſtate, aquis ebibitis, & alius aluum ex natura habebit magis fluidam. Pro affectionis autem ratione, ac patientium ſimiliter partium diſpoſitione; harum vnde propriè purgentur, attendenda conuenientia eſt. Quæ pars quanquam particularis conſiderationis ſit, præſtat tamen tam proprias, quam communes ad quenque vſum operationes explicare, vnde quatenus conueniant, perſpicuum ſit.

Operatio nes baln. quatuor.

Tres præcipuæ intētiones.

A natura baln.

A natura patientis.

Ab affectu, & cauſſis.

Operatio, quæ per ſudorem fit in balneis Naturalibus.

Ex baln.

ERGO ſi intelligatur operatio, quæ per ſudorem fit, ea fermè propria ad vſum balnei eſt, quod nimirùm calfacit, digerit, trahit, quæ à centro ad circunferentiam, colliquatas, quę excrementorum, quæ in ambitu corporis vagantur reliquias, in tenuem madorem conuertit, vel eas per inſenſibilem etiam tranſpirationem diſſoluit. Ad hanc operationem, ſi eam principaliter intelligas, & pro naturæ ſcilicet indinatione, & pro humorum peccantium conuenienti via, ad eam ſpecialiter inſtituta ſunt in balneis Sudatoria naturalia. quæ tamen impensè magis ſiccant, ac extrahunt: & in Thermis laconicum, magis humectans, & Stuphæ in priuatis noſtris. Trahit ſimili modo ex alto ad ſuperficiem Duccia, ac digerit fortius impactas intrà cranium, ac in iuncturarum compagines ſuperfluitates. quas partim ſiccat, partim diſſolnit, & partim elicit per ſudorem. Eaſdem ferè præſtat operationes illutatio, niſi quia ex aſsidua ſuper affectam partem actione, quaſi expugnari cogit inſolubilem, quam dicunt materiã, ab intimis iuncturis, ab articulis, & à neruis. Omnibus his modis ſudor, aut per inſenſibilem halitũ ſolutio poterit eſſe vtilis. Excitatur verò ſudor, & potulentarũ aquarum interdum uſu: qui tamen modus non proprius eſt potulentis aquis, ſed communis cum ſupradictis, idemq. ſumentibus nonnunquam laburioſus, utpote quoniam potiones oppoſito quudam modo aptæ ſunt operari, à circunferentia ſcilicet ad centrum euocare, & excrementa communia, uel per uomitum expellere, uel per aluum, uel per urinam. Validis alioqui corporibus, dum bibuntur balnei aquæ, ex accidenti plerunq; excitatur Sudor ad extrinſecas partes, ob caloris ſcilicet, ac naturæ robur, quæ uel exagitata leni ſtimulo excrementa; quibus præſertim in ambitu corporis redundant, undequaq; expellit, & ſpecialiter per ſudorem, quæ fortè tolerabilis erit pro aliqua conferentia. Cæterùm hæc uia, ac excretio per ſudorem, dum potibus medicatis uacatur, ut propriæ operationis non eſt, ita multis ex cauſsis poteſt eſſe noxia. præſertim his, qui minus ualidi ſunt, & imbecilles, uel quibus ex natura, uel ex affectu aluus fluida eſt. ac eo minus uacare poterit noxa aliqua, ſi patieus cutis adſtrictæ ſit. & cui lentum ualde, ac craſſum excrementi genus ad cutim excerni conſuetum ſit. Vel ſi minus noxius ſudor, nec adeo præter rationem habendus ſit in potulentis, id

Per ſudatorium.

Per Ducciam.

Per illutationem.

Sudor in potulẽtis noxius.

Sudor ex copia noxius.

erit forſan magis tolerabile, quibus ſudor ex nimia humorũ copia ſuperuenerit; quod tamen præmeditandum à medico fuerat prius, & exactè magis corpus antè potiones purgandum. Quo negligentiæ nomine, multis ſcimus ex importuno id genus motu, ac ſudore ſuperueniente inter potiones balnearum, febres fuiſſe excitatas, alijs noxiam colliquationẽ, alijs grauem in aliquam partem defluxionem, vel minus expectatos ſuperueniſſe dolores. Vel ſuperfluam ergo eſſe in potulentis, ac nimis communem hãc per ſudorem viam, vel non vacare aliqua noxa concludendum eſt. Nec minus, quæ ex eiſdem potulentis contingunt vacuationes, vel per vrinas, vel per alui deiectionem, vel per vomitum, haudquaquam eadem ratio eſſe debebit, ſed propria ſemper deſideranda.

Operatio, quæ ex potibus aquarum per vomitum fit.

PRIMVM quæ per vomitum operatio fit, raró propria, aut conueniens. Nam quę ex ipſa copia ebibitæ aquæ fit, quæ ſupernatet in ventriculo, vel quæ ob aquæ qualitatem abominabilis ſit, ac motu quoque ipſo facile regurgitet; poſt primos dies mitior, ac multis poterit eſſe non inutilis. Vel conuenire eam dixeris pro natura patientis, qui promptus forſan per vomitum vacuari, potiſſimum æſtate; per regulam, quòd à conſuetis non fit læſio, aut ſi fit, non fit tanta; vtique hanc tolerabit, pro conferentia particulari. Vel conueniet interim pro affectu, quod raró contingit, vt in Ictericis, quibus lenta bilis proritatur ad ſtomachum, vel in contumacibus quibuſdam affectibus, quibus vomitus priuatim auxilio eſſe ſolet; vt potiſſimũ in Nephriticis doloribus, vel harenulis, vel calculi periculo, quibus Vomitum, & id genus vacuationes, diuerſionis cuiuſdam nomine agnouimus eſſe idoneas. Cæterùm quibus vomitus intẽpeſtiuus, qui ſcilicet nec naturæ, nec affectui congruus, ac laborioſus exiſtit; ob imbecillitatem pręſertim ſtomachi; vel quia inteſtina ipſa arctata, ac anguſtiora ſint; vt de noxijs ſudoribus diximus, tanquã communis operationis, & non proprius ad intentionem, abrogandus eſt. Nam ob omnes has cauſſas, vacuare non poteſt aliquo periculo, ac inter accidentia, quæ in vſu balnearum cauenda ſunt, in fine libri huius cenſebitur.

Vomitus periculoſus.

Operatio, quæ in potibus balnearum per vrinas fit.

Deiectorię aquæ.

RELIQVA ergo duo operationum genera proprijſſima ex vſu potulentarum exiſtunt, quæ per abſterſionem ſcilicet fiunt, vel ad vias vrinæ, vel per alui deiectionem. Tùm ex ipſarum aquarum natura, tùm etiam pro locorum, ac viarum ipſarum conuenientia. Sunt enim omnes id genus aquæ (vt iam dictum eſt) vel exactè ſalſæ, atque acres, quare ebibitæ, ac plenis poculis ſi minus ſint acres, quaqua verſum inueniunt latas vias, ex eis deſcendunt, abſterguntq. per aluum omnes prætuias ſuperfluitates. Vel cùm tenuium ſint partium, vel ſubacres, vel amaræ, facilè penetrant intraneos poros, ac virtute ſimul naturæ ad hepar, ac renes trahuntur, perq. veſicam abſque vlla moleſtia euacuantur. Propria ergo, ac commodiſſima operatio proponenda eſt, quæ per vrinas fit: quando affectiones omnes, quæ citra febrem, aut inflammationis ſenſum membra ipſa naturalia affligunt, renes præcipuè, vrinaria vaſa, atque veſicam; promptiſſimè per hanc viam, & per hoc genus purgationis curantur, & qui harum ſimiliter partium peculiares ſunt morbi, obſtructiones, viſciditates, phlegmata cruda, harenulæ, calculi, ardores vrinæ, difficultates mingendi, craſſicies, quæ in collo veſicæ obduruerit, atque præter cætera abſtergendo, ac ſiccando grauiſsima harum partium ſanantur vlcera. Et vteri, qui conſortio vrinariorum meatuum, ex potibus eiuſmodi medicatis, promptè expurgatur, atque corroboratur. Naturales verò cùm hæ viæ ſint, & communiſsimæ vniuerſo corpori, vnde hepar, omnium humorum fons, ac venæ omnes purgari ſoleant; communes ex his ſperandæ ſunt vtilitates, vnde & reliquarum partium, & thoracis, & capitis, & cutis affectiones curandæ ſint, & antecedentes quoruncunque morborum cauſſæ minuendæ. Vtiles idcirco, & in purgationibus ad præſeruationem ſanitatis, vt mox dicemus.

Mouẽtes per vrinã.

Cõmunes ex potulẽtis vtilitatis.

Operatio, quæ in potibus balnearum per alui deiectionem fit.

DEMVM alterum genus operationis ex potibus, ac abſterſio, quæ per alui ſubductionem fit, commodiſsima eſt, propter multas cauſſas, quas bonus Meſues habet inter primos medicinarum canones. Primùm, quia excrementa, quæ ex primis venis, ac vicinis membris naturalibus redundare ſolent, frequentiùs ob inſitam grauitatem ad inteſtina deſcendunt, ac inde excernuntur. Præterea venarum meatus, excrementis eiuſmodi purgandi dicati, plures ad inteſtina feruntur. Tertio, quo minus per vomitum vacuatio commendanda eſt, inteſtina, ac ventrem his purgationibus deſtinauit natura, non uentriculum. Accedit, quia ad has partes naturam tanquam ignobiles, ac uicinas, detrudere talia excrementa fuit melius, quàm ad alias à ſede remotas. Vnde omnis partis actio, quæ contra pri-

Deiectionis commoda.

Deiectionis per aluum quas tres fines.

primum naturæ inſtitutum ſit (vti dictum eſt) improſpera ſit. Propria ergo hæc per alui ſubductionem operatio permulta naturæ afferre ſolet commoda, ac tres primos habet fines, inter alias medicinas, & in omni vitæ cura valde vtiles, ad euacuandum ſuperflua, ad diuertendum ab affectis alijs membris influentem materiam, & ad præſeruationem, quod maius eſt, ſanitatis.

I.

Primum operatio, quæ vacuando ad aluum per aquas medicatas fit, eſt propria curatio communium affectionum, ac ſuperfluitatum in illas partes redundantium, quas natura ob contumaciam, ac craſſiciem, non adeo valet digerere, nec ſatis attenuare, vnde per vrinas, ac per alias vias expellere poſſet, ac purgare. quare illas aquæ, quales diximus in potibus idoneas, commodè pro ſua acrimonia abſtergunt, ac per vias expurgant latas. Quo in cenſu paſſionum, ſunt ventriculi grauitates, imbecillitates, inordinatæ vomitiones, flatus, nauſea, cruditas, obſtructiones, rugitus, coli, atq; ilei dolores. Quibus omnibus, & quæ per clyſteres operatio fit, propria eſſe ſolet: quæ & nonnullis renum, atque vteri paſſionibus communis quidem eſt, ſed percommoda, vt in eiuſmodi coli, atq; ilei doloribus, & item in Iſchiadicis, quos marina aqua indita, vel muria Dioſcorides monet diſcutere.

Operatio per clyſteres.

II.

Deinde ſecundaria quadam actione, ac diuerſione, hanc aliam eiuſmodi communium viarum purgatio affert vtilitatem inſignem, quòd eiſdem excrementis ex latis vijs, ac per aluū detruſis, abſcindit quodammodo antecedentem cauſſam, tolliteq. materiam, quo minus vel ea in vias vrinæ præcipitent, vel in ventrem, vel in renes, ſicq. prohibet maiores in his locis generari obſtructiones, certamq. auertit harenularum, ac aliarum id genus paſſionum occaſionem. Nec minus Icterici, qui eiuſmodi purgantes ebibunt aquas, diuerſionis ſimilis ratione, & per vrinas, & per vomitum bilioſas promouent purgationes, quæ ſcilicet ad eas vias regurgitant. Aſthmatici verò, & qui reliquas patiuntur Thoracis affectiones, & per aluum, ob ſequelam partis ad partem exonerantur.

III.

Tandem verò hæc maximi momenti inter omnes harum potionum vtilitas eſt, quæ & locum aperit curioſæ admodum quæſtionis apud iuniores, nec à ritibus antiquis aliena eſt, quam ſubijcimus.

In aquis Thermalibus potulentis in purgationibus vernalibus vtendum ſit.

CVRIOSA inquam admodum hæc quæſtio eſt; quia cùm familiariter in vſu ſint potulentæ aquæ, præſertim in Italia, etiam ſanis, ac purgandis aliquando corporibus; quæſitum anxiè eſt, an id inſtitutum bibendarum aquarum Thermalium antiquum ſit, & quonam id Galeni teſtimonio conſtet, quod deſideratur. Haud dubia verò Galeni ſententia eſt, rectè locum perpendenti in 4. de San. tuen. cap. 4. vbi quanquam (vt ſolet is nobilis auctor) fluenti quodam ſtylo, ac veluti in tranſcurſu vtatur ſermone, planè tamen in communi cenſu purgationum, & hanc commemorat, quæ per aquas medicatas in potibus fit, dicens. Conſueuiſſe quidem multos vere, vel autumno, ad excrementa vacuanda, vel deiectorijs medicamentis, vel vomitorijs, vel his, quæ vrinam cient, aut ſudorem, vel ſponte manantibus aquis vti, quibus vtiq; aut ſulphuris, aut bituminis, aut nitri vis ineſt.

Galen. locus.

Quibus verbis haudquaquam (niſi ſenſus legenti peruertatur) in balneis aquas intelligere potuit, ſed quæ cum medicamentis deiectorijs, vel vomitorijs, vel quæ vrinam cient, in vſum venirent purgationum. Quales idem Galenus planè indicat eodem lib. 6. cap. 6. quæ in Lycetis haberentur, & ad Pruſas, & quales apud vos (inquit, ſcribebat enim Romæ) ab Vrbe centum ſtadijs. quas Aëtius poſtea ex Galeno, quem citat, & Archigene, apertè nominat Albulas, ac vſum earum ſolemnem in potibus, quem Galenus fortè minus nouerat, longo ordine inſtruit, quemadmodum libro ſuperiore diximus.

Libro 2. cap.

Eius verò conſuetudinis, & adeo familiaris hodie eſt potulentarum aquarum vſus, ad abſterſionem, ſiue per vrinas, ſiue per aluum molliendā; vt facilè hoc Galeni teſtimonio niti poſſimus, cùm eis in purgationibus vernalibus tam frequenter vtamur. Immò complures hodie Medici, in tantum huic confidunt purgationi, quam innoxiam dicunt, & facilitatem putant remedij; vt hunc ſibi ritum familiarem fecerint, præſertim Florentini Medici.

Conualeſcentium purgationes ex aquis ther.

Qui conualeſcentes ſuos, vbi è longo morbo, vel etiam febriculoſi, ac ſegnes remanſiſſe vident, ac non ſine aliquo reliquiarum veſtigio cruditatum circa primas venas, per medicatas eiuſmodi potiones aquarum vtiliter repurgant. Tettucij plerunque aquis, quas nuncupant, vel aliis ſimilibus abſterſorijs. Itaque exiſtimant, & incommoda multa tollere, quæ ex diutina contingunt valetudine, & robur ſimul partium nutrientium recuperando, non mediocre his beneficium parere.

De communi methodo medendi ſingulas affectiones in balneis.
Cap. III.

Summum in balneis inſtitutũ.

EX quibus omnibus meritò iam optimam hanc concludemus in omni vſu balnearum ſententiam, vt cum balnea ex ratione, ac ex naturæ potiſſimùm inſtitutis adhibenda ſint; Tria illa prima inſtituta, quæ adeo diximus neceſſaria, antè oculos habeantur, ac ritè ſeruentur. Primùm vt exactè de eſſentia conſtet morbi in ſuis cauſſis, ac differentijs proprijs, & quæ per balneas habeantur curabiles. Alterum pertinet ad vſum, vt recta fiat eius balnei electio, & quæ per viam, ac regionem operari ſoleat, ad eas affectiones conuenientem. Tertium deniq; penes vniuerſam, quam hic fecimus operationum, tàm communium, quàm propriarum diſtinctionem; hoc præcipuum, ſummumq: habebimus in omni miniſterio balnearum inſtitutum, vt ſumpta ab affectu ipſo, & eius cauſſis indicatione, propria, & per conuenientem ad naturæ motum viam operatio balnei conſtituta ſit. Quæ communes rationes, ac methodi in quocunq; affectu curando per balneas, iam particularem poſtulant locorum cenſum, ac à generalibus intemperantijs faciemus initium.

Balnea quatenus conueniant, aut non conueniant calidis affectibus.

Thermales aquæ an refrigerent.

QVAERI ſolet inter medicos, an thermales aquæ refrigerent. Quod quidem abſolutè affirmari non debet, quando etiam negari non poteſt, aquam ſui natura frigidam, & humidam, alterari per quamcunq; minerarum miſtionem ad ſiccum, atq; etiam calidum. Ratio tamen dictat aliquas refrigerare per accidens, diſcuſſo ſcilicet per calorem balnei calore noxio. Aliquas per ſe, ob maiorem aquæ quantitatem in pauca miſtura mineræ, etiam calidæ. Aliquas ne calfacere quidem poſſe, quarum miſturas pro humanæ naturæ temperamento, aliquem obtinere gradum frigiditatis experimur: multas ſalſas, nitroſas, & aluminoſas; multas etiam ferreas, & aliquas plumbeas. quæ omnes ebibitæ manifeſtè refrigerant. Rurſus ergo dicamus, quòd Balnea Naturalia, in vniuerſum quæ euidenter ſunt calida, non conueniunt calidis affectionibus: non febribus, non inflammationibus, non tumoribus id genus, aut affectibus omnino calidis. Vbicunq; tamen intemperantia adhuc non morbus ſit, ſed inæqualitatis potiùs obtineat diſpoſitionem; illi commodè per quædam balnea temperata obuiam iri poterit. Nam quam egregia præſtent iuuamenta, in his frequenter videre eſt, qui pro hepatis calida intemperantia, ſiue naturalis ſit, ſiue ex affectu, in aliquod inſigne vitium periclitantur. Nam repreſſo per balneum temperatum feruore viſceris, phlegmonæ arcentur, abſceſſus, cauſones; aliaq. eius intemperiei pernicioſa vitia. Ad hanc

Viſcerum intẽperantia cal.

rationem laudabuntur ad internas, & calidas affectiones hepatis, renum, vteri, veſicæ, potulentæ aliquæ balneæ, quæ remiſſæ admodum caliditatis eſſe ſolent, abſterſoriæ, ac mediocriter digerentis facultatis. Quales nitroſæ ſunt multæ ad Baias, & Puteolos, Tritolæ, Petræ, & Plagæ, & aliæ. Aliæ in Aenaria Inſula potulentæ, Aquulæ item Sancti Marini ad ſiniſtram viæ Flaminiæ, Aſculanæ, Treſcurianæ, Aqua Borra Senarum, & his conſimiles. Ferro item admiſtæ, qualis ſingularis eſt apud omnes Doctores Sancti Caſſiani Ficuncella, ad omnem viſcerum, & maximè hepatis intemperiem calidam, cum adſtringenti inſuper virtute admodum probabili: Deinde Porretanæ ex alumine, quæ non minus balneo auxiliares ſunt, quàm potu. Sicut & Albulæ in Latio. Aquæ item ex ferro apud Vianam Ciuitatem Galleciæ, dantur à Medicis Hiſpanis in affectibus calidis: & quæ infrà frigidior à Suida dicitur. Et aeneæ naturæ, vt Aquæ Grottæ ſub Viterbio, quæ à Papa cognomentum habent: quanquã hæ calidiuſculæ ſunt, & frigidis idcirco vtiliores, quocunq; vſu. Hiſce verò Tigurinæ aquæ adſimiles ſunt in Heluetijs, item aeneæ mineræ. Et ibidem Cellenſes, aliæq; multæ, quarum infrà ſub calidis particularum affectibus, & fusè magis in ſuis hiſtorijs mentio habebitur.

Calidorũ refrigeratio.

Vel porrò refrigerare dixerim balnea, quæ ſecundaria actione, ac per accidens, calidæ etiam facultatis, operantur: vt balnea actu calida omnia, quæ diuertendo supernè infrà, multa in capitis affectibus, vertigine, Cephalæa, & Hemicrania, catarrhiſq. probabuntur. Aut ex alto trahendo ad ſuperficiem, qualem vidi præclaros Medicos in calidis quibuſdam intemperantijs, Aninionis balneas miniſtrare. Et his ſimilia. Aut diſcutiendo, vt quæ in ambitu totius corporis ſuperflua, facilè per inſenſibilem halitum, aut per ſudorem valent educere, itaq; refrigerare. Et quemadmodum nunc dicemus de febribus.

FEBRIBVS.

QVANQVAM verò in calidis affectibus, haud ita idonea eſſe naturalia balnea definitum ſit; haud tamen verentur aliqui in febribus etiam curandis ad ea concurrere. Nec mirùm, adeo

adeo enim procliue eſt hominum ingenium ad noua quælibet experiunda, vt nulla fuerit vnquam, neq; ſit tàm difficilis, tamq. ſæua medicina, etiam in venenis, quam non videam aliquos experiri, & qui primi in ſeipſis periculum facere audeant. Nec deſuerunt è Medicis, qui tutò poſſe Naturalia balnea in febribus miniſtrari ſuaſerint. Hac ratione, curari quidem febres humectantibus rebus, ac refrigeratis corporibus. At balnea calida, quæcunq; ſunt, niſi primaria actione, ſaltem ex accidenti (vti paulo ante diximus) tùm humectare, tùm refrigerare: Diſcuſſis ſcilicet ac eductis acribus ex vniuerſa cute humoribus, qui continens quædam cauſſa ipſius febris ſunt. Pituitoſas autem (dicunt iſti) multò faciliùs, calidis balneis curari poſſe; ſiquidem hæ cùm frigidæ ſint, non ita humectantibus egent, ac refrigerantibus, ſed quæ quadantenus calfaciant, primo ad Glauco. Ita aſſerunt fontem ad Tungrim in Gallia, de quo meminit Plin. Tertianas diſcutere. Ita multæ famæ perhibentur in Puteolano aquæ, Tritolæ, Petræ, & Plagæ, & in Heluetijs Cellenſes valere in febribus. Vel quòd maius miraculum, Paganelli aquas ſub Viterbio, valde calidas, ſanare tamen Hecticas febres.

Opin. reprobata 1.

11. ratio.

Contra horum tamen audaciam: in vniuerſum omni febri aduerſaria eſſe naturalia balnea putare oportet; vnica hac ratione, quia omnia talia planè calefaciunt, atq; exſiccant. Ad illa argumenta, aſſerit quidem Galenus primo ad Glauconem, Marinas aquas, Salſas, Nitroſas, atq; Sulphureas, plus bilis educere: itaq; ex accidenti tùm humectare corpora, tùm refrigerare. Attamen has multo minus quàm potabiles prodeſſe febribus. Præſtat verò, inquit, neq; eas vtiles dicere, quando quidem plus qualitate nocēt, quàm euacuationibus auxilientur. Et ſubdit; Equidem noui quendam corrupto iudicio, hiſce balneis vti perſuaſum, qui deinde extenuato corporis habitu ad tantam deuenit perniciem, vt tabe conſumptus interiret. Non ergo calidis febribus Naturalia balnea ſunt vtilia.

Vera balnearũ ratio in febribus.

Ad prima

Multo minus conueniunt pituitoſis, contra alteram rationem: In his enim non tàm ineunda ratio à contrario eſt, calidam & ſiccam balneorum naturam, remedium eſſe proprium frigidæ cauſſæ; quàm quòd humoris, ac naturæ motus ſeruandus eſt. Quippe humor pituitoſus contumax eſt, ac ineptus omnino per exiguos cutis meatus educi. Quem natura idcirco non per extima tentat, ac plurimo excitato ſudore excernere, vt in Tertianis à tenui bile factis accidit; ſed per latas plerunq; vias excernit. Modò ſcilicet per vrinas, modò per vomitum, vt plurimum verò per aluum, quem conuenientem motum lauacra auertunt, tantum abeſt vt promoueant. In quo præclara eſt Galeni ſententia, hoc loco non omittenda, in 111. de rat. Vic. com. d. Si febris à pituita ſalſa putreſcente gignatur, aduerſiſſimum illis eſſe balneum ſcire oportet: Haud enim ita pituitoſus humor per cutem diſſoluitur, quemadmodum bilioſus, ob ipſius craſſiciem, ac lentorem, neq; extinguitur, cùm longiori indigeat concoctione. Et hac profectò de cauſſa prudentiſſimè, idem Galenus alio loco interdicebat omne balneum, ſimplicis etiam aquæ calidæ, in illis febribus, in quibus aluo prius adſtricta, (contumaci nimirum, & cruda earum materia adhuc) mox pituitoſiora, ac fluida emitti inciperent. Si quid ergo iuuamenti exinde ſperandum ſit, id fortaſſe erit: quòd Natura per balnea, præſertim potulenta, excitaretur ad aliquem motum, alioqui ex ſe pigra, & conſopita. Vel forſan, quæ frigidæ plerunq; febres eſſe ſolent longæ, & inordinatæ, deciderentur, ac ad certum circuitum reducerentur.

Ad II. Pituitoſis febribus.

Vel tertiam adde vtilitatem non contemnendam, poſt longas febres, & in Phtiſicis, & hecticis nondum exhauſtis conuenire ex aquis medicatis inſeſſus, ſaltem domeſticos, non febris ratione, cui ſcimus naturales balneas aduerſarij, ſed ad conciliandum membris principibus, ſtomacho præſertim, hepati, ac alijs nutritorijs aliquod robur, quod in longis potiſſimùm morbis primo quæritur. Quibus in caſibus complures comprobantur mediocriter calidæ, nec vltra primum gradum ſiccantes, aliquæ in balneis, vt de Aquis in Piſanis, Sancti Iohannis in Lucenſi, aliquæ etiam ebibitæ, vt de Villa aquæ Ficuncella, & de Buxo, & aliæ quædam ſancti Caſſiani, & Puteolanæ permultæ. Petra & Plaga iam dictæ, Iuncariæ, Succellariæ ad Baias, & quædam in Aenaria inſula, Fiderij putei aquæ in Germania, Cellenſes, & omnino, quæ ſanis conueniunt, nec admodum excedunt qualitate temperatas, ac dulces. Vel etiam quæ membrorum, præſertim ſtomachi, ac hepatis reficiunt debilitatem. Tungri præcipue aquæ nobiliſſimæ in Burgundia hanc habent proprietatem, vt diſcutiant in potibus febres Plin. quarum etiamnum clara plena eſt inter aureas. Harum tamen, & conſimilium vſum conſideratis relinquo iudicijs. Sicuti etiam ſentio de his, quæ à proprietate iuuare perhibentur, vt Grotta Viterbij balneum: & quæ in Alſatia traduntur ſanare Quartanas.

Phtiſicis, & hecticis.

Ficũcella, & de buxo, & aliæ quędam.

Montanus Medicus hac noſtra ætate percelebris puero tabido, & qui alui fluore penè dyſenterico, aſſiduaq. deſtillatione tenebatur, Calderiani balnei aquas in potu conſulit. Cæterùm vbi febris tanquàm accidens eſt, & non primaria: minoris periculi balnei vſum fore putandum eſt. Vt qui multa febricitant ſcabie, vel vlceribus, quos demandare in balnea non pertimeſcimus. Immo dyſentericos, quos febris conſequitur acuta, ad extremum nullo ferè alio

Conſ. 14. Febribus accidẽtalibus balnea.

Dyſentericis.

per-

perſanari remedio nouimus, niſi exhibitis (vt poſteà dicemus) in potu medicatis aliquibus aquis. Porrò ſingularum febrium curandarum ratio, ex inſtitutis Thermarum vrbanarum petenda eſt, libro VII. quibus, quando, quomodo, & quales conueniant balneæ. Et *Hecticis,* ſpecialia aliqua, vt Hecticis tùm balnea temperatæ, ac ſimplicis aquæ conuenire: tùm ex arte parata aliqua, tùm ex lacte, Auicennæ conſilio. Ardentibus verò in frigida natare, *Ardētib.* nec minus multæ frigidæ potus conſulitur: cautionibus ritè ſeruatis, quæ iam libro II. ex Galeno recenſuimus. Vbi ad accidentia aliqua febrium communia, quæ caput infeſtare ſolent, vt eſt dolor, phrenitis, vertigo, ſomnus, aqua pura cibis ſuperbibita probatur, ac frigidæ conſperſio. *Accidentium febrium.* Ad rigores verò, & frigora febrium, tùm in herbis medicatis decubitus proponitur in II. tum olei, atq; Hydrælei fotus in VII. cap. 30. & ſeq. Nec alia nunc dicemus de febribus.

FRIGIDIS AFFECTIBVS.

PROPRIE verò frigidis affectibus balnea Naturalia conueniunt, in tantum, vt fermè his omnis Thermarum actio directa eſſe videatur. Non ſolùm verò affectibus, ſed frigidis pariter Naturis, ac frigidis membris; hiſce tribus balnearum actio quadrat, ſanè calfaciens, exſiccans digerens. Quoniam verò tàm naturæ, ſeu complexiones hominum, quàm membra, atq; affectus ipſi, diuerſum ſortiri poſſunt gradum, & diuerſum exceſſum frigiditatis, ideo prouidentiſſima Natura, quæ nihil voluit eſſe ſine ſuo pari contrario, diuerſa temperie, ac diuerſo gradu caloris Thermas elargita eſt penes ſuas ſpecies, ac ſingulares mineras: quarum ad vſum nobis habenda ratio eſt. Quippe Thermæ haud vno omnes tenore calfaciunt; ſed aliæ magis, aliæ minus calidæ; vt eas nobis ad communem vtilitatem per *Feruidæ.* gradus Medicinæ placuit diſtinguere. Sulphurearum enim quibus vniuerſa in balnearum genere caliditas tribuitur, non paucæ reperiuntur ob ſummum feruorem intolerabiles, ac minus propterea vtiles: quarum in cenſu Bulicanum Viterbij eſt famoſum, quod proiecta in ipſum animalia pauculo ſpatio expilat, excoriat, atque exoſſat. Sulphurariæ ſimiliter barathrum ad Puteolos, terra feruoris caligine, ac putore ſuperuolantes detrahit aues, & Purgatorium dictæ Aquæ in Pannonia. Feruentes ſimiliter lacus in Gothia, lacus in Iſlan- *B. ſummo gradu calida.* da. Campi ardentes, ac ex eis calidarum aquarum flumina in Caria, & Phrygia. Permultæ tamen his ſimiles, aut deriuatæ ſeorſum, aut commiſtæ, in vſum lauacri veniunt: vt quæ in ſummo hoc eſt quarto gradu calidæ perhibentur, Bulla aqua iuxtà prædictam Sulphurariã, Calidæ in Aenaria, ad Drepanum in Sicilia, nimirùm quæ regiones ardent per tempora. Calidiſſimæ nihilo ſecius venæ quædam dicuntur in Aenaria, & Spelunca in primis, quanquam blandidiſſima eſſe in balneis. Ad Burmia in montanis Liguriæ, vbi Aquæ ciuitas: ad Borbonium Ancerici in Gallia; Badeniæ in Helueticis; Caroli IIII. in Bohemia; Lacus ad Vexionenſem ciuitatem in Gothia, Balnea Molgyus, & ad Orenſem ciuitatem in Hiſpania: quæ omnes, vt multæ quoque aliæ, calidiſſimæ cùm ſint, non ſunt vtiles, niſi aut deriuentur; aut venis alijs frigidis temperentur. Aut certè exceptis ex feruore ipſarum vaporibus, ad ſudationes ſunt vtiles: quales habentur ad Puteolanas aquas, & Sudatoria in Myrthetis ad Baias antiquiſſimi vſus: nobiles hodie in Aenaria inſula, cum Arenis ſaluberrimi vſus, & quæ ſumuntur ad Thermas oppidum in Sicilia, & in Monte Gemellis. Si remiſſo verò aliquantum calore aquæ non ferueant; hæ vtiliter ad frigidas paſſiones vſurpantur; vt quæ ſulphuris fomitem ad tertium vſq; caloris gradum intenſum habere perhibentur, Ca- *B. tertio gradu calida.* iæ, Buſſeti, & Cruciatorum aquæ Viterbij, Petrioli balnea in Senenſi agro, & Rapolanis nec his diſſimilia Sanctæ Mariæ cognomento dicta in balneo ad viam Aemiliam: Stygiana item, ac propè Vicarelli balnea, quæ Sabatina erant in Latio, Calidæ Regis in Hiſpania, & aliæ ad oppidum Tralus, aliæ de Ceparis nuncupatæ. Adhuc temperatæ magis ſub ſulphu- *B. ſecūdo gradu calida.* re, ſecundo gradu calidæ. Talis Sancti Philippi duccia ponitur à Doctoribus, cum Nitri miſtura electiſſima; aqua Sancta Aſculi, item cum duccia; & Petrioli balneum, & de lapidibus cum duccia magis temperata: & quædam hodie recognitæ in Iapigia Calabriæ, aliæ ad Caſtrum oppidum, & tertium ſub Terra noua. Burmienſes Thermæ, & Brigenſes in Valeſijs, Mattiacæ ſub Maguntia, Bathoniæ in Anglia, quæ aquæ calidæ dictæ à Romanis, qui primi eas in balneis inſtituerunt, & blandiſſimæ Aquiſgrani Thermæ in Brabantia. Variæ autem miſturæ in hoc ordine, nec vllis ſecundæ Aponi Thermæ, quæ & balneo, & potu, & aſperſione per ducciam, & quocunque vſu ad affectiones frigidas egregiè conferunt. Poſt has San- *B. primo gradu calida.* cti Martini balneas ponunt ſub Como, Comenſes. Cùm ferri autem miſtura corroborant, ac minus calent Sancti Caſſiani balnea: vbi duccia extat ſub Sanctæ Mariæ inſignibus, & alia ſub Caldagna. Corſeni item balneum ſub Luca, cum duccia admodum hodie celebri in Italia, & cum ſudatorio. Balneum item de Aquis, quod trans Apenninum ad confinia Liguriæ diximus, admodum celebre eſt, ac varij temperamenti ob miſturas ſuas. In Hetruſcis

Ther-

Thermæ blandiſſimæ antiquis,quas de Grotta arbitramur Viterbij,& ibi proximè balneolum. Sancti Ioannis ſub Luca,etiam hæcticis probata, Regina,& Suaue balneum in Piſano. Fontanalis in Aenaria,quanquam actu feruida emanat,vix tamen à dulcium potu differt,& quæ ibi narrantur aliæ, Suaue item ponitur baln. Sanctæ Mariæ in Filice. à caſtello autem cognominata Sancti Caſſiani,infantium quoque vitijs facit. ſanare trahitur, & lactimina, Nec Embs aquæ Aluminatæ in Germania multi habentur caloris. Ex nitri quoque atque æris miſtura aquæ in potibus vtiliſſimæ ad frigidas paſſiones,vt Grotta in primis Viterbij, quæ cùm illis miſturis, & ſulphure mediocriter calet. Et quæ Grottæ comparantur Tigurum aquæ in Heluetijs,Ferinæ in Germania, & Sancti Petri ſub Patauio cum ferri miſtura. Mediocris quoque caloris Fabarienſes ex auro (vt dicunt) ponuntur. Montis item Falconis in Carnis, & ex Minio calidæ ad fluuium Minium in extremis Hiſpaniæ. Communiter ad frigidas omnes,atque humidas paſſiones,iuncturarum præſertim atq; aliorum membrorum comprobatæ inueniuntur Sudationes: nec non vbi maiori diſcuſſione opus eſt Arenationes, quales in multis balneis commemorantur. præcipuè verò in celeberrimis Baianis,aliquæ in Puteolanis,plures in Aenaria inſula,aliæ in Sicilia, antiquiſſimæ ad Tralles in Caria,ad Hierapolim in Phrygia,in Chalcide,& alijs locis. Faciunt egregie,& quæ artuum vbi fluxione tentantur diſcutiunt dolores,quę commodiùs venient in particularum ipſarum frigidis affectionibus recenſendæ:ſicut & de inſtitutis in Thermis ad hunc vſum,Laconicorum,Hypocauſti,lauationumq́ue, quæ lib. VII. conſcribentur.

Infantiũ morbis.

Capitis,cerebri,& catarrhalibus affectibus.

De partium verò affectarum medendi methodo in balneis, hæc perpetuo tibi diſtinctio eſſe debet; An ea pars per eſſentiam afficiatur,hoc eſt per affectum proprium;an per conſenſum, nempe ſi aliunde eius affectionis cauſſa ſit. Quod frequenter accidit, & in affectibus capitis,atque cerebri maximè,quæ aut ventriculi,& hepatis vitio, aut vteri, aut aliorum membrorum affici ſolent. Semper enim illi particulæ occurrendum eſt, vnde primum eſt affectionis principium: tùm in præparatione, quam ſemper ſupponimus in omni vſu balnei diligenter eſſe præmittenda: tùm in tota ipſa curatione per balneas. Nec minus habenda ratio qualitatis humorum influentium,an calida ſit,an frigida,pauca vel multa,pro ſubiecti patientis natura,& tẽporis,nam in principijs,à calidorum plerũque humorum intemperie, vtpote qui motioni magis idonei ſunt, oriri ſolet defluxio, mox & frigidi humores, ac lentiores conſequuntur. Quibus in caſibus (vt rectè monuit Celſus) abſtinere à balneo, ſole, vino,ac venere eſt. defluxionem verò cohibere ſtudebimus per refrigerantia partes illas, ac mediocriter adſtringentia, nempè quæ ipſas corrobare valeant. tùm conſtituta victus ratione,tum alterantibus,ac medicamentis ad id idoneis:quæ alio loco,ac tempore cenſenda dimittimus. Ceſſato autem defluxionis impetu,recuratoriæ,ac præſeruatiuæ partis opus eſſe poterit, membra ipſa, viſcera inquam mandantia, & caput, quò impetunt, per idoneas aquarum medicatarum potiones,atque etiam per balneas conuenienter abſtergere, ac corroborare. Quales ad emendandam viſcerum calidam intemperiem,& hepatis præſertim,Nitroſas aquas,æneas,ferreas, & omnino abſtergentes per communes vias veneris, & per vrinas recenſuri ſumus. Conueniet & balneum in aquis vel natura calidis, vel arte temperatis: vt quæ,euacuatis pluri ex parte ſuperfluis, diuertant ſaltem impetentes ad caput vapores,ſi ita affectus poſtulare videatur. Propria verò frigidæ,ac infixæ capiti materiei,& omnino inueteratis affectibus diſcuſſio vſu ducciæ fit:hæc enim ſiccando,ac diſcutiendo ſtatim hæret, & continuam (quam dicunt) tollit cauſſam, ſimul atque affectæ particulæ debilitatem corroborat. Dictum eſt autem in vniuerſalibus inſtitutis balnearum, quæ propriè conueniant ad hunc vſum aquæ,& in quibus affectibus,& quibus locis adhibenda ſit duccia. Sed quoniam in omni miniſterio balnearum nullum maius eſt, nec præſtantius præſidium, quàm quod à duccia requiritur, operæ precium vtique eſt, prima ſaltem illa capita, tanquam maximè neceſſaria recenſere, & ad hanc methodum medendi per balneas rata habere. Primùm verò ſupponendum eſt, quòd in deſperatis affectibus, & in grauibus maximè catarrhalibus diſpoſitionibus à cerebro, quæ aut ſtatim animæ lædunt munia, aut certum afferunt vitæ periculum; comparatum diutina experientia eſt in hac rationalis medicinæ claritate, quòd ad ducciam, tanquam ad certum quoddam ſalutis aſylum habeatur refugium. Quare cùm religioſe, ad id negocium,Deo bene annuente,recurrendum ſit; danda in primis opera eſt,vt vniuerſum corpus, præſertim caput, ſit exactiſſimè omni excremento purgatum. Cuius inſtituti duplicem meminiſſe oportet rationem, primùm, quia de communiſſimis curandi intentionibus, oportet prius abſcindere cauſſam: quod eſt, humorum copiam,in toto etiam corpore redundantium,& è capite exonerare,quod propriè medicamentis fit. Sicq. corrigere ſtudendum intemperiẽ,malam tollere qualitatem,ac mem-

Methodus à patientibus locis.

A qualitate.

A tẽpore.

Potio balnearum.

Ducciæ vſus.

Duccia magnum præſidiũ.

Purgatio ad vſum ducciæ neceſſaria.

bra

Vſu ducciæ præcipuum periculum.

bra ipſa tàm mandantia, quàm recipientia, penes artis, & regiminis vitę inſtituta cōfirmare, & ad vſum ducciæ ſuſcipiendæ idonea reddere. quæ optima ratio eſt. Altera verò non minoris momenti ratio eſſe debet, quoniam hoc maximè in omni vſu balnearum eſt ducciæ periculum, vt niſi corpus, & caput omnibus ſuperfluitatibus vacet, ſecuri conſilij non ſit ſubire ducciam, vnde ex calidarum aquarum inſultu, excitetur tenuium excrementorum defluxio, quæ vel partem aliquam grauiùs offendat, vel maius aliquod inferat malum. Verùm ſublatis condecenter ſuperfluis, & defluxionis cauſſis, ſuperuentura erit ducciæ actio, quæ tanquam auxiliaris manus, ſupremum allatura ſit iuuamentum; Intimè à cerebro, ac neruis, & à partibus læſis omnem contumaciam euellens, ac ſoluēs, & membris ipſis maius robur reſtituens.

Singulare ducciæ iuuamentum.

Sic ægri, ac paralytici, qui ſolutis ferè viribus, ac inualidis membris ad balneas tanquam ad ſacram piſcinam delati fuerant; relictis ſepè in balneo adminiculis, integrè reſtituti viſi ſunt, ac proprijs etiam pedibus ad patrios lares remeaſſe.

Loca ducciæ idonea.

Porrò locis adhibenda duccia intelligitur conuenientibus: vbi ſcilicet morbi materia fixa, & cauſſa inhærere ſolet contumax, vnde latis vijs, & ducciæ aditus præbeatur, & materiæ contentæ facilior ſolutio fieri poſſe exiſtimetur. Ac duobus, vel tribus potiſſimum locis in capite conueniens eſt.

Aquæ ad vſum ducciæ cōuenientes.

Aut enim affectus eſt capiti, ac toti cerebro communis, vt catarrhus, & quæ ex eo fiunt affectiones, cephalæa, lethargus, ſtupor, vertigo, apoplexia, epilepſia, memoriæ læſio, mania: tuncq. in bregmate, ſummo vertice capitis, vbi latiores ſuturæ, & cranium rarius eſt, ac tenue, duccia ſuſcipitur. Aut certam aliquam capitis occupat partem, vt catarrhus ad oculos, ad dentes, ad aures, ſurditas, & hemicrania: & tùm pars ipſa affecta, vbi commodè fit, vel communiter bregma ipſum ſubijcitur. Aut ex capite quidem origo eſt, ceterùm affectus ad inferiores communicatur partes, quales ſunt affectuum neruorum maior pars: tuncq. circà occiput, vbi neruorum principium, ac ad ſubiecta membra deſcendant, ſuſcipienda eſt Duccia, de more, quem lib. 2. explanauimus. Communiter autem, ad has omnes occaſiones ſunt diuerſa aquarum genera idonea. Primùm quidem ſulphureæ, quæ nimirum actu mediocriter caleant: quo in cenſu hiſtoriarum habentur multæ, lib. 4. aliæ plus, aliæ minus ſulphureæ, & plus, & minus calidæ. Quæ ſi præterea aliqua in minera participent, vt nitro, vel ære, vel ferro; hæ quidem magis idoneæ. Ex nitro quidem, vt Sancti Philippi ducciæ ſub Senis, quæ pro æquis ferè partibus nitri cum ſulphure, vnde ſubtilis ſunt ſubſtantiæ, egregieq. penetrant, attenuant, diſcutiunt; parem inter omnes ducciàs non habent, ac diuerſa fieri poſſunt temperie omnes. Ex ferro autem magis corroborant, vt aquæ ad Auinionem ſex milliaribus à balneis Sancti Philippi, quæ & balneo, & duccia ſunt vtiles, & minus calidæ. Simile, ac multis prærogatiuis ducciarum eſt Corſeni balneum in Lucenſi agro, in quibus diuerſa ſimiliter quæ requiritur temperies ſit. Quare ad vſum quæq; duccia vulgaribus inſcribitur titulis. Duccia temperata, calida, feruida, deſperata. quod temperamentum pro loci, ac aquarum naſcentium conditione, in ſingulis balneis parari poteſt à peritis medicis. Quippe ſimilis ferè naturæ, ac ſimile artificium in Buſſeto, & Cruciato Viterbij, in Calderiano Veronenſi, & in balneo de Aquis Piſarum, quod tamen leue eſt: acrior verò Prunelli aqua ad Aleriam in Corſica; nonnullæ in Aenario, & ſpelunca præ cæteris, quæ & bibitur. Aut alia miſtura inſignes, vt variæ in primis, ac nobiles quocunq; vſu Aponi balneæ, deinde aqua Sancta Aſculi, aqua Sanctæ Mariæ in balneo, cum duccia admodum calidæ facultatis. Subinde Burmienſes aquæ in Liguria, Treſcurianæ ſub Bergomo, Sancti Martini ſub Como, Brigenſes in Valeſijs, Borbonij in Gallia, ad Orenſem ciuitatem in Hiſpania, vbi & calidæ ad Lucum Auguſti. Plumbeæ aquæ in Lothoringia. Ad præſcriptas rationes, ſenſoria iuuant nitratæ, æneæq. peculiari tutela, quas multas retulimus, ebibitæ: Grotta præ cæteris, & quæ hanc æmulatur Tigurum, Fabaris ex auro in Rhetijs; Leuc in Valeſijs, Embs ad Lacum podamicum. Et item Sanctus Philippus in balneis, Badenia in Helueticis, & calidæ ad Minium fluuium in Galicia. Quo modo verò ad vniuerſas capitis, ac cerebri affectiones conferant temperatarum, ac dulcium aquarum balnei, capitis dolori, Hemicraniæ, Phreniti, lethargiæ, morbo attonito, melancholiæ, memoriæ, ac id genus alijs lib. 7. videndum eſt.

Neruorum affectibus.

In neruorum ergo affectibus eadem maximè vti oportet diſtinctione, quam proximè dedimus, ac eadem curandi ratione. Perrarò enim eſt, quin cerebri affectum non habeant in cauſſam, ſcilicet catarrhum.

Catharro

Qui, cùm in cerebro propriam habeat originem, caput ipſum ſtatim neceſſariò afficit. Exinde verò ſi deſtillet in ſubiectas partes, vt plèrunq; vſueuenit; cuiuſq; ægritudinis communiſſima cauſſa ſit; & pernicioſa. Præſertim verò vbi in neruos delabitur, quos aut in ſenſus facultate; aut in motu mirificè offendit. Affectibus ergo omnibus cerebri, atq; neruorum, quorum cauſſa catarrhi aliqua ſoboles eſt, duccia conuenit in

bregma-

bregmate capitis : vtpote qui locus communis eſt, ac principalis origo omnium id genus ægritudinum, vt proximè dictum eſt. Quoniam tamen particulares ipſi affectus aliquam habent inter ſe differentiam; idcirco aliqua in eis vti oportet diſtinctione. In primis, quod ad communem attinet curationem, duplex intentio proponenda eſt : prima quidem vt ſemper iure principij ad ipſum cerebrum occurrendum ſit, tùm in præparatione ipſa, quæ diligenter præmittenda eſt; tùm in balneis. Altera verò, vt incipienti quidem fluxioni haudquaquam balnea intelligas idonea, neque maiore ſuo adfluxu : ſed aut ſedatæ, membris adflictis, aut inueteratæ. Atque hoc iure in balneis prima efficacia eſt diſcuſſionis ſub duccia, quam peculiarem cerebri affectibus, præſertim inueteratis, ac frigidis diximus. In bregmate quidem adhibenda, vbi aut in nares, aut in palatum, & fauces, aut in thoracem, aut in ventriculum iam deſtillauerit. Quo nomine ad grauedines, & deſtillationes capitis lauacrum inſtituetur in vt i. nec non calidæ conſperſiones ex Galeno vtiles. Aut eadem conſperſione ſumpta in occipite, eaq. in totam ſpinam dorſi decidente, in tremulis, tetanis, opiſthotonicis, paralyticis, conuulſis, & his ſimiliter, qui vel linguam oblæſam habent ob reſolutionem, vel oris, vel oculi, vel cuiuſpiam alterius particulæ torturam patiuntur. quæ omnia vitia frigidæ deſtillationis ad has partes, vel in vniuerſam aliquando neruorum compaginem deductæ, ſoboles ſunt. Ad quas præterea ſudationes quoque, malo præſertim confirmato, ſunt laudabiles : vt quæ antiquis Medicis, nec minus noſtratibus celebrata in Myrthetis ſudatoria ad Baias. Salubria valde quæ hodie in balneis Tritoli exhalant ſub repoſtis antris, celebres ad Agnanum Fumarolæ, in Veſuuio ſudationes, & iuxtà Montem à Gemellis nuncupatum in Sicilia, & ad Thermas Panhormitanas. Item ſudatoria in Aenaria Inſula, ad Corſenum ſub Luca, ad Aponum, ad Sanctum Martinum in Comenſi. Lauacra verò idonea ſunt, quæ retulimus, præſertim calida, & quæ corroborent : qualis ſpecialiter Aponus probatur, Petrioli balneum ſub Senis, Maceretum, balneum Magnum, & Caldagna Sancti Caſſiani. Ad idem facit balneum Caiæ, & balneum Craciati ſub Viterbio, quod vſu ducciæ ſub fornice aquæ Grottæ deducitur. & item de Corſeno in Lucenſi, de Aquis ſub Piſa, Bulla ſub Puteolis, aqua Sancta Aſculi, Sancta Maria in balneo. Poſt has quæ craſſioris ſunt aliquando ſubſtantiæ, vt de villa balneum, & Caldarianum in Veronenſi. In externis verò Calidæ aquæ in Hiſpania ex minio, Ancerici balneum in Gallia, Brigenſe in Valeſijs, ac ſubtilioris eſſentiæ, quod apud Abodiacum caſtellum in Baioaria, Fabarienſe in Rhetijs, & ex Plumbo in Lothoringiæ montanis, aliaq. ſimilia. Porrò conuulſos, nec minus paralyticos, vbi ratio exigit, ad ſudatoria ſimiliter mittere oportet. Quos præter hæc illucamus, aut inſolatu etiam, aut ſaburratione medicamus : qualium planè omnium modorum materias iam lib. 11. multas dedimus. Vbi & decubitum in herbis medicatis probauimus : ſicut etiam olei, & item Hydrælei fomenta proponemus in 7. & alias artificiales lauationes. Vbi & neruorum punctionibus, aut ijs vulneratis, vel conciſis, ex oleo, atque etiam Hydræleo balneum dicetur idoneum, & tremulis. Nec ſecus Tendinum, atque Chordarum contractionibus ſuccurrendum eſt, quibus ex prædictis multa habentur propria balnea : calorifica ſcilicet & diſcuſſoria, & quæ ex bitumine ſimul induratas partes emolliant. Vt Petrolei, & culina proditur balneum in Baianis, & ibi Sanctæ Crucis balneum. Lutum & baln. Traſcherij in Bergomenſi, Aqua Sancta Aſculi, Roſſanelli in Tolentinati, & non longè bituminoſa ſcatebra ad Petroleum caſtellum. balneum ad Aquas in Sabaudia. Mirabile lutum, & S. Mariæ bal. ad S. Caſſianum, quod & Gibbos inſtauret, & claudos ſub Meuania aquæ. De facile parabilibus ad omnem neruorum, atque artuum contractionem ex vulnere balneum ex vino eſt, ac ex vinaceis inſeſſus autumnali tempore. Conſueuerunt autem ægrotantes ſe ſtatim à balneo illutare, ſatius tamen fecerint, ſi frequentius illucamenta recipiant, quę promptius tum reſoluere valent, tùm roborare, quo in cenſu multa ſunt luti genera : adhuc verò penetratiuum magis efficietur remedium, ſi ad loca huiuſmodi dura, & contumacia, balneis in primis vaporationes captentur, quod ad dolores quoque ſedandos, non erit inutile. Ex externis miræ efficaciæ produntur in Phrygia, & Caria aquæ, & ad Hierapolim præcæteris celeberrima balnea, qui vario terrarum medicatarum genere, ac pinguium, ad artuum, ac neruorum contractiones mirifica. Peculiaria autem ad hæc balnea ex ſalſis, mariniſq. calentibus : nitrata clementius abunt, & in cauſſa calida, progantur & ſancti Martini balnea, apud Rhetios, conſperſa, epota, illutata, & ſub ciuitate Aquis in Liguria, cum ſudatorijs, & ſub Peruſio lacuna. Villa Lucæ inter ea quæ ferro participant, Auinio, Calderiana, Montis Orthoni lutamentum, & Montis Falconis in Foro Iulij. Fetinæ præterea ſingulares aquæ in Germania, Palumbeæ calidæ in Lothoringis mirificæ, Fabarienſes in Rhetijs, Borbonij in Gallia, & apud Minium fluuium in Hiſpania. Et quæ iniuncturis infra dicemus attactis, ac gibbis.

Duccia

Grauedini, & Deſtillationi

Tremulis.

Tetanis.

Paralyticis.

Conuulſis.

Linguæ, & oris, & oculorum torturæ.

Conuulſis.

Paralyticis.

Punctionibus.

Contractionibus Tendinum, & Cordarum.

Doloribus cordarum.

A V-

Aurium morbis.

Senſoriarum Affectibus.

Sanſoriis omnibus membris, atque affectibus eadem balnearum ratio conuenit, quæ proximè dicta eſt Neruorum, capitis, & cerebri affectuum. Probantur verò communiter Sanctæ Mariæ balneum ad S. Caſſianum mirabile. Aſtruni in Puteolano balneum, & Duccia. Aqua Sancta Aſculi, Tranſcherij bal. ſub Bergomo, Duccia ad Corſenum Lucæ. Aurea aqua in Ænaria, ad Ais in Sabaudia ex antiquis recognita, & de aquis in Monferrato. Eiſdem ergo balneis, ac eadem ratione, Aurium morbis medendum, quas iam capiti, ac maximè à cauſa frigida applicuimus. A frigida enim, ac immerſa in illis partibus materia plerunque fiunt obſtructio, ſonitus, ſurditas, grauitas, & hinc ex diſtentione dolor, tumor, humiditas, purulentia, quibus omnibus poſt vniuerſales purgationes, & adhibita alia conuenientia remedia, neceſſe eſt per diſcuſſoria balnea medicari. Quales inter Italiæ duccias ſunt illæ tres præcipuæ, Sanctus Philippus, Corſenum, & Aponus, quibus ad prædictos effectus communiter hodie vtimur certiſſimo ſucceſſu. Facit & nitrata aqua infuſa tepens, quæ & vermiculos intus necat aggeneratos. Faciunt & Aſtruni balnea ſub Puteolis, & balnea Carpi virtute partiali, omnia calida, ſubtilis eſſentiæ, ac digerentiæ. Nec minimè in potibus vtiles, & tàm in calidis, quam in frigidis æneæ aquæ, quibus prima iuuandi ſenſoria tribuitur, vt ſub Viterbio Grotta, Iaſielli, ac Nauſei dictæ, Scopoli bal. cum duccia, Aquæ Leucenſes, Fabarienſes, Ferinæ, Tigurinæ, huiuſmodiq. aliæ.

Obſtructioni. Surditati. Dolori. Tinnitui. Tumoribus. Purulentiæ. Grauitati.

Oculorum morbis.

Calides pariter oculorum paſſionibus, quæ mobiles ſunt, aut ventriculi, aut vteri, aut alterius ſubiecti membri vitio temperatæ iure potuum balneæ opitulantur, maximè quæ oculos peculiari tutela reſpiciunt, vt æneæ ante alias, nec minus aureæ, deinde nitroſæ. Grotta Viterbij talis, & ibi Iaſielli, ac ſimili natura Tigurinæ in Heluetijs inſignes, Fabarienſes auratæ. Poſtea Tritoli, quæ etiamnum extant in Baianis nobiliſſimæ. Et ibidem Nitratæ aliæ quædam, vix adhuc reſtitutæ, titulorum Sanctæ Anaſtaſiæ, adiutorij, iuncariæ, petræ, & plagæ Romanæ in Iſchia, quæ omnes bibuntur. Tuetur oculos admiranda ſemper prærogatiua Ciceronis cognomento olim ſcatebra ad Baias, cum ſudatorio ad idem ſalutarium vaporum. Sicut & Bulla ad Puteolos: & ſudatorium in Minio fluuio Hiſpaniæ, quæ natura terræ nulli cedit oculari remedio, conſperſis item ex eo naturalibus aquis, ſicut & ex Cadmia naturaliter dilutæ aquæ probantur, & ex Pompholyge paratæ; quales nonnullæ ad S. Caſſianum; & nouiter inuentæ quædam ſub Sarteano, Scopuli item balneum in Viterbien. & ad vinares in Delphinatu, quæ & cæcitatem in collyrijs ſanare promittuntur, & lippitudinem reſiccare. Eædem punctionibus tùm oculorum, tùm palpebrarum quoque facient, & ex æruginibus infuſæ, nec ſecus vbi frequenter fluxionibus, aut lippitudine infeſtari ſoleant. Ijs enim multæ aquæ minerales, ferri præſertim aliqua virtute participes, & quæ citrà mordacitatem exiccent, limpidæ, & claræ vtiliter oculis infunduntur. Nam aquulæ iſtæ claræ, quæ nouiter ad mœnia vrbis repertæ ſunt, ſapore aliquatenus ſicco, fluxiones id genus oculorum facilè ſedant. Et quæ de Trigorlo dicuntur, ad decimum lapidem via Hoſtienſi. Facit & frigidæ puræ aquæ aſſidua conſperſio, vt propoſitum eſt. lib. II. quemadmodum dolori lauatio ex Hippocrate reſtituta libro VII. habebitur. Offuſcationibus, ac nebulis obſeruantibus, Aquæ prædictæ, & Ciceronianæ, in Sardinia Solini fontes admirandi. Aenea inſuper, ac Nitrata epota, vt Bracchula ſub Baijs, & Petra ſub Puteolis, Marina repens irrorata, & ex Cadmia aquæ omnes, & collyria. Suffuſionibus verò, non adeo Hypochyſi confirmata, tàm potus prædictarum medicati, quàm ex diſcuſſorijs ex alto cadentes aquæ auxiliantur. Quod promittit Aſtrunum cum duccia, duccia Sancti Philippi, Badeniæ in Helueticis, Grotta ac ſimiles, & collyria ex æruginibus, cadmiaq. præparata. Sic lachrymas ex fiſtula importunè obortas exiccare, in quo æneæ præualent ebibitæ, vel ex Minio aquæ etiam perfuſæ, quales multæ iuxtà Minium fluuium in Gallecia, & ad lucum Auguſti. Sordidas verò ex antiqua lippitudine lemas, vel ex alterius exacti morbi reliquijs, cùm potationes non noceant, aſſiduè tamen ex medicatis ipſis perfuſiones exiccant, aureis, æneis, miniatis, æruginoſis, ac arte cum pompholyge paratis, quales recenſuimus. In vniuerſum omni inueterato oculorum affectui duccia bal. in occipite adhibita propria eſt: vbi nimirùm eorum nerui habent originem.

Oculorũ, & palpebrarũ punctionib. Fluxionibus. Lippitudini. Dolori. Offuſcationibus. Nebulis. Hypochyſi, & ſuffuſionibus. Lachrimis, & Fiſtulæ lach. Lemis, & lippitudini.

Na-

Narium morbis.

NARIVM verò grauedines iam per balneas calidas, ac aſperſiones curari, ſub communi ad has partes deſtillatione docuimus. Sicuti & per potum miniſteria iuuare æneas, Nitratas, idque genus alias purgantes aquas, de Grotta, de Tiguro, Porretanas, & his alias conſimiles. Nec minori efficacia ad abſceſſus iam incipientes occurrunt, trahendo ad infima, ac vacuando, quemadmodum conſperſæ Plumbeæ iam factis vlceribus, ozenæ, & Polypo, quales in Lothoringiæ montanis, vel arte ex diluto plumbo comparatæ; & item Albulæ propè Romam per Alumen dilutæ, omnem fætorem leuando. Salſæ autem, ac Atramentatæ fortiores. Quæ & ſanguinis ex naribus fluxum retinere valent, vt Aluminatæ omnes, ac Nitratæ etiam in fontibus, Plumbeæ, Ferratæ, & quę Gypſum ducunt. Canceratis etiam in naribus medentur tumoribus Cantarelli aquę Puteolis, & Vmitellæ mirificè in Aenaria.

Grauedini. Abſceſſibus, vlceribus, & Ozenę, & Polypo; Sãguinis fluxui.

Oris, & Palati, & Faucium morbis.

IVVANT quoque peculiari facultate os, ac fauces æneæ aquæ, vt Grotta tàm celebris, & Tiguri in Gallia, & quæ in balneis Auinionis ſcatebra ænea, & Leucenſes in Valeſijs. Deinde Nitratæ, & quæ pro tenui ſubſtantia mouent; nec ſecus colluæ omnes. Facit verò ad gingiuarum abſceſſus colluta tepida efficaciter, vel nitrata, vel ſalſa. Corroſis verò de labiis, ſicut & dentium infirmitati, quæ nimirùm ex acri, ac ſalſa è capite fluxione dependent, non vulgari auxilio faciunt quæ ad deſtillationes ſupra retulimus, potationes, balnea, diſcuſſorias aſperſiones. Sicuti colluæ ſalſæ, Montis Catini in Tuſcia, Aquarij oppidi in Aemilia, Suecellaria Baiarum, Porretanæ, & Albulæ, ambæ ex alumine, Galdanellæ cum ferro, in Chalcyde aquæ, & eis vicinæ Hallopiæ aquæ in Achaia, Anigri, & Alphei fluminis, ex Strabone. Ex noſtris verò non paucæ ſunt, villa Lucæ colluta, Atramentoſæ in volaterrano, Cinereæ, & ibidem Sancti Bartholomæi ſub Patauio, Aſtrunum à proprietate, Carporum balneum, & Veronenſe. Inflammatis, cruentiſque ac multa acri humiditate fluentibus gingiuis magnopere conferunt aquarum dulcium, & temperatarum balnea; ex Aetio, vt infrà lib. VII. cap. XXIII. Faciunt porrò prædictæ minerales omnes, ad confirmata iam vlcera, Aphtaſq. quocunque vſu omnes, & præter ea ex Antimonio parata gargariſmata, ex æruginibus fortior, ex auro inter naturales ſub Fabaris, & ex Ochra quales habentur in Germania quædam. Lotura qua Sublimatum paratur, efficaciſſima. Tonſillas cohibent; Columellæ inflammationem, tumoremq. reſtringunt eædem, & ad Villam ſub Luca potiones, collutioneſque, ad Porretanas, ad Tigurum, ad Viterbium. Fauces aperiunt vocem inſtaurando eædem, Nitrata, & Aeneæ, ac plures in Baiaticis, & in Aenaria ebibitæ, Aſtrunum balneum, Tigurinum, Lothoringium, Leucenſe, & Zame in Aphrica, Anginas, ac Pleuritides arcent.

Gingiuarum Abſceſſibus. Dentium. Corroſionibus. Infirmitati. Vlcerib. & Aphtis. Tonſillis, & Columellæ. Voci inſtaurãdæ. Anginæ, & Pleuritidi.

Thoracis morbis.

THORACEM autem peculiari facultate tuentur ex Sandaracha Aquæ, cuius naturæ fons proditur Zame, quem modo memorauimus, in Aphrica, Plinij teſtimonio. Et item æneæ, quæ attenuant, acuuntq. vitales ſpiritus mirificè, & Nitratæ; nam è diuerſo quæ indurant, vt Ferreæ, ac Frigidæ; vel opplent, obſtruuntque, vt Gypſeæ, ac alumine dilutæ, minus eligibiles. Quare immerſis in altum thoracis vitijs, ex lento potiſſimum phlegmate fientibus; vt obſtructiones, Peripneumoniæ, ſuſpirioſa Aſthmata, (ceſſata ſcilicet reſpirationis anguſtia, & vbi non abſit febris) efficax admodum ad omnem talium affectionum cauſſam extenuandam habetur præſidium tenuium, quales diximus, aquarum potiones in primis, Grotta, & Tigurum ex ære, Fabarienſes ex auro, ad vallem Sancti Martini, aquæ aliæ Nitratæ ad Baias, Porretanæ admiſtæ in Bononienſi, Carporum aquæ, & Aquæ in Liguria ebibitæ, ac ſimiles. Aſthmaticis vtilis habitatio ad Puteolos habetur, auctores ſunt Medici Neapolitani pro naturali ſulphuris habitu, qui modicè ſiccat, atque attenuat. Vtilis porrò & vocis exercitatio, cantus & clara lectio, quod factitaſſe antiquos docetur in Thermis, & aliqua particulariter lib. 7. cap. 13. Ceterùm poſt initia purgationibus alijs prægreſſis, omnia calida, ac digerentis facultatis balnea, ac etiam ſudatoria conueniunt: quales diſcuſſoriæ Badenæ in Auſtria, blandæ Aquiſgrani in Brabantia, ad Miniatæ Aquæ calidæ in Hiſpania, in Biacenſi agro nuper inuentæ, Leucenſes in Valeſijs, multijugæ facultatis Aponus, atque his ſimiles aliæ modicè calentes, nec vllo minerali exceſſu aut aſtringentes, aut ſiccantes. Tuſſim verò macerant eædem, potu, aperiendo, attenuando, educendo, vt Tritoli ſpeciali virtute, & quod nunc dirutum ex bitumine aliud ad Baias, Plagæ Romanæ ſitu, aqua in Iſchia, & quædam ibi aurea reperta nuper, & Romtana-

Obſtructionib. Peripneumoniæ. Aſthmatu. Tuſſi balnea. lib. 7. c. 25. in fin.

Pulmonariis viceribus. Phthyſi. Hæmoptoicis. Tuſsi antiquæ.

tanalis nuncupata, Pulmonarijs eædem vlcera omnes conſolidant, nec minus Plagæ, Iuncariæ, & quod erat Petroli balneum, in Baiano, Sancti Marini in Flaminia, Mons Catinus in Hetruria, Aqua Borra, Porretana, Villa, Grotta, Tiguri, & quæ minio in finibus Hiſpaniæ dilutæ ſunt. Hæ enim contrahunt, ac villos denſando viſceris à Phthyſi etiam confirmata vendicant, quo nomine Villa Lucæ commendatur, Grotta Viterbij, & ſub Tiguro aquæ, nec minus Porretanæ potiones, Albulæ, & his ſimiles, quare & Hæmoptoicos, ideſt ſanguinem excuſſientes iuuant. Cunctis pectoris paſſionibus mederi promittunt, & antiquæ tuſsi Aſtruni bal. & duccia in Puteolano, Sanctæ Mariæ bal. ad San. Caſſianum mirabile. Sancti Philippi, & Corſeni ducciæ, aqua ſancta Aſculi, Sanctæ Mariæ in Filice, Viterbij, Treſchurij aqua, nunc reſtituta ſub Bergomo, ad Aquas oppidum in Sabaudia, Tungri celeberrima in Burgundia. Cæterùm dulcium, & temperatarum aquarum balnea, quatenus in affectibus Thoracis ſint adhibendæ, Hæmoptoicis, Pleuriticis, Tabidis, & Tuſſiculoſis, id ex lib. 7. petendum eſt, cap. 23. Sicut & ad Thoracis dolorem leniendum, etiam in Pleuritide, vtilia fomenta adhibentur, quæ in 7. cap. 31.

Viſcerum morbis.

Paſsionū interiorū duplex origo. Vſus balnei duplex.

VISCERUM plurima ſunt paſſionum genera, ac diuerſa; quibus pro ratione balnea Naturalia conueniunt, plus aut minus, & aliquibus nequaquam conueniunt. In vniuerſum illis conueniunt omnibus, quæ alteram duarum habent originem, vel obſtructionem ſcilicet, vel debilitatem, vel vtranque ſimul. Balnea enim naturalia hæc operantur præcipuè, quòd aperiunt, & reſoluunt, atque corroborant debiles partes. Vſus verò duo præcipui; In potibus ſcilicet, quo ſtatim ipſarum aquarum ebibitarum qualitas ad affecta ipſa loca perducitur: & item in balneis, quæ digerendo operantur, & confortando. quo nomine & lutamenta in aliquibus viſcerum morbis quandoque recipiuntur. Obſtructionum quidem ſoboles ſunt omnes iſtæ paſſiones; Intemperies quæcunq; ſit, inflationes, tumores, dolores, abſceſſus, vlcera. Et præter hæc, repletiones, cardialgia, ictericia, lienes, atræ biles, viſcoſitates, arenulæ, lapides, hæmorrhoides, vteri morbi, præfocationes muliebres: quæ omnes paſſiones abſtergentibus opus habent remedijs, iiſdemq. attenuantibus, ac digerentibus, & quæ huiuſmodi ſunt balneis. Debilitatem verò viſcerum hæ potiſſimùm conſequi ſolent paſſiones, indigeſtio, vomitus, fluctuatio, flatus, colica, cruditas, inappetentia, fluxus, cachexia, hydrops, diabete, ſanguinis mictio, vteri fluores, laxitates, abortus, ſterilitas, quæ omnes, affineſq. aliæ paſſiones corroborari in primis deſiderant ipſa membra, ac ſimul digeri ſuperflua, quæ duo egregiè præſtant balnea, & quæ in potibus ſumuntur maximè.

Præparatio neceſſaria. Morbis ab intemperie.

Ergo, vt in omnibus, ita potiſſimùm in interiorum morbis debitam ſupponimus præparationem eſſe præmittendam, qua & ſuperflua quantum fieri poterit excernantur, & viæ dilatentur, & membra tandem ipſa ad futuram balnei operationem diſponantur. Quoniam verò, vel me tacente particularium ipſorum affectuum, ac particularium membrorum habenda ratio eſt, in quocunque balnei vſu; in primis quidem ipſarum intemperierum diuerſitas attendenda eſt, quæ aut cum materia eſſe poſſunt, aut ſine materia, calidæ, frigidæ, humidæ, ſiccæ, vel miſtæ ex his; & qualitercunque ſint, per balneas competenter curantur. Habita tamen ratione, penès qualitatem intemperiei, & ad quantum ſe extendant gradum: vt frigidæ intemperiei calida adhibeantur balnea, tàm abſtergentia, quàm digerentia; calidæ verò, & calidę ſiccæ intemperiei minus calida conſulantur, immò frigidæ facultatis ſint balnea. Paſſionibus porrò omnibus interaneis (ideſt quæ ſub prædicta veniunt cenſura) conuenire promittuntur aqua de Grotta Viterbij, & quod iuxtà eſt balneum titulo Iſſielli, quod & apoſtemata diſcutit interna; Tiguriq. in Heluetijs ſimilis aqua, Acidæ ad Goppingam, Acidæ ad Rotenburgum; & ad Caroli IIII. aquas fons Acidulus.

Morbis à debilitate

Cæterùm non ſolùm quidem affectibus internis, his qui pendent à debilitate robur eſſe procurandum intelligo; verum etiam in omni ferè viſcerum morbo, ſemper inter alias balnei medicatas facultates, quæ robur ipſis ſimul adiungant, præferuntur; quales ſunt quæ ferro participant, vt Picunella ad Sanctum Caſſianum egregia in hoc facultate prædite, Villa Lucæ, Carpi, Aquæ in confinibus Liguriæ & Monferrati, Ferrugineæ ad Baias, Leucenſes in Valeſijs, Ferinæ ad Martianam ſyluam; quæ omnes, vt pleræque his ſimiles aliæ bibuntur, abſtergunt vias latas, & relaxata membra confirmant. Corroborat verò ſolo vſu balnei, nec adeo calfacit Auinionis balneum ex ferro, & huic ſimile de Aquis, & Regina ſub Piſis. Rubeum cui Sancti Ioannis titulum ſub Luca, Corſenumque, Caiæ, & de Palatijs Viterbij, quod vulgò balneum à Serapide cognominatur, Caldariſnum item ſub Verona, Fitterum in Hiſpania, Bademiæ in Heluetijs, Plumbeæ in Lothoringis, & ex Alumine Albulæ potu & lauacro vtiles, Ni-

tranæ

tratæ in Alſatia, Porretanæ, Aponus, Aurea, & Argenti ſpecie aquæ nouiter inuentæ in Aenaria, & his ſimiles Tungri aquæ nobiliſſimæ, & ad Aquas oppidum in Sabaudia. Itaque hæ viſcerum maximè affectibus medentur, inter quas (vbi non tantum roboris quæritur) Nitratæ ebibitæ clementiùs agunt, vt Tritolæ, & Paganelli ſub Viterbio, Tritolæ aliæ, Iuneariæ, Pettæ, & Plagæ ſub Puteolis, Blandulæ Sancti Martlui apud Ariminum, & Albulæ, quas adeo Archigenes ad veſicæ, & vteri vlcera celebrauit. quæ omnes vix primum attingunt caliditatis gradum. Ideo earundem potiones ad viſcerum inflammationes valent, intelligas quæ citra æſtuoſam ſunt febrem, aut in principijs, aut affectu iam declinante; Nam in his priuata alia non deſunt præſidia. Inflationes verò, & indurata, quæ frigidæ indicant intemperiei exceſſum, digerentibus, item ebibitis diſcutere oportet; ijſq. aliquanto calidioribus, ac roborantibus, Aponi aquæ vſu quocunque ad id idoneæ, Balneum Carporum, Buſſetum Viterbij, Sanctæ Crucis ad Baias, & his ſimilia, non poſthabitis interim prædictarum, aut Aeneæ, aut Nitratæ miſturæ ad hæc omnia prærogatiuis. Sicut eaſdem in balneis diſſipant Aponus, Auinio, Aquiſgranum, Lothoringium, Bademia Auſtriæ, Sancta Maria in balneo, Sancta Aſculi, Sanctus Martianus in Comenſi, Calidæ ad Treſchurium in Bergomenſi. quæcunque vbique terrarum ex ſulphure ſeu ſyncero, ſeu admiſto temperatæ.

Inflammationibus.

Nutritionis inſtrumentis.

PORRO eorum, qui balnea bibant ob quampiam membrorum nutritioni inſeruientium imbecillitatem, eſt plurima pars, quæ idcirco corroborantia deſiderat balnea. Corroborantium verò quæ & confortantia cum D. Hieronymo aliquando dicimus. in communi hæc ratio eſt, vt ſiue peculari virtute, ſiue temperamenti æqualitate membri naturam ita contemperent, firmentque, vt ſuperflua, & circa ipſum calida, frigida, cuiuſcunque exceſſus reijcere valeat, atque aliunde irrumpentia vitare. Vtramque virtutem ſingulariter obtinent de Grotta aquæ inter æneas, & iuxtà conſimiles fontes ad Viterbium, & Tigurinæ in Heluetijs. Villa ſub Luca fortiùs roborat, minus euacuat pro pluri ferreæ mineræ admiſtione. Medium obtinet Ficuncella Sancti Caſſiani, quibus tribus generibus quæcunque aliæ ſumendæ aquæ balnearum conformandæ erunt. Vt Speluncæ aqua in Iſchia, Caldanellæ ſub Senis, Caldarianæ ſub Verona, Leucenſes in Valeſijs, de Aquis in Gallia tranſpadana. Et quædam nouiter reſtitutæ Tungri aquæ in Burgundia, alia in Biacenſi Agro in Hiſpania, ad Ais nobiles in Sabaudia, Roſſanelli aquæ in Tolentinati. Deinde quæ in balneis ex quacunque intemperantia firmant, Auinio ſub Senis ex ferro, & huic ſimillima Caſtilio in Aenaria, Aleria in Corſica, Carpi, Aquæ, & Regina ſub Piſis, Corſenum ſub Luca, Fitterum, Aquiſgranum, & Bademia Auſtriæ. Nitroſas aquas in potibus corroborare ſtomachum auctor eſt Auicenna 11. Canonis, quæ tamen ſi minus validæ ſint in hoc Ferratæ, ſunt purgando ſaltem leuiſſimæ. Tales narrantur in hiſtorijs libro v. Sancti Marini ſcrobes, Aqua Borra in Senenſi, & altera in Floren. agro, Treſcurij fons ſub Bergomo, Tritoli, & Iuncariæ venæ, Gibberoſi, Plagæ Romanæ in Aenaria, Nitroſæ in Alſatia, quæ tamen omnes pleghmata, viſciditates, & cruditates valenter vndecunque ex vijs latis extrudunt. Nec minus Porretanæ ex alumine, & ferro modico, Albulæ in vrinis efficaciores, Ferinæ ex ære ad Martianam ſyluam in Germania, Fiderij puteus, & ad Goppingam balneum, ſuperbus Aponus. Vomitu ſoluunt ſalſæ, marinæ, & his ſimiles, montis Catini ſalſula, & huic ſimilis Caſtilionis aqua in Aenaria. & alia Aquarij apud viam Aemiliam, Salmacidæ ſub Aſculo, Traſcheriana, Porretana, Ficuncella. Violenter vero ſubuertunt Atramentoſæ, vt Stygis aqua in Arcadia, qua traditur Alexandrum mundi domitorem fuiſſe neccatum: vitides & æneæ naturæ in Perſide, & item ex Chryſocolla, Auripigmentoque, qualis ad Suſas fons in Perſia. Contrà, crebras ſiſtunt vomitiones, ac nauſeam Ferratæ in primis, quales bibendo plures cenſuimus, & quæ extrinſecùs adhibitæ firmant, vt Auinio, cæteræque. Deinde aluminatæ vt Albulæ, quanquàm putidæ primo ſenſu, & Porretanæ firmando ad extremum, de aquis in Liguria trans Apenninum, & ex Gypſo irroratæ emplaſtica virtute, ſicut & Plumbeæ in Lothoringis. Sitim verò arcent mendoſam, quæ viſcera item poſteà refrigerant euacuando acria; ac humectant, ſiccam intemperiem alterando, quales diximus Nitratas, Aeneas, ac partim Ferreas, Acidas; & Calidæ inſuper ſimplicis labrum, in Thermarum veterum inſtituta relatum. Porrò veteres ad omnem viſcerum debilitatem, & ad robur virium comparandum, commendabant ſuper cætera exercitium, vt in VII. declarabitur. Et præcipuè in ventriculi morbis, necnon dulcium & temperatarum aquarum bal. cap. xx.

Inflationibus.
Debilitati.
Corroborantium ratio.
Cruditatib. & Frigiditatib.
Subuertẽtes ſtomachum.
Vomitionib.
Siti extinguendæ.
Roborivirium.

Ventriculi morbis.

PER hæc itaque, quæ communiter Nutritorijs accommodata ſunt remedia, facilè balnea, quæ ventriculum tuuent, inferemus. Corroborant enim, ac frigidæ ſimul, & ſubcallidæ faciunt intemperiei eadem balnea tàm epotæ, quam in balneis ebibitæ, & quæ ex ea ortum habent affectiones, debilitatem, ac dolore tollunt Ventriculi. Calidis verò harum partium intemperantijs eo modo, quem in communi viſcerum diximus, ſuccurrendum, per balnea videlicet, quæ modicum refrigerent, reprimantq. aſtrictoria facultate per initia, vt ex Ferratis adpoſitiſſima eſt Ficuncella, aqua in potibus, Villa Lucæ, Sanctæ Crucis ad Baias, Porretanæ interdum. Acidæ verò aquæ omni id genus calidæ intemperiei ex proprietate vtiles quales ad Anticolum aquæ in Campania, vſui etiam domeſtico idoneæ. Acidæ extrà vrbem ad III. lapidem ſecus viam Hoſtienſem, Fiderij fons in Germania, & ad Goppingam. Vbi enim confirmata intemperies euicit humidum, ſicca, ac deſperanda introducitur ventriculi tabes, cui inter ſanationes priuatas ex aquis dulcibus temperatis conſulendum, ac per Hydrelæi fotum libro VII. cap. XXXIII. Singultui verò per frigidam cibis ſuperbibitam, ac tepidam libro II. Choleram verò in fine ſedant quaſi eadem, Ficuncella, Porretana, Villa Lucæ, Auinio, Calderiana: nec minus clyſteres ex ſalſa, & Subcutilæ vetuſtæ in Sabinis, ac eodem modo ſuperbibita tepida, auctore Galeno. Subcutiles deinde iſtas videtur probaſſe Celſus in Cœliaca paſſione, ac lyenteria, fluxibuſq. cruditatum; quibus à Grotta ſub Viterbio potiones egregiè medentur, & aliæ ex ferri natura refrigerantes, aſtringenteſq. vacuando, & Porretanæ. Atra verò bile in ventriculo vexatis eadem conſulitur, & Tiguri potatio in Heluetijs, & quam libro ſecundo docuimus, arenatio, ac ſaburratio. Ad excitandam verò appetentiam nitratæ faciunt, & ſalſæ, faciunt, & acidæ priuata facultate, quomodo nobiles ſub Viterbio Paganelli titulo, & à Grotta mirificè, quæ reconualeſcentes etiam, & prægnantes citrà noxam appetere promittunt. Noxiam verò è diuerſo caninæ famis voracitatem cohibent Cellenſes ebibitæ in Heluetijs, quibus non paucas ex ſuperioribus cenſuris conferre poteris, & lauatio ex ſimplici aqua frigida in Septimo ſtatuenda. & fomenta, & epithemata cap. XXX.

Corroborantium ventriculum.
Calidæ intemperiei.
Tabi ventriculi.
Singultui.
Choleræ.
Cœliacæ paſſ. Lyenteriæ. Fluxibus.
Atræ bili.
Appetentiæ
Fami caninæ.

Iocinoris morbis.

IECVR autem maximè, ſeu calidam patiatur intemperiem, ſeu frigidam, & quocunque adhibendo remedio, ſeu intrinſecùs, ſeu extrinſecùs, ſemper quæ robur viſceri adiungant, deſiderat, Galeno teſt. XI. Methó. Quam maximè prærogatiuam Ficuncellæ potiones obtinent, mediocris ex calido fomite temperaturæ, eiuſq. ex ferri admiſta ſtypticæ, & quæ tamen noxia vndecunque purgamenta extrudens, cuicunque huius viſceris morbo præſentanea eſt, vnde illi apud vulgus nomen Figatella inditum fuit. Poſt hanc eſt villa Lucæ, non minus purgans, & corroborans. & Calderiani aqua magis calida, ſimiliſq. ſub Carpis, quæ bibuntur. Deinde æneæ naturæ de Grotta, de Tiguro, ferinæ, quæ calidiores ſunt prædictis. Nec minus ſubtilis ſubſtantiæ Fabarienſes ex auro, & Porretanæ, tàm potu, quàm lauacro ex alumine roborãtes, vacuanteſque, ac ſimiles ferè tepentes Albulæ. Vltimo loco nitratæ, quæ quantum quidem ab alijs firmandi facultate deficiunt, tantum reliquas ſuperant ſpecies refrigerando inflammata, aperiendo obſtructa, & purgando, vt multæ ſub Baias relatæ, & in balneis Caldanellæ, Sancti Ioannis in Lucenſi, & de aluis in Piſano ſimiles, magis calidum Auioio, & in balneis corroborans. Eædem propterea ad morbum regium, & ad inflationes excutiendas efficaces, nec ſecus ſulphuratarum balnea temperata, Aponus, Aquiſgranum, Bathoniæ in Anglia, Mattiacæ ſub Magontia, ne vulgares in Italia reiterem, & præter has temperatarum aquarum balnea libro ſeptimo cap. XXIII. In frigidis verò, hepatici, ſeu qui obſtructo, aut indurato viſcere, toto abdomine inflantur, & Cachexiam illapſi efficaciora, & tam intus, quàm foris calorifica magis, digerentiaq. deſiderant. Talis Aponus, & quocunque vſu accommodus, ſanctus Martinus ad iuga Rhetia, Badeniæ in Auſtria, altera in Heluetia, Leucenſes, Ferinæ, Lothoringiæ, Tigurinæ, Grottæ. Occurrit aqua Grottæ omni incipienti hydropiſi; confirmatæ autem non adeò ſolet prodeſſe. Similiter & Serapidis balneum cum ferro, vitio autem hepatis confirmato, balneum (vt inquit Celſus) & omnis humor alienus eſt. In curatione enim hydropiſis, prima ſtatim ſe exhibet redondantis aquæ vacuatio, cui rei quanquam aliqui noſtri veteres aquarum naturalium potiones, & balnea conſulunt; docet tamen experientia, ac ratio, non eſſe eis admodum confitendum. Verendum enim in potionibus eſt, ne aqua aquæ addatur, itaque æger ſiue ex virium imbecillitate, ſiue nimio onere ſuccumbat, vt aliquos vidimus ad hoc remedium inhiantes in ipſo etiam vſu miſerè perijſſe. Tungri aquam in Burgundia mirificam tradunt Hydropicis, vt quæ eua-

Intemperiei, roborique. &
Morbo regio inflationibus.
Hepaticis
Abdomini inflato.
Chachexiæ.
Hydropicis.

euacuat aquas ebibita iure balnei, flatum diſcutit, & tamen ſitim extinguens. quendam ſuo, & aquæ Sanctæ vſu in potibus ſub Aſculo perſanaſſe Hydropem. Bergomenſes Traſcherij aquam ſuis experimentis commendant. Porrò balnea quamquàm calorifica, & fortia, vel nequicquam ſunt tumenti hydropi, vel certè ad vacuatoriam obtinebũt facultatem, in fine ſcilicet & vacuatis aquis. Quo circa tria iudico neceſſaria, hepatis robori primò, ac perpetua curatione eſſe intendendum. Secundò facta hydrope à balneis abſtinendum, & tertiò tentanda balnea, vel in principio, ſi ita ratio poſtulare videatur: vel certè in fine. Quæ vteri vitio, vel lienis, coaceruari ſolent humiditates, & in Aſcitis ſpecie principio, vidimus nitratas, ac ſalſulas quaſdam modicè purgatorias ſanaſſe in totum; & ſola in Marinis balnea. & quales probauimus Grottæ aquas calorificas, digerentes, roburq. viſceri, ac nutritorijs reliquis adiungentes, adhibitis aliquandiu ad finem, vel ſulphuratis, ſimilibuſq. calidis balneis, vel ex marina aqua. Salſarum aquarum balneo in Lesbo curari hydropem meminit Galenus. Ego verò puerum à ſeptennio in octauum annum à confirmata hydrope liberaui, ſolo poculo vrinæ puerulis decem annorum, per triginta dies in aurora, purgatione aliqua præmiſſa ex Rhabarbari diluto, eodemque fabæ magnitudine commanſo per interualla. Hominem verò quadragenariam ex largo fluore hydropem, vrinæ potibus ſimiliter exhibitis per menſem, ac intermiſſis ex elaterio purgationibus pondere ſeptem granorum tritici, cùm pilulis aromaticis; & Rhabarbari ſemidragma alternis diebus commanſa, contrà ſpem cæterorum medicorum omnino incolumen reddidimus. multos poſt cachexiam, & indurato mulierum iecore, ſolo fermè Rhabarbaro præſeruauimus ab hydrope in totam vitam.

Aſciti. I. Experimentum. II. III. IIII.

Cæterùm in Tympanite, diſcuſſoriæ omnino facultatis eſſe oportet aquas, ſiue in potibus (vt diximus) in principio tentanda ſint, ſiue in balneis ſub fine: quando idonea quoque eſt è vaporibus ipſorum calidarum fomentatio, qualis ad Corſenum commoditas; ad Aponum, ad Baias, ad Puteolos; nec minus ſuper ſaxa, harenaſq. calentes ſub Sole recubitus, inſolatuſque. In Hypoſarca denique aſſidua proſunt illutamenta præter cætera; & in Marinis, ſalſis lacunis, atramentoſis paludibus, in ſulphuroſis calidiſſimis quantum vires ſufficiunt, lauari. His (inquit Celſus) ſudor euocandus eſt, non exercitatione tantummodo, ſed etiam in arena calida, vel Laconico, vel elibano, ſimilibuſq. alijs. Maximeq. vtiles naturales, & ſiccæ ſudationes ſunt, quales ſuper Baias in Myrtetis habemus, quæ & extant noſtro tempore. Arena è littore maris ſole feruefacta capite tenus Hydropicis obruta, vulgaris præſidij eſt, Dioſcor. Adde incomparabile remedium ad omnem hydropem in puluere ad aquas calidas in Iſchia volutari, atque inſolari.

Tympanitici. Hypoſarcæ.

Ex plumbo balnea in Lothoringis omni hydropico permira habentur, Fabarienſia, Badenia vtraque, Calidæ ad Viennam ad fines Bohemiæ cum lutamentis, & infrà ſub Buda aliæ. Aridum & valde potens Stygianum ex noſtris, non longe ab vrbe, & Sabatinum valde acre, Bullicanum Viterbij feruidum, Bulla ſaliens ad Puteolos, Thermæ in Sicilia, calidæ ad Lucum Auguſti in Hiſpania: quæ omnes vbique calidæ ad hydropem valere ab auctoribus promittuntur. Omni item hydropi ex ſalſis clyſteria vtilia ſunt. In herbis medicatis ſimiliter decubitus, inſolatus, exudatio, ſaburratio, quin ſub tritici aceruo, aut ſalis, dum calens, volutari valde conuenit, vt iam in II. libro docuimus. Nec minus ſtuphæ, hypocauſta, ac Pyriateria, quæ priuatim facienda docebimus in VII. vbi poſteà & de diſcuſſorijs balneis paratu facilibus.

Omni hydropi.

Porrò fluxibus hepaticis retentricis potentiæ vitio, fluoribus eiuſmodi mulieribus, & hemorrhoidis omnia iam præſcripta iure balnei, ac potuum aſtringentia faciunt. Similiter atque ſanguini vndecunque mananti aluminatæ, vt albulæ, & porretanæ; ferratæ, vt Sancti Caſſiani omnes, Villa Lucæ, Caldanæ Piſarum, Caldarianæ Veronæ, plumbeæ in Lonthoringia, Cantarelli ſub Puteol. atramentoſæ in Volaterrano, aqua ex gypſo, & quales emplaſticæ Sancti Victoris ſub Fabriano concalefactæ, & in balneis adhibitæ. Et demum quas valde conferre ad omnem ſanguinis fluorem experti ſumus, aquæ ex candenti chalybe paratæ, quæ familiari ſcilicet vſu & adſtringunt, ac viſcerum villos firmant, ventrem, hepar, lienem, vterum apprimè confortant. Mirabiles & quæ ex Hæmatite lapide parantur à proprietate, ex antimonio, ſchiſto, & rubrica ſynopide. Fluenti vndecunque ſanguini, & confertim ex naribus, atque vtero, experti ſumus largam ex improuiſo frigidæ aquæ effuſionem patienti mirificè conferre.

Fluxibus hepaticis. Sanguinis fluxui vndecũque.

Lienis morbis.

EADEM ratio in miniſtrandis circa lienem balneis, quæ in hepate eſſe debet: niſi quia pro ratione viſceris, ſolidioris ex natura ſubſtantiæ, frequentiùs ab intemperie frigida, humidaq. lædi ſolitus; calidioribus, ac magis ſubtilis eſſentiæ potibus gaudet; & quæ ſimul egregiè firment. Quare lienoſis, id eſt obſtructionem patientibus, duro, oblongo, ac

Lienoſis.

Tumori. Obſtructioni.

tumido ad ſenſum hypochondrio ſiniſtro, ferratæ aquæ (vt Raſis eſt auctor) à proprietate conueniunt, quales ſuprà paulò recenſuimus multas. Deinde æneæ, deinde nitratæ, deinde aluminatæ, omnes in potibus; vel in balneis calidæ omnes, & cum viribus digerendi, nec ferro exutæ ob eandem affinitatem, quales Caldanellæ ſub Senis, de Aquis in Liguria, ſub Luca, ſub Piſis, ſub Viterbio, in Hiſpania multæ, ad Tungrim mirabiles in Burgundia, quæ & Thoracis, & cordis medentur vitijs. Præſeruare à lienis morbis Anticoli aquas vſu comperimus. & ſimiliter aquas ad Vrbem acidulas ſancti Ioannis. Confert quoque obſtructo viſceri lixiuium ebibitum, eiuſdem Raſis Medici auctoritate, vel quales naturales aquas aliquas in Baiano deſcribemus, quæ cineres, ac pumices elambunt. Galen. in IX. de comp. Med. ſecundum loca, ex Triphone Marinam quoque commendant in potu cum vino, ex balneo tamen aquarum dulcium, ac malagmate ibi adſcripto. Et item diſcuſſorijs rebus illutamentum, ſalſum, ſulphuroſum, ferreum, actu calidum, qualia ad neruos contractos, & in articulorum tumentijs multa adduximus. Calidæ verò intemperiei, ac inflammato lieni, ſatis quæ hepati adſcripta ſunt, faciunt: nec non quæ in Septimo libro ad lienoſos deſcribentur capite 23.

Calidæ intemperiei.

Cordis morbis.

3. de part. cap. 4. — Cardialgiæ. — Palpitationi. — Syncopi.

Cor autem (vt inquit Ariſtoteles) vitium aliquod non patitur graue: quare hoc primarium viſcus balnea non niſi ſecundaria actione iuuant, prohibitis nimirùm, quos aut ex aliquo conſenſu partium, aut aliorum morborum incurrit affectibus. Vt quæ Cardialgiam, Palpitationem, Syncopimq. prohibent, ventriculum iuuantia, vterum, thoracem, pulmones, fauces; veluti æneæ, vt de Grotta Viterbij aquæ, quas non deſunt qui auream quoque fouere materiam exiſtiment. Cordis palpitationem inhibere promittit ad Tungrim aqua, aſthmaticis, ac lienoſis etiam vtilis. Probantur & Fabarienſes ex auro in Rhetia, vel ex auro parata aqua, vel in qua aurum extinguitur, vel quæ extrinſecus diſſipatos ex affectu, vehementi dolore, vel ardenti febre ſpiritus vniant confirmentq. epithemata, quorum ratio in Septimo dabitur. Vel quæ ad animi paſſiones infra dicturi ſumus. Aurea nouiter reſtituta in Aenaria aqua.

Inteſtinorum morbis.

Aquæ deiectoriæ.

Pertinent autem ad inteſtinorum affectiones tam iure potus, quàm balnei omnia, quæ paulò ante ad nutritionis inſtrumentorum tutelam citauimus. Galenus in IIII. de San. tuen. inter deiectoria medicamenta adnumerat vſum aquarum ſponte manantium, quibus aut ſulphuris, aut bituminis, aut nitri vis ineſt, quibus ſolitos fuiſſe quoſdam inquit vere, vel autumno quotannis excrementa vacuare. Clementer operantur Nitroſæ aquæ, deinde ſalſæ, acrius aliquæ vel ex ære, vel calcantho. Quo in genere violenter abſterſoriæ, ſeu potius excoriatoriæ ſunt euitandæ, qualis Stygos fortaſſe hydor in Arcadia, & viridis quædam aqua in Perſia. Mediocres, quas diximus nitroſas, vtiliter ad meſeraicarum obſtructiones bibuntur, ſimulatque corroborandum interanea ipſa. Talis Plaga aqua, & Iuncaria ad Baias, & quædam ſimiles in Aenaria inſula potabiles: Caſtilionis præcipuæ aqua, quæ omnes & excrementa abſtergunt, aperiunt obſtructa, ac refrigerant. Talis & Sanctus Marinus in Aemilia, aqua Borra prima, & altera, Tranſcherij ſub Bergomo, & Aquarij, & in Alſaria nitratæ. Efficaciores æneæ, Grotta in primis, & ibi Iaſielli, & Nauſei dictæ aquæ; Tigurinæ ſubinde, dein Porretanæ ex alumine, & ferro, nobiles Albulæ. Et his ſimiles Hortanæ aquæ, ad Tranſcherium Bergomi, & in Biacenſi agro potabiles. Fluoribus alui communiter ex herbis medicatis inſeſſus probantur libro VII. c. 33. Porrò in Dyſentericis cruciatibus reuocant hodie ferè homines de morte ad vitam aquæ M. Catini Salmacidæ, quæ à Tettuccio vna, altera minus ſalſa à Balneolo cognominantur, ſeruanturq. etiam in longinquas regiones adlatæ, toto anno incorruptæ. Dantur iteratis potibus plures dies, vt per earum oſtendetur hiſtoriam libro v. Quarum exemplo conſulo id genus Salmacidas, quæ innumeræ paſſim naſcuntur, quenquam experiri debere. Harum enim antiqua laus eſt à ſalis natura: atteſtante Cor. Celſo lib. 4. capit. 15. Themiſon, inquit, in dyſentericis muria quàm aſperrima vtendum memoriæ prodidit. Planius Muria (inquit Dioſcorides) Dyſentericis infunditur, etiam ſi nomæ inteſtina corripiant, & Iſchiadicis veteribus. Eadem ad verbum teſtatur Plinius libro 31. c. 8. Et item Paulus lib. 3. c. 42. Muria & portulacæ ſuccus (inquit) potus Dyſentericis conuenit. Notandum verò quod dicitur, Si nomæ corripiant. Docuit enim nos longus vſus harum aquarum in Dyſentericis, curari nonnullos harum potu in principijs, affectu ſcilicet non ad modum acri, nec cruento. Porrò vbi nomæ apparuerint, idest cum manifeſta corroſione, & purulentis excrementis; naturam ſignificat tunc pus mouere, ac concoctionem moliri,

Miſeraicarum obſtructionibus. — Fluxibus — Dyſentericis.

Vrina humanæ potus. Vermib. Flatibus, Colicæ, & Iliacæ. Torſionibus. Siccæ intemperiei. Frigidæ intemperiei.

iuuandamq. abſterſione, & exſiccatione per has aquas. Immò memini hic Romæ Alexandrum Fortunatum medicum, qui muriæ exemplo ex Dioſcoride, prò harum aquarum penuria, vrinam humanam quamrecentem, & in clyſterijs, & in potibus vſurpauerit, cum idoneo ſucceſſu: quod ea ratione non damnauerim. Cæterùm plurimæ id genus aquæ vermes ingeneratos enecant, extruduntque, maximè amaræ omnes, acres, ac fortes, quales ex atramenti materia in Volaterrano, Acidæ, Porretanæ, Treſcurianæ, & ipſæ M. Catini ſaliuæ. Flatibus verò ex intimis inteſtinorum anfractibus diſcutiendis, vt in Colica vſueuit, ac in Ilei cruciatibus, prædictarum potus non modicè operantur, & item in clyſtribus, torſione præſertim infeſtante. Efficaciſſima verò in cunctis aqua Aponi, ac iuxtà ad Viuares aquæ in Delphinatu: ad Aquas in Sabaudia; alia vena tituli Sancti Petri, Aſculanæ, Piſanæ, Lucanæ, Caiæ, Treſcurianæ, Ferinæ, Aquiſgrani, de Molgyus, Badeniæ vtræque, Embs dictæ, Brigenſes, Fabarienſes, Cellenſes, bituminoſæ, ſalſæ, omnes vbicumque terrarum pro calido fomite actuali digerentes, ac diſcuſſoriæ. Et aliquæ ebibitę, vt ad Goppingam acidę, & quas diximus antè potabiles. Colicæ Alexander Trallianus exhibet Thermales aquas in potu, & quæ euacuent, & calfaciant. & item Auicenna XVI. Tertij. ſiccæ verò intemperiei, vt ſiccantia, & calida balnea improbantur, ita balneis dulcibus vtendum, vt lib. 7. cap. 32. & Medicata ex herbis emollientibus balnea. c. 32. Hydrelæum item, & oleum. Porrò diſcuſſorij balnei vice artificialia aliquando ſufficimus, vt Vaporarij vſus, atque olei, vel Hydrelæi Solium tepens, ſi maximè ex fæcibus ibi induratis, vel ſicca alui intemperie pendeat dolor. Frigidæ enim intemperiei ſatis ea calorifica faciunt competenti vſu.

Renum, & Veſicæ morbis.

Calidæ intemperiei. Sanguinē mingentibus. Arenulis, & lapidibus. Leonel.

RENVM verò affectus, viſcerum, & maximè hepatis, cui videntur miniſterio ſubeſſe, rationem in balneis conſequuntur, ac veſica renum. Vexantur autem renes calidæ intemperiei affectu vt plurimum, tùm quia primarij latiq. venarum, & arteriarum caudices eò tranſeunt; tùm quia renum ipſorum ſubſtantia laxa pinguitudine admodum inflammabili, quæ ex ſanguinis ibi ſeroſitate luxuriat, participat. Vnde pro leui quacunque cauſſa, vel exercitio immodico, vel percuſſione, vel ponderis leuatione, vel cibarijs calidis, vel etiā Venere incandeſcere ſolent: & inde lapides in materia ibidem cruda, & craſſa gignuntur, imbecillitates in tenui humido, inuoluntariæ pollutiones, fluores albidi, diabetica paſſio, inflammationes, vlcera, morbi immedicabiles. Faciunt verò ad has omnes, ac reliquas iſtarum partium paſſiones, Potulentæ omnes aquæ, quę proprietatem habeant per vrinarios meatus abſtergendi, & quæ immediatam veluti cauſſam tollant. Nec minori ſanè efficacia ſi ex eo genere ſint, quæ per aluum, antecedentem ipſam materiam diuertant, quæ communis eſt praxis medicorum in alma Vrbe. Primæ curæ ergo debet eſſe calida intemperies, cui per eaſdem balneas ſuper cætera rei medicamentariæ remedia, quæ ſub hepatis caliditate adſcripſimus, occurrendum. Purgantes ſcilicet, ſubtilis, & mediocriter calidæ eſſentiæ, aperientes, digerentes, vt nitratæ; atq; æneæ, vel non indecores, ſi ad robur conferendum ferro quadantenus participent. Quæ ſcilicet & detergant ſimul viſcera, & confortent. Quæ ſanè virtute ad eos etiam qui ſanguinem mingunt, ſiue ipſa debilitas renum in cauſſa ſit, ſiue laxitas vaſorum: ſiue humorum tenuitas, hæ iure balnei ebibitæ aquæ mirificè probantur: Fleuncella, Grotta, Tigurum, Villa, Plaga, Iuncaria, Gibberoſum, Porretanæ, Albulæ, Aponus priuatâ virtute. Quæ & arenulas, calculumq. tàm è Veſica, quàm renibus conterere, ac extrudere pollicentur, & vrinas prouocare. Inter has nouiter comprobatæ ſunt Succellaria in Acuaria, Traſcherij ſub Bergomo, Salmacida Aſculi, Roſſanelli ad Tollentinum, ſub Parrano iuxtà Claneæ, Borra duplex in Hetruria. Et in externis nonnullæ. Tungri in primis in Burgundia, ad Aquas oppidum in Sabaudia, in Biacenſi agro nouiter reſtituta, & Antecheræ in Andalogia. Porrò eſt nobilis medici cenſura, longa experientia confirmata de arenulis, & calculis: QVI aquis Thermalibus non curantur, nunquam curantur. Nempè quæ ebibitæ complures adimplent medendi intentiones: extrudunt à ventre, & à primis venis ſuperflua, quæ ſunt primigenia talium affectuum materia. Sicq. diuerſorij cuiuſdam habent rationem à vijs renum ad vias latas. Abſtergunt egregiè, quà tranſeunt partes à ventre ad hepar, ac renes & vrinarios meatus vſque ad veſicam. Et ſi lapidem non frangant, arenulas non modo comminuunt, ac pellunt, ſed & partes ipſas, Viſceraq. corroborant, quo minus tantis malis gignendis fiant obnoxia ſola Aqua Anticoli Romæ aſsiduè epota in cibis & potibus habetur in ijs affectibus Amuletū quoddam, ac præſeruatiuum. Et quædam Acidæ extrà vrbem, & quas legi ad Amalgaram ſub Toleto in Hiſpania, & ſimiles aliæ tenuis ſubſtantiæ, & acriuſculæ. Immò nobiliſſimum habeo teſtimonium, quod in extrudendis calculis prima aquarum ſit prærogatiua, quæ non abſterſoria vi tantum, ſed vel quantitate, vel pondere operetur apud Aetium ex Archigene,

& Phi-

& Philagrio lib. II. cap. v. d. Ad extrudendum impactum in vaſibus vrinarijs, vel in renibus lapillum, frigidam aquam frequenter & aceruatim ægro bibendam ſe dediſſe, vnde corroboratis renibus, occluſum in illis lapidem expulſiſſe. Aegrotantem verò debere eſſe bene diſpoſitum, & præeuacuatum clyſteribus, emiſſo ſanguine, & cùm ſiti vehementer infeſtaretur, calidumq. corpus ſentiret, exhibuiſſe. Nec dubitandum, quomodo poſſint medicatæ aquæ ebibitæ harenulas extrudere, aut frangere lapidem; cùm ex aduerſo pleræq. ex dictis aquæ, præſertim ferratæ, & aluminoſæ, manifeſtè lapideſcant ipſæ, quà tranſeunt. Nam in omni ferè medicinæ vſu, ſatis quiſque deberet contentus eſſe experientia, qua ſcilicet liquidò patet hanc aquam ebibitam facere ad lapidum vitia, quicquid exterius moliatur contrarium, & præſertim quia ratio diuerſitatis huius eſt in promptu. Nam vnius rei non eſt eadem diſpoſitio intrà, & extrà adhibitæ; in corpore humano, & in alijs rebus. Nam ex ſummi Philoſophi decretis, non fit quodlibet ex quolibet: ſed determinatum ex determinato. Aqua hæc ſuper terram, & lapidem, gignit lapidem; ebibita homini, detergit, extenuatq. euidenter lapidem, & ducit harenulas. Tales manifeſtè effectus contrarios videmus in Albulis. Quin Anienis fluuius quacunque pertingit, lapideam facit terram, & ligna, & cortices; & tamen Tybure toto ferè anno turbida bibitur, & rariſſimi tamen lapidum vitia ſentiunt, nec harenulas. Porrò eiuſdem facultatis ſunt, & ad vrinas promouendas, & ad calculos ſumuntur Porretanæ, Villa Lucæ, Paganelli balneum ſub Viterbio, Aquarij aqua ad Regium Lepidi, Blandula Carpi, Tritoli dictæ, & Tritolæ pari nominis virtute Puteolis. Petræ ibidem dictæ aquæ, Sancti Georgij inſignibus ad Baias, Furnelli, & Succellaria, quos fontes laudat ad hoc Plinius in Aenaria aquæ ad Tungrim in Gallia, quæ in hiſce affectibus antiquiſſimæ laudis ſunt. Fiderij item fontes in Rhetia, Cellēſes aquæ in Heluetijs, Fabarienſes, Ferinæ, plures aliæ. Acidæ ſubinde aquæ, quarum in renibus, veſicaque, & meatibus vrinæ expurgandis prima eſt prerogatina, qualis in Stadiano Dimidia, in Venafrano Acidula, ad Theanum Sidicinum Plinio, ad tres fontes extrà Vrbem porta Tergemina, aqua Anticoli in Campania, Acidula in Bergomenſi, Acidæ ad Goppingam, ad Rotemburgum, & aliæ in Germania, quæ omnes & in potibus priuatis bibuntur. Balnearum enim Solia aut diſponunt, quemadmodum mollia quædam & bituminoſa, aut dolori leniendo miniſtrantur, qualia priuatim ex temperatis aquis, vel Hydrelæo, vel oleo balnea, & Emollientia lib. VII. inſtituenda, capitul. XXII. XXVII. & XXXI. quemadmodum & ex Iudaico lapide per artem medicata aqua, quæ calculis à tota eſſentia facit in potibus. Eædem omnes aquæ, ac ſimiles Vrinæ acritatem, ardoremque, & inde natam ſtranguriam, vel mingendi impatientiam ſanant præter cæteras medicatas. Aſſerit Leonellus Fauentinus Medicus non ignobilis, quòd ſi huiuſmodi affectus veſicæ per Thermalium aquarum potus non ſanantur, nunquam ſanantur. Inflammationes arcent, vlcera abſtergunt, curantque, in quo maximè Albulas in Latio celebrauit Aëtius ex Archigene, & nos Porretanas, Viterbienſes, Lucanas, Caſſianenſes, & Carpi Blandulam experti ſumus, etiam hic Romæ exhibitas. Nec non quæ diuerſionis ratione per aluum operantur, vt montis Cantini aquæ, & Salſulæ aliæ huiuſmodi. Ad quos omnes affectus, Veſicarias dictas in Tuſcia, ob veſicæ proprietatem celebrat Scribonius Largus. Eædem inuoluntariam ſiccant ſeminis effluentiam; nocturnas pollutiones, improuiſam per ſomnium emictionem, diabeticum fluxum, & ſitim exinde natam inextinguibilem. Galenus in libro de Renum affectuum dignotione, ac medicatione, poſtquam de dropatibus, ac ſynapiſmis ad corroborandos renes dixerat, ſubdit; Aquarum etiam ſponte natarum vſus proderit, ſi nihil prohibeat. An vſum hic intelligat in balneis, an in potibus, non ſatis liquet: ſed vtrumque videtur, nam & de purgatione ſtatim meminit, & de ſanguinis miſſione. Nec minus prædictis Renum, ac veſicæ vitijs, quæ in ſeptimo traduntur de aquarum dulcium & temperatarum balneis, & ex oleo, & ex Hydræleo balnea optima ſunt. Maximè verò laudantur quæ in potibus medicatis expurgando, pro ferri qualicunque impreſſione, vim quoque inſignem obtinent roborandi, deinde æneæ, deinde aluminatæ, deinde Nitratæ, poſtremò ſalſæ, & quæ extrinſecus balnea vtcunque proſunt, ex ferro, item admiſta, vel plumbo, vel alia minera, quæ actiuis ſint qualitatibus temperata. Nam obſtructis aperiendis, tùm in renibus, tùm in veſica, ac frigidis earundem intemperantijs corrigendis, ſatis ex prædictis balnea eligi poſſunt.

Aquæ medicatæ, cur foris generent lapidem, ebibitæ frangant.

I. Phyſ.

Anienis flumen generat lapidem & comminuit.

Vrinas prouocare.

Vritidib. vaſis purgandis.

Vrinæ ardori.

Difficultati.

Inflammationibus.

Vlcerib.

Tumorib.

Obſtructionib.

Intemperantiis.

Teſticulorum, & Scroti morbis.

Nec ſecus calidæ Teſticulorum, & Scroti intemperies quàm quæ in renibus procurandæ, per ebibitas ſcilicet purgatorias aquas plus minus roborantes. Nam quæ adducta in illas partes materiæ copia, inſignem tumorem conflant, per initia digerentibus forinſecùs balneis excutiuntur, Sulphuroſis temperatis, aut calidioribus, bituminoſis, ſalſis tepi-

Intemperantiis.

Tumoribus.

dis, & ex eiſdem lutamentis. quæ omnia in fine ad reliquias; quæ indurari ibi ſolent, commodius probantur. Apertis verò, ac ruptis, epotæ quidem medicatæ aquæ conferunt, ſi valenter adſtringentes, cum hoc etiam promptiſſimè purgent, quales ſunt raræ vt Fiennecellæ: nam quæ leuiter, & pigrè mouent, & quæ vehementi opus habent conatu, exercitioq; non vacant maiori fiendæ aperturæ periculo, ac ſatius propterea hiſce temperata ſimul, ac ſtiptica admodum lauacra conſulendum. Quos verò audiui timidos balneis calidis in apertis, ac Herniosis, Galeni auctoritate diffidentes; haud ea quidem aperientia, laxa, ac mollia, in Thermis vrbanis, à naturalibus iſtis, ac adſtringentibus diſtinguebant, quæ primaria faciunt facultate, Sanctus Caſſianus, Auinio, Maceretum, Villa, de Aquis, & Caldanæ Piſarum, Sanctus Bartholomæus ſub Apono, Caldarianum, Lucenſe, Ferinum, Fabarienſe, Porretanæ aquæ, Albulæ, & aut ferro, aut alumine, aut plumbo, aut quocunq; eiuſmodi aſtringẽte conſtipantes. Ad Flatulentas autem Hernias ſecuriùs calidiora, ac diſcuſſoria magis balnea miniſtrari poſſunt, qualia Sulphurata eſſe perhibentur Caroli IIII. balnea in Bohemia, Calida ad Budam, vbi & illutandi copia, Aponus, Aſculum, Sanctæ Crucis cognomento ad Baias, ad Puteolos, Viterbienſia, Stygiana, Senenſia. Ad Aquoſas eadẽ & lutamenta. Ad Sarcoticas verò, ac valde induratas mollia primùm vaporaria, vel ex ſalſis fomenta, vel in cõſimilibus naturalibus inſeſſus, & aſſidua illutamenti appoſitio, in quo genere plura ad alias duritias narrauimus. Porrò ſectis ex Hernia, & qui conuulſionis propterea incurrunt periculũ balneum ex oleo, vel ex Hydreleo accommodum lib. 7. Teſticulorũ tumores frigidos præſertim, vel flatulentos omnes modicè exſiccantes diſcutiunt, & lutamenta quæ item ad pedum inflationes adhibuimus.

Crepatis ac ruptis

Herniis lauacra, an idonea.

Herniæ flatuoſæ.

Herniç aquoſæ, & carnoſæ.

Vteri morbis.

AN ad ipſum vterum tranſeant in potibus Medicatæ aquæ, itaq; faciant ad ipſius vitia, quidam dubitant; qui haud mirum in balneis non ſunt admodum exercitati. Faciunt enim balnea ad vteri vitia, tùm tranſitu ipſo, latis ſcilicet venis ad vterum ab hepate, ac Meſeraicis, & Renibus; quæ loca penetrare ipſas balnei aquas ebibitas, nemo eſt qui dubitet. Tùm etiam ex accidenti, ſiccatis ſcilicet renibus, hepate, ventriculo, ac meſeraicis ipſis; deterſiſq. exinde humiditatibus ſuperfluis: cui rei atteſtatur experientia ipſa balnearum. In vniuerſum facere ad mulierum, atq; vteri affectiones perhibentur peculiari virtute Porretanæ Aquæ, quocunq; vſu; Caiæ ex ferro, ad Viterbium, corroborantes mirificè vterum potu, & balneo, deinde à Regina balneum nuncupatum ad Piſas, Villa Lucæ, & in clyſterijs, Badeniæ Heluetiorum. Inſigne verò vitium inter omnes vteri affectus ſterilitas eſt: quę multas habet cauſſas, perinde eſt durities, qua ſæpè vterus ex natura, ſæpius verò affici ſolet ex accidenti; intemperies aut calida, aut ſicca, lubricitas, fluor, menſium copia, nec minus ſuppreſſio, quæ omnes cauſſæ particulari opus habent conſideratione, ac balnei rationem poſtulant diuerſam, præſertim in ſterilitate. Ad duritiem ergo, neceſſariũ eſt cum emollientibus procedere, atq; humectantibus, & ſimiliter ad ſiccam intemperiem, & calidam. Potiſſimùm verò has tres omnes ſterilitatis cauſſas habere ſolent quæ viragines ſunt mulieres, Caliditatem, Siccitatem, & Duritiem quampiam in vtero naturalem: quæ non poſſunt niſi longo vſu humectantium balnearum, ſimul atq; humectatione aliarum rerum ad victum pertinentium, emendari. Qualia ſunt ex aquis dulcibus balnea, aut arte, ac varijs matricalibus rebus, prout ex vſu melius videbitur comparata, ex his quæ planè in Thermis dicentur in VII. in hiſq. longus, inquam, aſſiduuſq. vſus eſſe oportebit. Poſt hæc recurrendum ad balnea naturalia, illud certo ſcientes, ad ſpem ſobolis non reperiri aliud Remedij genus neq; ſalubrius, neq; experientia certius, quàm balnea ipſa naturalia, ſi debitè, ac ex ratione miniſtrata ſint. Vt ſunt in cauſſa propoſita quædam, quæ parcè exſiccant, ac magis emolliunt: quales ſunt ad Baias aquæ, quæ vſu balnei bibuntur, & quædã quæ Nitro participant, mediocris in ſumma temperamenti omnia, & quæ potius leniendi, ac abſtergendi obtinent facultatem, quàm exſiccandi. Quales in Baianis ſunt Tritoli nobiles aquæ, & Sanctæ Crucis. In Piſano autem ad Aquas baln. & Regina, & Viterbij quædam blandula extra balneum Grottæ, quam dicunt bitumine participare. Quæ autem mulieres ſteriles ſunt ob nimiam corporis humiditatem, ſtillicidiaq. vteri varia, vel ob ſuperfluum quencunq; fluorem; hæ omnino balneis indigent mediocriter exſiccantibus, quæ tamen neq; actu multum, neq; poteſtate calfaciant. Quo in cenſu Ferratæ in primis proponuntur aquæ, Sancti Caſſiani, Villæ, ſimileſq. aliæ, quæ propriè ad hoc bibuntur, in clyſteribuſq. vtiliter aſſumuntur. Fiunt & ex nonnulis vtiliter balnea, quale ad Viterbium Caiæ balneum, quod ad muliebria facere peculiari facultate proditum eſt, vnde Dominarum baln. nominantur. Similiter & Aponus: Quæ quoniam ambo natura admodum calent, ſemper particularium patientis ipſius diſpoſitionum rationem habendam eſſe ſupponimus. Porrò ad idem elementiis operantur quæ-

Vterũ an ſtatim iuuent Medicatæ aquæ.

Sterilitatis cauſſæ & balnea propria.

Viragines cur ſteriles.

Conceptioni balnea.

Fluorib. & ſtillicidiis vteri.

quædam in balneis; vt Auinio in Senenſi, Regina, & Caldanę in Piſanis, Aſculum, Sancta Maria in balneo, Balneũ aquarum ad Pedes montium Liguriæ, & hinc longe inter Allobroges ad Ais aquæ, Badenia inſuper in Heluetijs, & in Auſtria altera, & quædam alia in Hiſpania. Mediocres autem virtutes ad hoc obtinent Porretanæ Aquæ, & Albulæ, quæ aluminis natura participant, nec multum exſiccant.

Fluorib. albis, & Gonorrheæ.

Ferri verò, ac maiori obſtructione ſunt Caldanellæ, & baln. Magnum S. Caſſiani. quapropter, & fluores cohibent albos mulieribus, & gonorrheam viris, vimq. illis generatiuam adaugent. Prægnantibus verò cùm non adeo conueniant balnea, ac minus relaxantia, nec calidæ lauationes; præſeruabunt tamen, quę iuuenculæ, ac debiles crebro abortiri ſolent, ſi antequam concipiant, eaſdem anticipēt balneas, quæ vterum, ac renes corroborent; ſiue in potibus quæ dictæ ſunt, Ficuncella, Villa, Porretanæ, Albulæ: ſiue in balneis eædem, Auinio, Regina, ac ſimiles ſumendæ ſint. Et arte parari ſolita balnea ex adſtringentibus, ac corroborantibus locos ipſos, quorum in VII. explicanda erit materia, cap. 31. Cæterum vna de primis cauſſis Sterilitatis hæc eſt, quando Mulier ex inſigni quapiam obſtructione, aut alia quauis cauſſa ſuppreſſas habet menſium purgationes: quam cauſſam non modò ſteriliras, ſed & quamplurima alia conſequi ſolent vitia. Pronocant autem Menſtrua omnes calidæ aquæ, ſubtilis, ac digerentis facultatis, vt Aenearum, Nitroſarumq. potiones, quæ nimirùm aperiant, attenuent, atq; detergeant. Nec minus, calida, ac digerentia balnea, Inſeſſuſq. in eis aſſiduus: qualis in Badenijs fit apud Heluetios, in Caijs Viterbij aquis, in Stygianis, in Patauinis, in S. Maria in balneo, & in alijs calidis.

Obſtructioni.

Porrò ſi obſtructio ſit in cauſſa, hanc tollunt tùm potulentæ multæ, quas diximus; tùm quæ pariter ſuffitu, ac inſeſſu adhibentur, vt calidæ ſulphuratæ, & quæ non malè oleant. Prętet has autem, quæcunq; fuerit Sterilitatis cauſſa, eam priuata virtute emendare promittunt Porretanæ, Patauinæ, & Caię: & quas Plinius in miraculis prodidit, Theſpiẽorum fontem, & Elatum flumen in Arcadia ſterilitatē emendare, & contra Lycum, & Aphrodiſiũ ſteriles reddere. Sed nulla eſt aqua, quę experimēto ad fœcũditatē certiſſimo, aquę Nili poſſit ęquari; quę & terram, & plantas, & animantia mirificè fœcundat. & hiſtoriæ narrant, quod nobiles mulieres, quùm alienigenis nubunt, ſolent eas ſecum deferre, ac bibere, teſte Polybio, ac Oribaſio ex Ruſo.

Molæ, & inflationi

Quæ obſtructionem, eadem Molam, ideſt, inanem imprægnationem extrudent, inflationemq. huic ſimilē diſcutient, & ſi aliæ non ſint, Marinæ, vel Salſæ calentes, quæ paſſim ſcatent, vſurpari poſſunt; vel arte ſaltem ex bis, ac ſimilibus parata Diſcuſſoria in 7. enarranda.

Præfocationi.

Eodemq. ingenio balnei ad vteri pręfocationes procedendum, & cùm animi lapſus inſtat, aquæ cuiuſcunq; calidæ fotus, necnon Solia temperatarum in priuatis ſuccurrunt.

Vteri lapſui.

Ad vteri verò procidentiam, quæ oppoſita eſt præfocationi affectio, inuerſo (inquã) ad vuluam vtero; contraria adhibenda, ac eadem, quæ in Hernijs ſupradictis balnearum ratio eſſe debet. Quæ nimirùm laxis, & calidis balneis peius dilabitur, aſtringentiaque, & ſicca deſiderat, vt Ferrata maximè, Aluminata, Aenea, quorum generum ſingulariter, multa in ea parte adduximus.

Inflãmationis. Abſceſſibus, & Vlceribus.

Fiunt & in Vtero Inflammationes, & Abſceſſus, quæ vel in vlcera deſinunt, vel in duritias vertuntur contumaciſſimas: quarum affectionum eadem curãdi ratio in balneis eſt, quam in veſicæ vlceribus iam diximus. Intellige Aëtij teſtimonio, cùm inueterata fuerit inflammatio, inceperitq, mali habitus ſpecies oriri, venter, & crura intumeſcere, cutis albicare, & item Pauli auctoritate, qui ad vteri tumores iam dureſcētes, naturales cõſulit balneas, ſulphureas, atq; bituminoſas, adde Aluminoſas, nitroſas, atq; æneas, quales ad veſicæ vlcera cenſuimus. Bibuntur primò per aliquot dies, ad ſiccandum, abſtergendumq. ſaniem, & ichorem in iſtis locis contentum: deinde, vt maius robur lęſæ particulæ, & ipſi vtero acquiratur, adhibentur & balnea. quo pacto, & ad Sancti Caſſiani aquas, & ad Viterbium, illuſtres aliquas vidimus mulieres fuiſſe ſanatas, ac rediſſe fœcundas.

Vtero gerentibus bal.

Porrò vtero gerentes mirificè iuuant Porretanæ, & item à Grotta, & Paganellum, Viterbij aquæ, Tiguriq. ſimiles in Heluetijs.

Abortientibus. Viſcoſitati.

Abortientes verò, ad partus complementum in polterum ſuſtinebunt modicè purgantes, ac robur naturæ addentes, quùm videlicet viſcidiratis vitio loca lubrica fœtum laxant, amittunque; quos oportet antea mucores abluere Nitratis, Aeneis, Ferreiſq. ſoluentibus bibitis, ac in balneas ſubinde aſtringentes fæmellas ipſas mittere, eaq. aqua ſatis diu confouere. Sic enim poſteà grauidæ non abortientur.

Duritiei.

Ad duritiei porrò vteri, & ad Partus difficultatem in 7. cap. 27.

Pudendorum vitijs.

Vitijs ex morbo Gallico.

PVDENDORVM autē vitijs Minerales aquæ, & præſertim metallicæ valdè conueniunt: Sunt enim hæ naturaliter ſiccæ, ac ſiccis ex æquo medicamentis hæc loca indigent. Ea autem quoniam maiori ex parte hodie morbi Gallici ſoboles ſunt, vt inflammationes, prurigines, rimæ, verrucæ, apoſtemata, vlcera: habenda in primis eius contagionis ratio eſt, quemadmodum infrà propria de hac re cõſideratione monſtrabitur. Summa hæc eſt, quod

dum-

dummodo affectus non ſit in principio, neq; in ſtatu, & præmiſſa ſit diligenter totius corporis purgatio, naturalia id genus balnea, quę ſicca ſint, & adſtringentia, foris tutò poſſunt miniſtrari. Vt Ferratæ aquæ, quale Auinionis balneum, Regina, & Villa, & æneæ quales ad Viterbium, & Plumbeæ, vt in Lothoringiæ montanis; & ex Minio in finibus terræ Hiſpaniæ; & Aluminoſæ, & Albulæ, & Porretanæ, & Salſæ tepentes. Omnem verò calidam Pudendorum intemperiem, omnemq. humorum acrimoniam eò adfluentium excernunt, obtunduntq. bibitæ Aquæ quæ purgant, vt Nitratæ leniſſimæ ad Baias, ad Puteolos, ad Ariminum, ad Tungrim, in Alſatia: præſentaneæ verò magis ex ferro quædam vt Ficuncella in primis, ac ex Alumine Porretanæ atq; his ſimiles. Abluendis verò, ſolidandiſq. eorundem vlceribus lauacra eadem benè faciunt, & Salſæ, & Aluminatæ, & Ferreæ, & Fabarienſes ex auro, & Plumbeæ Lothoringæ, & Leucenſes, & Albulæ: nec minus ex cinere lixiuium, & ex Calce aqua, & ex braſſica fomentum, Hydrelæumque. Eadem ad pudendi virilis, quæ ſerpunt vlcuſcula, ex Minio præſertim naturalia, plumbo, & Cadmia; vel arte parata ex his collyria, quæ putrefactionem cohibent; purificantque, exedens virus abſumẽdo ſine dolore. Nec minus mulierculis vtilia, vuluæ id genus pruriginem, cruciatumq. ſentientibus. Verruculas autem, quæ in pudendis vtroq; ſexu enatæ thymi florẽ repreſentant, ſcabras, & ſubrubentes acrioribus aquis, & eo quod in imis earum alueis reſidere ſolet ſmegmate diu impoſito amputare, exedereq. tentandum. Quales Salſæ, & Marinæ ex his quæ paſſim habentur, & ſpuma maris præcipuè; & Nitratæ, quæ vbi ſynceræ naſcuntur, vt in Aegypto, calciamenta conſumunt. Attramentatæ, quales in Volaterrano, & ater Auernus in Campania; Chalcytide, Soryo, vel Miſyo dilutæ, quales in Cypro Inſula ad ærarias aquas virides, & virides apud Neuſolam in Dacia. Plumbeæ ſimiliter erodunt, & Aureæ ex Chryſocollæ præſertim auro conaſcenti impreſſione, vt in Lothoringis, & in Rhetiſ; ac Acerrimæ aliæ, vt ex Argento viuo, vel Auripigmento Stygianæ in Arcadia, & de facile parabilibus, ex Antimonio paratæ, vel ex Calce, vel cinere. Rimas autem, quæ vtplurimum circà muliebria, aut circà ſedem craſſantur, reficiunt abſtergendi, conſolidandiq. vi præditæ & emplaſtica virtute, vt ex Ferro, qualis in Frioli ad M. Falconem, & Plumbeæ eædem, & ex Alumine in Latio, eædemq. ex antimonio paratæ. vel calce, nec non Palæſtritarum ceromata apud Thermas veterum craſa. Exiccant porrò Hæmorrhoidas omnia calorifica, & ſiccæ naturæ balnea: habenda tamen ipſarum conditionis aliqua ratio, oblongas enim, & inflatas, quales ad Thymos ſuprà balneas appropriauimus, ſanare valent: obſtante verò dolore mitiora adhibendum, & minus acria, vt Salſa aqua, & Marina tepens, vel ex Sulphure ac alumine, vel ex antimonio in priuatis remedijs comparata, & ex herbis medicatis adſtringentia balnea lib. 7. cap. 33. Faciunt autem Porretanæ venis hiſce fluentibus, Sauonarola teſte; & eadem qualitate Albulæ. Faciunt & Sancti Caſſiani ebibitæ de Ficuncella aquæ ſuper cætera: quippe exiccant, ac omnem ſeroſam humiditatem è renibus, ventre atq; hepate abſtergẽtes, tàm calidam quàm frigidam eorundem intemperiem corrigunt eodem teſte, ac viſcus ipſum mirificè confortant, & ſanguinem reddunt minus fluidũ. Idem præſtabunt, Leucenſis Aqua, & Ferina in potu ex Germanicis, Plumbeæ, Gypſeæ, omnes adſtringentes, emplaſticæq. opplentes, & quæ in 7. ſcribentur Medicata cap. 27. Vbi verò noxiè retentas Hæmorrhoidalium venarum fluxiones reuocare opus eſt; quas iam antea menſibus ciendis adduximus, in potibus maximè vſurpandæ, Nitratæ Aeneæ, Ferreæ temperatæ, Porretanæ, Albulæ: vel blandis certè lauacris extimulandæ, Sulphuratis ſcilicet, & quæ haud nimis exiccent, vt Aquiſgrani lauationes, Sancti Philippi, ad Aquas Piſarum, & conſimiles. Fluida, ſanioſa, ac fiſtuloſa ſedis vlcera, & quę vteri ceruicem obſederint, non poſſunt vllis æquè præſidijs percurari, quàm naturalibus balneis. Tùm aquis de more ebibitis, Salſis, nitroſis, æneis, omnino exiccantibus, ac acriuſculis: tùm iiſdem per catheterem in loculos ipſos infuſis, & calfactis nonnunquam hieme, quibus nos fœliciter vſi ſumus, etiam in ſæuo vlcere inteſtini cæci, quod penetrans tractu temporis foras in inguen, ex ipſo vlcere (mirum) ebibitas reddebat aquas. Percuratam ſimiliter per eiuſmodi balnea in Aenaria ſcimus illuſtrem Dominam Neapoli, quæ Cancrum occultum medicorum iudicio, aut Scyrrhum alioqui incurabile, inter abdomẽ, & veterum erat diu perpeſſa.

Caliditati, & aſtu xui.

Vlcuſculis, & Tineolis.

Prurigini Vuluæ.

Verrucis, & Thimis.

Rimis.

Hæmorrhoidib.

Fluẽtibus

Aperientia.

Pudendis fluidis, ac vlceroſis.

Caſus notabilis.

Iuncturarum, & articulorum morbis

NVNC de proprijs ad iuncturas balneis loquendo, quæ ad præſcriptas anteà ex frigido affectiones dedimus, eadẽ huc conferri volumus; vt quæ ex frigida intẽperie plerunq; debilitari, inflari, dolere, contrahiq. ſolent iuncturæ, ac per calida balnea quocunq; condecenti vſu curari. Oportet enim vſus penes ſingulares mali indicationes partiri; nam inueteratam Arthritim, ſeu Chiragra ſit, ſeu Podagra, ſiue Iſchias, parciùs ſanſbit potatio, lauacra maiorem habebunt efficaciam. Conueniet tamen ante ipſa calidarum lauacra ænearum,

Arthriti. Podagrę. Chiragrę Iſchiadi.

Nitra-

Nitratarumque, ac ſimilium validè purgantium aliquibus diebus potiò in matutinis, quæ craſſas è latis meatibus viſciditates, phlegmataque, præuias arthritis cauſſas, foràs extrudat. Subinde lauari magis idoneum, in calidis ſcilicet ac valdè diſcuſſorijs quales retulimus ſulphuratas, quas etiam, ſi deſtillatio impetetur (vt plerunq; fit) ad vſum ducciæ, qualiter diximus in neruoſis, vſurpare licebit. Conſperſiones verò intelligo non ſolùm in occipite recipiendas, vnde aduerſi inhibeantur adfluxus, verùm particulis quoq; afflictis, tumentibuſq. fore vtiles diſcuſſorij nomine, & itidem illutamenta. Atſi æquè plures ex diſſipata fluxione articuli conſiſtentur, Sudationibus etiam vtendum, quales in Baianis Sudatorijs, ſub ſpelunca baln. & ibi Arenatio multæ laudis, Sudationes ad Corſenum, ad balneū ſub Patauio tituli Sanctæ Helenæ, ad Xaccam in Sicilia, & tot alijs in locis iam relatis.

Vniuerſæ Arthriti.

Arthritide ceſſata.

Quibus ceſſata fluxione non minori proderint efficacia inſolatus, vel artificialis ex odoratis, ac digerentibus rebus parata Sudatio, Stupharum ritus, ac vaporaria in 7. exponenda. & ibi balnearum dulcium quæ ſit ratiò, cap. 23. Arenatio quæ fit in puluere balnearum in Aenaria inſula efficaciſſimum remedium eſt vniuerſæ Arthritidi, tumentibus præſertim lento, ac frigido humore articulis. In Cydni flu. Ciliciæ natatione alleuiari podagricis dolores proditum eſt Vitruuio. & item in Scamandro, & alia ſub cenſu balneatum in Græcia. Cæterum inter initia omnem Arthritim commodiùs ſanare videntur Medicatarum potiones, digerendo, vacuando, ac fluxiones inhibendo, quàm lauacra calidarum, aut exudatio, quæ liquatis viſcidis, ac priùs ſopitis humoribus excitatis, fluxioni ne adaugeant materiam eimendū eſt.

Calidæ.

Maximè verò commoda potatio, ſi (vt in pluribus accidit) à cauſſa calida incipiat fluxio, vigente præſertim ætate, ac æſtate ineunte; cui miniſterio ſi lauacra commodat ſubſequantur, & hæc temperata ſunto, haud nimis calida, & quæ ex ferri qualitate egregiè valeāt confirmare. Talia balnea ſunt, Sancti Caſſiani, Villa Lucæ, Caia, & Buſſetum Viterbij, de lapidibus ad Petriolum, Caldanellæ, Maceretum, Ferrugineæ ad Baias, & quædam in Hiſpanicis relata. nec non Porretanæ lotiones, Albulæ, Labanæ, Marinæ, Ferinæ ex ære, Fabarienſes ex auro; Embs in Germania, ad viuares in Delphinatu, & ad Minium in Gallecia; quæ omnes partes roborant imbecillas, laxas iuncturas conſtringunt eā ſtiptica facultate, & dolores leniunt refrigerando, qui à cauſſa calida atrociores, & quales in Iſchiade intolerabiles fieri aſſolent, ſtupidus autem, & grauis à frigida diſtendente.

Dolorib.

Iſchiadicis Muria infunditur, inquit Dioſcorides. Planius verò Cor. Celſus lib. 4. cap. 24. Aquam marinam inquit, vel muriam duram ferueſacere oportet, ac in peluim conijcere, ex eaq. pedes fouere, ac palla circuntecta hominem tegere, quod præſidium quidam hodie habent in ſecretis, ex marinis aquis vel clyſteria indere, admiſtis, ſi libet, vel oleo irino, vel laurino, vel melle. Vel eas in balneis adhibere, ac ſudores excitare. Nouum verò inuentum eſt, & quod paratu facile, frequenter in vſu eſt articularijs vitijs, ex vinaceis fotum ſuſcipere. Autumno, ſcilicet, dū ebulliunt in torcularibus vina affectas partes, vel etiam totum corpus, ſi infirmum ſit, vinaceis immergere. Vel etiam priuatam ad vſum tinam adhibere.

Ex vinaceis fomētum.

Tophis, ſeu callis, & nodis.

In tophis autem, ſeu callis, nodiſq. qui ex lungo affectu, ac dolore in iuncturis occalleſcere ſolent, quoniam æquæ frigidæ materiæ cum calidi agentis intemperie cauſſa eſt, difficilè vbi obduruerint, vllis cedunt remedijs. Cui parti duntaxat, & non alijs Arthritis generibus prędictis, iactatum congruit per ora vulgi prouerbium.

Soluere nodoſam neſcit Medicina Podagram.

Tentandum tamen non adeo confirmatos callus, per olei, aut aſſiduum Hydrelæi fotum emollire, exudationibus aperire, itaq; diſpoſitos per balnea calidiora, iiſdemq. ex alto cōſperſis diſcutere. Facit ad hæc inſigniter balneum ex Plumbo in Lothoringis, ex Minio in Hiſpania, ex Salſis, ac Marinis vbiq; inuentis, & item Illutamenta, qualia in balneis Borbonij Ancerici probantur apud Gallos, ad Burmiam flumen in Monferrato, ad Sanctum Caſſianum de Luto, ad Treſcherium ſub Bergomo, ad Aponum, Saburratio pariter, & quæ ad Neruorum contractiones allegauimus.

Gibbis, & attractis membris.

Qui gibbi ex affectu, vel aliquo exortes membro remanent, calidis ſimiliter balneis iuuantur, & vaporationibus. Vel ſiccis, quales ad Saccam Sudationes percommodæ habentur in Sicilia. nec diſſimiles ſuper balneum Trittoli in Baianis, & in Puteolano, ad Cumas Sudatorium, in Veſuuio item, & in Aenaria his vicina inſula, vbi & Arenationes ſaluberrimæ. Vel ex calidis, ac ſulphuroſis aquis ſuſcepti fotus, vt permulti his ſolis inſtaurari viſi ſint. Oleo præſertim irino, vel vrſino adipe patientibus locis adhibito. Vel ſi immiſſum membrum intrà viſcera exenterati tunc veruecis, diu foueant illo calore.

Artuum, & carnoſarum partium doloribus.

Palpitationibus.

QVOS verò artus infeſtare ſolent dolores, palpitationeſque, & pungitiuos dolores ſiue ſumma carne, ſiue fibris inſint muſculorum; quomodo iuuent dulcium, & temperatarum

aqua-

aquarum balnea ex libro 7. petendum eſt cap. 22. nec non Diſcuſſoria arte parata cap. 30. Naturalibus verò balneis, quæ ad calidas articulorum intemperantias dedimus, eos diſcutere tentare oportet. Nitratis ſcilicet ebibitis, Aeneis, ferreis, Sancti Marini aquam ad viam Flaminiam, Borra Senarum, Ionneariæ, & Plagæ Puteolis, Grotta, & Nauſeo Viterbij, Tigurinis Heluetiorum, Cellenſibus, Ferinis, Ficuncella, Porretanis, Albulis, alijſque ſimilibus. Nec non temperatis lauacris purgatione præmiſſa, vt Aquiſgranum blandiſſimum, Caldanæ Piſarum, baln. tituli Sancti Ioannis etiam in potibus vtile ſub Luca, Sancti Petri ſub Patauio, M. Falconis in Frioli. Maximè ſi adhuc roborandi ex miſtura vim obtineant, vt Caldanellæ præ cæteris membra mirificè inſtaurantes, Villa, Auinio, Caldarianum, Viterbienſia aliqua. Vel harum virtutum Lutamenta, quale ad Aquas Porretanas, ad Sanctum Caſſianum ſub inſignibus Sancti Georgij, ad Aquas oppidum in Liguria. Vel ex his arte paratis diſcuſſorijs, ac Sudatorijs, in VII. & in herbis medicatis decubitus lib. 11. præſ[...]rim de facile parabilibus ex candenti ſcoria ferri, & aceto, omnem artuum fluxionem, ac d[o]lores diſcutiens. Deinde ſunt Aeſtuaria in Thermis Inſeſſus in vini balneo, & decubitus Vinaceis autumno.

Oſſium morbis.

Contusis, & Liuidis.

CONTVSA verò membra Marinæ, vel Salſæ, ac mediocriter calidæ alicuius fomenta inſtaurant, liuores abolent, neruos debilitatos confirmant. Luxatis verò oſſibus, aut ex percuſſione, vel caſu fractis, aut balnea adhibenda, aut ex alto in locum conſperſio, aut certè illutamentum. Niſi quia fracturæ oſſium validioribus opus habent aſtrictorijs quàm luxata, quæ oportet quantocyùs per fomenta anodina emolliri, calidis nimirum temperatis, vel bituminoſis, vel ſalitis, vel arte in VII. comparandis, itaq; reponere, ac per aliquot dies ſinere, deinde cautè in balneum actu temperatum, ſtiptic[æ]q. facultatis mittere. Nec ſecus Fracturæ tractandæ oſſium fragmenta trahunt Cantarelli baln. in Puteolano: & Succellaria in Aenaria. Faciunt verò Ferratæ præcæteris, vt ſub Senas Auinio, Caldanellæ, Sanctus Caſſianus, Villa ſub Luca, de Aquis, & Caldanæ ſub Piſis, Buſſetum Viterbij, & ibi Serapidi nuncupatum balneum, Ferrugineæ in Aenaria aquæ, Aleria in Corſica, Fabarienſia ex auro balnea in Rhetijs, Plumbea in Lotharingis, quæ & carioſa oſſium vlcera ſanant, Ex Minio item inſtaurant, Albulæ aluminatæ, & his ſimiles Hortanæ aquæ in balneis nunc reſtitutis. Porretanæ luto etiam, & conſperſione vtiles, & ſimiliter S. Martini balneum ſub Cotmo ad confinia Rhetia. Lutum S. Caſſiani, Lutum M. Orthoni, Lutum ad Mellam flu. ſub Brixia, & lacus Vadimonis, aqua in Faliſcis, vbi Balneolum dicitur. Lutamentum præ cæteris ad Aquas in Monferrato ad Returbij bal. nouiter compertum ſub Ticino, ad M. Alcetum in Senenſi, & ad Grauiſcas antiquum in maritimis oppidum, & ſub Caſtro ciuitate Farneſiorum. Peſtien lutum in Vngaria, vbi & Thermæ celebres.

Luxatis, & Fracturis.

Vlcerib.

Extremorum morbis.

C[...] infl[...] bus.

EADEM ad Crurum inflationes, ac groſſiciem extenuandam: præſertim membrorum [...]mandantium, vt hepatis, aut Vteri ratione, ijſdemque, vt decet, per ebibitas balneas præparatis. Albulæ ſub Tybure valent ebibitæ, mox in balneis, vlcera etiam perſanando, manantesq. ſeu fluidas ex Gallico etiam morbo relictas papulas exiccando, & ſub Horti balnea his ſimilia, & quæ proximè diximus illutamenta. Idem promittunt in Lotharingis balnea, quanquam plumbea, priuata forſan facultate. In cæteris verò vtilis Grotta Viterbij, & in Buſſeto lauatio, ac Porretana aqua, vtroque vſu. Manuum rubori, ac infeſtis ideo fiſſuris etiam in pedibus ex Gallico affectu, vtilia ponentur Diſcuſſoria in VII. cap. 30. Ad id genus extremorum vitia probantur etiam in Balneis Marinæ, & ex ferri miſtura M. Falconis balnea in Carnis; qualis præcipuè aquæ Auinio eſt, & Villa, & huiuſmodi. Et item ad Sanctum Caſſianum illutatio, & quæ ad Vicum M. Alceti fit; & ad Returbium oppidum in Ticinenſi. Item aqua ex Gypſo cum ſuo ſmegmate, vel arte comparato ex harena, vel ſabulo, vel ſulphure. Porros verò qui & pedibus & manibus occalleſcunt, extetere per Marinæ, vel ſalitæ alicuius aquæ fomenta oportet. Ac ſpuma maris præ cæteris ad id efficax eſt, vel acres aliquæ, quales ex æruginibus, ex chalcyti, ex Soryo, vel conſimili alio præparatæ: alioqui modica in balneis efficacia eſt. Inflatis verò pedibus, qualia in œdematis dicemus, diſcuſſoria competunt, Saburratio, ac Inſolatus. Veteres, vt Dioſcorides, & ex eo Alex. Trallianus ad eiuſmodi partiū inflationes, ac dolores fotum parabat ex lapide pyrite, vel molari ignito, ac per acetum excitato vapore, quem ægri multum, ac diu ſuſciperent: nos Schoriam ferri ex facile parabilibus ſubijcimus. quo fotu, & ſuperiorum partium deriuantur affectiones, etiam Hemicrania, ſeruato tamen à fotu capite. Bronchocælas autem, ideſt deformes ſub gutture tumentias, Gibberoſi ebibita aqua ſub Baijs pollicetur proprietate,

C[...] vlce[...]

P[...] Galli[...]

Manu[um] pedu[m] ſſuris.

Porris, & callis.

Pedibus inflatis.

Broncocælis.

L repri-

Scrophulis.

reprimere, balneum ex bituminoſis aſſiduè vſurpatum; Plumbeum in Lotharingia, ex ochris vel æruginibus paratæ aquæ. Sicut Scrophulas ſubnaſcentes abolere Scrophæ balneũ item in Baianis, & digerentia, & calida alia diutiſſimè fota, vt Nitrata calentia, ac item ebibita; quales placuit Vitruuio celebrare Subeutilas aquas in Sabinia, pariterq́. fomenta ex bituminoſis, Ferreis, plumbeis, & ex braſſica paratum in Diſcuſſorijs artificialibus cap. 30.

Cutis morbis.

Maculis & Pruritui.

Macvlas autem, pruritus, vlcuſcula, ſcabies, lepras, papulas, & id genus alia per cutim vulgò manantia vitia, tùm crebræ Medicatarum purificantium ſanguineus Potiones exterminant; tùm abluunt, abolentq́ue in totum abſtergentium, & calidarum quarumcunque lotiones. In vniuerſum omnes minerales aquæ, omnes ſalſæ, ac marinæ ad omnigena cutis faciunt vitia. Habenda verò penes loca balnearum, nec non penes perſonas, ac infectionum ipſarum aliqua ratio: nam quibus commoda non eſt ad potulentas ex loci longinquitate accesſio, præparatis (vt artis eſt) in lauacra ineundum, vel etiam marinas, ſi adſint. Anniuerſariæ autem ſcabies, quæ ſolent iuuenibus primo ineunte vere irrepere; fuliginoſorum

Scabiei origo.

indicant vaporum abundantiam, qui nequeuntes per hiemis rigorem quemadmodum æſtate exhalare, vel per exercitium, vel per aſſiduas lauationes excerni: tunc ex naturæ robore excitati ſub extrema herent cuticula, in qua pruriunt, inficiuntque. Quare in principio haud ex vſu his erunt balneæ natura calidæ, quę acres vapores, maximè in iuuenta, vehementiùs poſſent incendere, & vt ſæpenumerò accidit, febres excitare. Mites ergo, ac Potulentæ, vt Ni-

Scabiei recenti.

troſæ, Aeneæ, Ferreæq. temperatæ purgantes, & quæ ſudores eliciant peridoneæ, in quarum numero Sancti Marini aquulæ per æſtatem eliguntur; Sancti Laurentij die ſcatebra eius nominis ſub Fauentia, Borra ad Sanctum Sanum in Senenſi per caniculam Borra altera M. Varchi. Succillaria ſub Baijs, Iuncariæ, & Petræ, & ſequentes aliæ in Puteolano ſalſæ permultæ, vt Mons Catinus, Nitratæ, vt in Alſatia, Grotta Viterbij, Ferinæ, Tigurinæ, Cellenſeſq. in Germania, Tungris in Gallia, & ad Aquas baln. inter Allobroges. Fieuncella Sancti Caſſiani, & ſub Horti, Treſcurianæ apud Bergomum, & Returbij in Ticini agro. Sanctus Victor ſub Fabriano, Roſſanelli ad Tolentinum, Villa Lucæ, Albulæ, & his ſimiles Porretanæ, aliæque. At ſi balnea à potionibus opus fuerint: ea vel ex eiſdem temperatis fonto, vel in marinis lauato, vel ex herbis medicatis lauacro. Verùm vbi ſeroſis admodum excrementis re-

Scabiei craſſæ.

dundare corpus conijciatur, latis papulis ſcatens, ſcabie craſſa, purulenta, & quę minus mordeat, vtilis quidem præuia earundem potatio, & balneum. Vel certè diligens in primis penes artis prudentiam præparatio, hepate nimirum exinanito per ſanguinis miſſionem, ac ſerapijs exhibitis quæ ſanguinem purificent, craſſa diſſecent, tenuentque. Ac poſtea craſſioribus ſuperfluitatibus ex pharmaco eductis, reliquiæ per balnea benè calorifica ad extimam cutim attrahendæ, vbi exiccentur, mundenturque. Inter hæc ſunt quædam adeo propria ad cutaneas papulas, vt vnica die, vel iteratis balneis viginti horarum ſpatio, eas abſtergeant in totum, ac cutim reddunt leniſſimam. Tale hic Romæ Stygianum balneum experimur calfactis aquis: quod ad viam Aureliam XXIIII. lapide extat, valde Sulphureum. Sulphuraria ſimiliter ad Puteolos; Bullicamum magis limpidum ad Viterbium. Deinde Rapolanum ſub Senis, tribus diebus, quod longiſſimum tempus eſt, exiccans, Aponus, & item Caroli IIII. balnea in Bohemia, Badenia in Heluetijs, Mattiaca ſub Maguntia, Borbonium in Gallia. Quæ balnea ſequuntur Petriolum, Sancti Philippi balneum mitius, Roſellæ, baln. Regis in maritimis, ad Grauiſcas, ad Caſtrum, ad Sarteanum, Sancta Maria in balneo, Aſculum; & ex miſturis cum ferro adſtringens Maceretum, Caldagna Sancti Caſſiani, de Aquis, & Regina Piſarum, Villa Lucæ, Caldarianum Veronæ, Lucullianum ad Neapolim, in Aenaria complures aquæ in Corſica, in Sicilia, in Hiſpania Ferratæ. Et item Corſenum ex alumine & ferro, Leucenſe ex ære in Valeſijs, Plumbeæ in Lotharingia, Aureæ ad Fabarim, conſimiles multæ. Quo in cenſu habentur alia, quàm commoda balnea, in quibus vbi præ nimia copia, ac agitatione balnei euocatus ad ſuperficiem ſanguis, aliqua euacuatione egeret: corniculis per certas corporis partes applicatis ac inciſis (vt in Stuphis artis eſt) expurgari poterit. Dummodo tamen id arbitrio ignari Cornicularij, non ſit committendum, qui ſanguinem quandoq; per ſua cornicula exhauriunt vſque ad animã.

Elephantiaſi, & lepra.

Elephantiaſi autem, & quam dicunt lepram, nec minus omni intemperatæ, ac veteri ſcabiei, fortiora in cunctis conueniunt balnea ex his, quæ diximus. Et Atramentoſa, & Bituminoſa, vt Culmia, & Petrolei balneum, quæ olim erant ad Baias, Montis Alti dictum ſub Peruſia, Lacunæ Volaterranæ, Auernus in Campania. omnes terræ minerales, ſulphuroſæ præſertim, quales in lotationibus commemorantur multæ. Callirhoe fons, & Iordanis fluuius in Palæſtina, quem ſæpenumero lepram ſanaſſe diuina virtute ſacræ literæ atteſtantur, & infra Aſphalti lacus aquæ valde abſterſoriæ. Elephantiaſi, ſcribit Paulus Aegineta, vſus aquarum

natu-

naturalium ceù maxime neceſſarius adhiberi debet, præſertim Aluminoſarum, & quæ ferrum ſapiunt. Confert inquit & ipſarum potio, tùm marinæ harenæ vſus, & quæcunq; tandem ſudationibus ciendis efficaciam habent vaporaria, ac diſcuſſoria in v i i. Reges Aegyptij, teſte Plinio; &, vt aiunt, Conſtantinus Magnus, vtebatur ad lepram balneo ex humano ſanguine, de quo v i i. dicetur, cap. 34. in quo tamen remedij genere non video rationem perſpicuam. Papulis autem, ac Variolis ex alto ad cutim educendis, omnia, quæ diximus calorifica, attrahentia, ac ſudorem cientia, conferunt, vt explicatiore ſermone dicetur in v i i. cap. 23.

Papulis, ac Variolis.

Decorationi.

QVAE verò non ſolùm ad cutim, verum etiam ad vniuerſi corporis elegantiam attinent, plurima ex parte de ritibus Vrbanis in v i i. petenda erunt, ac aliqua ex naturalibus balneis. Futfuraginem, omnemque cutis ariditatem abolent abſtergentes, vt nitratæ, ſalſæque, ac ex his Solia, ac vi mollitoria bituminoſæ, & lactis balneum pro faſtoſis mulieribus. Eadem, & in potibus ad omnes faciei maculas, vitiligines, Alphos, Volaticam, impetiginem, morpheam, variolas, maximè ſi inter lauationes priuatas, alia adhibeantur localia, quæ nunc noſtrum propoſitum excedunt. Ad infantium exanthemata, ſeu puerilia vlcera, quibus plurimum infantium capita ſcatere ſolent, vbi decreuerint, monet Paulus, ea nitro leniter abſtergere. Quo nomine nos nitroſas adhibebimus lotiones, & quæ peculiari virtute ad hoc probantur Aquæ caſtelli & Fraticelli dictæ ad Sanctum Caſſianum, & temperatum valde balneum ad aquas in Piſano, Sancti Ioannis item in Lucenſi, vel conſimiles aliæ temperato calore, ſaltem adhibitæ, quæ & ptunigine illis emendant. alioqui pueri, præſertim infantes valenter calidas, aut valde adſtringentes non tolerant. Ad nitorem porrò, & candorem carnium, antiquæ mulieres nobiles vtebantur diapaſmate puluere preciosiſſimo; vel etiam lactis balneo, vt teſtis eſt Plinius. Vel nitro, vel aphronitro, deterſo in balneis. Quibus noſtræ mulieres carentes, farina fabacea in balneo vti poterunt, auctore Galeno, & Dioſcoride. præſertim ad ventris, ac cutis rugas delendas, vt docebitur lib. 7. cap. 16. & ad omnes maculas. Vbi varia deſcribentur Deterſoria, & eorundem, & Saponis vſus, nec non de capitis lauacro, & lixiuij modo cap. 31. Tyberinæ aquæ dealbant manus, aliæ rudes faciunt. Nili verò aquæ mulieres reddunt fecundiſſimas. Vtile quoque deterſorium apud noſtrates mulieres eſt oleum de Tartaro, quo ſe leuiter detergant. Vel ſtillatitia aliqua ex his aqua, ex immaturis pineorum conis, vel fabarum recentium, vel radicum Ari, vel limonum, vel ſola Tyberina aqua. Pilos abolent radicitus aquarum fortium lauacra. ſunt autem duo genera, alterum quidem eſt aquarum ſummo gradu feruidarum, vnde bullientes etiam arte aquæ depilant. Alterum verò eſt ab acri miſturæ qualitate, quæ non etiam feruentes depilant, atque excoriant, niſi attemperentur: qualis ex auripigmento fons Suſis in Perſia, vel qualis ex atramento in Volaterrano; vel ſi aliæ non habentur, valde ſalſæ, nec minus acres nitratæ, ſi ſyncerę ſint, vel ex Sublimato, vel ex calce parata aqua, & quæ inter lauationes Thermarum dicentur Pſylothra. Pili ne renaſcantur deterſorium probatur in balneis ex farina fabacea lib. 7. Eadem acria ad lendines necandas, & item ad pediculos, pudendorumque blattas exterminandas. Alopeciam contrà, hoc eſt quando capilli, & pili vndecunque defluunt, cohibent ex ſtypticis, ac adſtringentibus lauacra, vt ex ferro Caldarianæ ſub Verona, Plagæ Romanæ nuncupata in Aenaria, aqua maris, & Aluminatæ. In Tinea porrò emundanda, capitis erroneis vlcuſculis ſanandis, fauis, & meliceridis, & ſperginoſa ophiaſi nihil melius aqua maris, & quæ attrahant, firment, ac abſtergant, vt Aluminatæ, Plumbeæ, Ferreæ. Cæterùm refrictiones non ſolùm capitis, ſed etiam totiùs corporis, vt quùm per niuem diu contigit iter peragere, refouent calida, ac temperata, tùm priuata, tùm naturalia quædam, vt Aquiſgrani Thermæ, ac ſimiles, Inſolatus, Diſcuſſoria artificialia, in herbis medicatis decubitus, & ad omnes laſſitudines eadem, & quæ in Thermis vrbanis inſtituentur. E diuerſo exuſtos ſub Sole recreant, lauatio in Frigida, & Hydrelæum tepens, iuxtà inſtituta, quæ in v i i. dabimus, & ex Nitro naturales. Impingnare promittũt Tigurinæ ebibitæ in Heluetijs aquę, & itẽ Villa Lucę, Regina Piſarũ, Tritolæ, & iuncariæ, & Fontanalis dicta in Puteolano, quã lac quoq; multiplicare, aſſerunt, cùm id tamen naturæ opus ſit. Nam lac exiccare, artis quoque eſt, vt cùm mammillas infantarijs copiam lactis non ſuſtinentes marina aqua aſſiduè fouemus, vel ex Grotta ſumptis, vel ex Plumbeis in Lotharingis, hiſque ſimilibus extenuantibus. Extenuant autem diſcuſſoriæ omnes, quæ ſcilicet impensè calidæ ſunt, ſiccæ, ac Sulphuroſæ, bituminoſæ, & ex atramento aquæ in balneis, quas ad emacrendos nimium pingues vſurpare licebit, Galeni quoque auctoritate 14. Methodi cap. 15. Vbi de obeſis curandis, poſt multa remedia, ac balnearum etiam priuatarum vſum, quem nos libro 7. cap. 30. proſequemur;

Furfuraginem. Cutis ariditati, & candori. Faciei maculis. Infantiũ lactimina. Vitiligini. Volaticę. Impetigini. Variolis. 1. Alimẽfac.

Pilis euellendis. Lẽdinib. Pediculis Blattis. Alopecię Tineæ. Fauis, & meliceridis. Cap. vlcuſculis. Ophiaſi. Refrictionibus. Laſſitudinibus. Sole exuſtis.

Impinguantia. Lac gignere, exiccare. Extenuãtia. Obeſis ex Gal.

ſubdit. Magis verò ad rem pertinebit, ſi aquę ipſi digerenda facultas inſit: ac ſiquidem talem aliquam ſponte natam habemus, ipſa vtemur. Cuiuſmodi in Lesbo viſitur, à Mytilene ſtadijs quadraginta; ſin minus ipſi ſimilem aquam moliemur, vtpote quæ ex ſalis miſtura exiccare valeat. Præſtabit verò ſiquis præpingues ipſos cogat in ea aqua celerrime natare: nec poſt largam lauationem protinus eſſe, bibereve cōuenit, ſed ſomno interpoſito, aut omnino ſaltem quiete. Immo neq; ſi febris ſuperuenerit, alienum videri debet ad rem propoſitam. Hæc ibi Galenus, cujus inſtituto permulteæ quadrant balneæ ex his, quæ dictæ ſunt, & in potibus conferunt aliquæ, vt Aquæ Anticoli in Campania, quæ cum mediocri ſiccandi facultate præditæ ſint, tractu temporis, ſi bibantur, prohibent obeſos fieri, planeq. extenuant, & aliæ conſimiles.

Atrophiæ, & extenuatis membris.

At in Atrophia, quæ contraria eſt obeſitati affectio, quando ſcilicet membrum aliquod ex defectu ab ipſam partem nutrimenti non nutritur, ſed gracilior altera apparet; idonea pariter ſunt balnea calida. Quæ tamen haud admodum calida, neq: ſicca, aut reſolutiua eſſe oportet, ſed quæ mediocri qualitate prædita, vim habeant duntaxat attrahendi nutrimentum, quod deficit, ad partem ipſam gracilem, quo nomine Galenus in VI. de San. tuenda dulcium, & temperatarum aquarum balnea inſtituit, neq; eſſe ſudandum.

Gracilibus.

Vtilia his, & à cibo balnea & ex naturalibus, quæ dulcium, & calidarum æmulantur temperiem, quales paulo ante meminimus pueris idoneas, & quæ ad atrophuntas reformandos vtiliter comparantur. Quo in genere plures recenſentur libro 4. primo, aut circiter primum gradum calidæ aquæ, Baianæ, Aquiſgrani, Aqua Sancta nuncupata ad Sanctum Philippum in Hetruria, de aquis in Piſano, & Sancti Iōhannis in Lucenſi, quæ omnes, ac ſimiles in ſuis hiſtorijs, vix accedunt ad humanæ naturæ temperamentum.

Viſui acuēdo. Ebrietati Veneri. Impotentiæ. Sterilitati.

Porrò viſum inſtaurant etiam ſenibus, & ſanis Aeneæ aquæ, vt Viterbienſis aqua tàm nobilis, Ferinæ item, & Tigurinæ epotæ, & ex Minio in Hiſpania peculiari proprietate. Ebrios ſomno ſepultos exuſcitat frigidæ vſus in conſperſionibus, nec minus acidæ in potibus, & quæ à crapula vendicant lanationes in Thermis. Porrò Venerem incitare traditur Tritolæ, & Iuncariæ aqua bibita ad Puteolos, & Fontanalis Aenariæ, quæ & viros impotentes iuuare poſſunt, eoque nomine ſterilitatis ex eis cauſſam amouere. Ad idem aqua Viterbij valet ebibita, Caldanellæ Senarum; aliæque ſimiles, quæ renes mundando, ac roborando vim quoque prolificam reſtituunt.

Caſtimoniæ. Voci inſtaurādę.

Turgidam autem Venerem cohibent rigentes Albulæ in Latio, & in Lothoringia Plumbeæ, & ex auro Fabarienſes. Vocem clarificant, quomodo ad Fauces præcepta dedimus, aperientes, ac tenuis naturæ epotæ balneæ, vt eædem Nitratæ, Tritolæ, & Iuncariæ, & Aſtruni aquæ ſub Puteolis, Petrolei olim fons ad Baias de natura bituminis, Grotta, & Tigurum, ac ſimiles ex ære, Ficuncella, Porretanæ, & Carpi ex ferro, ac alumine, & nitro; & ex Sandaracha aquæ, qualis qui Zame fons in Aphrica. Balneis verò vtendum his ex dulcibus aquis frequenter, ac cibos comedent, qui eroſionis ſint expertes, ac laxent.

VII. ſecundum loca. Sopori noxio. Innoxio ſōno, & vigiliæ.

Cauenda autem his qui vocis affectiones patiuntur balnea, quæ nimis exiccant, vt infra ex Galeno docebimus VII. ſecundum local. med. Soporem verò, noxium quidem omnes naturales, ac vaporoſæ aquæ inducunt, cui periculo ſuccurrere in fine harum methodum docebimus. Innoxium vero ſomnum, ac multam vigiliam perpeſſis inducunt Fontanalis prædicta, & conſimiles, quæ ex bituminis natura caput implent, & ex accidenti frigidæ conſperſio, qualem præſcripſimus.

Tumoribus.

PORRO' variæ, quæ in ſumma carne oboriri ſolent, ex adfluxu alicunde extumeſcentiæ, abſceſſusque, aut diſſipari volunt, cuius apprimè virtutis ſunt balnea quæcunq; naturalia, aut ad ſuppurationem perduci, quorum per ſpecies hæc breuiter ratio eſt.

Abſceſſibus. Oedemati.

Oedema quidem, quod ex frigido conſtat, & contumaci adfluxu, per exiccantia, & calorifica plerunque diſcutitur, quorum multa diximus, & peculiaria Aponum, Aſculum, Sanctæ Mariæ in balneo, Buſſetum Viterbij, Auinionem, Caldanellam, de Aquis Piſarum, Corſenum, ac Viliam, Borbonium, Badenias in Auſtria, Bathonias in Anglia, in Hiſpania, in Sicilia.

Abſceſſibus pituitoſis internis.

Laudat Arnaldus de Villanoua ad abſceſſus huiuſmodi pituitoſos, & internos aluminatarum aquarum potum cum vino, quæ nimirum acidulo ſapore ſunt. Nam & externos, inquit, egregiè diminuunt, ac diſcutiunt, etiam ſulphuratæ. Quas item ex alto in locum tumidum recipere confert, vel in ſudationibus, vel in illutamentis: facit & inſolatus, & arena in balneis Iſchiæ, & in herbis medicatis decubitus.

Heriſipelati. Inflāmationi.

eryſipelas autem ex ſubtili bilis influxu, haud tutò per calorifica adhibita diſcutitur, ac minus inflammatio, quæ ſanguinis eſt. Satius igitur hæc per tenuiū, ac leniter digerentes ebibitas digerere, quales nitratæ, æneæ, Ficuncella, Porretanæ, Albulæ, Grotta, ac ſimiles præmiſſa (vt artis eſt) tùm vniuerſali vacuatione, miſſo ſanguine; tùm particulari ex medicamēto proprio. Vel molli duntaxat fotu loca ipſa Eriſipelatis lenire ſat erit, malua, vel lactuca, oxalida, vel ſolano, & Chamæmelo in aqua incoctis,

San-

Digitized by Google

Sanguini autem adhuc in inflammationem confluenti aſtringentia in artificialibus commodant, Emollientla quoque, & ex rubrica Synopide aqua. Terræ item genera illutata, quæ & Ambuſtis medentur libro 11. Vbi autem Abſceſſus abrumpi deſiderat, facit aqua calida temperata ad maturandum diutiſſimè conſperſa, vel per ſpongias fotu adhibito, nec non in antiquis Gymnaſiorum ſordes, ac Cæromota in illutamentis relata. Adde his quæ ad artuum, & extremorum vitia dicta ſunt, & quæ iam factis vlceribus mox conuenientia dicemus.

Ambuſtis.

Maturationi.

Vlceribus.

OMNIA vlcera ſanare valent medicatæ aquæ competenter adhibitæ. Vſus autem frequentior in inueteratis, malignisque eſt, in quibus vbi tentata vndecunq; remedia non profuerint, tanquam ad ſacras balnearum appellationes recurritur. In eligendis ergo ad vlcera balneis, vnum in primis valde neceſſarium animaduertendum eſt, particulæ exulceratæ imbecillitas; quæ viribus corruptis, vel ſopitis, nec idoneum ſibi appropriat nutrimentum, nec influens aliunde malum valet reijcere, nec receptum corrigere, vnde varijs ipſam abundare excrementis neceſſe eſt. Et alterum, membri alicuius mandantis intemperies, ac in expultrice ipſius robur, qua ſemper purgamenta ad imbecilliora detrudit. Ex mandantibus ſubinde, aut cerebrum imputari ſolet, aut hepar, aut tertium vterus, & quæ his ſubminiſtrant conſequenter, quæ oportet principaliter antè balnei ad vlcus miniſteria medicari. In fluidis vlceribus, perrarò non catarrhus aliquis à capite deſtillat, vijs præſertim ad illam partem manifeſtis, quem primò per ea, quæ peculiaria ad catarrhum in capitis affectibus docuimus, oportet diſcutere, ſeu priuatæ ſint medelæ, ſeu potiùs ex aquis medicatis potiones, nitratis nimirùm, ſalſugineis, æneis, ferreis, purgantibusque, ſeu diſcuſſiones ducciæ vſu ad fluxionis principia in bregmate, aut nuca, ex ſulphureis temperatis, bituminoſis, nec admodum adſtringentibus. Ita enim antecedenti ſubmota cauſſa, facilè vlcus ad ſanitatem per localia balnea perducitur: quæ abſtergentia ſunto, mediocriter calida, & ſicca; vt Ferratæ quædam, Buſſetum Viterbij, Villa Lucæ, Caldagna Sancti Caſſiani, Albulæ, & Labanæ ex alumine, Porretanæ, Corſenum ex alumine & ferro, atramentoſæ in Volaterano, Brigenſes in Valeſijs, aliæque innumeræ conſimiles, & marina aqua per æſtatem efficax. Inueteratorum autem vlcerum, eadem balnearum, ac præſidij cuiuſcunq; ratio eſſe debet: niſi quia in his non tàm timendus aliunde influxus eſt; quàm quod ex habitu, quem fecit iamdudum illi particulæ intemperantia, vnde aut cacoëthica fieri aſſolent vlcera, aut ſerpiginoſa, aut putrida, aut contumacia, & dura, aut ſinuoſa, aut fiſtuloſa, aut multifariam maligna; longiorem deſiderant curam, ac nulla cura eſt neque breuior, neque certior, quàm quæ à balneis ſumitur, niſi tota forma malæ qualitatis incurabile vlcus ſit. Ea ergo intemperies, aut in totum occupauerit particulę naturam, quemadmodùm in Scirrho, cui nulla tunc medicatio proficua eſt, aut veneni ſpeciem gerit, vt in Cancro, cui opus eſt primo virus interficere, quod vt nullis alijs remedijs, ita in balneis difficile fit; quanquam eam curam plumbeæ à proprietate, & quædam aliæ fortes promittant. Cantarelli in Puteolanis bal. & efficacius Vlmitellæ in Aenaria, inuentum eſt carcinomata, & id genus ſæua vlcera percurare. Aut deniq; quædam mala qualitas inculpatur, vt immoderata vel caliditas, vel frigiditas, vel humiditas, vel ſiccitas, vel complicata ex his pluribus; tumque Galeno teſte, per vnicuique contraria curandum. Calidæ oportet per frigida mederi, vt ex nitratis aquæ ebibitæ, nec non Ficuncella Sancti Caſſiani, Grotta Viterbij, Tigurinæ in Heluetijs, omnes anteà ad calidas generatim intemperantias adductæ. Frigidæ verò per diſcuſſoria balnea, & tàm actu calida, vt ſulphurata, bituminoſa, nec non ferro, aut alumine participantia; quàm quæ virtute acria, vt ex atramentis, ex ære, ex chalcytide, myſio, ſoryo, plumbo, ac ſimilibus. Vlcera verò ſiccam & ſqualidam habentia carnem, per frigidam aquam irrorari ex Galeno in 11. docuimus, nec minus vtilem trademus ex tepenti aqua ablutionem in VII. bituminoſa valent in naturalibus balnea, ac Cellenſia in Heluetijs. Humidis autem faciunt eadem, quæ paulò ante ad fluida vlcera dedimus, & ad hæc Aponi balneum ad inueterata proficit, varia millurarum facultate: Embs item in Germania, & Empſenſes aliæ ſub Dioceſi Treuerenſi, aliæ in Alſaria, Fabarienſes in Rhetia, ex Gypſo aquæ, & ex atramento in Volaterano lacunæ. Porrò in Herpete, vbi ſcilicet vlcus ſerpiginoſum efficitur, erodens, ac ſæpe putridum; compoſita conijcitur qualitatum malignitas, calida, acris, ſalſa, pruriginoſa, quod potiones medicatas, quales in calidis alijs, & catarrhalibus diximus deſiderat. Foris verò ex acribus, ac erodentibus balnea, ferrea, ænea, plumbea, attramentata. Cancrenæ eadem, & Aponus, & Ferinæ aquæ in Germania, & in Dacia Virides ad montem Carpathum, & in Cypro Inſula æneæ aquæ omnium valentiſſimæ. Adde ex æris virtute, in Chalcyde aquas, & his ſimiles Hallopias in Achaia. Eandem effica-

Membrorum debilitas.

Vlcerib. fluidis, & catarrhalibus.

Inueteratis, & malignis.

Scirrho, & cácro.

Calidæ intemperiei.

Frigidæ.

Siccæ.

Humidæ.

Herpeti.

Cãcrenę.

Malignis, & Antiquis Vlceribus.

ciam probant in balneis Sancti Georgij ad Sanctum Caſſianum, etiam ſi ex vulnere occalluerunt vlcera. & ibidem Sanctæ Mariæ balnea, alterum de Buxo, fiſtulas etiam exterens. Cantarelli item baln. in Puteolanis laudatiſſimum, & Aureæ naturæ nouiter repertum in Aenaria. Tungri aquæ ſimiliter aureæ à proprietate. & flumina in Peru cinerea, plumbiq. naturæ balnea. Nec ſecus in ſinuoſo vlcere compoſita ſordities, fluida, virulenta, ſalſa, ac erodens, quam oportet per exſiccantia, ac modicè calida extergere; quales metallicæ prædictæ, ac acres, vt plurimum aquæ, ex plumbo maximè, ære, atramento, ac minio. Faciunt eadem ad Fiſtulas, quod eſt, vbi cauitas vlceris obducta ex ore in penitiores anfractus cuticula, fiſtulæ inſtar (vnde illi eſt nomen etiam Græcis) perpetuò hiat, emanatque. Difficilis quidem quocunq; modo curationis: difficillimæ verò vbi fiſtula in altū penetrat, qualis ex inteſtinis ſæpenumero fit ad ani muſculos. Cui nec cōmodè, nec tutò poſſunt quæcunq; medicamenta adhiberi. Facerent tamen vtcunq; exſiccantes ebibitæ, abſterſoriæ facultatis; vt Ferratæ, nec admodum calidæ, vt Ficuncellæ aqua, ac ſimiles. Nos Albulas multis miniſtrauimus in potu, ac balneis cum certiſſimo ſucceſſu. Alijs montis Catini aquæ facerent, & omnes ſalſæ, vel iniectæ quantum fieri poſſet acres, & quę potentia cuticulam ipſam fiſtulæ exterererent; quales ſunt ex æris, chalcytidis, cæruleiq. excrementi dilutæ aquæ, vt in Cypro iam dictæ, & ex plumbo, & ex auripigmento, qualis ad Suſas fons in Perſia. Vel ſi nō adſint, ex calce idoneæ, ac cinere, & atramentoſæ in Volaterrano. Intertrigines coxarum, & alijs locis omnes modicè exſiccantes ſanant. Porrò generibus vlcerum, quæ peſtifera ſunt, & acris inſtar veneni afficiunt, inimica balnea putare oportet, quæ præſertim impendio calida, & acria, qualia dicta ſunt canceroſa. Et cùm his vlcerum, quæ ceù ſæua peſtis in morbo gallico exæſtuant, & ferè tota forma malæ qualitatis ſunt inimica, nempè quæ aut ferro, aut igne vix curare tentandum. Et quales ad fiſſuras manuum, ac pedum ex eo morbo Suffumigium potens ex Cinnabari inſtituemus lib. 7. cap. 30. At quæ variè ſæuiunt vlcera in pudendis, in inguinibus, in tibijs, in capite, & quę cariem ſæpè inducunt in intimam caluariam, horum, vt priuata ratio eſt tanti morbi in ſuis cauſſis, ita priuata quoq; ratio in balneis eſſe debet, atq; hæc præcipua eſt, quia fumi minerales tùm naturæ aduerſantur humanæ, tùm digeſtiuam potiſſimum facultatem deprauant in eiuſmodi vlceribus, exacerbantq. in eis prauam intemperiem, quæ multiſariam poſtea lædit, ac rectam impedit curationem.

Sinui. — Fiſtulæ. — Ani fiſtulæ. — Vlcerib. peſtiferis — Vlcerib. alue gallica. — Fiſſuris manuum & pedū.

Vulneribus.

VVLNERIBVS autem recentibus perrarò à balneis remedia quærere contingit, quæ tamen vbi non adeò facilis eſt alterius auxilij copia, in totum perſanār, ſi condecenter tractentur, mundando, extergendo, fluxionem probibendo, ſiccando, vniendo, ſolidando. Tale perhibetur in certis caſibus M. Alceti balneum cum luto in Senen. Nam certior in inueteratis cura per balneum fit, vt quæ in vlceribus prodita habentur, Ficuncella, Sancti Caſſiani alia, Porretanæ, Albulæ, Ferratæ, Auratæ, & Plumbeæ, quæ & cicatricem abolent. Quippe niſi vulnus in neruoſis illatum ſit, recentibus incommoda eſt calida quæcunq; aqua, ad fluxum concitandi periculo: ſicuti è diuerſo vinum, & maximè rubrum, adſtringenſq. commodiſſimum perhibetur. Vulneratis autem, aut punctis neruis, in ſolium temperatarum deſcendere, vel in ſalſas prodeſt, & item in oleum, vel in Hydræleum: nempè quæ conuulſioni opponuntur. Armis verò infixis, & qui relinqui ſolent ex arcbibuſijs, baliſtiſq. globulis in vulnere, conferunt ad extrahendum occulta à magnete proprietate quædam balnea. Quorum præcipua erant olim ad Baias, Solis, & Lunæ, Imperatoris, atq; Epiſcopi cognomento dicta. Sanctus Georgius ad Sanctum Caſſianum oppidum, cum illutamento ad hunc vſum.

Inueteratis. — Recentib. — Neruorū — Infixis globulis, & ſagittis.

Venenis.

PVNCTVRIS autem venenoſorum animalium aquæ marinæ ſolium tepidum probatur. Sudationum item ritus, in hypocauſtis, pyriaterijs, ac dolijs, qualem ex Aëtio inſtituemus lib. 7. ad Ranæ, & Rubetæ virus excutiendum, Scorpionum, Canis rabidi. Meminit Pauſanias in Arcadicis, apud Cyrenetenſes populos, fontem eſſe medicatarum aquarum, qui à proprietate, quam habet ad morſum rabidi Canis, Alyſſon vocatur. Eſt enim λύσσα rabies. Galenus ex Aſclepiade in 11. de Antido. ad aquas iam timere incipientes, mirabilem teſtatur aquæ potum in qua fabri ferrum extinguunt. Succis verò ebibitis, Mandragoræ, Cicutæ, Sardoniæ herbæ, opio, cantharidibus, hyrdinibus hauſtis, & medicamentis deleterijs, per lauationes in dulcibus ſuccurrimus in VII. cap. 22. Sicut & fungis deuoratis vomitum ciendo conferunt atramentoſæ aquæ. nam quæ primaria ratione contra venena operentur balnea, vix vlla equidem inueniri crediderim. Porrò tamen ex prędicta Aſclepiadis

Morſibus — Ebibitis. — Fungis.

pladis auctoritate, videtur ſpecialiter ferrum aliquam habere contra venena, & ad morſus canis rabidi proprietatem. nam ad Tungri aquas, quas hodie ad Leodium inter ferreas, & aureas recenſuimus, venenatis aduerſari aſſeuerant; quia ſerpentes, ſi iniiciantur enecant, & tamen ſi tunc bibantur, innoxiæ canibus. Ad idem, & ad Viperæ morſum, probant Amatus Luſitanus in Centurijs, & Fallopius in libro de Tumo. præter na. inuentas nouiter frigidiſſimas ſub Nucerio Vmbrie oppido, nulla expreſſa mineræ natura. quare ſi id à qualitate frigida operentur, ſic omnes frigidæ eſſent tales, & conſtipantes forſan vim veneni, ne penetret altius. Vel ſi à virtute occulta, ſtandum erit experientiæ, vel ad animi affectus hinc erit referendum.

Hydrophobiæ.

Animi affectibus.

ANIMI verò affectus ſiqua balnei operatio attingat, ea eſt, quæ caput exonerat, itaque virtutes animales promptas, ac magis expeditas reddit ad omnes actiones. Ita ſimplicia aquæ calidæ balneum, & pedum ſimpliciter, & capitis lauacrum, tùm diſcutiendo à capite vapores, tùm reuellendo, animum iuuare poterunt. quod in VI. oſtendetur. Cæterùm nulla eſt inter naturales aqua, quæ à proprietate ipſos animi affectus reſpiciat, aut iuuet. Niſi quas in fabulis forſan prodidere, Amore detentos liberare Selennium Achaiæ fluuium, & item in Cyzico fontem Cupidinis vocatum, & in Sardinia fontes ex auro, quos tradidit Solinus, contra faſcinum, & maleficia. Succellaria in Baiano aqua ad eadem, & mentem aperire traditur. ſicut item Tripergula hic olim balnea, Grotta Viterbij, Tigurinæ aquæ in Heluetijs ex auro, quæ nimirum in auxilijs animi, ſecundarijs operari virtutibus perhibentur. Verè autem equidem, aut hæc in ſuperſtitionem reijcienda eſſe exiſtimo; aut ſiquam animus vtilitatem ex id genus balneis ſentit, eæ ſunt non animi ſimpliciter, ſed coniuncti paſſiones, quæ nimirum iuuantur pro communicantia, quam habent facultates ipſæ animæ cum corpore. Porrò tamen in arcanis ratio eſt, quàm ob rem à canis rabidi morſu, ac aquæ formidine liberent Marinæ aquæ. Vel, ſi non adſint marinæ, in frigido fonte natatio, vel in fluuio. Qua in re nulla videtur medica ratio: Non ratio à contrario, quia non tam calida, aut ſicca perhibetur hæc affectio morſus, quam venenoſa conſtat. Vel ſi idcirco iuuari aqua dicatur, perinde quæ humida eſt, & frigida; cur efficaciùs marina ipſa iuuatur, quæ minus eſt humida, quàm lauacro dulci? Non ratione alteratiua, non vacuatoria; nam vel ſolo marinæ aſpectu ſe tueri quoſdam aſſerunt, ne in pernicioſam illam aquæ formidinem præcipitent. Sedulo ergo fatebimur humani ingenij coniecturam non pertingere in certas rerum proprietates, quæ ſunt occultæ, ac multæ in aquis. Nec mirum, morbi quoque (vt teſtatur Hippo. ſeu quiuis auctor de Morbo ſacro) quiddam videntur habere diuini, & diuina pariter quædam eſſe remedia cenſendum eſt, quod in VI. huius operis libro, Deo dante, demonſtrabitur. Herculem filium quartimum commorſum hoc Anno M. D. LXX, à cane rabido tribus vulneribus in ſiniſtra manu, hoc ordine, diuino implorato præſidio perſanaui. Expreſſi ſtatim manibus icorem, Theriaca cum pilis eiuſdem canis adhibitis. Mox ad quatuor horas veritus veneni reliquias, defenſiuis impoſitis, candenti ferro inuſſi vulnera. Dedi antidota, & celebres in hoc Quintas eſſentias aliquas. Antè ſeptimam ad mare deduxi. adnauigaui aliquo ſpatio, vt lato maris potiretur aſpectu. merſi tandem totum tribus vicibus ſub marinas vndas, ac ſeruato quadraginta dierum termino, vota Deo perſoluimus, ac ſanatus eſt.

Amore liberare.

Maleficijs.

Menti.

Rabioſis, & aquam timentib. mira cauſa.

Morbi quidam habent diuini.

Ad delicias, ac communia medicinæ inſtituta.

DEMVM ad delicias. Nullis in rebus homines videntur inueniſſe maiores proprietates, quàm in aquis: non ſolum ad rem medicam vtiles, ſed in omni etiam natura admirandas. Vnde varia ſemper in eis habita ſunt indicia, ac pulchræ interpretationes. quarum nos libro VI. proſequemur aliquas magis neceſſarias. Nam vulgares multas in ſuperſtitionem adduxere, ac multas in fabulis, poëtæ in figuris interpretati ſunt. Et cùm ſapientes communiter à cœlo venientes aquas contemplati ſint, ac balneas dixerint ſacras; Theologi eis conſentientes diuinas in aquis prærogatiuas, & nos in miraculis multa relinquenda concludemus. Rectè ergò nationes omnes non modò ſalubres, ſed voluptuoſas etiam omni naturæ, atq; hominibus habuere aquas, ac ad delicias maiora illa imperia, ac Romana maieſtas inſtituerunt Thermas, in quibus omnes corporis languores, ac animi etiam tollerentur affectiones. Quare in prima illa medicinæ claritate, ægritudinum quarumcunq; animi curandarum remedia pluri ex parte legimus fuiſſe ad balneas delegata. non eo quidem, quia ipſa lauatio oblectaret propriè animum, vt multi hactenus medici iubent lauari, ac inſciè ſcripſere aliqui. Verùm quia, ſi præter balnearum ſalubritatem, ac munditiam, computentur faſtus, ſpectacula, voluptates, laxiſſima planè animi, & corporis oblectamenta, quibus in Thermis

Communes aquarum interpretationes.

Thermæ delicioſæ.

bonam

bonam diei partem antiqui illi degebant: nimirùm videbitur ea fuiſſe inſtituta vitæ hominibus illorum temporum fœliciſſimæ, ac plena deliciarum, non ſolùm cuique obliterandæ perturbationi aptiſſima. Et animi tranquillitas, cùm ſit altera vitæ nutrix, incomparabilem habet virtutem ad omnem morbi curationem.

Quibus in caſibus à balneis naturalibus cauendum ſit.
Cap. IIII.

HÆC igitur methodus eſt medendi ſingulas ægritudines in balneis; Quocirca planè colligere poſſumus ſummam balnearum in eo communi præcepto conſiſtere, quod in principio libri huius ſtatuimus, vt balneum ex ratione miniſtretur. Siquidem vidimus, quòd quibus conueniunt, haud abſolutè conueniunt, neque vſus eorum omni ægritudinis tempori, aut gradui, aut ætati, aut anni tempeſtatibus indifferens eſt; ſed cuiq; pro ratione. In totum nemini conuenire probauimus, niſi legitimè præpararis.

Lib.2.c.8

Atque his præterea diligenti quadam menſura æſtimandum eſſe, quid balneum iuuare, quid nocere poſſit: nec ignorare quantum valeat demoliri ſanitatis, ac vitæ refectio nimia, & vehementia caloris, vel ſi ſupra temperamenti tolerantiam adhibeatur.

Vulgaris temeritas in balneis

Quæ nec iterùm ſuppoſuiſſe hic ſatis eſt, adeò enim video procliues hoc tempore homines ad balnea, adeoq. temerè ſeſe illis committere; vt nulla ſit tam grauis, tamq. ſæua ægritudo, quam non præſumant ſine omni Medici conſilio, per illa ſanare; ſeu ita vulgo perſuaſi ſint, ſeu parcant impenſæ, ſeu pro delicijs, ſeu pro commoditate remedij.

Regula cauendi communiter à periculis balnearum.

Cui nunc communi abuſui nos conſulere cupientes, conſequens eſt, imò cuicunque neceſſarium arbitramur oſtendere, quibus in caſibus ſpecialiter balnea naturalia, contraria, & inutilia reputanda ſint. Semper ergò quodcunque balnei negocium ſuſcipiatur, illud ad tres præcipuas intentiones conformandum eſt: Ad affectum, cuius gratia primò de balneis deliberatur: ad balnei gradum, ac têperiem in ſuis proprietatibus: & tertiò ad reliquas corporis diſpoſitiones, quas ſi idem balneum non iuuet, certè non offendat. Ex his quæ penes balnei efficaciam præcauenda ſint, ſatis tùm communes, tùm particulares præſcripta electiones indicare potuerunt. De reliquis ergò duabus conditionibus, ſcilicet à naturalibus diſpoſitionibus, & à præternaturalibus affectibus, ita communiter cenſendum eſt.

A naturarum differentiis.
Pueris balnea incômoda.

A naturarum differentijs: Minerales aquas pueris omnino incommodas reputare oportet: hę namque omnes validum illius ætatis calorem poſſunt incendere, ac exiccare, & propterea naturalem quoque augumentationem impedire, ſi non alia timerentur nocumenta.

Mulierib.

Horum conditionem mulierum naturæ ſequuntur; hæ enim & carnes habent, quæ facilè diſſoluuntur, cum hac tamen diſtinctione, quòd minus hæ incenduntur, cùm ſint perexigui in humido caloris. Exſiccantur tamen præ naturali carnium mollitie nimis, vnde rudes puellis Aponi balneas Martialis ſubnotauit, ob nimiam ſcilicet balnei acritatem. Prohibendum verò his in totum balneum eſt, vbi timor ſit, ne vſu ipſo balnei conſuetæ ſupprimantur vacuationes; ſiue primò id poſſit balneum, ſiue ex accidenti: quæ noxa vim quoque in poſterum concipiendi ſubtrahi ſolet.

Senibus.

Parcè verò ſenibus concedendum eſt naturale balneum, quibus iam vitales ſpiritus effœtos, poſſet maiorem in modum diſſoluere, itaque reſiccato corporis habitu pręcipitem decrepitam accelerari.

Gracilib.

Nec Gracilibus adeò ſecurè conſulendum, etiam ſi iuuenes ſint. Multo verò minus quibus aut ex ęgritudine, aut quapiam alia cauſa, corpuſculum elanguiſſe cernitur.

Vſtis, & melancholicis.

Hiſce enim naturis, ſicuti etiam vſtis, melancholicis, & omnino ſiccæ habitutudinis, humores exacuere ſolet balneum, ſpiritusq; extra modum diſſoluere, corporaq. exſiccando, ea primùm Ephemeris, deinde Phthyſi, Hecticisq. febribus reddere idonea: atque illis multò maximè, quibus caduca eſt ex hæreditate maiorũ eadem conditio.

Siccis habitudinibus, 1.Simpl. Coitu debilibus. Thoracis anguſtiæ, & vocis. 7. locat. Capitib. natura calidis.

Itidem ſiccis ex alia cauſa habitudinibus, vt his qui laborioſam degerunt vitam, aut agunt, nequaquam ex vſu, vel minus tuta videntur naturalia balnea. Quorum exemplum manifeſtè videre eſt in his, qui aſſiduè circa marinas aquas verſantur, aut aluminoſas, aut ſulphureas, aut bituminoſas, quàm facillimè exſiccentur. Nec ſecus id genus balnea ægrè coeuntibus vitanda ſunt, & qui raræ carnium texturæ exiſtentes, nimium poſſent ex calidis lauacris diſſolui ſpiritibus, ac debilitari. Nimia verò balnei ſiccitas multis nominibus eſt nocitura; veluti his qui anguſti ſunt thoracis, ac perexiguæ vocis, quibus nominatim Galenus omnis balnei vſum deteſtatur, quod vel ex marinis aquis, vel ſulphureis compararur, vel quæ chalcanthum, vel bitumen referunt. adde & alumen: quæ impenſè omnia reſiccare poſſunt vocis organa, ac propterea præconibus vitanda, ac mimis, & citharedis, & noſtri temporis conciuuatoribus. Ad vſum verò ſpecialiter conſperſionum ex alto, intelligendus venit Galeni locus, quemadmodum expoſuimus, in vi. de San. tu. vbi calidarum ſponte manantium aquarum balnea damnat his, qui capitibus ſunt natura calidis,

dis,

dis, vt inimiciſſima. Sulphurulentæ enim (inquit) & quę bitumen olent, nimis calefaciunt, ac fluxiones excitant. Aluminoſæ autem, ac adſtringentes id genus aliæ coarctatione ſua caput offendunt, eodem periculo.

6. de Sanitu.

De inæqualibus porrò diſpoſitionibus, quibus haud tutò balneum committitur, eſt; vbi inexiſtat plenitudo aliqua humorum omnium, aut vnius duntaxat humoris copia, aut cruditas: quarum quanta eſſe debeat in balneis cura, opportuno magis loco dicetur in v i i. De quibus eo potiſſimùm nomine eſſet timendum, ſi aliquod viſcerum, velut hepar, vterus, ventriculus, eſſet imbecille: nec minus vbi aliquod etiam inferioris notæ membrum haberetur infirmum, vt vel laxatis iuncturis ex ægritudine prægreſſa aliqua, vel latas alioqui naturaliter iuncturarum compagioes habentibus. Quæ cuncta facilè, commotis à balnei caliditate humoribus, omnem redundantiam, adfluxumque poſſent recipere, ac male offendi.

Inæqualib. diſpoſitionib.

Quare hæc ſumma huius periculi cautio eſſe debet, vt fiente aliunde adfluxione in partem aliquam, ſeu in balneo ipſo, ſeu antè balneum, ſemper à quocunq; balnei vſu ſit abſtinendum. Ita Galen. in v i i. Methodi, quùm ventriculus ex humoribus in ipſum confluentibus vexatur, abſtinendum ab huiuſmodi calidis aqois liquantibus, maiusq́. rheuma mouentibus, commonuit.

Fluxionibus.

Abſtineant & qui ſanguinis vndecunque, ac menſium profluuijs ſunt obnoxij, à balneis forinſecus calidis, quæ remiſſa non difficilè à caliditate balnei proritarentur.

Sãguinis fluxionibus.

Porrò de affectibus quos oportet à balneis excipere: alij quidem affectus inter ipſum balneum oboriuntur, cui parti priuata alia curatio poſterius inſtituetur: alij verò ſunt, quibos ex diametro balnea aduerſari comperimus, atq; hoc nunc proteſtari eſt operæ precium.

Affectib. Calidis affectib. c. 1.

Ergo in ſuperioribus omni calidæ intẽperantiæ balnea naturalia ſuſpecta fecimus; itaq; tùm cautè miniſtranda eſſe, nulla videlicet adhuc inſigni alicuius partis læſione apparẽte. Verùm vbi quis calido iã, ac ſicco affectu correptus eſt, aut phlegmone, aut eryſipelate, aut abſceſſu huiuſmodi aliquo, & maximè viſcerũ, hepatis, pręcordiorũ, ventriculi, lienis, renum, vteri, inteſtinorũ, veſicę, inimiciſſima illis balnea naturalia putare oportet.

Abſceſſibus calidis.

Ac minus ea de cauſſa idonea ſunt vllis febribus, quæ & viſcera plerunq; incendunt: minimè vero omniũ hecticis, quod toties arguit Galenus. Nec vlli pariter acuto morbo, & qui ſeu circà viſcera, ſeu circa aliquod minus principale membrũ, cum mala accidat qualitate. Nec Apoplexię, inquã, nec phrenitidi, oec carbunculo, nec inflãmationi, nullis id genus malis balnea naturalia tuta promittimus; præſertim inter initia.

Febribus. Morbis acutis.

In quibuſdam tamen affectibus, qoi iã ab origine calidi, degenerarunt ad finem in frigidum, haud ita prohibentur: quo modo idonea aſſerit Aëtios hæc balnea in inflammationibus viſcerum inueteratis, vnde iam mali habitus ſpecies oriri inceperit, venter, aot crura intumeſcere, cutis albicare. Ita Paulus induratis vteri tumoribus, non adeò contumacibus, commodum eſſe docet circa finem aquas naturales, ſulphuroſas, bituminoſaſq́. vſurpare.

Inueteratis inflãmationibus. Vteri tumorib.

Porrò autem, quæ de frigidis excipiuntur ab vſu naturalium balnearum, ſunt inueterati id genus affectus, qui iam ferè curam non recipiunt. Vt in Scyrrhis exquiſitis, ſimiliter atque in callis, ac nodis, ſiue in artubus, ſiue in neruoſis partibus obdurati fuerint, haud rectè miniſtrantur. Nam id tentare, alterum duorum, aut perinde erit, ac abluere (quod aiunt) lapidem, cùm planè in gypſeam materiam obduruerit. Aut nulla erit erroris excuſatio, quin contumaciùs durentur; ad ſententiam Galeni in 11. ad Glauco. vbi quorundam taxat imperitiam, qui dum vehementer diſſolutiua ſcyrrhoſis partibus adhiberent, ignorabant quod tenuioris ex eis diſſoluto humore reſiduũ aſſiccatum duritiem lapidis aſſequi oporteret, efficiq. incurabile. Sed huic loco ſingulares alios ſubnectemus caſus, ac notabilia quædam in balneis experimenta, quæ in iudicijs quatenus conueniat, aut timenda ſint, vim habebunt demonſtrationis.

Scyrrhi exquiſitis.

An conueniant balnea naturalia morbo Gallico.

De communi autem hoc morbi genere, quem Gallicum appellant, vt priuata ratio eſt in ſuis cauſſis, ac diuerſis humoribus, & calidis, & frigidis; ita & priuata quoq; intentio, atque cura in balneis eſſe debet. Primum, quod legi apud iuniores ſcriptores; hanc ſæuam affectionem habere exceſſum caloris in materia craſſa, ac viſcida, aliquo indiget calculo. nam qui dicit calorem, dicit ſubiectam materiam calori propriam, & immediatam; tenuem ſcilicet igneam, vel facile inflammabilem. Quare dicimus tantam eſſe vim caloris occultam huius contagij: vt tanquam ignis à tenui fomite excitatus, in omnem ſtatim humorum ſubſtantiam agat radices, ac tàm tenues, quam craſſas partes, ac terreas inuadat, ac contaminet.

Fracaſto.

Qua propter cùm intemperiem hæc venerea lues producat igneam, tota forma naturæ operibus inimicam; per ſpiritus ſuos virulentos, hepar in primis, tanquam primariam arcem, ac omnium humorum fontem occupare ſolet, vnde communem ſanguinis, cæterorumq. humorum maſſam exagitans, in intimas vſque oſſium medullas penetrat, labefactatq. principes alias corporis partes, cor, & cerebrum, & vt ſæuus quidam tyrannus; totam opprimit naturam. Hinc fit, vt eum diuerſos, nec in ſingulis hominibus eoſdem, neque eodem tenore pa-

A natura, ac diuerſitate morbi.

riat affectus, ſed pro ſæuitia particularis contagij, proq. humorum, quos inuenit, qualitate, & quantitate, & pro temperamento patientis, & pro ratione, ac loco partium varios; concludendum neceſſariò eſt, hanc humorum, ac partium affectarum diuerſitatem, eſſe potiſſimam cauſſam, quam ob rem balnea naturalia huic morbo admodum experiamur aduerſa.

Argumentum a forma contraria.

Nam, ſi his calidus, ac ſiccus affectus eſt, & quoddam hepatis incendium; ergo non poteſt iuuari à calido, ac ſicco naturaliter balneo. Si materia contagioſa, adeoq. varias, occultaſq. habet differentias; ergo vix vni, aut alteri parti haberi poterit intentio in balneis miniſtrandis, quin prauæ aliæ, tanquam hydræ capita, ſubnaſcantur differentiæ, quæ balnearum qualitatibus ſint repugnantes, ac maiora, inopinataq. inferre valeant ſubiecto corpori nocumenta.

A ſpeciali materia.

Specialiter verò, ſi materia ſupponatur, vt plurimum phlegma viſcoſum, & contumax; partim incendere balneum, partim diffundere eſt periculum, non digerere; obdurare, non exiccare, noxios ſudores, & non minus dolores excitare.

A ſucceſſiuis experimentis.

Quæ pericula varij docuerunt ſucceſſus in balneis: quando noſtrorum veterum tempeſtate, quùm non adeo comperta eſſet tantæ contagionis ſæuitia; qui ſeſe illis commiſerant, perrari aliquam ſenſerint vtilitatem: plerique verò, aut inflammatione alicuius principis particulæ, aut doloribus iuncturarum, aut febribus fuerunt correpti. Immò cùm viſi fuerunt aliqui ipſis balneis miſerè perijſſe, in eam ſuſpicionem poſuerunt balnea, in quocunque etiam morbo curando; vt ea perinde forſan toto cœlo contraria cæperint deteſtari. Itaque duas venati ſumus cauſſas potiſſimas, quam ob rem balnea naturalia huic morbo ſint contraria: vna eſt, ob quarundam aquarum qualitates ſummè calidas, atque igneas, aduerſus tanti morbi contumaciam: & altera eſt, quoniam eiuſmodi balnea tota ferè ſui ſubſtantia illi repugnant.

Duæ repugnantiæ cauſæ.

Hanc verò ſpecialiter repugnantiam ex communi conſenſu prauitati tribuimus argenti viui. quod ſiue ſit calidum, ſiue contrà ſit frigidum; (vt in controuerſia adhuc eſt ſummorum ſapientum,) omnium rerum venenum proditum eſt, ac tota forma naturæ humanæ aduerſari. quam ob rem & nos ſimiliter balnea naturalia pro curatione propria morbi gallici deteſtamur.

An paſsi olim morbum gall. prohibeantur a balneis.

Verùm hic nobis alterum occurrit problema diſcutere: An qui paſſi olim ſint hunc morbum, prohibeantur ob iam dicta pericula, in quoque etiam morbo curando ab eiuſmodi balneis; quæ alioqui huic potuiſſent eſſe proprium remedium. Motiui ratio ex communi paret conſenſu, quo iactatur, præbere hunc morbum inducias, non integram pacem. vnde cui, ſemel balnea contraria, vſquequaque contraria ſuſpicandum. Quæſtionem tamen in vtraque trahunt partem diuerſa, quæ ipſo vſu balnearum vſa ſunt experimenta, quando certum eſt balnea alijs ob hoc occultum contagium, vocaſſe; alijs contrà, non tantùm non nocuiſſe, ſed & ad primariam feciſſe intentionem, & præſentem morbum, & præteriti ſimul morbi gallici reliquias percuraſſe.

Balnearũ, & morborum varię rationes.

Ad has ergo controuerſias vnico ſermonis contextu reſpondemus, quòd tantarum diuerſitatum non poteſt eſſe vna, nec ſimplex ratio; ſed vtrinq; & ex balneo, & ex morbis ipſis multas eſſe relationes neceſſe eſt, quarum ritè ſeruatis fundamentis, omnis tolletur ambiguitas. Quod ex parte balnei eſt, iam ſupponenda eſt latitudo in differentijs ſuis, num calidum intelligas balneum, & vel inter ſe, vel minus calidum, vel temperatum.

Ex parte bal.

Si calidum exiſtat, omnia haud dubiè naturalia, quo magis calida, eo poſſunt magis patientes, vel paſſos iam morbum gallicum ad prædicta pericula reddere obnoxios, vtpote quod eſſet vel ignem igni addere, vel conſopitam materiam, vel rebellem excitare ad incendium. Idcirco Auicenna (quod tamen ſeniorum quoque medicorum fuit inſtitutum) ſimplicem quoque calidæ aquæ qualiditatem articularijs noxiam tradidit. quòd (inquit) is calor humores liquat, meatus aperit, iuncturas humectando laxat, ac idoneas illas reddit defluxionibus recipiendis. Idipſum verò frequenter accidit in balneis, quæ naturali admodum caleſcunt ſulphure, & acriùs, quo magis calida, & pluri abundant ſulphure, quod acriùs colliquare valet humores, ijſq. exagitatis vel febres excitari periculum eſt, vel aliquas fieri defluxiones, & dolores. Plerunque tamen his ita obnoxijs excitare ſolet defluxiones, tùm quia id balnearum eſt vitium ferè commune: tùm quia nullum eſt ſymptoma magis peculiare huic etiam morbo, quàm defluxionibus concitari, ac doloribus articulorum. Quod ſi balneum temperatæ caliditatis intelligas; haud mirum; id nec defluxionem excitare valebit, nec incendere, ſed vſum forè impunem ſperandum eſt, & forſan vtilem morbo illi primùm affectis tùm in potibus, vnde veſtigia aliqua intemperiei hepatis refrigerentur: tum in balneis, ſiccando eius vitij relicta vlcera, atque impetigines.

Ex parte contagii.

Maximè verò, ſi ex ęquo cum balnei viribus, eius quoque contagionis ratio habeatur: num calidæ admodum ſit intemperiei, vt in principijs, & in iuuenibus plerunque fit: tunc enim balnei omne genus eis eſt incommodum. Num potius minus calidæ ſit intemperiei, vel quæ ſaltem vetuſtate refrixerit: tunc enim minori periculo veteris balneo, vel forſan calidius etiam balneum, inueterato affectu tolerari poterit.

Ad vſum balnei moderatio.

Ad vſum ergo, ſiue morbus is primariæ ſit conſiderationis in balneis, ſiue potius al-

terius

terius morbi conſequatur intentionem, ſumma hæc eſt: vt morbus ſit ipſi medico & intus, & in cute notus, qualis, & quantus, an ferus, an benignus, & cuius ſpei in balneis miniſtrandis. Feroci nimirùm, ac magno affectui omnino balnea fore incongrua decernimus. Deinde, vt ne quis auſit per initia id genus tentare præſidium; ita non difficile in progreſſu ſit, purgato videlicet exactè corpore, ac feruore contagij intus extincto, ipſas ſaltem exteriores reliquias per balneum abſumere. Tertio vt ſi pro alterius cuiuſpiam morbi occaſione eligendum ſit balneum, id conſtet experientia non eſſe ſolitum nocere morbo gallico affectis. Vt quorundam fama eſt in Sudatorijs Puteolanis omnes huius morbi reliquias exteri, ac debilia ipſa membra confortari in fine ſcilicet ſudationibus pluries adhibitis. Et tandem ſtudendum, vt balneum ipſum, ſeu iure potuum, ſeu balnei ineundum ſit, vſu conſtet eſſe mite, & nullatenus intemperatum. præcipuè verò id vſu ducciæ erit cauendum, quæ vſque ab intimo cerebro humores, ac principia neruorum exagitat. Plures vidimus in Albulis aquis propè Romam, in progreſſu morbi fuiſſe curatas, quæ lactei tẽporis ſunt, ac antiquis adeo celebres: vel eis alioqui innoxiè vſos, & tam potibus, quam lauacro. idemque audiuimus in alijs ſimilibus aquis, non adeo ſulphuratis, nec calidis. Ex aduerſo, dum quidam ob aliam cauſſam Stygianis vteretur balneis, quæ ſunt admodum calida, immemor iam præteriti contagij, vetuſtos ſibi ex balneis conſciuit dolores. Idemque ad Aponi balnea accidiſſe cuidam illuſtri principi nouimus. cui noxæ atteſtatur Fracaſtorius, diu in his balneis verſatus, experientia conſtare, nihil, aut parum Aponenſia, nec Porretana balnea iuuare poſſe morbo gall. affectos. Ob eam, vt arbitror, inquit, cauſſam, quòd debiliora ſunt hæc balnea, quàm vt poſſint materiam tam lentam, & tam craſſam liquare. Leuiores quidem cutis infectiones, qualis eſt ſcabies, & impetigo, quæ illis ob hepatis aduſtionem contingunt, & ſalſo plegmate, vel noſtra Calderana valenter tollere poſſunt. hæc ille. Sed in cauſſam, quam adducit, indiget locus correctione: nam Aponenſia non iuuant, immo nocent, non quia debiliora ſunt, vt ipſe dicit; ſed quia ſunt nimis calida, vt re vera ſunt, ac excitant defluxiones. Calderianæ verò aquæ. quia mitiores ſunt, & minus calidæ, idcirco vtiles: quanquam alij & id negent. Caſum addo memorabilem: Sanatum quendam iuuenem vidi his annis, in eiſdem balneis Stygianis, me etiam renuẽte, qui atroci morbo per biennium conflictatus, omnes fruſtra expertus fuerat medicinas, & morbi huius; quæ hodie celebrantur antidota: tandem perducta, vt conieci poſtea, tota vis morbi ad cutim, & in acerrimam ſcabiem, ad hæc balnea inhians, quindecim dierum ſpatio perbellè curatus redijt: viuitq. adhuc ab omni eius mali ſobole incolumis; quin & alios aſſerunt, ad maiorem fidem, id feciſſe periculum, ac ſanatos fuiſſe in totum: quod certum non habeo. Nihilominus, (vt quæſtionem concludam prouerbio Ariſtotelis) vna hirundo non facit ver, nec vnum, aut duplex experimentum facit artem. Standum pro ratione, & in communibus decretis aſſeuero, vt qui hunc morbum patiuntur, aut iam præteriti ſuſtinent reliquias, omnino à balneis naturalibus prohibendi ſint: alioqui conſulto magis admittendi.

Duccia cauendũ paſſis morbum gall.

Fracaſto. opin.

Caſus memorabilis.

De Accidentibus, quæ penes vſum balnearum naturalium corrigenda veniunt. Cap. V.

His ergo in caſibus, balnearum naturalium vſui derogari ſolet. Nunc non minori ſtudio nobis de multorum accidentium correctione prouidendum eſt, quibus illi etiam, qui debitè, ac ex ratione vtuntur balneis, ſolent eſſe admodum obnoxij. Quæ quidem pars, præter correctionem ipſam, duplici nomine erit vtiliſſima. Primum, quod eſt præceptum Hippocratis, & vera regula in omni medicinarum miniſterio, rectum fiet iudicium de effectibus bonis, vel malis; à tolerantia, & conferentia 1. Aphor. Nam ſi à primis diebus balnei, & aliquo progreſſu dierum, alleuiatum morbum, ceſſata ſymptomata, & omnino aliquam ſenſerint patientes conferentiam, ſalubre cenſebitur præſidium. Vel certè bene ſperandum, ſi cum non aliquam adhuc perceperint conferentiam, facilè ſaltem tolerauerint. Ac ſi contrarijs ad vota ſucceſſibus grauari malum perceperint, vires laxari, & vel corripi præter hęc aliquo Symptomate, inappetẽtia, dolore capitis, vertigine, ſomnolentia, tuſſim ſuperuenire, lachrimas oculis obrepere, ſingulare, inuoluntariã deglutionem, improuiſumq. per ſomnum deſtillationis deſcenſum: hi ſciant Deo bene annuente, hæc indicia eſſe non ſeparatæ conferentiæ, nec tolerantiæ; immo præceptum quoddam, vt omni ingenio ab imminenti quopiam periculo cauendum ſit; ac omnino à ſuſcepto illo balnei miniſterio ſit ſuperſedendum. His inquam primum optimis cauſſis, operæprecium erit hic accidentia in balneis omnia in quodam cenſu habere, ac animaduertere. Quæ notitia, ac cenſura hanc alteram ſubinde habebit vtilitatem, quod illis recenſitis, ac veluti ad calculum computatis, melius vnuſquiſque à quibus ſibi cauendum ſit in balneis, animaduerbus.

Bal.

Signa iuuamenti.

ciſſe poterit, & hæc erit ſubinde tertia vtilitas, ac diligentia, quòd ex eiſdem indicationibus, explicatè magis tùm viuendi ratio, tùm præparatio comparabitur. Nos igitur hanc tam neceſſariam, ac vtiliſſimam partem de accidentibus in balneis explanaturi, quod longus vſus, ac ratio dictat,

Tria accidentium genera in balneis.

Tres omnium in balneis accidentium conditiones, ac differentias eſſe agnouimus. Nam alia quidem in illis ſunt tanquam ordinaria. Vt quæ commonia ſunt plurimis accidentia, vix tolerabilis per eam diem dormiendi neceſſitas, vel noctes vigilare inſomnes, auide vel nihil appetere, aluum vel minus fluidam, vel adſtrictam habere, viſu hebetari, ſitire, ſudare largius, ſputare aſſiduè, ſingultire, animo laxari, & conſimilia. Alia verò ex inordinato patientis modo, ac regimine proficiſcuntur: vt eſt capitis aggrauatio; & dolor, vertigo, oris, arteriæq. aſperitas, & ſitis, tuſſis, deſtillatio, ventriculi debilitas, Et tertio quæ ex incompetenti vſu balnei ſuperueniunt, ſeu indebitè facta ſit electio, ſeu patientibus accidant non benè præparatis, ſeu ex errore, vitæq. incuria ſuperueniant. Qualis potiſſimùm mortali periculo verenda eſt defluxio, & deſcendens à capite catarrhus, & quæ ex eo fiunt modò in vnam, modò in aliam corporis partem, malorum genera, laſſitudo ſpontanea, alicuius partis dolor, vel abſceſſus, fluxus ventris, inflammatio hepatis, renum incaleſcentia, febris conuulſio, & reliqua huiuſmodi. Quorum omnium etſi vniuerſa praxis apud claſſicos medicinæ auctores habeatur; balnea tamen aliquam peculiarem curam in his ſibi vendicant, ſuo iure. Nec pariter obſtant, ſi id quod res eſt, balneum ipſum medela ſit quorundam ex dictis accidentibus, atque idem tamen nunc vt eorundem cauſſa timeatur. Nam ſicut alia balnei conſideratio eſt, medentis, & facientis morbum: ita longè alia eiuſdem morbi ratio eſſe debet, nùm primario affectu curetur, an ſuperuenerit. Quod exemplo à ſanis hinc fiet planiſſimum.

Ad pericula, quæ ſanis accidunt in balneis.

QVANQVAM ergo omnis balnei finis ſit ſanitas, ſanis tamen ipſis balnea magis ſunt incommoda, quàm ægris. Et ratio planè eſt; quoniam ſani pernitioſa magis incurrunt pericula. Ad ſententiam Hippocratis: Qui benè ſe habent corpore difficulter ferunt medicationes,

2. Aphoriſm. 37.

Quem Aphoriſmum veritatem quoque habere in balneis, per eandem Galeni rationem oſtendimus: tàm balnei enim, quàm medicamenti actio altera duarum eſt, aut vacuare; aut digerere ſuperflua. Quia verò in ſanis ſupponitur non adeſſe ſuperflua, vel pauca: neceſſe eſt vt balneum ſanguinem & carnes colliquet, præſertim ſi balneum aſſiduè vſurpetur. Colliquationem autem hæc omnia ſequuntur incommoda. Nam vi balnei digeruntur, hoc eſt commouentur non commouenda, æqualia fiunt inæqualia, vnde temperamenti ſymmetria corrupta, facile corpora quamcumque ſuſcipiunt mali labem. Quod craſſa vulgi ignorantia quanquam quotidie ſuo magno malo experiatur in balneis; non deſunt tamen male conciliati, & ſani inquam, qui dum natiuo ſuo robori, auidæq. appetentiæ, & grato ſopori indulgeant, delicias in eis non capiant pœnitendas. Quando quidem ex hiſce illecebris, vel paulatim obſtructiones gignuntur, ac febrès (ve mox dicemus) vel facto alicunde fluxionis alicuius humoris impetu, aut viſcerum inflammationes excitantur, aut ſynanches, aut partis alicuius abſceſſus, reſolutiones, ac dolores artuum, aut quidpiam lethalium id genus affectuum. Vt ergo aliquando incauti alieno diſcant periculo, de ſanorum balneis ſic habeto. Si quando hiſce balneum permittendum ſit, aut pro conſuetudine, aut ad delicias, aut in obſequijs, vt vſueuenit, amicorum. Conſuetudinis quidem prima eſt ad ſecuritatem balnei prærogatiua.

Conſueti minus læduntur.

Vidi enim innumeros in balneis Senenſibus, Rapolani, Auinionis, S. Caſſiani, & ad Aquas in Piſanis; qui æſtate balneas quotidie ſubirent exercitij loco, ſtantes, abluentes, ſudantes, robuſtioreſque, ac ſi aliquo vſi fuiſſent vtili exercitio, euadere ſolitos. Nec minus aliquos interim vidi miſerè incurriſſe, quæ paulo ante animaduertimus pericula. Minus conſuetis haudquaquam indiſtinctè cuiuſque balnei vſus concedendus eſt. Immò ab acribus, & nimium calidis cauendum omnino.

Balnea quæ ſanis vtilia.

Intemperatis autem perrarò audeant, & nonniſi talia ſint balnea, quæ parùm differre à ſimplicium aquarum balneis videantur, ac inoffenſa ſanis eſſe, pro comperto, & certo habeantur. Quo in cenſu non pauca inueniuntur, à temperie primum circiter gradum caliditatis attingentia, quorum actio ſolet non pertranſire cutim, nec colliquare ſuccos; ſed abluere duntaxat, ac temperare, item lenire laſſitudinem tollere, artus roborare, nec valetudinarijs ipſis inutilia eſſe. Vt ſedulo verò magis lauentur, per quàm commodè fecerint, ſi ad inſtituta antiquorum in Thermis ſe lauerint. Nempè vt præmiſſa exercitatione ſolita, ieiuno ventriculo, aluoq. inanita, nec quapiam virium culpa detenti, ſe comparent ad balneum. Quod intrent, citrà vllam dimotionem lauent, exeant. Exeuntes, madoreque per miniſtros deterſi, qui ſanitatis ſtudioſi fuerint, tenui oleo (ſi contractam præſertim cutis ariditatem timeant) leniter perungantur, nec

ſudare ſtudeant, niſi quantum ſponte ſudor exiliat. Subinde quieſcant, & quandiu non ſenſerint corpus ad priſtinam æqualitatem rediÿſſe, nec eſſe quicquam, nec bibere tentent. Hæc mihi videtur balnei ſumma pro ſanis: interdictis iterum aſſiduo vſu, longa mora in balneo, eius diei, vel prægreſſæ noctis venere, crapula, atque ſomno prætercæteta. Pariter neque potulentis aquis adeo confidendum eſt: quanquam in his minores dabimus cautiones; tùm quia id genus aquæ nobilius eſt, ac vix aliquæ vllo exceſſu damnandæ ueniunt: quare (vt nos ad huius inſtituri doctrinam aliquas experti ſumus, ac bibimus) ebibitæ paulo poſteà exeuntes, aluum exonerant, vrinarios meatus emundant. Tùm verò, quod primum eſt, & ſecurius, quia perrari hiſce bibendis ſine cauſſa ſe committunt, vt temerè ſe plerique committunr balneis. Semper tamen hoc meminerint, quod minerales aquæ ueſtigium aliquod ſiccitatis relinquunr corpori.

Potulentæ ſanis.

Ad appetentiam immoderatam ex balneo.

Appetentia portò unum ex his accidens eſt, quod ſpecialiter ſanis immodicè ſolet in balneis excitari. Et item ſitis, atque ſomnus, quorum quidque ſuo non uacat diſcrimine. Dicitur autem appetentia bifariam immoderata, aut circa quantitatem, aut ad alienæ qualitatis deſiderium. Hæc præcipuè continentem habet cauſſam, humorem aliquem, & acidum, qui os uentris mordeat, irritet, appetentiam gignat. Quæ in balneis rara eſt, niſi admodum ægris, ordinariamq. idcirco poſtulat curam, uentriculus excalfiat, exueturq. humore noxio, uel Theriacæ uſu, uel copioſa uini potione, quem ad modum iubet in Aphoriſmis Hippocrates. Altera in cauſſa balnei frequentiſſima eſt, quam ponit, ac curare docet Aëtius, libro ix. cap. xxii. cum ſcilicet corpus rarefactum ex uſu balnei, exhauſtumq. ſudoribus, & tranſpiratione aſſidua ſpirituum, ad multam tùm cibi, tùm potus copiam ſumendam compellitur. Ex quo exceſſu ſani, præter prædicta liquationis ac fluxionis pericula, hoc alterum noxæ genus facilè incurrent, ſi appetentiæ indulgeant, quòd minus valebunt à cæteris erroribus cauere: imò incontinenres fient à ſomno, inertes ad exercitia, ad cæteras excretiones. Hinc cruditatum neceſſariò fiet copia: exinde obſtructiones; ex obſtructionibus uel febres accendentur, uel acutorum morborum aliquis oborietur, tumores uiſcerum, inteſtinorum dolores, dyſenteriæ, urinarum difficultates. Ad huiuſmodi ergo immoderantiam, hoc frenum à principio ſtatim adhibendum eſt, ut uſum balnei minuant, quod prima, ac efficiens eſt illius immoderãtiæ cauſſa: De cæterò eam curam proſequamur, quam inſtituir Aëtius; abſtineant à nimio cibo, à meraciori uini potu, ab aëre, ac balneo calido, & omnino ab eis rebus; quæ ſiue intrinſecus, ſiue extrinſecus calfaciunt, ac rarefaciunt cutim, poſſuntq. exhalationem mouere, ac appetentiam augere. Imò ſtudeant cutim denſam, ac ſpiſſiorem reddere: tùm aëre frigido, tùm unctione ex oleo quopiam adſtringente, ut Roſaceo, uel myrtheo. Ex alimentis eligant, quæ citò non exeant, obſonia uidelicet ægrè corruptibilia, & ſtyptica, ut ſylueſtrium animalium carnes, auicularum, palumborum, leporum, capreolorum, cochlearum, & id genus. Ex plantarum generibus utilia erunt arancia, citria, granata: minimè uero herbacea, neque mollia, & quæ citò tranſeant.

1. De Symptomate. *11. Apho. 21.* *Aëtij curatio.*

Ad appetentiam collapſam ex balneo.

Collabitur uerò appetenria plerumque ex contracta in balneo calida uentriculi intemperie: quam indicant ſitis, nidroſi, oletoſique ructus maximè. Reſtaurabirur autem ſi pro ratione refrigerans uictus inſtituatur, ſumptis per interualla cibarijs ex lactuca, intybo, cichorio, & quæ ex aceto condiuntur, aut acido granarorum ſucco, aut citrorum corticibus condiris, cauendo ſemper immoderantiam. Facit uerò extrinſecus Santalinum adhibitum. Quòd autem raro in balneis accidit, ſi uel frigida intemperies, uel imbecilla uentriculi natura; huius ſir affectionis cauſſa: quo tempore neque ſitiunt patientes, neque frigida ſuſtinent, immò ora atque labia albicanr, & interdum acida eructant: Tunc his poſt balneum Stomatici unguenti inunctio facienda eſt: dando interim patienti aliqua quæ peculiarem habeant uentriculi tutelam, & eorum præſertim quæ alimenti ſimul & medicamenti uim poſſident. Vt condita è cidonijs cum ſpeciebus, citria condita, zinziberis conditi ad fabæ quantitatem, cinnamomi fruſtulum, & conſimilia, quæ Scitamenta ob hoc ipſum appellantur. Alijs portò ex cauſſis ueluti ex humorum copia, craſſicie, ulcere, vel non deijcitur in balneis apperentia, quinimmò firmatur. Vel certè uſu ipſo balnei reficitur.

A caliditate. *A frigiditate.* *Scitamenta.*

Ad ſitim ſuperuenientem ex balneo.

Sitis autem, vt VI. de locis affectis ſcribit Galenus, pluribus ex cauſſis fieri ſolet: ſed
præcipuè ex eadem calida intemperie viſcerum, & in primis ventriculi, atque hepatis.
Quæ modo quidem lenis eſt, ac ſingulis ferè balneis communis affectio: Tumque nullis
Sitis noxiæ ſigna opus habet remedijs, præterquam tolerantia, & ſomno naturali. Modò verò plurifariam
noxia fit: quam aut morſus ventris, aut linguæ amaritudo, aut æſtus quidam, qui ad hy-
pochondrium vſque pertingit, comitatur. Quæ ſi adſint, inutilis balnei ſigna ſolent eſſe
præcipua, triplici ex cauſſa, quæcumque ſit. Aut ex ſimplici intemperie, cùm ex labore,
I. Cauſſa. aut ex vehementi balnei actione, vniuerſi corporis habitudo exhauſta, ac reſiccata appa-
ret. Atque hi ſeu bibant balnei aquam, ſeu lauentur, cautè magis eis ſe committant. Aut
II. accidit cùm ventriculus vel etiam hepar exæſtuare incipiunt: quod potiſſimè ad vſum po-
III. tuum aquarum fit: tuncq. haud ſecus abſtinendum omnino à potibus eſt. Aut denique,
ſi in his viſceribus aggregati ſint aliqui bilioſi, vel ſalſi humores: quod ferè accidit reten-
tis, ac non ex toto purgatis aquarum bibitarum reliquijs. quæ nimirùm cùm natiua viſce-
rum humiditate exæſtuant, putredinem excitant, ac febrem manifeſtè accendunt, de qua
Curatio. ſuo loco poſteà loquuntur ſumus. Ad ſitim, ſicut anteà ab immoderata appetentia cauen-
dum eſſe dictum eſt; ita & circà potum, inexhauſtu etiam ingruente ſiti, erit abſtinendum.
Id quod duplici ratione cauetur: vna quidem omnium euacuationum communi, vt ne ſci-
licet reſiccata membra ex virtute balnei, quàm celerrimè quicquid patientes ingurgita-
uerint ſeu crudum, ſeu coctum, ſeu minus corpori vtile, imbibant. Altera verò, vt ne
multo potu natura obruatur, ob varia quæ monet Galenus pericula: præruptam ſcilicet
vomitionem, inteſtinorum leuitatem, diabetem paſſionem, perniciem quampiam ventri-
VI. De lo. aff. culi, quæ olim Dioſcorides cenſuit inter venena. Danda verò opera eſt, vt in prima ſta-
tim menſa alimentum præſumant aliquod, facilè ac citò digeſtibile, & quod maximè ſitim
non ingerat, vt lactucam, acetoſam, portulacam, pruna, granata acida. Subinde bibant ſo-
briè, uel paulo etiam copioſiùs, ac abſtineant per reliquum diem à potu. Niſi quòd vbi
vrgeat ſitis, per aliqua, quæ lambendo ſumuntur, ſibi indulgere poterunt: cuiuſmodi ſunt
acetata in primis, quæ Galeno ipſo teſte, valenter ſitim, quæ à ſimplicis caloris copia or-
ta fuerit, extinguunt. In hoc genere ſunt Tamar indæ, pruna, condita ex myrobalanis,
ex perſicis, & ex prunis. Item ſyrupus de ribes, ſyrupus de acreſta Auicennæ, Saccha-
rum violaceum, Syrup. & conſerua de acredine Citri. Quorum ſingula aut elincta, aut
I. De Simpl. aliter in cibarijs vſurpata eſſe conuenit. Si denique ſitis vacuationem ſequatur immode-
ratam, qualis ſæpenumero extenuatis accidit, ac imbecillis inter balnea: modis omni-
bus, ac tota victus ratione humectare ſtudendum eſt, ac ijſdem ferè ingenijs ſuccurrendum
quibus Galenus in VII. methodi ventriculi ſiccitatem emendare docuit. Adhibito inte-
rim ſuper ventriculum, & circà hypochondria infrigidante Galeno ipſi nuncupato vnguen-
to, quod hoc ipſo nomine extinguendæ ſitis, mirificè celebratur. Deinde eſt Roſaceum vn-
guentum, & Santalinum cum modica amplius adſtrictione. Benè faciet & ſomnum con-
ciliare, quemadmodum nunc breuiter ad ſuperuenientes vigilias oſtendemus.

Ad vigilias ex balneo.

Cum immodicæ autem fiunt vigiliæ (quod notatur à Galeno in Prognoſticis) ſiccæ
cerebri intemperies imputatur. Exiccatur verò cerebrum ad balnea, tùm ex natura mi-
I. Prog. 12. neralium aquarum exiccante: tùm præſertim ex mala huiuſmodi capitis qualitate exci-
tata, atque aucta. Accedit ad hæc retractio ſpirituum animalium ad alia membra, præ-
ter hanc ipſam balnei vim, ex longis cogitationibus patientis, mœrore, anxietate, & cu-
ris alijs quæ animum ſolent variè occupare. Quas cauſſas omnino ad ſomnum reducen-
dum ſummoueri oportet; ac interim alimenta ad ſomnum conciliandum idonea miniſtra-
re conueniet; quæ videlicet refrigerent, ac ſimul moderatè exiccent, vt ſunt lactuca, por-
tulaca, crocus, viola, papauer album. Si verò ad remedia veniendum ſit ſoporifera, vel
abſtinendum à grauibus eſt, vel potius à balneo, ſi id balnei ipſius culpa accidat. Ex pa-
pauere ipſo varia ſunt, & in primis Diacodion Galeni, valde familiare elinctum. Et item
Syrupus violaceus: vel efficacior Syrupus de papauere, cum ſtillatitio liquore aliquo vel
lactucæ, vel violarum, hora ſomni ebibitus. Trazea item è ſeminibus papaueris, portu-
lacæ, lactucæ, cum ſaccharo in brodio aliquo diſſoluta commodiſſima eſt. Extra hanc
aleam relinquo nunc opiata omnia medicorum prudentiæ. Satis quoque illita fronti,
naribus, ac temporibus aliqua facere ſolent. Vt oleum violaceum, oleum de nenuphare; &
his ualentius unguentum Populneum. Extremorum item lotiones: & in totum cum his ita
procedere oportet, vt ne caput nimium aggrauetur. Illitum in plantis pedum populeon.

Ad

Ad ſomnolentiam ex balneo.

SOMNVM quidem naturale definit Ariſtoteles eſſe ligamentum primi ſenſitiui, propterea euaporationem nutrimenti: At Medici conſiderant adhuc Somni præternaturalem cauſſam, qui fit ſcilicet ex vaporibus vndecunque elatis, & caput opplentibus. Qualis in epilepſia, in lethargo, & in balneis præcipuè contingit, & quam modò ſomnolentiam, modò cum Græcis cataphoram, hoc eſt noxium, grauemq. ſoporem, diſtinctè à naturali ſomno dicimus. Somnus autem ad balnea, vbi eſt frequens admodum accidens, ac multarum ſubinde ægritudinum radix; duabus potiſſimùm de cauſſis noxius cenſendus eſt. Vna quidem pertinet ad mareriam, ſeu præternaturalem ipſius originem. Altera verò ſubſequens, aduentitiaq. eſt, eademque longè omnium maximè extimeſcenda. Originalis quædam cauſſa eſt, nam plerunque à minerarum vaporibus conciliatur, qui innatos ſpiritus minerali ſua, ac fermè venenoſa qualitate inficiunt, incraſſantq. ac noxium ſoporem inducunt. Conſequenter autem iam diximus, cùm de regimine vitæ loqueremur in balneis, quanta ex iſtiuſmodi ſomno inſtent pericula; & cum primis erat deſtillationis periculum, quæ cùm fiat deſcenſu ſuo plurium malorum cauſſa, rectè ſomnus quicumque, vel intempeſtiuè fiat, vel immoderatè, vel à pharmaco, fuit à nobis damnatus. Maximè ergo damnandus eſt, qui à peſſimis minerarum exhalationibus fit: qui vt nunqnam aliqua vacare poteſt noxa: noxius admodum fit capitibus natura calidis, quæ ex Galeni ſententia, aut impensè calefaciendo liquat; aut cerebrum coarctando, contentas in eo humiditates exprimit. Quapropter obrepens præter naturam, & minus opportunè ſomnus ad balnea, omni ingenio arcendus eſt. Extrinſecam ergo cauſſam in primis remouere oportet, intrinſecam verò corrigere, atque diuertere. Primùm balnei vſus minnendus eſt; ocium ſubinde, ſolitudo, acida, graues odores, cibaria frigida, humidaque, & ſomnifera, ne cauſſam augeant ſomni, euitentur. Intrinſecæ verò cauſſæ correctio eſt, vt cerebrum, quod vapores illos primo excipit, multiplicatq. in ſe, & conſtipatur, ſi qua correptum ſit intemperie aut frigida, abt calida, corrigatur, ac roboretur, vtræque enim in balneis ſomniculoſæ paſſioni fauere poſſunt, Quod pluribus ingenijs fit: primùm repreſſis à cibo vaporibus, vel diacitonio ſumpto, vel aniſo, vel coriandro, uel panis cruſtula. Quod ſi quis frigidæ aſſueuerit à cibo, vt plerique vtiliter ſolent, eam quoque hac de cauſſa in balneis tutò vſurpare poterunt. Ad hæc cùm è lecto de mane ſurrexerint, caput perfricent, depectantque; & omnia excrementa quæ tùm in faucibus & palato, tùm in naribus, atque in auribus infarciri ſolent, expurgentur: vt omnino meatus omniquaque pateant, naturalibuſq. vacuationibus ſeruiant. Iniecto interim per aures oleo amigdalarum, dulcium quidem in calida, amararum verò in frigida cauſſa, aut eius generis aliquo alio, quod moderatè refrigeret, vel calfaciat, nec obſtruat. Ad retrahendos denique vapores ne caput impetant, varij ſunt modi: Hinc ea licentia in balneis, in ſodalitijs, ac iocis, & longo cætu puellarum, quæ in cymbalis canant ad auras. Sin minus ad exercitia veniendum, frictiones, ſtricturas, quæ fortiora ſunt. Geſtent per diem rutam, quam odorentur, uel petiam aceto imbutam, uel grauis odoris aliqua. Sternutamentis autem cautè magis utendum eſt; utpote quæ ſi ulla adeſſet capitis grauitas, aut repletio, periculum eſſet ea excutere, ac fluxionem concitare, quam principaliter euitare nitimur.

Lib. de Somno. et vig.

Lib. 11. cap. vlt.

VI. De Sani. tu.

Prima Cura.

Vitæ licentia in balneis.

Sternutamenti ca[u]tio.

Ad fluxionem ſuperuenientem in balneo.

FLVXIONIS autem nomen, quod eſt ῥεῦμα Græcis, generale eſt ad eam, quæ tenuium excrementorum à capite deſtillatio fit; & etiam humorum, & quarumcunque ſuperfluitatum ex uenis, ac alijs membris ad unamquamque corporis partem. Nam duplici hac ſignificatione inuenio Galenum illam uocem ῥεῦμα uſurpaſſe indifferenter; ac vterque affectus in balneis frequentiſſimus eſt, atque infeſtiſſimus. Propriè tamen quæ à capite fit defluxio Catarrhus dicitur, ſeu deſtillatio, quæ & frequentiſſima eſt. Nam cerebrum (Galeno auctore in VI. de San. tu.) præ magnitudine ſua, & quia intemperatæ naturæ eſt, multa gignit excrementa, eaq. interdum valde noxia: iſq. eſt catarrhus. Nam oblæſis ſtatim in capite ſenſus ac motus principijs, nec non animalibus maiori ex parte functionibus; ſuo deſcenſu poſteà in ſubiectas partes, omnibus vitijs communis cauſſa efficitur. Cerebrum opplet, caput aggrauat, dolores gignit, grauedines, ſtupores, vertigines, ſurditates, ſuffuſiones. Ipſius verò deſcenſu, ſiue per nucam ad neruos, ſiue per anteriora ad pectus, vel fauces, vel in guttur ipſum, vel in aliquam minus firmam particulam, diuerſa fiunt malorum genera: eaq. magis ac minus grauia, prout uel membrorum infirmitas, uel excrementorum ipſorum aptitudo, vel caſus tulerit. Sic Apoplexiæ aliquando fiunt, & ſubitaneæ mortes: reſolutiones, tremores, artuum, ac iuncturarum dolores, cerui-

6. De Sani. tu.

3. De San. tu.

4. Methodi.

12. Aph. 12

Catarrhi effectus.

cis diſtentiones, ſynanche, aſthma, tuſſis, tabes, dolor dentium, dyſenteriæ, lienteria, viſcetum obſtructiones, quid non aliorum malorum? Colliquationis autem, ac fluxionis nomine intelligi debere humorum à quacunque parte redundantiam, paſſim legimus proteſtari talia pericula, ac Galeni in primis teſtimonio in 1. Aphor. Sect. com. 11. Vbi qui vel pluri vſi ſint alimento, vel humorum coaceruauerint copiam, non vacare periculo animaduertit, quin ſuperueniens calor æſtiuus, ſanguinem vel diffundat, & quodam modo efferuere faciat, vel humorum in aliquam corporis partem debiliorem fuſionem excitet, ac in ipſa vel inflammationem, vel eriſipelas, yel aliquod aliud morbi genus operetur. Vbi nobilem concludit ſententiam: Nam multo plures, ac grauiores morbi, quibus plenitudo dedit occaſionem, ex humorum fiunt affuſione. Vim verò eandem, quam ab æſtiuo calore, his timendum eſſe à balneis, planè admonet idem Gal. in v. de San. tu. Sciueris (inquit) in vniuerſum de balnearum virib. in particularibus curandis affectibus, quod ſi, non euacuato prius corpore adhibeantur, membris affectis fluxionem pariunt; Atq; huius vitij varia in balneis viſuntur exempla. Quidam dum tẽtaſſet prurigino ſam quãdam ſcabiem in balneis adſtringentis naturæ reſiccare, non fuit citius ſcabie mundatus, quã in ipſo etiam vſu balnei ex adfluxu à cute ichoroſæ illius ſuperfluitatis in thoracem oborta tuſſicula, factus eſt tabidus. Similem quendam in Melo inſula commemorat Hippocrates, qui Thermis propter impetigines vſus, ab ijs quidem curatus eſt, cæterum in hydropem incidens, mortuus eſt. Ad imbecillas autem partes illabens fluxio, multifariam lædit: plurimis inueteratas paſſiones, ac dolores iam conſopitos exuſcitat. atq; hi redeuntes à balneo rectè ſeſe ipſos notare ſolẽt prouerbio: SE ACCESSISSE AD BALNEA pro doloribus. Alijs inflammationes fiunt, alijs febres. Cuiuſmodi exẽplum Galeni eſt, eius, quẽ Albularũ intempeſtiuo vſu, cõſtipata cuti, ac facta à humorũ colliquatione febris corripuit. Et eorũ qui in ſimiles, ac peiores errores vulgò incidant, non eſt numerus Ergo ad hũc fluxionis effectũ triplex nobis præſidij modus occurrit. Vnus quidem modus eius partis eſt, in qua de præparatione antè balneum egimus: nempe vt conſiderata primùm totius corporis, deinde ſingularum, quæ afficiuntur, partium diſpoſitione; ſuperflua quidem vacuentur, calida refrigerentur, frigida calefiant, ac imbecilla loca, tàm mandantia, quàm recipientia (vt Galenus monet) adſtringentibus, repercutientibuſq. muniantur. Alter verò modus eſt, vt qui ſuſpectam à fluxionis impetu alicuius partis debilitatem habuerint, vel ſi etiam inter initia balnei, deſcenſum eundem ſenſerint, confeſtim ita occurrant. Primùm ſi videbitur aliqua eſſe in capite, aut in reliquo corpore humoris copia, vt quæ fortaſſe defectu præparationis redundauerit, ea intermiſſo ad diem, vel etiam perendie balneo, aliquo ad id proprio medicamento vacuetur: puta, vel Pilulis ex capitalibus aliquib. vel Diacatholicone. Subinde vſum minuant balnei, & ipſam aquam condecenter ſibi temperent: reliquamq. victus ſpeciem ita inſtituant, vt in cauſſam ſuſpitionis non addant. Parcè, ac ſemel die, ſi ita expediat, comedant, vel cœnam minuant, eamque interdum omittant. Meraciori, ac potenti vino abſtineant, pariterque omnibus acribus, nidoroſis, fumoſis, nauſeabundis, ac tardæ digeſtionis interdicantur. Parum etiam, ac horis dumtaxat conſuetis dormiant, & capite eleuato: interdiu verò ſomnum, defluxionis à capite præcipuum fomitem, tanquàm à veneno caueant. Sub nubiloſo, ventoſo, pluuioſo, & caliginoſo aẽre ne inambulent: procurãtes interim capiti, ſi à capite fluxio gignatur, pulueribus qui capitales vocantur, è betonica, Roſis ſiccis, calamento, ſpodio, thure, maſtiche, & conſimilibus rebus, circa capitis verticem conſperſis. Tueantur verò recipientia membra, tùm per idonea alimẽta, tùm per ea præcipuè, quæ vim quoque obtinent medicamenti. Adhibitis extrinſecus vnctionibus, epithematis, ac defenſiuis id genus remedijs, quorum materia vulgò habetur paratiſſima. Item diuerſionibus varijs. Celebrat Galenus in v i i. local. med. ad deſtillationem calidam, ac ſalſam in thoracem illabentem, Diacodion drachmæ pondere dormituris clinctum. Eſto, ſi illius non adfuerit copia, ecclegmatis è papauere tantũdem, vel ex ſeminibus ipſius, ac ſaccharo confectio, & quæ prius ad vigilias inſtituimus. Quod ſi ex his grauior timeatur ſomnus, ſacchari roſacei ſemuncia ſat erit. Porrò qui ad vſum ducciæ defluxionem ad infima verebuntur, haud tutum iudico his, vt ſe totos immergant in balneum. Verùm vt ſedentes in ſcamno balneario, & capite de more pileati conſperſiones ſuſcipiant, cautiſſimè adhibitis circa collum ſpongijs (vt iuſſit Archigenes) ne pectus irrigetur. Vidi qui rectè partes imbecilliores, quibus timuiſſent influxũ, ante balneum perungerent, itaque illas tuerentur, vel adſtringente, ſcilicet ac reprimente copiam vnguento, vel quod penetrando confortaret ipſam particulam. Ad quam rationem haud immeritò eos laudauerim, qui ſecundum antiquorum inſtituta, exercitati, ac loti in balneis, cum in priſtinum naturæ habitum fuiſſent reſtituti, ſe inungerent. Thoracem ipſum, verbi gratia, vnguento ex oleo amigdalarum amararum, liliaceo, ac ladano: vel roſaceo & chamæmelino circa ſpinalis medullæ prin-

Colliquationis humorum vitia.

7. Meth.

Curationis ratio triplex. I.

Lib. 2. c. 7

II.

Purgatio in balneis

Vnctiones ante balneum.

principium ; vel Santalino circa hepar. Demum, quod tertio loco monendum propoſueram, eſt; vbi vehementior viſus fuerit, quacunque ex cauſſa, fluxionis impetus ad principem quampiam partem, maximè ad pectus, quæ vel inflammationem illi parti comminetur, vel heriſipelas, vel etiam febrem. Tunc enim nulla magis compendiaria præſidij ratio fuerit, quam balneum omnino dimittere, ac tantiſper ſuperſedere, dum ſe bellè reſtitutos, ac melius præparatos ſenſerint. Vbi aliquid deſtillaſſe ad pulmones ſentimus protinus (vt Celſus eſt author) abſtinere à balneo, ſole, vino, ac Venere debemus. Lib.4.c.2

Ad capitis dolorem ex balneo.

AD Fluxionis è capite accidens proximè ſuccedit capitis dolor: quod auctore Paulo, inter ea quæ corpori accidunt, malum eſt grauiſſimum. & diuerſæ admodum originis. Aliquando enim hæret in capite per eſſentiam: aliquando verò ex quopiam aliorum membrorum conſenſu dependet: & aliquando ex primitiua, ac extrinſeca aliqua cauſſa progignitur, nempe ex vino, Venere, æſtu, ira, ictu, balneo, & ſimilibus. I. Si quidem extrinſeca fuerit cauſſa, facilè de ſermonibus ægri cognoſcetur, atque emendabitur. Si ex conſenſu autem caput patiatur, puta ventriculi, quod ſæpiſſimè fit: pro diuerſitate cauſſæ occurrendum. II. Vomitione, exempli gratia, ſolutione ventris, purgatione item ventriculi ex abſynthij coma, vel compoſitione Dialoès, Melino, aut Maſtichino vnguento foris illito, III. quæ Galenus II. de compoſ. ſecund. loca. & VI. de Sanitate tu. fuſè commemorat. Si tandem ex eſſentia hæſerit in capite ipſo intemperies calida: ſi quidem id ex naturali capitis diſpoſitione accidat (vt VI. de Sanit. tu. notatur) tunc calidis medicamentis, ſulphurariſque, ac bituminoſis huiuſmodi calidis aquis abſtinendum eſt. Si autem (quod primum eſt) ex impreſſione balnei, & præſertim ad vſum Ducciæ, talis mala affectio contracta fit: ſuperſedere aliquando, ac minus vti balneo, non erit abſurdum. Diſſipatis interim vaporibus conceptis à balneo, per exercitium lene, & tempeſtiuum, & per molles frictiones. Nec non inter cibaria ſumptis refrigerantibus, ac reprimentibus, quale eſt Diacytonium, corriandrum, vel aniſum à cibo, atque etiam frigidæ aquæ modicum. Caput item ipſi dormituro circum tempora inungemus, roſaceo oleo, Oxirrhodino vnguento, roſaceo, & id genus.

Ad vertiginem ex balneo.

VERTIGO ſuperuenire ſolet, vel ex vaporibus ex balneo eleuatis, qui caput opplent; quemadmodum & de fluxione, & de capitis dolore modò diximus. Vel excitatis ex aliqua corporis parte prauis, ac fumidis humoribus ad caput, quapropter ſpecies imaginationis patienti fit circumuolui in ſe omnia. Succurritur autem huic accidenti, per Curatio. eadē ferè proximè relata præſidia: quæ erant intermiſſio balnei, exercitia, frictiones, aliæq. id genus diuerſiones. Adhibitis circa caput tùm reprimentibus vaporum ipſorum impetum, tùm diſcutientibus ad finem, quæ in ipſo capite hæſerint, illorum reliquias. Verùm ſi vapores ex ipſa humorum commotione excitati fuerint: commodiſſimum planè eſt eos prius euacuare, vacuatiſq. inferiorum partium, vnde eleuantur, rationem habere; ceù ventriculi, hepatis, lienis, folliculi fellis, vteri. Sed ventriculi in primis rationem habebimus, qui vt facilè ex aſſumptis cibarijs alteratur, ita aſſiduos ad caput vapores mittit. Quare extrarias omnes cauſſas, quæ ſtatim eam circumuolutionis imaginem mouere poſſunt, auferant: vt rotatilis motus eſt, & ex alto conſpectus. Euomant ſi nihil obſtet, ceù natura inuita: præſertim à cibo, vbi ventriculus eius affectionis ſit in cauſſa. Cibum verò in poſterum non ſequatur potus, ſed quid modicum adſtringens, premens, ac vaporationem prohibens, vt pirum, cytonium, panis cruſtula, aniſum. De cætero capiti facienti tùm per aures iniecta ſubtilium partium, & temperata, vt amigdalarum oleū. Tùm reprimentia per affectus initia ad collum, ad frontem, & circa tempora, varijs liquamentis adhibita: ex roſacea nimirum aqua, oui albumine, roſaceo oleo, atque vnguento. Et omnia breuiter, quæ iam ſub capitis dolore comprehenſa habemus.

Ad conuulſionem ex balneo.

CONVVLSIONIS vnum genus nunc intelligimus, cùm capita aliqua muſculorum, Ad Granchio. præſertim in cruribus, contrahuntur. Quod accidens vulgo Granchios appellant, frequens ex natatu in aquis frigidis, frequens & per noctem his, qui balneis calidis vtuntur. Apertis enim illis per exercitium, his verò per balnei calorem poris carnis; facilè nocturni aëris frigiditas introducitur. Nec minus, ipſi fortaſſe muſculis per balneum exſiccatis. Cui affectioni facilè quoque ſuccurritur, ijs membris ante ſomnum ex oleo aliquo calorifico confricatis, vt laurino, vel anethino, addito (ſi libet) ſulphuris etiam momen-

Cõuulſio. to. Vera autem conuulſio quam raro accidit, ac duobus hominum generibus ſuperuenire, ſolet in balneis. His ſcilicet qui deſperata vndecunq; ab alijs præſidijs ſalute, balnea illegitimè ſubeunt: & etiam his, qui prætergreſſis balnei legibus, gulæ, ſomno, & veneri indulgent. Primi quidem ex longo quopiam morbo reſiccati, aut malè affecti, nec adeo diſpoſiti ad balnea; plerunque vel ſuffocantur, vel ex ſiccitate conuelluntur. Quæ ſi quidem confirmata ſit affectio, curatu impoſſibilis eſt, vt in Aphoriſmis pluries teſtatur Hippocrates. Si verò vtcunque ſanabilis videatur, humectantibus eget, victu ſimili auctiore tùm cibo, tùm ſomno, dulcium & temperatarum aquarum ſolio, hydrelæi, ac etiam olei balneo, & conſimilibus. Secundi autem ex humorum agitatione, qui cum vaporibus balnei commiſcentur ita affici ſolent, quòd his capite oppleto, fluxionis genus excitatur ad neruos, vniuerſaque eorum compago reſoluitur. Quo fit, vt nerui & muſculi in latum aucti, ac repleti, breuiores euaſerint, longitudine ſcilicet naturali imminuta. Et hi quidem rectè curabuntur, ſi commota materia protinus vacuetur, valenti quopiam medicamento purgante, & à remotis attrahente propinato. Poſthæc (vt v 1. Methodi monet Galenus) noxas neruoſo ipſi generi impreſſas oportet corrigere, ipſumq. roborare: adhibitis capiti, ſpinali medullæ, & reliquo corpori calfacientibus, reſiccantibus, ac diſcutientibus oleis, vnguentis, ac alijs eiuſmodi remedijs. Quo tempore victu tenui, ac reſiccante vti opus eſt, & qui maximè vires reſtauret.

Libro 5. & 7.

Ad tuſſim superuenientem ex baln.

Tvssis quoque in eo Fluxionis genere ex balneis verenda eſt. Eſt enim hoc accidens indicium imbecillitatis ſpiritalium membrorum, & acrimoniæ iam prædictæ humorum, qui ſcatent è capite. Quæ defluxio ſi in pulmones fieret, tabis periculum poſſet inducere. Eſt autem perinde in balneis naturalibus, ac in febribus ſymptoma quoddam, quale ſolet intemperies calida excitare. Primò igitur, cautius ſe balneis committant qui tuſſi infeſtantur: adſtringentibus, modiceque frigidis caput defendant, vt puluerum aliquo conſperſo, quorum materiam in præcedentibus retulimus: vel ceratum aliquod conſtipans applicent in bregmate. Percrebrò autem idem Galeni medicamentum Diacodion ex Damocrate conſcriptum elingant, ex ſapa præſertim ac melle confectum; defluxum enim id prohibet, & tuſſim mirificè ſedat. Vel quod Diacodion æmulatur, familiariusque eſt, ex ſaccharo confecta ipſius albi papaueris ſemina. Vel eadem contuſa, ac ſaccharo tabellarum inſtar excepta, elinctaque de more, hora ſomni. Eodem pertinet ecclegma de papauere, aut quod ſanum, & expertum apud Seplaſiarios inſcribitur. Vtendum item gargariſmis ex aqua tepida, nec non frigidam ſubinde profuiſſe ſcribit Paulus, frigidi aeris inſpirationem, & frigidum victum.

VII. Secund. lo.

Ad oris, & gutturis ſiccitatem ex balneo.

Levia porrò hæc accidentia, & quamplurima conſimilia haudquaquam vereri debent qui aliquod inſigne malum per balnea curare ſtudent. Sed ne hæc ipſa tamen contemnere per omnia videamur: humectantibus aſſiduè in ore detentis linguæ, atque oris aſperitas lenienda eſt: nempe aut glycyrrhizæ, aut mixarum, aut Pſylij, aut lini ſeminis decocto. Idem præſtat in ore detentus portulacæ ſuccus. Et item mixa, palmulæ, prunorum damaſcenorum, nec non Tamar Indarum pulpa, lactucæ cauliculus & huiuſmodi alia. Optimum, ac facillimum eſt ſaccharum candi vulgo appellatum, ſtillatim elinctum. Ore ſæpè conniueant, ſternutamenta cieant (dum nihil obſtet) præſtantiùs hæc enim humectare ſolent: & in latus recumbant, nam reſupinus cubitus reſiccat. Cæterùm, quoniam exſiccationes, ſitis, & aſperitates eiuſmodi, plerunque (vt benè inquit Aëtius) principalium viſcerum intemperiei indicia ſunt: idcirco hoc in primis diligenter animaduertatur: quod ſi viſcerum ſit culpa, eorum perfrigerationi præcipua cura teneatur. Non omiſſis interim vnctionibus, conuenienti vitæ regimine, & balnei dimiſſione, ſi ita viſcerum poſtulet intemperies, quemadmodum paulò poſtea dicturi ſumus.

Viſcerum ſiccitati.

Ad debilitatem viſus ex balneo.

Levicvla quoq; res eſt oculorum punctio, quæ ex ſubacri caligine aquarum mineralium quibuſdam inter balneum accidit: nam per ſeipſa, circà primos dies remittitur. Alioqui viſus quùm debilitari contingit in balneis, haudquaquam contemnendum videtur. Nam quandoq; debilitatur ex ſiccitate immodica oculi ſuperfluæ vacuationi ſuccedente: quandoq; ab humore eliquato vi balnei in capite, eoque nerui viſorij cauitatem opplente: & quandoq; ex vaporibus balnei fæculentis caput opplentibus: quarum ſingulariter cauſſarum cura eſſe debet. Ex ſiccitate enim per humectantia viſio foueri poſtulat: cibo nimi-

tùm & potu,proba nutritione,aquarum interim dulcium, & temperatarum balneo, ſomno; & cæteris cùm totum corpus, tùm oculos præcipuè humectantibus. Ex humore autem in nervos viſorios eliquato,idoneæ ſunt per initia diverſiones:ad brachia quidem frictionibus grauibus,& ligaturis:ad occiput verò & humeros leuibus cucurbitulis applicatis. Inſtillaro ſæpius in oculos collyrio ex oui albumine cum roſacea aqua, & ſaccharo, quod mediocriter reprimat;motumq. adfluxionis ad longinquas partes promoueat. Poſt principia verò,quum ſcilicet coniectabitur iam aliquam fluxionis partem in oculis hæſiſſe, vacuatione inprimis totius corporis vtendum eſt,vel pilulis quidem coccijs,vel aureis,vel lucis, vel ex hieris,& agarico,quæ primo fluxionem auertant,atq; euacuent. Deinde ad diſcutienda localia veniendum, quæ tamen ſemper vltima eſſe debent, etiamſi mitiſſima,vel inquam prætentatis alijs. Quo in genere ea maximè præferuntur,quæ leuia cùm ſint,peculiarem quapiam viſui reſtituendo obtinent facultatem: vt ſuccus chelydonij, euphragiæ, fœniculi, perdicis,ſel ericij,collyrium ex fellibus,& maiora alia. Ex vapore deniq; balnei debilit viſio, vacuatione quadam præmiſſa reparanda eſt:partim quidem inhibendo reliquias aſ dentium ipſorum vaporum ad caput, vt ſi vtantur poſt cibum vel coriandro, vel aniſo, fœniculo, vel diacytonio, & quæ aliàs diximus. Partim verò eas reuellendo ad inferio per ipſorum frictiones, lotiones, ac exercitia, vel balanis, & clyſteribus, pro his, qui ne erunt ad exercitationes idonei. Poſtremò oculis adhibenda quæ ipſos tergeant, ac rol reut,quantum fuerit opus. Mirabile quidem omnibus oculorum vitijs, aſperitati, ſuffu ni, lippitudini ex hæmatite, & lacte collyrium ſuper cotem leuigato. De multiplici v ad oculos fluxione decumbente in balneis,ſemper quæ ex vſu ducciæ in capite fit, verenc apprimè eſt.

Ad vrinæ difficultatem, atq; ardorem ex balneo.

VRINAE difficultas cùm plures habeat cauſſas, teſte Galeno in VI. de locis affect nempe calculum,inflammationem,vehementiam febris,obſtructionem, callum in veſica ſeroſæ humiditatis acrimoniam:haud ſecus in balneis eſt ſymptoma quoddam, ex propi talium humorum qualitate,quam & aquę acrimonia,quæ hepar,ac renes incendit,facilè citare poterit. Temperatiora itaq; ipſis balnea miniſtrare oportet,ac interdum omitt & ſi vehementius infeſtauerit affectio, vt quibuſdam aſſolet prorogari, intemperatæ a ſolium deſcendere,vel etiam in hydrelæum expediet. Ex vſu verò ſunt quæ illam inten riem alterent:vitando interim acria,multum vini potum,exercitium, iter, equitationem tardam comeſtionem, quæ omnia valde ſolent humores acuere, ardoremq. acrius auge Hiſce conuenientiſſimum Apozema eſt,ex liquiritiæ decocto,maluæ,caudæ equinæ,cap rum veneris,althææ, violarum, ac his ſimilibus. Empyricum eſt, atque optimum ad vr ſuppreſſas, aqua deſtillata è ſcapis fabarum recentium, pondo ſex vnciarum ebibita mane diluculo,cum ſyrupo de liquiritia. Vtimur & aqua deſtillata ex floribus geniſtæ,& quē Romæ de Hibiſco vocamus, ex rad.althææ decocto paratum. Faciet autem ad ardorem optimè,ſi frigidis veſcantur,maluę cauliculis,ſcilicet ex modico aceto paſſulato,atq; oleo,piſcibus,ſi nihil obſtet,ouis ſorbilibus,nec non lacte cum ſaccharo in prima menſa. Ad ardorem, ac difficultatem vrinæ,hæc tria inuenimus præcipua,ſiue in alimentis ſumantur,ſiue in medicamentis:Maluam,caſiam fiſtulam,& Glycyrrhizam:poſt hæc quæ & vrinam facilitant ſemina communia,capillum veneris,portulacam,& cetrach. De extrinſecis porrò, mollia, ac leuia ænemata frequenter,ex lacte etiam indantur,vel dulci oleo,vel violaceo. Dormituris verò renes,hepar,& pecten,vel ſantalino, vel roſaceo, vel quopiam eius generis refrigerantium,& modicè adſtringentium inunganrur.Maximè verò his conducit ſomnus;quā ob eam ſi cætera conſentiant,& patiens conſueuerit dormire interdiu, expediet ei per horar cibo quieſcere, maximè ſi intermittendum per eam diem à balneo videatur. Mordacita verò acriùs ingruente, his balnea in totum dimittere erit vtilius: cæterùm in genere Po lentarum temperatæ admodum conueniunt.

Ad aluum adſtrictum ex balneo.

PROCVRANDVM porrò in balneis eſt,vt aluus ſuperfluitatibus vacet; vt bis quoti ſcilicet,vel ad minus pro conſuetudine exoneretur;multos enim ob hoc ſolum accidens, ſica,atq; etiam illorum paſſione correptos vidimus; Quòd ſi,ex contracta in inteſtinis ca da,& ſicca intemperantia,id minus præſtare quis poterit, vt vſueuenit ex balneo;imus v ter totus quopiam emolliente,relaxante,& refrigerante vnguento illinatur. Cuiuſmodi ter Vſualia, ac facilè parabilia ſunt, oleum commune, antiquumque, butyrum,oleum è clamino, oleum de thymelea, vnguentum è cyclamino ilibus, & femori illitum Meſuæ, guentum Dialthæa,vnguentum Agrippa. At ſi adſtrictio diutiùs proceſſerit,in hydreſæl

tuim

tuim patientes mittantur, atq; etiam ſimplicis olei. In edulijs verò vtantur virulentis, ac item emollientibus, malua, blito, beta, mercuriali, cucurbita, portulaca, vrticæ cauliculis, omnibus ex oleo, & garo elixatis: cuius loco hodie vel omphacio, & ſale vtemur, vel lectiſſimi tartari ex vino polline, quod vim abſterſiuam non paucam obtinet. Pari modo, in anteœnijs ſumant pruna damaſcena, & fugaces fructus eiuſmodi, quantum licebit. Ex medicamentis verò, quæ per os deuorantur, ſiquidem diſpoſitionis ratio indicauerit, valenter etiam purgantia adhibeantur: hoc ſeruato, vt quandiù medicamenti miniſterio ægri intendunt, à balneo abſtineant. Sin autem, clementia quædam aſſumant, vt bolum caſiæ fiſtularis: vel deuoratis pilulis alephangininis, maſtichinis, communibus, de tribus; & ſine cura vulgò appellatis antè cibum. Clemens verò, nec minus delicatum eſt hydroroſatum Pauli, ſi ita paratur, aqua. roſis, & melle. Vel quod lenius à noſtris fit, ac Simplex ex roſis, & melle, quod vulgus medicorum, modo ſyrupo plurium infuſionum, modo roſatum, aut violatum ſolutiuum appellant, pondo trium vnciarum aſſumptum benè manè. Vel ſaltem non omittantur clyſteres, primùm quidem ex brodijs lenibus, ac mollibus, deinde poſteà acrioribus, aut glandes ſuppoſitoriæ indantur. Nec deſunt multæ ex medicatis aquis, quæ inditæ ex enemate ſubducunt aluum, vt nitroſæ præ ceteris, æneæ, atque etiam ſalſæ: contrà verò ferrugineæ, aluminoſæ, & ſulphureæ, quæ inquantum tales exſiccant, atque adſtringunt.

Medicamenta.

Clyſteres

Ad defectum balnei ſi non vacuetur.

Longe verò alia retentionis ſpecies à ſupradicta eſt, quùm balnei aqua ebibita, quocunq; impedimento non emittitur. Primò verò diſtinguendum eſt vbi retineatur, an vijs latis, an in circunferentia totius corporis, an in vaſis vrinarijs, & veſicæ. Quorum locorum ſunt certa ſigna diſtinctiua, dolor, rugitus, inflatio, fluctuatio in ventre aquæ, ſputamina in ſoliras, languiditas appetentiæ. Eſt & tumor ad ſupremam cutim (quod certè nunquàm vidi) teſtimonio Plinij iam allegato, quoſdam viſos bibendo turgidos in tantum, vt annuli integerentur cute. Quidam ebibitis, me auctore, aquis Sancti Marini iuxta Ariminum, regreſſus in patriam cœpit inſolitam corporis laſſitudinem dolere, deiectam appetentiam, ventris duritiem: porrò, caſu quodam oborto ei eryſipelatode tumore ſuper dextrum hypocondrium, quod offenderat; perinde quaſi perforatus hydrops, complures fiſtulas aquarum, ichoroſæq. humiditatis, vſq; in admirationem medicorum eiecit è loco. Quocunq; ergo modo aqua ebibita retineatur, de ſui indicat neceſſaria euacuatione, per conuenientem viam. Si in inteſtinis, ſtatim eadem die vacuanda eſt, per clyſterem ex eadem aqua, vel diſcuſſorij aliquo addito, parietariæ præcipuè, & etiam hieta. Secunda die, nihilominus bibendum: quod ſi ſimiliter retineatur, eadem præſidia reiterentur. Quod ſi tertiò, & quarta item die retentio proſequatur, ſuperſedendum eſt: ac vnam duarum putabimus eſſe in cauſſam. Vel quia eo anno balnea ſunt minus ſalubria, vtpote ſi multis eſſent diluta pluuijs. Vel corporis perperam factam eſſe præparationem, vijs obſtructis viſcoſitatibus, quæ erant tenuendæ, vt ſuo loco docuimus. Reliquias verò euacuare tentandum; Aut pilula aliqua ante cœnam, quæ proritet aluum, vt maſtichina, vel de tribus, vel ſtomatica. Aut ſtimulo aliquo aquarum virtutem exacuere oportebit, vt vel ſalis momento, vel ſyrupo roſaceo, vel ſaltem ſimplici ſaccharo. Vtuntur Patauini Medici, teſte quoque Fallopio, pilulis, quas habent in ſecretis vulgi cauſſa. Nimirum ſcrupulo vno ex prædictarum aliqua ſpecie, cui additis boni elaterij granis duobus, faciunt vnam pilulam, exhibentq. antè cœnam: quæ & non grauat doſi, & purgat certiſſimè retentas aquas. Quòd ſi languido aliequi prius corpore, aquiſq. retentis, de hydropis ſpecie timendum ſit, putrefacta forſan aqua, ac viſcere cum toto corpore perfrigefacto; apertè ad fortiora præſidia veniendum eſt. Etiam ad ebuli decocti exhibitionem, quod quandam habet proprietatem, ad ducendas aquas, vel augere Elaterij doſim ad quatuor, vel etiam ſex grana. Communia ſunt exercitium, labor, ſudor. Quam maximè verò expedit finito balneo, eas in balnea, ac lauationes, calidiorum aquarum committere: medicatarum quidem, ſi talium copia haberi poterit (hoc enim in caſu balneum poſt potationem aquarum conceditur.) Sin minus priuatarum, & dulcium lauacra ineant: diuq. perſeuerent exerceri, geſtari, fricari; vt omninò imbibitas iam humiditates excutiant. Quidam ad aquas Porretanas, ſi minus ex potu earum promouerentur vrinæ, adhibent circa pectinem malagmata ex parietaria decocta in aqua, actuq. calida, ſæpè, ac ſæpiùs adhibita: faciunt & ex ea clyſteres.

Signa quo loco aqua ebibita retineatur.

Libro 36. cap. 6.

Curatio.

Libro 2. cap. 7.

Pilulæ in ſecretis.

Balnei vſus poſt potatione aquarum.

Ad promouendã vrinam.

Ad aluum nimium ſolutam ex balneo.

Pertimeſcendum quoq; cum primis eſt, alui nimium ſolutæ accidens in balneis, quando non pauci ob hoc ſolùm in dyſenteriam præcipitent, incauti nimirùm, qui ſalſugineas.

Digitized by Google

neas,acreſq. pro potulentis medicatis aquis ingurgitantes,cruentam deiectionem, ac inteſtinorum tormina experiri ſolent. Principio igitur dum à virtute balnei excernente crudos, & contumaces humores, fluor proceſſerit, ſinendum. Indicabunt enim id eſſe naturæ munus,lenis tolerantia patientis,quies,ipſarum excretionum qualitas,quãtitas, condecens occaſio,ſyncera aquarum ebibitarum eiectio in fine,& tandem ceſſatio. Sin autem vacuatio [Curatio.] modum excedens vires deijciat,flatus, & tormina efficiat, cum ſiti aſpera,& linguæ ſiccitate,& pro quantitate,qualitate,& tempore exeuntium minus idonea uideatur; protinus balnei miniſterium dimittendum eſt, ſeu bibendo, ſeu lauando, ſeu quocunq; modo ipſum aſſumpſerint. Quod ſi coacta natura adhuc aluus iuerit,ac immodica uſq; adeo fiat inanitio; vt æſtus,aſperitas,ventriculi attenuatio,totius corporis exiccatio inducatur; tunc non modò extrinſeca cauſſa,quæ eſt ipſum balneum,intercidenda eſt,ſed etiam intrinſecis,materiali ſcilicet, & efficienti cauſſæ fluxus, prudenter occurrendum eſt. Habita diligenti ratione nùm aut hepatis, aut ventriculi, aut inteſtinorum, aut cerebri id vitio contingat: cuius rei cùm innumera ſint capita, & cauſarum connexus;longè abeſt ab inſtituto hoc noſtro vnumquodque proſequi,

Ad ſudorem immodicum ex balneo.

SVDORES autem è balneis excipere oportet, his quibus ſudandum eſt, quandiù ſatis vacuatum fuerit. At vbi largiùs eruperint,vt ſuprà modum laſſari patientes videantur, & in ſyncopim labi,leuiſſimè ſudor abſtergendus eſt,nam alius quoque alium elicit. Subinde leuando operimenta refrigerare conuenit, feneſtris patentibus, quo perflatus aëris frigidior inducatur, ac euentilatio circunquaq; fiat. Omphacino quoq; oleo, aut myrthino,aut cytonite, aut quopiam alio aſtringenti vnguento perungantur. Cæterùm ſatiùs fotaſſe fuerit prouidiſſe, vt qui raræ admodum texturæ ſunt, & ad largos huiuſmodi ſudores idonei, [Vnctio ante balneum.] parciùs (præſertim inter Initia) lauacris committantur. Intraturi ſcilicet ipſum balneum, molli prius ex oleo frictione vtantur; à balneo autem aut in tinam frigidiuſculæ, ideſt minus calidæ aquæ confertim inſiliant, aut eadem per miniſtros conſpergantur, ac deterſi inungãtur,de more quem in lauationibus propoſuimus.Eodem modo gracilibus,imbecillis, delicatis naturis, & reconualeſcentibus, ſi quando balneis vti contingat, conſuluiſſe oportet. Cibarijs verò mediocriter aſtringentibus, refrigerantibuſq. vtantur, velut acidis granatis,limonibus,lactucis, oxalide, & ſimilibus. Nec minus animalium pedes ex aceto vtiles,& lac etiam decoctum.

Ad animi defectum ex balneo.

SOLET autem animi defectus cùm imbecillis,& minus conſuetis, tùm in aquis natura calidioribus euenire; modò ex ipſa mora in balneo, modò ex ſudoris multitudine poſt balneum. His quidem,qui ex lenta in balneo mora animo linquuntur, conſueuerunt balnearij confeſtim totum corpus frigida conſpergere, frigidum perſpiratum aëris præbere, ſtomachum fricare. Et eſt ſententia Pauli,nam ſubito reſipiſcunt illapſi,naturali calore nimirum [Cibus aliquãdo ante balneũ] in ſeipſum, tanquàm in arcem reconcentrato, & reuocato. Quibus verò ex quodam vitæ abuſu ſummo mane prandere mos eſt, ac impranſi inter balneum videntur animam exhalare, poteſt his aliquid antè balneum concedi pro ientaculo. Aeſtus in balneis arcetur (in- [Ad æſtum in balneo] quit Celſus) ſi quis frigidam aquam in ore teneat:& Plinius,ſi ſalem linguæ ſubditum elingant,vel acetum collutum. Imbecillis autem,& inconſuetis tutiùs conſulimus, vt à leuioribus incipiant, donec aſſueuerint, & paulatim contrà quàm in frigidæ natatione, non conſertim ſe totos immergant. Cubent, aut immerſi ſedeant, & nihil agant, nec dimoueantur,porrecto ſolùm brachio in aërem frigidum quandoque, vt pulſus in aperto perſpirent, vel alternatim pedes in margines aluei eleuent. Pro ſudoris autem multitudine deficientibus, cutem denſare oportet, & tàm internis, quàm externis adiumentis frigidis ſuccurrere; exhibito nimirùm vini potu frigido, ac paulo poſt iuſculento aliquo cibario, aëreque ad frigidum, & acidum alterato; perfuſis, conſtratiſque pauimentis, & quæ ex Galeni ſententia ad ſudorem diximus. Cæterùm ad Syncopim in balneis, multa relinquo ſcitu [Ad Syncopim.] vtilia, quæ commodiore loco de accidentibus in balneis artificialibus recenſenda venient, libro 7. cap.26.

Ad laſſitudinem,ac debilitatem corporis ex balneo.

PRAETER animi autem deliquia, vniuerſi interdum corporis debilitas vacuationi immodicæ ſuccedit tanta,vt vires ipſæ proſternantur. Qua propter iure optimo Galenus va- [Cauſſa.] cuationem repetere quàm exquiſitè ſemel vacuare maluit, tolerabilius exiſtimans quempiam in morbos à plenitudine prolabi,quàm ab inanitione. Eſt & altera cauſſa,nempè mi-

neralium

neralium virulentia in balneis,ac malignitas,quæ intemperiem,& quandam naturæ fatigationem in corpore excitat. Et tertia, externus calor, æſtuſq; balnei à profundo ad cutim trahens, & ſpiritum diſſoluens: quo nomine accedunt quoq; extrinſeca alia, ira, anxietas, angor animi, coitus, labor, & peruerſa reliqua viuendi ratio. Quæ vel ex eo potiſſimum recenſa veniunt,quòd ipſis euitatis,promptè ſe quiſque ab hac laſſitudinis ſpecie uendicabit. Cognita ergo cauſſa, ubi quis plus ſolito ſe grauari ſenſerit, dimiſſo balneo, uirium reparationi intendat,& eius cauſſæ:cùm tamen eueniat, quando pro re nata contra ipſum ſymptoma prius eſt inſiſtendum, & quùm præſertim ob ipſius uehementiam præceps uirium reſolutio timeatur. Si quidem igitur imbecillitas hæc propter uacuationem immodicam ad balnea contingat, analepticæ artis parte, hoc eſt, refectoria, & renutritoria utendum eſt,quemadmodum infrà ex Galeno ad uentriculi debilitatem occurremus. Si uerò ob corporis intemperiem,ab aquarum malignitate excitata,laſſitudo ipſa acciderit,contrarijs prædictis profligetur. At ſi fiat ſpiritibus ab æſtu,labore,coitu,ira reſolutis, ueluti quoq; ſi contra ipſum ſymptoma pugnandum eſt, renutritoria uictus ratione,& roborante eſt opus. Qua in re per quàm commoda eſt delectatio,& alimenti paulatim pro uiribus facta acceſſio,adhæc ſomnus & quies,& adhibita medicamenta ſuaueolentia,tùm cardiaca, cùm ſtomachica. Balnea quoq; dulcium aquarum temperatarum,inunctiſq. poſtea de more patientibus,circa finem curationis ſunt ſaluberrima,Galeno teſte. Sicuti etiam expedit,aut in balneo ipſo, aut cùm ſtatim exierint, iuſcula pullorum, & ouorum uitellos ſorbere:præſertim ſi leuis frictio præceſſerit,& muſculorum unctio ex oleo temperato aliquo,quale eſt oleum de ſpica, oleum chamæmelinum, & oleum ex leuchoio, quod de Cheiri in officinis inſcribitur. Oleum quoq; uetus auctore Galeno, & præterea oleum maſtichinum cum roſaceo,& uino antiquo dilutum,laſſitudinem,debilitatemq. tam neruorum, quàm reliquorum artuum emendat:quod & ualetudinarijs non erit inutile.

Curatio. — *Balnea dulcia.* — *Unctiones.*

Ad ventriculi imbecillitatem ex balneo.

VENTRICVLI autem,atq; hepatis munia cùm ſint omnibus animalis partibus neceſſaria,communiaque,ut ſcribit Galenus in VII. Methodi, ſumma diligentia nos uti decet,ne ne inter balnei miniſteria eorum uirtutes offendamus. Quam ob rem ſi pro uiſcerum innata imbecillitate, aut reſolutionem uirium timeamus,aut ipſius particulæ periculum; ſani certè conſilij fuerit, tempus ſalutaribus auxilijs anticipaſſe. Succurratur igitur tùm his, quæ per os ingeruntur, tùm his quæ extrinſecus adhibentur ſtypticis,amaris,acidis, atque modicum aromatici olentibus. In quorum genere ſunt roſa,ſantala omnia,ribes,palmulæ, aloe,maſtiche,uinum aſtringens aromaticum, acetum,citria, granata,cotonea mala,oxalis, plantago, paſſulæ acidæ, ceraſia acida, hiſq; ſimilia multa uarijs modis ægrotanti ipſi miniſtrata. Et ex his,quæ uim quoq; medicamentariam habent, diacitonium, ſaccharum roſaceum,conditaq. alia ex citrijs,mirobolanis,citonijs,ſyrupus roſaceus,de acreſta, aromaticum roſatum. Adhibenda uerò extrinſecùs,oleum maſtichinum,roſaceum, melinum,myrthinum,de abſynthio, unguentum roſatum,ſandalinum. At ſi nihilominus uentriculus ipſe in imbecillitatem labatur;tunc uel os eius duntaxat afficitur, uirtutis nimirùm appetitiuæ lapſu, quam antea reparare docuimus. Vel fundum, ac uilli eius retinentes patiuntur, & tunc retentrix uirtus maximè deijcitur. Vel certè prægreſſa aliqua uentriculi affectio, aut intemperies eſt, quam balneum excitauit, tùmq. omnis facultas naturalis, cuius origo eſt ipſe uentriculus,imbecilla ſimul efficitur. Præmiſſa ergo vacuatione aliqua, ſi neceſſe fuerit, ueluti ex dialoe Galeni, vel maſtichinis pilulis,vel alephanginis, vel communibus, vel diacatholicone maximè medicamento,cibarijs ſtudeant boni ſucci, ſorbilibus, & quæ citò ac in pauca quantitate nutriant, celerimeq. laxatas virtutes inſtaurent. Eſto etiam cum his cibus eius qualitatis, quæ ventriculi partes laxas in vnum cogere queat, roboret, ſomnum conciliet, laſſitudinemq. à balneo relictam auferat. Qualis maximè idoneus fuerit ſubacidus,& ſubauſterus,aromatibus parùm aſtringentibus conditus,ueluti diximus. Paulatim verò,ac per interualla dandus eſt, quantus ſcilicet non grauet ventriculum, ſenſimque augendus, donec ad conſuetam illi quantitatem ventum ſit. Potus etiam ſit parcus,etiamſi magna ſitis adſit,eam enim potu largo placandum non eſſe, cautum antea à nobis eſt, & ſitim tolerare uentriculum roborat. Eſto autem uinum tenue,odorum, & leue, & aqua cocta dilutum quantum opus uidebitur,modico item ſtillatitij liquoris adiecto,boni Meſuæ conſilio, quod faciat ad cauſſam. Vitandum uinum dulce, craſſum, coctum,uinoſum,& turbidum, & aquam tùm calidam, tùm frigidam; hæc enim imbecillum extinguit calorem, illa autem laxat, ac innatas uentris uirtutes diſſipat. Vitent præterea pinguia, nauſeabunda, dura,cruda,mali ſucci,ac etiam lenta, & herbacea, præter menthaм,ac alia eiuſmodi ſtomacho maximè congrua. Dimiſſo autem uſu balnei interea, ſomno indulgeant competenter

Purgatio. — *Vini electio.*

hic

hic enim omnes ventriculi moleſtias,ex reſiccatione maximè obortas ſedat,priſtino vigori reſtituit,ac reliquum corpus inſtaurat. Gaudium,deliciæ, & reliqua id genus victus ratio teneatur. Forinſecus autem impoſuiſſe præſtat interim olea,vnguenta,cerata,epithemata, & ex herbis, ac liquore aliquo malagmata paratu facilia, quæ eandem ſententiam iuuent, caloremq. conſeruent,ne diſſipetur:qualia adſtringentis,ac odoræ facultatis maximè ſunt, vt ex triaſandalis confecta,& eiuſdem farinæ alia. Quòd ſi tandem attenuatus adeò ventriculus ſit, vt hecticæ periculum timeatur (quod in his, qui cum mala valetudine vadunt ad balnea non raro euenit) ventriculum ipſum modis omnibus humectare expedit, atque his præcipuè,quę tùm corpus vniuerſum,tùm virtutes inſtaurare valent,de quibus alibi opportunius verba faciemus. Extrinſeca. Hecticæ periculo.

Ad dolorem ventriculi ex balneo.

QVATVOR potiſſimùm de cauſſis ventriculus dolorem poteſt incurrere ad balnea. Vel ob intemperiem ipſius æqualem, vel inæqualem, vel ex vlceratione, vel tandem ex flatulento,acri,& pungente humore,quem vſus balnei concitauit ventriculo,non tamen coniunxit. Si quidem ſola intemperies calida eſt, facillimæ curationis habetur, Galeno teſte in eodem Methodi libro 7.vt quæ alterantibus duntaxat,ac adſtringentibus,qualia diximus alimentis,ex frigidæ aquæ exhibitione curatur. Quod ſi etiam æſtus vehemens calidæ intemperiei adiungatur,eum affectum,ac ſi febris eſſet curaueris, dimiſſo in totum vino, melle,ac calorificis alijs,ac Ptiſanę hordeaceæ vſum,humectantiumq. aliorum iubeto;foris verò crudum oleum,hoc eſt omphacinum,& melinum illinito,vel ſantalinum vnguentum,& vt interim ſimplex diacitonium cum ſaccharo roſaceo,vel violaceo elambant. Si verò cum intemperie materia quæpiam coniuncta ſit,aut hæc quidem ex eſſentia excitata eſt in ipſo ventriculo,aut ex alterius partis conſenſu; ſi primù,tunc præmiſſa ſi oportuerit,præparatione aliqua,vacuationi intendendum eſt.Hanc autē ex habilitate naturæ patientis moliemur,vel per deiectionem,vel per vomitum. Pharmacis quidem vtendo clementer purgantibus,& à propinquo trahentibus, vt hiera quam probauimus ex Galeno. Verùm ſi materialis eiuſmodi intemperies, ex cuiuſdam alterius membri conſenſu adducta in ventriculum ſit; quemadmodum frequenter ex irruente à capite fluxione ſolet accidere;eo in caſu membri illius demandantis robori attendere oportet,veluti in alijs diximus,recipientis interim cura viſceris non neglecta. Si verò cum hoc exulcerari quoque ventriculum contingat,cùm in cæteris cauſſis parciùs balnea ſumenda ſint,hic ea prorſus oportet dimittere,ac pariter rerum aerium alimenta,& his ſimilia. Sit victus refrigerans,ex Ptiſana, cum qua quidpiam mellis adiungant,quo per ipſum vlcera repurgentur,atq; abſtergantur,& aliquādo quæ dolores mitigent,ac mordacitatem obtundant,commendantur. Forinſecus epithematis adhibitis,quæ corroborent, ex palmulis, malis cotoneis, ac polenta, ceratiſq. ex melino, roſaceo,ac ſantalino. Poſt repurgationem verò,ſint quæ carnē implent,& deinde quæ adſtringant,ad cicatricemq́ue perducant. Vlceribus.

Ad flatum ex balneo.

SI tandem ex ingenito iſthic, incluſoque flatulento ſpiritu ventriculus doleat, ius galli commodiſſimè exhibet Meſues,emplaſtro adhibito ex pane calido,oleo,ac melle. Peculiariter autem ad flatum ventris,laudant balnearij Medici hæc olea,de Abſynthio,de Spica, de Maſtice:ſimiliter gariophyllos,galangam,Macem,aniſum,galliam muſcatam,& ex his varia medicaminum genera. Aniſum,vel Coriandrum à cibo commanſum familiare eſt;ac id genus confectiones. Cæterùm diſcutientium flatus longiſſima eſt apud medicos ſeries, ſubtilium ſcilicet partium omnia,calida,& ſicca.

Ad ſingultum ſuperuenientem ex balneo.

SINGVLTVS quo os ventriculi quodammodo conuellitur, retentricis, ac expultricis facultatis eſt vitium. Contingit autem in balneis aut præ nimia ipſarum actione, aut ob materiæ malitiam,quaeunq; ex cauſſa in ventriculum contractam, aut morſum excitatum ex acrimonia,aut grauantem,aut flatu replentem,ac diſtendentem. Quem quidem emendāt ſua contraria,quæ nimirùm materiæ ipſius acrimoniam hebetant,vacuant,diſcutiunt. Rhazes ad aſſiduam ſingultiendi moleſtiam, frequenter aquam tepidam modicè ſorbillandam præbet. Ex immodica autem balnei actione,veluti ſi quiſpiam imbecillior nimium ad potulentas aquas exinanitus,penè exhauſtus anhelet,parùm ſpei in remedijs eſt,& ſi diu perſeueret,lethale,vt teſtatur Hippocrates. Si verò ſiccus eiuſmodi affectus ſit,& non adeo confirmatus,humectantibus iuuatur,& eſt ſanabilis. Perraro autem ex viſcoſorum frigidorumq. humo- 5. Aph. 4.

humorum copia accidit ſingultus in balneis:niſi fortaſſe ex ciborum corruptione, quem ſanat vomitus. Iuuat & ſpiritus retentio,teſte Paulo.

Ad vomitum ſuperuenientem ex balneo.

VOMITVS autem, vt inquit Paulus, quia tam ſanis quàm ægris poteſt contingere, & vtriſq; modò vtilis eſſe poteſt,modò noxius; ideo diligenter ad opus balnei vomitatis cauſſa cognoſcenda eſt. Et præſertim,quia multis vomitus eſt domeſticus,quem tamen balnei violentia ſua acri in potionibus qualitate exacerbare poſſet:multis contrà inimicus,quibus cautè operatio aquarum ex vomitu vacuantium (quanquam faciat ad cauſſam) moderanda eſt. Quæ prudentia tota ferè in electionibus balnearum, quæ maximè conueniant, verſari debet. Maximè verò cauendus his,quibus ex affectu quoque aduerſatur, vt malo præditis ſtomacho, ſanguinem excreantibus, & qui ſuffocationibus ſunt opportuni. Qui omnes ſicut violenti, & nimium acribus potulentis aquis abſtinere iubentur ; ita ſi laborioſam aquæ etiam mitis operationem experirentur,penitus eam intermittere debent. Sed in longis proſunt affectibus, ac ſolutu contumacibus,qui validam commotionem deſiderant,qualis eſt Podagra, Iſchias, antiqua meſeraicarum, hypochondriorum, & lienis obſtructio, hydrops,inflatio, Epilepſia ventriculi vitio, melancholia , & ſimiles. Quibus omnibus potulenta validæ etiam facultatis balnea tentare vtile eſt, neque per initia, quantumcunque meticuloſis, vomitus ſupprimendus, vt qui poſteà magnam exinde vtilitatem ſperare debent. Hoc ſigno confidentes. ſi benè tolerent, & quieſcaut, haud ſtatim, nec copioſo, nec quolibet cibo vtentes. Quòd ſi præter hæc intempeſtiuis vomitionibus tententur,vel ventriculi nauſea;quampiam ſtomacho intemperiem conciliatam inditium eſt. Tuncq; exeuntium qualitas inſpectanda,nam aut amarulenta,& millioſa, hepatis vtique vitio caleſcentis ; in quo caſu & balneo interdici debent , & regimine febricitantium frigido atq; humido inſtituendi,& quòd robur ipſis viſcetibus conferant. Aut alimenti aſſumpti ſpecie exiſtunt, in quo ſimplex intemperies calida arguitur,facilè per refrigerãtia ſupra dicta ad alias ventriculi paſſiones, ſimul atq; corroborantia emendabilis. Si verò aliqua humiditas inter viſceris tunicas infarcta timeatur,vnde nauſea,& cibi etiam auerſio ſolet accidere;peridonea ex Hiera ſimplici purgatio,catapotijs,& electuarijs prædictis. Nam vnctiones, fomenta, & conditorum eiuſmodi vſus, nunquam in his caſibus ſunt inutilia ; & quæ multam habent ad omnem vomitum conferentiam,lenticula cum pulegio decocta,aut mentha,aut thymo, aliquando ex aceto,Panis ex vino dilutiore, & odore infuſus,Paulo; mala punica,citria,mirobalani,& huiuſmodi alia.

Vomitus cautio.

Prima Aph. 2.

Ad hepatis,ac viſcerum incaleſcentiam ex balneo.

QVONIAM verò excaleſcentia in balneis natura calidis apprimè omnibus verenda eſt & quibus maximè vniuerſa corporis temperatura, & in primis viſcerum , hepatis , ac renum inclinat ad calidum; idcirco ſani conſilij fuerit tempus anticipaſſe, tùm debitis , quas conſuluimus , præparationibus,tùm electione idonei balnei , tùm denique conſeruantibus præſidijs , quibus in vnum quemque in ipſo balnei vſu communitum eſſe oportet. Talia multa ad ſtomachi tutelàm paulo ante adduximus , temperata , aut frigida , ac modicè ſicca,ad vnamquamque etiam hepatis,& renum intemperantiæ calidæ ſuſpitionem vtilia. Cui periculo ſi anticipata remedia non ſuffecerint, ac dubium ſit ne aut in hepate, aut in ventriculo,phlegmone concitetur, quamprimùm balnea intercidantur. Immò ſi qua apparuerint factæ inflammationis inditia , quam celeriter facta è directo lateris miſſione ſanguinis, medici curæ ſe ægri committant. Vitentur per initia Scammoniata,& ſimilia quæ per aluum purgant violenta pharmaca:perfuſis oleo partibus,in quo abſynthium incoctum ſit,qui cum aliquo quod cum amaritudine adſtringat commiſcendum, velut omphacinum oleum , vel melinum. Empláſtra item adhiberi poſſunt procedente affectu , è farina hordeacea , fænograeci,ac ſeminum lini, cum palmulis, malis cotoneis, abſynthio,chamæmelo, & meliloto : nec non Diameliloton emplaſtrum,quod ex eiſdem ferè paratum in officinis habetur. Erit ſumma compoſitam habeant facultatem, tùm relaxantem ſubtilium partium, amaramque , tùm adſtringentem.

Ad febrem ſuperuenientem ex balneo.

FEBREM verò in balneis omnis error circà victus rationem excitare poteſt, potiſſimè tamen quatuor ſunt cauſſæ. Vel quòd balneum ipſum immodicè calidum , & acre , corpus calida, & ſicca intemperie afficiat : Vel quòd materiam ante vſum balnei præparandam, ac vacuandam quis illegitimè retinuit,itaq; conculcata putreſcit,& febrem ciet: Vel quòd ex uehementi actione balnei, multus corporis , aut animi motus ſuperuenit : Vel tandem quòd

quòd frigoris occurſu meatus corporis denſati prohibent vapores à caliditate balnei excitatos tranſpirare, vnde cohibita tranſpiratione putrefactio humorum, febriſque gignitur. Quomodocunq; ergo Febres interueniant ad balnea, tùm iam balnearum naturalium vſum C recuſant, vtpote quæ humectatione, ac refrigeratione opus habent, contra quàm balnea poſſint. De reliquo autem curatio ſtatim ſe exhibet, ab effectricis eius cauſſæ cognitione, VII. Methodi Galeno teſte. Hanc verò, ſi adhuc perſeneret, abigere per contraria oportet, niſi febris magnitudo, ac ſæua accidentia curandi ordinem interpellent. Quamobrem ſi balnei caliditas vehemens, acriſque in cauſſa fuerit, extinguendus eſt, refrigerantibus ſcilicet remedijs, acrimoniamque obtundentibus, quorum & in alimentorum, & in medicamentorum genere notiſſima apud Medicos ſupellectilis habetur. Aërem nimirùm ad frigidum, & humidum alterantibus, cibum, potum, vnguenta, emplaſtra, quæ cor & hepar contemperent, eſſe oportet omnia frigida atq; humida. Poſtremò temperatis balneis vtendum, & reliquis eiuſmodi omnibus. Si præterea duntaxat materia quæ olim iam euacuari debuerat, putruerit, ea in primis æquetur, donec expulſioni parata euacuetur. Præparatio autem iſta duplicem habet rationem, vnam quidem reſpectu viarum; quas, ſi obſtructæ fuerint, præaperire idoneis ad hoc medicamentis, ac cibis neceſſe eſt. Alteram verò reſpectu humorum peccantium, qui ſi tenuea ſint, ſtatim purgantibus egent medicamentis. Expectare autem oportet digeſtionem in pinguibus, & glutinoſis, quos præextenuare, & incidere prius expedit, ſicut eſt phlegma, & colera nigra, atque vbi vacuationi tempeſtiua fuerint, educere. At ſi à vehementi aut corporis, aut animi motione à balneo febris redundauerit, Diariæ febris curationem ab eiuſmodi cauſſis obortæ expoſtulat. Quòd ſi de nique fuerit frigus poros corporis condenſans, aperientia adhibeantur, & quæ vapores tranſpirabiles reddant, ſaltem poſt initia; ſudores enim in his prouocaſſe ſaluberrimum eſt, præſertim in balneis aquarum dulcium temperatarum. Nam quemadmodum balnea naturalia febrientibus competant, iam in principio libri huius oſtendimus. Cæterùm, de accidentibus balnei, cùm præcipua equidem, ac maximè neceſſaria capita conſcriberem; dedi operam, vt compendioſam omnium reliquorum rationem cum his coindicarem. Præſertim quia ſunt ex eis non pauca, quæ vel ipſo iure balnei curanda veniunt; vt eſt Paralyſis, flatus, hydrops. Et non pauca, haud diſſimulem, contingunt in balneis, quæ curationem non admittunt: id enim commune eſt omnibus medicinis, vt, in quibus ſanantur plurimi, mori contingat aliquos, ſine viuentibus omnibus ineuitabili. Quare iam finem huic parti faciemus, ſi generales aliquas poſt vſum balnei regulas animaduerſas habuerimus.

Mors in balneis excuſatur

Iuuamenta à balneis an præſentia, an futura ſperanda ſint, & qua nam vitæ ratio eſſe debeat proficiſcentium à balneis. Cap. VI.

BALNEARVM verò ad vſum ſicut diligens præparatio requirebatur, & in vſu ipſo ſeruanda erat, quam præſcripſimus methodus; ita poſt balneum recta aliquandiu vitæ ratio teneri debebit. Non enim pluris eſt, aliquid benè incipere, ac diligenter proſequi, quàm fœliciter abſoluere. Id autem cùm ſingularis obſeruantiæ eſſe debeat; vt communiter tamen dixerim, quandiu quis non ſenſerit ſe bellè reſtitutum, à ſuſceptis vitæ præceptis non debet diſcedere. Paucis qua de re vtilem hoc loco diſſoluam quæſtionem, quæ verſari ſolet in omni balnei vſu: an præſens à balneo, an futurum iuuamentum, & quandiu ſperandum ſit, aut quo ordine conſequendum: Pauci enim (vt prædicant) ſolent, in magnis præſertim affectibus, inſignem aliquam in ipſo balneo experiri vtilitatem: ſed ad tempus, tardiùs, aut citiùs pro virtutis robore, pro affectus magnitudine, & pro ea quam quis ſeruauerit in victu ratione; alij ad viginti dies iuuantur, alij poſt menſem, alij amplius, dum ſanè in dies virtus ipſa, & loci affecti infirmitas euadit robuſtior. Ego verò hanc video ex communi experientia naturam balnei, vt balneum ſemper vtile ſit, ſiue ſtatim & in ipſo vſu balnei operetur, ſeu poſterius conſequens ſit iuuamentum. Et vterque iuuandi modus idoneus ſuas habet rationes. Qualecunque enim balneum duo habet operationum genera· vnum quidem eſt reſpectu materiæ, & cauſſæ immediatæ, quam coniunctam appellant Medici, quam ſtatim aqua balnei remouere idonea eſt, expurgare, ac corrigere, tempus non reſpicit futurum. Quando quidem ebibita iure balnei Thermalia aqua, euidenter ſuos præſtat effectus; abſterget, exempli gratia, per aluum, vel harenulas, & quamcunque obiter inuenerit viſciditatem, aperietque eos meatus. Similiter Duccia à primis ſtatim diebus requiſitæ diſcuſſionis præbet indicia, alleuiabit fortè Hemicraniam, ſurditatem excutiet, tremorem, vel diſtenta diu membra inſtaurare incipiet. Nec minus balneum efficaciter operatur, vt plurimum

Iuuamentũ a balneo an præſens, an futurũ

Iuuamentum duplex.

Præſens operatio.

vigintiquatuor horarum ſpatio ſanat omnem ſcabiem,calfacit,ac temperat frigefacta membra, abſtergit, ac ſiccat vlcera. Alterum verò operationum genus intelligitur à balneo; reſpectu conditionis,ac diſpoſitionum,quas membris ipſis relinquit affectus,atq; expectatur, perficiturq. beneficio temporis. Partes ſiquidem affectæ à graui veluti ſarcina,qua præmebantur, exoneratæ: promptiùs imminentibus repugnant fluxionibus, vt tandem victa morbi contumacia, confirmentur in totum. Cui quidem ſpei,ac optatæ incolumitati, dum quiſq; aſpirat,optimum id propterea amplecti debet conſilium, vt poſt balneum per multos dies, ac menſes, inculpabili vtatur vitæ regimine. Quocirca duas iugiter ante oculos habeat præcipuas cauſſas, ac rectæ cuſtodiæ intentiones: Vna eſt, quia difficiliores quiſquam ſuſpicari debebit fore errores, ac maiora pericula poſt balneum, quàm antè. immò apertis vndecunq; meatibus, à leni quacunq; noxa inſigniter lædi poterit. Altera verò eſt, quoniam in recto perſeuerans vitæ regimine, iugi hac ſpe fouebitur, vt & præſens ſentiat auxilium, & maius in dies, & ordine percepturus ſit emolumentum. Immò quoniam balnearum non eſt omnino certus terminus efficaciæ, ac iuuamenti, ſperandum vtique eſt,vt quibus ſemel, ac primo anno non profecerint balnea, aut parum vtilia viſa ſint, ſecundo& tertio anno reiterata fore vtilia. Quicquid verò vulgare ſit, & quaſi præſentaneum à balneo remedium in extrinſecis, ac lenibus paſſionibus, & quæ in communibus vagantur membrorum vijs; id potiſſimùm in magnis, ac inueteratis affectibus longa veterum obſeruantia compertum eſt,ea balnearum iuuamenta firma eſſe magis, ac certa, quæ non ſubitò, ſed ad tempus, poſt vſum balnei ſentiantur. Optima ratione, tùm ab effectibus ipſis, quorum hæret intimè,& habituata (vt aiunt) eſt cauſſa. qua remota per balneum,aut ducciam, maius conſequi ſolet partis robur. quod non niſi tempore fit. Tùm pro remedij ipſius conditione. Sublatet enim in his,quæ repente operantur, vis aliqua vt plurimum:& natura vim non tolerat ſubitam,& minimè in magnis affectibus. Longo enim curantur tempore,iuxta Hippocratis ſententiam,quæ longo item tempore contracta ſunt vitia:quæ verò breui, breui. Profecturi ergo à balneis,hæc incipiant conceptæ ſpei,ac ſalutis ſeruare rationem,vt ſi multo interuallo abfuerint, ad poſterum diem, atq; etiam tertium differant: dum ſanè immunes à miniſterio balnei, ſe recreent. Poſteà ſe cautè exponant itineri, maximè ſi pedeſtri erant itinere,vt duriores quotidiè viſuntur,ac ſani. Nec minus qui equo vehuntur,maximè imbecilles, laſſitudinem quantum fieri poterit, euitent,æſtum,faſtidium equitandi, & alia eius generis, quæ vix enarrari poſſunt viæ incommoda. Quin immò ſi algor aëris, vel pluuia intercidat,vel lectica vehantur,vel in arceris vulgaribus,non equitent. Somnum,famem intempeſtiuam,eoque magis exhauſti in balneis non ſufferant. Ad poſtremum,vbi domum peruenerint,poſt gratiarum actiones Deo Opt.Max.conſiliũ prudentis medici ineant. Qui perſpectis eius diſpoſitionibus,iuuantibus ac nocentibus ab vſu balnei,ſalubria,& quæ iuxtà naturalem ſtatum inuenerit,conſeruabit:& ſi quid à propria natura receſſerit, ad priſtinam ſymmetriam reſtituat. Nam vſuenenit frequenter, quod ea diutina aliqua conſuetudine victus, exercitij, medicationis alicuius; paulatim aliqua à propria recedant natura. Maximè verò in balneis, ex quorum aſſidua caloris mineralis actione, ac impreſſione eius aliqua relicta in corpore, ſolet facilè intemperantia alicuius partis calida emergere, ægris cæteroqui à principali affectu,quo tenebantur, libertatis. Præter cætera verò iecur, dum regreſſi à balneo pleniori, tùm cibo, tùm potu vtuntur, ac liberaliori ſe dedunt vitæ, quaſi fomite adhibito ad impreſſum calorem,ſolet incaleſcere. Ac robuſtis in eo exiſtentibus viribus, vel ad cutim intemperiem ipſam tranſmittit, vel ad imbecillam aliquam partem,vbi vel moleſti caloris excitat ſenſum, vel inflammationem, vel eryſipelas,& aliquando febrem. Optimi ergo conſilij eſt, vel minima etiam apparente eius viſceris intemperantiæ ſuſpicione, vt ſuſceptam iam in ipſo balneo viuendi rationem per aliquot dies proſequantur:adhibitis nihilo ſecius tùm forinſecùs,tùm intrò,quæ paulo ante diximus, modicè refrigerantibus, & quæ robur viſceri adiungant. Perſeuerante verò affectu, ſi cætera conſentiant, præſertim virium robur,dextri brachij iecorariam venam ſecare conueniet, eumq. victus, ac reliquorum remediorum modum inſtituere,qui in id genus intemperantijs ſolet inſtitui. Aliqui ex acritate nimia Potulentarum aquarum, ventris dolores poſteà, perinde quaſi marinas ebibiſſent, ſolent perpeti: Alij vrinæ ardorem, alij ſitim, alij deiectam appetentiam. Nonnullis laſſitudinis quædam ſpecies oboritur,atq; inſolita in actionibus pigritia: nimirùm vel non exquiſitè purgatis ex debili natura aquæ, vti debuerant; vel quod frequentiùs euenit, diluto nimium balneo prægreſſis imbribus. Qui ſinguli victum ſeruare debent aliquandiu, qui ad frigidum, atque humidum inclinet. In vniuerſum autem ſaluberrimum omnibus eſſe cenſemus, vt poſt balneum nihilo magis ſibi indulgeant, quàm in balneo. Summa verò eius obſeruationis eſt quadrageſimus dies: qui ſicut motuum naturæ, ac morborum; ita & medicinæ in ſuis miniſterijs eſt terminus, veluti peremptorius.

Margin notes:

- Temporanea operatione.
- Regiminis duplex ratio.
- Balnea aliquãdo repetẽda
- Operatio tarda i magnis morbis.
- Regimẽ à balneo.
- Hepatis incaleſcẽtia.
- Accidentia poſt balneum
- Quadrageſimus a balneo dies obſeruabilis.

ptorius. Interim repletionem tùm cibi,tùm potus cauere debent, ſomnum diurnum, immodicas noctu vigilias, nimia exercitia, pariter atque ocium, omnem malam, ambientis aëris conſtitutionem, moleſtias animi, iraeundiam, ac paſſiones huiuſmodi alienent. Aluus, vt quotidie bis eat, procuretur: vel ſaltem non minus conſueto. Venerem, tanquam peſtem, nocitutam ſciant: maximè imbecillis: valentioribus autem per menſem ad minus, non adeo concedendam. Caput non lauent. Si verò aut cutim rugoſam, reſiccatam, atque adſtrictam à balneo viderint; aut ſi laſſitudinem ſenſerint, temperatarum ineant aquarum ſolium, præſertim ſi eo vti eonſueuerint: aut leuibus frictionibus, ex tenui oleo, ac vino, mane diluculo vtantur. Poſtquam autem è lecto ſurrexerint, cæteras corporis ſuperfluitates, tam per nares, & ſcreatum, quàm per obſcuros meatus execrnere ſtudeant, capite etiam depexo. Subinde non ocientur, niſi quidpiam obſtiterit, & dum ad conſueta ſe tranferunt exercitia, omnem euitent laſſitudinem, ac in ſingulis auream ſeruent mediocritatem.

Balnea priuata.

LIBRI TERTII FINIS.

DE THERMIS ANDREAE BACCII, ELPIDIANI, MEDICI, ATQVE PHILOSOPHI CIVIS ROMANI,

Et in Almæ Vrbis Gymnaſio olim Profeſſoris.

LIBER QVARTVS.

In quo hiſtoriæ Thermarum Naturalium Sulphurearum conſcribuntur.

De ordine partium, quæ tractandæ ſunt de Naturalibus Thermis.

CAPVT PRIMVM.

OMNIA, quæ in præcedentibus libris de Natura aquarũ in vniuerſum dicta ſunt, deque earum differentijs, & cauſſis, & quæ ſubinde de omui vſu balnearum docuimus,& quatenus aut iuuare poſsint, aut nocere; generalem habent rationem ad ea, quæ conſequenter dicturi ſumuſ. Si quidem his explicatis,ſuppoſitiſq. veluti primis noſtræ huius tractationis principijs, vnde facilè quis minus communes, ac proprias dicendorum aſſequi poterit demonſtrationes; iam ampliſsimam ingrediemur rei balneariæ prouinciam, ſingularesque paſsim balnearum ſpecies,ac ſingulares earum vtilitates enarrabimus. Quam ſanè partem principaliter intendimus: tùm ad vſum, & complementum balneariæ artis; imperfecta euim, nec forſan adeo vtilis ea tractatio videri potuiſſet, quæ communia tantùm complecteretur,& non deſcenderet ad particularia,circa quę ſolùm verſatur Ars. Tùm ob potiſsimam hanc in tota conſideratione Thermarum cauſſam, quòd in his terrarum,& aquæ commiſtionibus, non videtur Natura ita ſe ad aliquam certam ſpeciem determinaſſe, quemadmodum & in plantis fecit, & iu Miſtis alijs perfectis, quin nouæ adhuc penes loca,& cœli inclinationes differentiæ ſublateant incomprchenſibiles; vnde ſingulas hoc nomine ſpecies aquarum,penes ſiugula loca diximus. Adeoq. non modò conſequens ad vſum, ſed neceſſarium quoq; eſt fontium ipſorum narrare particularia: ex quibus & communia illa eluceſcent clariùs;& complurium ſubinde differentiarum, quas vniuerſa forſan illa commentaria non cœperint, notitia acquiretur, quaſi altera doctrina. Semper autem,ſiue cœlo fœcundatæ aquæ ſint,ſiue calore,ſiue qualitate aliqua miſturæ præditæ,penes terrarum naturas, vnde ſponte emanauerint, procedendum eſt, qui modus erit facillimus. Verùm, quia terreſtrium rerum per ſuas miſturas, ac etiam ſpecies inexplicabilis eſt numerus; ideo relictis terrarum miſturis magis communibus, perinde quæ aut paucæ ſunt impreſsionis, aut non multæ adeo vtilitatis; inſigniores earum ſpecies perſequemur. Inſigniores appello nunc miſturarum ſpecies, quæ Mineræ dicuntur: quo vocabulo communiter vtemur cum iunioribus ad diſtinctionẽ;qui Metalla intelligunt perfecta tãtùm;Mineras verò æquè metallorum,lapidum,ſuccorum,excrementorum,& quæ media dicunt Mineralia. De quibus quidem omnibus,id eſt de omni Mineraliũ natura,pauca admodum definita ab antiquis auctoribus habemus,quos imitemur.Nec ſanè multa habemus à iunioribus,præſertim

Aquarũ miſtarũ determinatæ ſpecies.

Minera commune nomẽ Metallis. & Mineralibus.

quæ

quæ ad inſtituti noſtri faciant rationem. Nam alij communia duntaxat ſectantur principia: Alij ad opus perfecta conſiderant metalla: & allj ad inſtitutum aliquod proprium, vt Alchimiſtæ ad conficiendum fortaſſe aurum. Vel vt medici quidam, qui ad vſum medicinæ, facultates duntaxat collegerunt Mineralium quorundam, quæ conſiderationis noſtræ ſunt minima pars. Immò ſi ipſæ rerum facultates abſolutè ſumantur, & non conſiderentur in temperamento cum aquis; non poſſunt de eis fieri veræ demonſtrationes: ſed cum his, qui antè nos ſcripſere de balneis, abſurdiſſimas neceſſe eſt inferre concluſiones, vt quia Sulphur exẽpli gratia calidum, ſiccum, terreum ſit; ergo & ipſum incurrentes aquas pariter virtute calidas, ſiccas, terreaſq. debere eſſe. Idq. genus craſſas demonſtrationes in reliquis mineralibus opotter concludere. Singularis ergò, ac longè alia à prædictis, Mineralium conſideratio hæc noſtra eſſe debet ad inſtitutum Thermarum. Quandoquidem nos conſiderabimus Minerarum naturam, quæcunque veniunt in ratione Thermarum, penes vera, ac conceſſa omnibus naturæ principia; quorum ſubinde materiales partes, ac differentias omnes, quam aliquam facere impreſſionem in aquis ipſas incurrentibus longo vſu cognouimus, perſequemur vſq. ad accidentia etiam extrinſeca. Siquidem in tota aquarum tractatione hæc eſt difficultatis ſumma, & quam ob rem tantopere neceſſarium eſt ſingulares earum hiſtorias ſcribere; quòd etſi certa ſequamur genera miſtorum, nullum tamen Metallum, aut Minerale eſt, nullus ſuccus, nullaque aliarum rerum in terris miſtarum reperitur ſub eodem genere, quod non idem plus aut minus cum alio aut minerali, aut ſucco, aut terra, aut metallo, aut pluribus, aut omnibus permiſtum ſit, atque inſyncerum. Hinc eſt, quod Minerarum alia perfecta inuenitur, quæ neceſſarijs ſcilicet conſtat materialibus partibus: alia imperfecta, uel minus perfecta; quæ nimirùm vel deficit in eſſentialibus aliquibus, vel abundat extrinſecis, ac ſterilis metalli fit. At aquarum cùm liber ſit curſus, tàm perfectas incurrunt, quàm imperfectas, ac ſteriles mineras. Et cùm impreſſiones ob iter concipiunt, tam bonas quam malas (vt de earum virtutibus dictum eſt lib. 11.) comparatum tamen quodam naturæ inſtituto videtur, vt vitent plerumque naſcentes aquæ malos terrarum occurſus, noxioſq. repellant vapores: Vel vt quas imbiberint, longo tractu ſalubrium terrarum remittant, ſicq. attemperentur ad vſum, ac ſalubritatem in balneis. Immò hoc maximam parit differentiam ſingularum aquarum, ſub vnoquoque mineræ genere, quòd aquæ eodem naturæ ductu, vbi vnam incurrunt, vbi aliam mineræ partem. Alio curſu matricem influunt metalli propriam, aliæ cominus, aliæ eminus differentias attingunt aliquas, aut vapores concipiunt tantùm, aut accidentia ipſa, vel etiam adiacentes terras: ac ſingula denique tàm principia prima, quàm differentiæ, atque accidentia, propriam obtinent facultatem; ac impreſſionem ſimiliter propriam facere poſſunt in aquis, quarum idcirco ſigillatim oportet habere rationem. Faciliùs verò imperfectarum minerarum, ac extrinſecarum partium imbibunt aquæ impreſſiones, quàm perfectarum: Imperfectarum enim ſolutæ ſunt partes, ac terræ vt plurimum malè compactæ, quæ facilè fatiſcunt in aquis. At mineras perfectas, vnitaſq. in ſuis partibus (quales videmus interdum iu fodinis ſuis puri Sulphuris glebas, puri ſalis, purum metalli fruſtum) ſuperficie tenus tantùm aquæ ipſæ attingunt, ac, niſi aliquo ignis gradu præuentæ ſint, qui ſolus valet compactæ ſubſtantiæ materiam penetrare, minimum ſuæ ſecum ſubſtantiæ aſſumunt. Neceſſe eſt igitur per ſpeciales miſturas, ac genera, quæ ſequuturi ſumus, intelligere indigeſtam maiori ex partè congeriem plurium rerum, aut ſuccorum, aut elementorum, aut exhalationum; quæ à prædominanti parte, aut qualitate denominanda veniet, hæc Sulphuris mineræ, hæc ſalis, hæc attramenti, aut ferri ſimiliter, aut æris, aut auri metallum. In quibus omnibus vt eſt certus naturæ ordo, progreſſuſque, ex minus compoſitis magis compoſita moliri; ita ex eodem naturæ ordine planior ſe exhibet via notitię, penes ſimpliciores miſturas, deſcriptiones locorum incipere, vnde compoſitas facilius dignoſcimus. Incipiemus ergo à Sulphureis tanquam à ſimplici, eodemq. communicabili cæteris Thermarum naturalium fomite. In quo nimirum, tanquam in materia propria, efficientem, ac calorificam cauſſam balnearum poſuimus terreſtrem ignem: cuius naturam cùm minus conſiderauerint antiqui, videri poterunt quas hic conſcribemus hiſtorias, de eius neceſſitate, in balneis, & in cunctis rebus terreſtribus rationes eſſe demonſtratiuæ, quam partem idcirco in tota hac tractatione, quæ eſt quarta totius operis, exacte percurrere intendimus. Subinde in quinto libro ad ſpeciales terras, quæ media dicuntur Mineralia, veniemus, eorumq. impreſſiones in aquis deſcribemus; Salſugineas ſcilicet, nitroſas, aluminoſas, gypſeas, atramentoſas, bituminoſas. In Sexta poſteà, quæ compoſitas, ac maximè miſtas mineras, hoc eſt Metalla propriè dicta, abluunt, enarrabimus: balnea ſcilicet ferrea, ænea, plumbea, ſtannea, argentea, aurea; quæ per propria capita digerentur. Additis ad poſtremum varijs generibus,

Specierũ terreſtriũ miſtorũ confuſio.

Mineræ perfectæ, & imperfectæ.

Minerarũ quæ partes facilis ſint impreſſionis.

Ordinis, & tractãdi ratio.

Thermarum materia ſulphur. efficiẽs cauſſam terreſtris ignis.

miſtisque, quę tàm in metallis ipſis, quàm ſeorſum à metallis, multam differentiam aquis ipſa incurrentibus poſſunt adiungere, & quæ de ſpecialibus aquarum naturis ratio ſit.

De Sulphuris qualitatibus in aquis Naturalibus. Cap. I I.

[*Sulphuris definitio.*] MANIFESTA eſt autem natura Sulphuris, quæ planè (vt ſenſu patet) eſt mineralis quędam terræ pinguedo, ſicca, ac fętida, adeoq. inflammabilis, vt facilè calidos concipiat ſpiritus, ac incendatur. Eſt ergo miſtum terreſtre, ac ſpecies propria intenta à natura; Mineralis, hoc eſt, quæ vegetatur quodammodo, ac perpetuum habet incrementum ab incluſis per terræ cauernas vaporibus. Concreſcit enim in cauernis ſuis à frigore, quemadmodum ros & pruina, iuxtà Ariſtotelis principia. Vel potius [*3. Metho. cap. vlt.*] quemadmodum in caminis concreſcit fuligo à ſubeunte fumo. Aliquibus verò locis (vt Aetnæ nos docuit perennitas) ſuggeritur huic naturæ materia propagationis perpetuæ à ſalſis aquis, ac marinis, quæ vnctuoſæ cùm ſint, vnctuoſas partes perinde alienas à natura aquæ, expellunt motu, & quaq; illidunt per terræ cauernas relinquunt, hæque aſſiduam præbent matrici ſulphuris propagationem. Pinguis eſt, ac ſicca, nam ſulphur fuliginoſa quædam exhalationis ſoboles eſt, igni, atq; aëri communis. Vnde & à frigore denſatur, iuxtà eiuſdem ſummi Philoſophi decreta in 4. Meteor. & perinde amiciſſimum igni, repentè ignem arripit. [*Salis natura oppoſita Sulphuri.*] Quod confirmat oppoſita ſalis natura: qui quia aqueus eſt, & quaſi terræ limus, à Sole denſatur, humoreq. emolleſcit, inimicuſq. ignibus eſt. Dum incenditur verò ſulphur vaporat totum, & fœtet: nam ex fortiſſima compoſitione partium (vt ſapientes aſſerunt) exactiſſimaq. inuicem miſtione, vniformis adeò ſubſtantiæ eſt, vt vix poſſibile ſit alteram diuidi ab altera, quin partem aliquam exhalantem, puta igneam, atq; terream, non cæteræ ſequantur, euaporentq. ſimul. Fœtet autem grauiter, quæ inſeparabilis eſt eius naturæ differentia, ex minima terræ portione, eaque impura (vt ijdem ſapientes probant), quę ſimul cum reliquo halitu exhalat tota. Eoque magis fœtidum fit ſi igne exagitetur, & calidis aquis, vt multis locis accidit. Hæc igitur de natura Sulphuris manifeſta habemus: nam ſyncerum reperitur cum prædictis omnibus differentijs in mineris ſuis, ac fœtore ſuo naturali ſe, etiam non quærentibus manifeſtat. [*Sulphuris natura bifariã permiſta.*] Quoniam verò tota natura terreſtrium rerum, ſingulæq. earum ſpecies, confuſæ ſimul (vti diximus) ac indigeſtæ reperiuntur in principijs ſuis; hinc eſt, quòd non vnam eandemq. ſulphur conſeruat vbiq; formam; ſed differentias ſortitur innumeras, prout vel natura, eſſentiaq. ſui miſcendum venit; vel ex accidenti cum varijs rebus. Communiter cùm pallidum ſit, vel in luteo ſplendens, plus tandem vel minus pallens reperitur, vel cinereum. In Perù rarum, ſplendore auri, & inodorum, pellucidum vt vitrum, & contrà in Volaterrano Italiæ ad bituminis naturam accedit, quæ affines ſunt ſpecies, [*Sulphur, & argentum viuũ in cunctis metallis.*] cæteris notis merum ſulphur eſt, & ardens. Eſſentialiter quidem commiſtum reperitur cum multis minerarum generibus, & (ſi artium magiſtris velimus credere) reperitur vt principium eſſentiale, ac materia propria, vel potius vt conſequens quædam ſoboles principiorum, ſimul cum argento viuo, in cunctis metallis. Id quod iam in primis commentarijs propoſuimus, & nunc ob rem adeò ſeriã, haud alienum videri debet, ſi hic repetatur. Idemque eo argumento perſpicuum fit, quod metalla, ſi arte ſoluantur, ſoluuntur in ſulphur, & argentum viuum, vt in prima ipſorum elementa, vel quæ ipſa conſequuntur, ſulphuriſq. halitum, dum comburuntur, manifeſtè emittunt. Porrò miſturarum ex accidenti cum ſulphure, non eſt numerus: nam cuicunq; rerum terreſtrium ſpeciei commiſcetur: adeoq. perraro reperiri poteſt ſulphur in mineris ſuis, quod non aliqua alia miſtura, aut terra, aut ſucco, aut aqua, aut calore inalteratum ſit. quod palàm in diuerſis hiſtorijs, quas ſcripturi ſumus, obſeruari poterit. Nam ipſum terreæ partes reddent craſſius, ac minus omni vſui ſyncerum. Aqua minus ſiccum, ignis actu calidum, fundens, attenuans, promptiſſimè ſiccans, atq; digerens. Harum verò miſturarum, ac qualitatum, tàm accidentalium, quàm eſſentialium, qualitercunq; inueniantur, multas differentias educunt in lucem Thermales aquæ. Incurrentes [*Impreſſionũ genera ex ſulphure in aquis.*] enim aquæ per viſcera terræ, ac miſturas ſuas obiter abluentes, diuerſiſſima ipſius ſulphuris concipiunt in ſe impreſſionum genera, quarum altera non eſt alteri ſimilis. Quippe feruida impreſſio fit, vbi ſulphur ſua natura ſyncerum offendit, concipitq. ignem, calida, & minus calida, penes gradus, proportionemq. rerum aliarum, quibus cum accidit commiſceri. Et ſimiliter tepida, frigida, ſicca, arida, fœtidaq. impreſſio fit, aut aliqua id genus qualitate, quæ vix eſt ſermone explicabilis. [*Fœtor inſeparabilis à ſulphure.*] Hoc verò inſeparabile eſt ab omni ſulphure, quòd ſemper ſui generis fœtorem mittit, & vbi ſyncerum maximè; quo autem magis admiſtum, minus fœtet, nuſquam verò in totum abſoluitur, quantulacunque inſit portione, etiam in vnguentis. Quare vulgus à fœtore ſemper ſulphureas appellat aquas, cùm tamen ſæpenumero alterius

alicu-

alicuius metalli prædominium ſit. Cæterùm quæ ratio ſit miſtionis, totque adeò differentiarum in aquis ſulphuratis; Tria prima meminiſſe oportet temperamentorum genera, quæ ex omnibus aquarum impreſſionibus propoſuimus libro 1. Nempè quæ aut ex tota origine, ac eſſentia emanant venarum; aut vaporum ſunt qualitates, quos ipſæ aquæ concipiunt in venis ſuis; aut deniq; ex miſturis inficiuntur, quibus ſe aquæ obiter concorporant, ſicq. nouam quandam ex illis concipiunt qualitatem. Omnes ergo ſulphuris impreſſiones de hoc tertio ſunt vtplurimum genere; vel etiam de ſecundo; rariſſimè ex primo conſiſtunt. Quippe vtplurimum acquiruntur ex admiſtione ſubſtantiæ ſulphuris, ac aquæ ſimul; aut ex vaporibus ſulphureis, quos ipſæ aquæ obiter imbibunt; rariſſime ex eſſentia, vaporeque ipſo ſulphureo, qui conuertatur in tales aquas. Et ratio eſt, quoniam ſulphuris vapor natura eſt calidus, ſiccuſque; idoneus idcirco magis ad producendos caloris effectus, atque ignis, quàm frigoris, vel humoris. Idque apertiſſimis conſtat naturæ effectibus, tàm his qui ſuprà terram fiunt, quàm qui in cauernis terræ: Fulguris enim vapor, qui totus eſt materia ſulphuris, haudquaquàm in ipſo aëre in aquam conuertitur, vt quidã alij vapores, ſed in ignem, vnde fulgurat. Ac infrà terram pariter fit, vbi ex natura certis locis calor in ſulphure multiplicatur in tantum, vt ſuopte ſpiritu accendatur incandeſcatq. in purum ignem: quo effectu concalefacit ſimul vndiq; totam viciniam, ac per poros terræ, qua penetrare valet in venas aquarum, eas pro virtute, qua in eas pertingit, alterat, atq; calfacit. Ob tantam ergo qualitatum varietatem, quas ſulphuris natura in terris, ac incurrentes in ipſum aquæ ſortiuntur, calidas, tepidas, ſiccas, frigidas, fœtidas, & ſiquæ ſunt aliæ; non eſt earum vnum commune genus, ad quod cæteræ habeant analogiam. Niſi hoc, quòd natura ſulphuris tota ſicca eſt, ac in pauca terræ impuræ portione multas concludit igneas partes. quam ob rem certis locis, ſi nihil obſtet, ſponte incenditur, ac feruidas, ſi incurrant, reddit aquas; vel pro eo, quem ſeruat gradum ignis cum varijs rerum, atque aquarum miſturis, calorem exerit, multum, aut paucum: vel tandem iuxtà puram terræ naturam, quæ in miſtura eius ſuperauerit, frigidas reddit aquas, & cum aliquo ſui veſtigio ſulphuratas. Quam ob rem, ad doctrinæ vſum, ſuppoſita ſulphuris natura, tanquam propria, ac adæquata materia Thermarum, omnium ſulphurearum impreſſionum plura faciemus genera, ac prima capita, quæ præcipuè diſtinguemus per caloris gradus à ſupremo ad infimum, quos habere reperitur in ſulphure, vſque ad impreſſiones frigidas, ac merè ſulphureas. Sub quibus poſtmodum generibus, ſingulares, quaſcunq; nos inuenimus aquarum ſpecies ſulphuratas, vel quæ etiam inueniendæ vbicunq; fuerint, ſub propria veluti claſſe collocari, atq; adſcribi poterunt. Primùm verò compendiariam quandam cenſuram de locis, & aquis vbicunq; terrarum ſulphuratis, oportet proponere. quem ſtylum, atq; ordinem ſeruabimus, & in alijs deſcribendis generibus.

Aquarũ impreſſiones ex ſulphure cuius generis temperamenti ſint.

Impreſſiones ſulphuris ſũt vt plurimum ex accidenti.

Qualitates cõmunes.

Sulphur materia propria, & adæquata Thermarum.

De locis, & aquis vbicunq; terrarum ſulphuratis. Cap. III.

DE locis quidem ſulphuratis, vt de omni quoq; mineralium natura, quantum ex varijs hiſtorijs colligere potuimus, haudquaquam omnia in omnibus terris oriuntur: ſed loca quædam habent propria, eaq. penes conformitatem, quam quæq; habent naturæ ſuæ cum cœlo, plus, & minus fœcunda. Quæ conformitas plane conſtat eſſe in tota natura rerum, & in plantis, quarum in promptu habemus exempla, eademq. naturæ mineralium valde congrua. Plantarum enim quædam arido ſolo prorſus cœli intemperantiam amant, vt aromata calores, odorataq. omnia: quædam contrà frigidum cœlum, quędam medium, ac temperatum, & vt breuiter in Georgicis tetigit Vergilius.

Mineralium omniũ loca ſunt propria.

Nec vero terra ferre omnes omnia poſſunt
Diuiſa arboribus patria: ſola India nigrum
Fert Hebenum, ſolis eſt Thurea virga Sabæis.

Quod idem & in metallis intelligendum eſſe, ſubdit.

At Chalybes nudi ferrum, viroſaq. Pontus
Caſtorea, &c.

Quæ & in vegetalibus ipſis, & in cunctis rebus perpetuæ ſunt naturæ leges, quæ cuncta ad æquilibrium diſpenſat, loco, tempore, & menſura propria. Mineralia verò de ſui natura Vegetalium quoddam genus eſſe videntur. Alioqui inter omnia, quæ natura conſtant, ac viuunt, & quæ diſtinguuntur, aut intellectu, aut ſenſu, aut motione, aut vegetatione; mineralia ipſa quintum, ac proprium facient genus: Eorum ſcilicet quæ in terris per naturalem partium adpoſitionem propagantur. Sub vegetalibus verò facilè computari poſſunt. Primùm, quoniam mineralia, præſertim metallica, æquè terram habent matrem, altricemq. cui implantantur, vt vegetalia. Niſi quod mineralia non adeo producuntur ad iſtam terræ ſu-

Mineralia, an de veggetaliũ genere ſint.

Minerarũ in terra ſitus.

per-

perficiem, quam nimirùm ſedem videtur conſtituiſſe admirabilis ille opifex rerum animantibus ſolùm, ac vegetalibus: magis aëreis: ſed illa cùm terreſtris ſubſtantiæ ſint, intimè, & quaſi in ſinu naturæ recondita, altiſſimas agunt propagines, ac toto caudice quaſi ſepulta in terræ viſceribus, circà fibras terræ longè, lateque ramificant. Cæterùm non ſecus quàm plantæ fœcundantur, vegetanturque, ſi non à ſemine, nec ab anima, nec ab inſito propriè principio; à quadam ſaltem aguntur intrinſeca virtute propria, quæ proportione reſpondet ſemini, & animæ, ſuique generis ſeminario inſita, quæ tanto vegetioris naturæ videtur, quàm quæ in plantis eſt, quanto mineræ ipſæ vetuſtiſſimæ ſunt, ac vel ipſi mundo coëuæ originis. Et quæ in cæteris vegetalibus ſunt folia, fructus, flores, ſemina, cortices; his adſimiles minerarum partes communicant quidem omnes in principijs mineræ primis; cæterùm quæque ramificant, ſingulæ alicuius mineralis, quæ minus perfecta vocantur, faciunt ſpeciem. Et tandem ſub certa naturæ lege, ac inclinatione cœli, vbi promptè propagantur, vbi minus, vbi nihil: quod planè licet ex hiſtorijs colligere, aliqua adhibita ratione. Primùm ratio dictat, ſub Meridionali plaga non adeo naturam ſulphuris propagari, cùm ſalis tamen fœcundiſſima ſit: quod rationi eſt conſentaneum ob diuerſum vtriuſque fundamentum: & ex aduerſo ſub frigido polo multum ſulphuris eſt, ſalis verò minor copia. Sulphur enim in humido aëreo conſiſtit, ac temperato, vel frigido conſeruatur ambienti: Sal autem multo prius natum humore (vt dicebat Plato) reſiccatum à calore corpus eſt; qui ſub arctico perexiguè viget, ſub meridie verò tàm aſſiduus, vt ſolum reddat vbique aridiſſimum, omniſque humore exutum, & omni pingui materia. Nec apud Aphricæ deſcriptores vllam inuenio in illis partibus de ſulphuris natura mentionem. Niſi quaſdam terras ardere: vt Heſperius Plinio teſte, mons in Aphrica, qui tamen bitumen indicat, dicens campos noctù ſtellarum modo nitere. Sulphur tamen habere videtur fortaſſe intrinſecum, Theon ochema, quaſi Deorum iugum dictum in Aethiopia, quod maximo ardeat incendio. Aliam ex antiquis coniecturam non habemus: tùm quia ea pars orbis non fuit ipſis veteribus planè cognita, immò nec quæſita, ob vulgatam illam de Zona torrida credulitatem. Tùm quia ex eo tractu mundi, qui cadit ſub torrida, maxima pars occupatur Oceano, qui videlicet pro diuina diſpoſitione præberet illi parti liberam auram, ac refrigeria, alioqui forſan inhabili. In interiori autem Aphricæ parte, legitur in nouis itinerarijs, Nigritas populos aſſiduis oblectari balneis, dulcium ſcilicet aquarum, ac ter eos die ad minus lauari ſolitos. Vbi quoque ſcribunt non pluere, niſi feruentem aquam. Exinde quæ longiſſimo traiectu maris per Athlanticum, vſque in Aeritreum ſinum reperiuntur flumina, mirè aſſerunt feruida eſſe, ob ſolis æſtum duntaxat. Ex nouiter autem repertis illis Indijs occidentalibus generoſam quandam ſulphuris ſobolem reperiri ſcribitur in Quito Prouincia in Perù, quod Vitri inſtar perlucet, ac inodorum, niſi ſulphureo halitu per ignem adhibitum. nec procul eſſe auri metalla. Venit autem ſub plaga ad antarcticum temperata. Altiùs propè Torridam, gradu citrà Aequinoctialem 10. in Nicaragua prouincia, ſulphuris haberi fodinas, pingue tamen genus, ac ſordidum, terris ibi multis ardentibus, quos Vulcanos aduenæ Hiſpani appellant. Porrò ex regionibus temperatis, commemorant ſæpè Arabes ſua ſulphura, aquas, ac mineras, Calidarum verò aquarum ſcatebras propè Arſinoem eſſe in ora maris, meminit Strabo lib. XVI. Largiùs adhuc in Perſide germinant, vt campi in Suſis Cyri regia, ac proximè in Medis, quæ temperatiores ſunt regiones. In maiori Armenia ad Arzingam metropolim, aquæ feruentes hodie habentur, quas (vt ex itinerarijs eiuſdem M. Pauli accepimus) in balneis medicatis more noſtro recipiunt, ſulphure, ac bitumine participantes. Tranſeo in Lycia colles Epheſtos, quaſi Vulcanios ex incendijs dictos. Et ibidem præaltum Montem Chimæram, & in Parthia colles in Auſtageuis, qui ardent. In Europa autem, ſeu quia ſcriptorum copia per omnem ætatem fuerit magis illuſtris, ſeu quia præ cæteris terris, ea ratione quam diximus, ſulphure abundet; ſæpiſſimè commemorantur calidarum, ac ſulphurearum aquarum venæ. Quare multas in Græcia narrabimus antiquiſſimi nominis, in Germania, in Gallia, in Italia, in Hiſpania, in vltimis Hyperboreis. Apud quas omnes nationes, quanta ſemper extiterit balnearum naturalium dignitas, atque celebritas, vel hoc vno argumento planiſſimè conſtat, quod loca ipſa balnearum, quamplurima tanquam oracula frequentari ſolita, in magnas ſæpè ciuitates, oppidaque ſanè illuſtria creuerint, quorum aliqua eo ipſo aquarum titulo, ac nomine adhuc extant inſignia. Ita Plinius, auctum fuiſſe numerum Deorum ex aquis medicatis (quibus nimirùm nuncupatæ eſſent) ac ex earum celebritate conditas Vrbes, meminit lib. XXXI. Ab aquis cognominantur Aquæ, Ciuitas hodie non ignobilis apud confinia Liguriæ: & citeriùs apud viam Aemiliam Aquarium oppidum. Aquæ Sextiæ in prouincia Narbonenſi, Ais, ſeu Aquæ calidæ in Sabaudia, & item Aquæ mortuæ

Virtus mineralis.

Sulphuris ac ſalis regiones.

In Tymęo

An ſulphur in Africa.

Balnea in Nigritis.

Pluuiæ feruidæ.

Flumina feruida.

Sulphur in Perù.

Balnea in Armenia.

In Europa.

Dei ex aquis cognomina ti.

Locorũ ab aquis cognomina

tuæ oppidum. Aquæ Auguſtæ, præclara ciuitas in Gallia Aquitanica, quæ nunc Baiona dicitur, cum balneis hodie etiam celeberrimis. Aquæ Calidæ vrbs in Britannia, Ptolomæo. Aquæ Quintiæ, Quernæ, Celenæ in Hiſpania: & item in Luſitanis Aquenſis Ciuitas, quæ olim Vicus Aquarius, ſcribitur in itinerario Antonini Cæſ. Aquiſgranum in Belgis, Ciuitas nobiliſſima à Carolo Magno Imperatore, ob ſalutares aquas, quibus admodum delectabatur, ędificata. Nec minus à balneis ciuitates quædam cognominantur: vt Badenia germanicè præclara ciuitas, quæ Marchionatus Badenſis caput eſt in Auſtria: & Badenia altera in Heluetijs. Caſtrum Sanctæ Mariæ in balneo eſt in Italia apud viam Flaminiam: Balneum Regium in Faliſcis oppidum, Balnearia apud Viterbium, Balneolum pagus in Brutijs, alterum in Calabria, & tertium in Aemilia. Sunt & in mari calidarum notæ: Thermæ ciuitas ad Thermopylarum anguſtias, littore Theſſalico. ſunt enim propè Thermæ, ideſt aquæ calidæ Herculi conſecratæ, à quibus ſinus totus eius maris vocatur Thermaicus. Thermopylæ vero ipſe mons ampliſſimus, qui paſſim calidis ſcatens aquis totam Macedoniam, ac Theſſaliam, ſicut Apenninus Italiam, tranſuerſam agit, ac diuidit à Græcia. Thermæ ſimiliter in Sicilia duæ; vna ad Lybici maris oram, ciuitas ſanè nobilis, quæ Sacca hodie dicitur: altera oppidũ occidentali ſitu Inſulæ, quæ ab Hymeræ reliquijs (vt de ea meminit Cicero in Verrem) à Thermis pariter, quas habet ſaluberrimas, ſibi nomen conſciuit. Eſt & Thermenſis Inſula, Cycladum vna in Aegeo mari. Thermodoon in Ponto fluuius, vbi Thermiſcira olim metropolis Amazonum, quas tamen boni fabuloſas putant. Thermeuſia vna ex Aeolijs Inſula cognominatur Strabone, quæ Hiceſia Ptolomæo, Panaria poſteà eſt dicta. Et à Stygiæ paludis ſimilitudine, Stygiæ dictæ erant Aquæ lethales in Arcadia. Et item Stygianum balneum, valde acre, cum oppido propè Romam. Sed multa id genus exempla paſſim occurrent in ſingularibus hiſtorijs. in quibus hunc ordinem ſeruabimus.

A Baln.
A Thermis.
A ſimilitudine.

Ordo hiſtoriarum.

PRIMVM, quoniam hæc prima Sulphuris prærogatiua eſſe videtur, tanquam materia propria in terris fouere ignem, ſine quo Thermæ non eſſent Thermæ; idcirco de terreſtris eiuſmodi ignis natura, & de proprietate ſimul, quam habet cum ſulphure loquemur, ac quorundam ardentium locorum exponemus hiſtoriam, ex quibus facile conſtare poterit, quomodo ignis calores diffundat ſuos per cauernas terræ, ac vario occurſu inalteret quæcũque occurrant, faciatq. Thermales aquas. Quo planè ordine ad particulares deſcriptiones deſcendemus, in quibus non procedemus per regiones deſcribendo quot quæque regio habeat balnea, & quotis differentijs. Nam ſic oporteret tranſire de genere in genus, ac omnis ordo tractationis perueterețur: quidquid fortaſſe condonari potuerit his, qui de municipalibus tractarunt balneis. Sed (vti iam propoſui) ordinem ſequemur ipſorum generum, qui eſt ſcientificus, ac ad hiſtoriam ita idoneus, vt quæcunq; in tota natura reperiantur ſpecies aquarum conformes, eæ ſub proprijs veluti Claſſibus diſponi, ac enarrari poſſint. Cæterùm in harum hiſtorijs conſcribendis, duplicem habebimus intentionem. prima erit ad demonſtrationem probandarum rerum: quæ pars latiſſimè patet, quando non certa ſolùm exempla à nobis, vel aliorum ſcriptorum traditionibus complecti debebunt ex toto orbe terrarum inuenta; Verum etiam (vt rectè ſe in hoc excuſant etiam phyſiologi, & Poſidonius, & Strabo, & item Plutarchus) licebit quandoq; & ad fabulas tranſire. Non tam quia fabulæ nobis curæ eſſe debeant, quàm quia hæ, & præſertim poëmata, peridonea ſæpe continent verarum rerum argumenta, & ad intelligentiam quoq; illorum auctorum, præſertim veterum, ſunt explicandæ, quæ æquo tamen ſenſu, ac iudicio erunt legendæ. Altera verò, ac præcipua noſtrarum hiſtoriarum intentio erit, vt cum ad vtilitatem, & vſum ſint conſcribendæ, haud quaquam traditiones omnes, adeoq. peregrinarum rerum curabimus exactè deſcribere, ac perſequi, quarum ſcilicet minor nobis vſus eſſe poteſt; Immò de aquis, ac balneis longinquarum terrarum, quarum loca perpauca admodum viſa noſtris, vel ex tranſitu tantum, vel etiam auditu deprehenſa ſunt, parcendũ noſtris hiſtorijs erit, cùm vel omiſſa, vel diminutè, vel fortaſſe minus vera aliqua admiſiſſe videbuntur, Nam quis non temerè auſit in cunctis, & non ſpeciem potiùs exiſtimet honeſtæ verecundiæ, ſi omittat conſultò aliqua? Sed recenſitis ex bonis auctoribus, quæ ad hæc noſtra inſtituta videbuntur magis neceſſaria: quaqua ſub Chriſtiano hoc cultu, & latinæ, & græcæ litteræ peruenerint, ex Europa præſertim, & Italia ſingulares balnearum hiſtorias contexemus. De quarum tractatione, ac ſtylo, haud licentius quandoq. videbor euagari ad geographiam, & locorum particularem deſcriptione: immò qui æquiore vti velit ſeueritate iudicij, planè fatebitur, vt ad ordinem tractandarum vbiq; naſcentium aquarum, & ingentia maria percenſuimus, & varias fluminum excurſiones; ita & ad hiſtoriæ lumen, & ad vſum particulares quoque locorum ſitus, & aëris, & cœli illius inclinationes perluſtrare verbis, & quaſi ſub ſenſibus ipſis re-

Sulphur & ignis fundamẽtum Thermarum.
Ignis fundamentũ Thermarum.
Balnearũ claſſes.
Fabularũ & poematũ ratio.
Hiſtoriarum modus.

præ-

præſentare, fuiſſe neceſſarium. Vt moris autem eſt Ariſtotelis in hiſtorijs animalium, & Theophraſti de Plantis, atq; Plinij; ita nos aquarum, ac balnearum hiſtorias complures quidem ex veterum traditionibus recenſebimus: partim verò quæ ex noſtra probauimus induſtria, & partim ex relatis etiam idiotæ cuiuſpiam, adhibito tamen ad fidem noſtro iudicio, deſcribemus.

De natura ignis terreſtris, eiuſque fomite in Sulphure,
Cap. IIII.

CONTINERI quidem in intimis terræ cauernis quandam ignis naturam, in primis commentarijs eſt demonſtratum, ac planè iam conſpicuis patebit hiſtorijs. Vbi nimirum ignis haud caſu concluditur, nec violenter, vt abſurdis quidam analogiſmis veras detorquent demonſtrationes, quia ſcilicet diu ignis extra ſui elementi regionem eſſe non poſſit. Nam hic verè ignis non eſt, nec elementi pars (vt rectè ſentit Philoſophus) ſed miſtum quoddam naturale igneum, quod eſt ibi intentum à natura ob duas præcipuas cauſſas. Nam, ſicut in quocunque elemento ſunt ſua miſta, & animalia: & in ſumma aëris parte fiunt meteorologica, ex determinata materia: ita ſunt infrà terram miſta terreſtria, quorum propria materia ſunt vapor, fumus, ignis, aqua, totque varia ſuccorum genera, quæ ſponte omnia videmus è terris effluere. Horum verò terreſtris ignis partim vt materia eſt, metallorum, præſertim, ac mineralium: partim verò tanquam inſtrumentum videtur aptiſſimum, idemq. maximè actiuum, ipſius naturæ, in tot ſuis, quæ ſecretò perficit operibus.

Ignis terreſtris inuentus à natura.

Immò magnam profectò hic ignis videtur, hoc nomine, neceſſitatem habere in tota natura: nam ſicut in artibus innumera ſunt opera, quæ non perficerentur ſine inſtrumento ignis tam neceſſario, itâ prouidentiſſima Natura videtur hanc ignis ſobolem infrà terram conſtituiſſe, vnde, diſſeminato per opportunas huius immenſi corporis venas, calore, tot mira perficeret rerum terreſtrium miſta, vtque aquas ipſas diuino fermè inſtituto ad ſalutem hominum, vno perpetuo temperamento caloris afficeret.

Neceſſitas.

Sed mirum profectò cur familiaris noſter Hieronimus Cardanus, qui audaci hodie ingenio negauit ignem ſub concauo orbis lunæ exiſtere, vtpote ineptum qui cohæreat lunæ natura frigidæ, & ſuper aëris regione frigida, vbi forſan incommodè, & nequicquam viſus eſt naturæ operibus ibi collocari; hunc tamen ignem terræ ſubditum non poſuerit quartum elementum. Quod cum minori flagitio poſitionum antiquarum aſſeruiſſet; cùm legerim præſertim ex philoſophis nonnullos, qui velint propter dictas cauſſas, nullum eſſe igni proprium locum; ſed id elementum diſſeminatum eſſe, ac diſperſum intrà loca aliorum elementorum, vnde Cardanus hoc firmo ſatis refugio ſe tueri potuiſſet, quòd in intimis terræ barathris conſtitutus ſit ignis, tanquam commodiſſimo loco, vnde cunctis inſeruiat naturæ operibus.

Card. negat quartum elementum.

Quippe ſic Tellus verè alma, ac alumna rerum eſſe conſtat: quæ omnium ſcilicet rerum in ventre ſuo contineat ſeminaria, aërem, aquam, ignem proportione, qua præſto ſint ad quamcunque rerum generationem. Quæ quis negauerit, quoniam videmus immenſam vim è terris continenter effluere, perpetuos halitus, infinitas aquarum emanationes, perennes ſubſiſtentis ignis caminos, ac manifeſtos in eis æterni ignis effectus, fumum, flammam, feruores, bullientes aquas, & quæ vaſta diruptis caminis per tempora excitantur incendia? præter altiſſima Dei iudicia. quam ob rem pro conſtanti veritate aſſerunt, prædicantq. ſacri auctores, in centro terræ, aut circà centrum eſſe infernum, & ignem æternum.

Terræ fœcunditas ex igne.

Quem locum nec ipſa ethnicorum Theologia, nec vlla humana doctrina negauerit. Aſtronomi primùm optimis ſanè rationibus aſſeuerant, corporum cæleſtium virtutem, quoniam immenſa eſt reſpectu terræ, quæ ceù punctus ponitur, (teſte etiam Ariſtotele) ad vniuerſum cœlum; terram totam non minus infrà, quàm extrà penetrare. Qua virtute, vt indifferens eſt ad quamq; generationem, pro materiæ diuerſitate fit, vt diuerſis locis in ventre totius terræ, alibi ignes æternis exæſtuent barathris, alibi immenſum ſit frigus, & vbi denſiſſima caligo, vbi aquarum tartarus, vbi obſcuriſſimæ lateant tenebræ.

Inferni, & æterni ignis probatio. Aſtronomi.

Ex quorum omnium vario inuicem concurſu, ac miſtione, quædam nobis in illis locis ſit; humana coniectura pulchras illas inferni meditata eſt partitiones, lacus, paludes, campos, montes, valles, flumina, quæ & à pœnarum ratione, ac effectu ipſo, determinant ſtygem paludem, Acheronta, Phlegetonta, Cocytum, Lethem. tranſeo hic Dantis Aligerij poemata, ac ingenioſiſſimas Catholicæ fidei aſſertiones. Quorum omnium non deſunt veſtigiam ſuper terram certis locis, Auerni lacus, fontes feruentes, impenetrabiles, quos ora inferni iactant, aditus, interni cauernarum fremitus, & ipſa tandem quarundam terrarum incendia. Hinc victa ſuperſtitio gentium circà terreſtria numina, quorũ in faſtis figmenta proſequitur Ouidius, & ſuccinctè tangit in v i. Virgilius Cybelæ, Ditis Veſtalis & ignis. Immò quanquam

Partiũ, ac fluminũ infernaliũ ratio.

quam

quam hæc peruetuſta, ac longa obſcurauit ætas, omnes rationes, quæ aliquam de Dijs exiſtimationem habuere, inſtinctu quodam diuino videntur terreſtrem ignem perinde rem ſacram, & ab æthere venientem excoluiſſe, & ab αἴθειν dictum, quod eſt ardere. Nam ſimplices gentes in terris Perù nouiter inuentis, apud quas poſt hominum memoriam certum eſt vſque ad noſtram ætatem non perueniſſe aliarum nationum cōmertium, ignem, qui multis locis ex intimis terræ faucibus ibi exæſtuat, ſeptis vndique, ac clatratis aris circundederunt, ſolemneſque quotidie luſtrationes, faucibus in eo accenſis celebrabant. Ab Ægyptijs porrò inter nos emanauit primum hic ritus ad Græcos, & ad Latinos, vt ſub Deæ veſtæ nomine terreſtrem ignem excolerent, quem (iuxtà prædictam à nobis ignis eius fœcunditatem) terræ vitam putarent, ac lumen cælicolis perpetuum. Poſteà apud omnes religiones inuenio, ſacrificia, ob hanc ignis opinionem per lumina celebrari ſolita. Vt qui viuax ſemper motu, ac ſplendore, promptiùs quam cætera elementa referre videatur cæleſtium illorum luminum nobilitatem. Formæ plurimum continens, materiei minimum. Porrò nec deſunt nobis phyſicis viæ circà hunc ignem terreſtrem philoſophari, quam partem tetigit ſimpliciter philoſophus. hunc enim ignem ita conſtitutum in ventre terræ, ab elementari, & etiam à communi igne differentem ponimus, non regione ſolùm, ac mole coacta infrà terram, vnde per varios hinc inde meatus exhalet, ad circumferentiam, ac calores diffundat ſuos, verumetiam differre vtrumque forma dicimus, ac materia, & toto genere. Quippe differt hic ignis terreſtris ab elemento, vt compoſitum à ſuo ſimplici: illud enim materia communis, & pars vna componentium prima; hoc autem miſtum, & vel materia propinqua quorundam ſui generis miſtorum, quæ diximus metalla, mineralia, lapides, vel inſtrumentum. Differunt & formalibus differentijs: hic enim terreſtris ignis feruens, ſed caliginoſus, ac expers luminis, & in tenebris (vt ſacra dictant elogia) ille verò luminoſus ac expers incendij. Vtramque naturam, quaſi medius, participat communis ignis, quem artificialem vocamus, feruens incendio, ac luminoſus in aperto aëre. Porrò hunc ipſum, pro ſubiectæ materiæ genere, miſtum, à prædominio ſulphureum videtur; ſed enim & heterogeneum dicendum, & de natura diuerſæ ſubſtantiæ combuſtibilium rerum. Tùm quia tale putandum eſt eſſe terram, quæ vti foris, ita intus, imò intus maximè diuerſarum partium eſſe debet, vbi tota ſupponitur mineralis, & infinitè admiſta. Tùm ratione exhalationum diuerſæ qualitatis in cauernas ipſas, vnde perpetuum habet ipſe fomes incrementum. Tùm denique ob ignis vehementiam, qui in vnam congeriem, quo maiores ardendo acquirit vires, eò fortiùs quamque rem præuiam ſibi conuertit in fomitem, mineras, montes, immania ſaxa. Vt planè videmus, cùm quandoque certis locis foràs exorbitat ad incendia: de quibus, iam conſtituto in terris igne, & omnium calorum, principio, qui infrà, & ſuprà terram, & in aquas ipſas exæſtuant, tempeſtiuè eſt dicendum.

Gentium ſuperſtitioſa numina.

Cultus ignis.

In Peru venerantes ignē.

Aegyptii de Vaſtali igne.

Sacrificia vbiq. gētium cū igne.

Phyſici de terreſtris ignis natura.

Quo differat ab elemento

Forma, ac differentia.

Materia terreſtris ignis.

Vis terreſtris ignis

De Incendijs terrarum Hiſtoria. *Cap. V.*

MAnifeſtiſſimus autem omnium effectuum, qui ex intimo terreſtri igne oriantur, ſunt incendia, quæ multis in terris viſuntur, eademque certam præbent rationem de reliquis caloribus, qui per varios terræ tractus diſſeminantur, & faciunt certis locis Thermales aquas. Ergò incendium nihil aliud eſt, niſi magnum quoddam in natura accidens, (etſi aliquibus locis cauſſa ſubſiſtat perpetua) immenſus, ſcilicet quidam exceſſus ignis, qui à communi barathro ignium terreſtrium, pinguem, ac combuſtibilem terræ materiam perſecutus, vel per impetum diruptis alicubi terræ caminis, miras, ac horrendas mortalibus ſuper terram flammas eiaculatur. Adeoque etſi incendia ipſa terrarum exteriora non ſint perpetua, ſed extemporanea, ob hoc tamen non tollitur, quin ignis in ſubditis terræ cauernis perpetuus, vniformiſq. ſubſiſtat. Immò qui hoc negauerit, indigebit ſenſu; nam perpetuos ignis videmus effectus, qui ex intimis ſtatim principijs proficiſcuntur, fumum, vaporē, & aquas, quæ vno ſemper tenore emanant calidæ, & feruidæ. Exterior ergo hæc apparentia flammarum, atq; incendij extēporanea eſt, ac varia, cuius hęc breuiter ratio eſt. Sanè ignis, qui in intimo fomite ſupponitur, eſt perpetuus, ſeu una ſit, ſeu vapor feruidus, ſeu etiam flamma, vbi ſpatio non careat conflagrandi, vt primis commentarijs eſt demonſtratum. At flamma exterior, quæ de natura accidentis eſt, ipſumque incendium; hæc haud dubiè variant, ceſſant, redeunt, ignis eadem perpetuò ſubſtantia remanente, in perpetuo fomite. Flamma enim (qui eſt vapor incenſus) emicat, inſequiturq. quouſque fuerit combuſtibile, ac eo ceſſante, & ipſa ceſſat, donec noua ex iugi intus vapore, ac caligine repullulet materia ad ſupernas cauernas, quæ ceù fuligo in caminis terræ craſſiſſima, ac incumbente intus flatu excitatum corripiat ignem, itaque flammas iterùm

Incendiū quid.

Incendia extemporanea.

Flamma, & incendium de natura accidentis.

edat

edat nouas. Hoc verò non poteſt vno fieri tenore ſemper: Natura enim tota eſt in motu continuo, ac maiora neceſſario, minoraque promit id genus accidentia, pro varijs diſpoſitionibus loci materiæ combuſtibilis, ac vrgentis in eam flatns, quæ tres primæ ſunt, ac neceſſariæ horum accidentium cauſſæ. De loci quidem, ac materiæ neceſſitate, deque eorũ diſpoſitionibus, iam explicata ſatis ratio eſt tùm primo libro, tùm paulò quoq; antè, ac planior nihilo ſecius iam fiet exemplis, & quæ ſequuntur hiſtorijs.

Flammarum, ac incendiorum tres primæ cauſſæ.

Materia

Locus.

Quippe de materia hoc ſatis eſt, quòd cùm neceſſaria ſit cauſſa, hæc tamen nec ſemper vno tenore & qualitate, & quantitate eſt diſpoſita, nec vegeta eſt ira ad incendium in vna parte, ac in alia. Nec minus de loco conſtat, & qui varias habeat diſpoſitiones. Quippe aditus ſub terra diuerſi patent; immò & ſub mari quoque certis locis ad vicinas vſque pertingunt inſulas, vimq. ignis exinde communicant. Quod planè ſenſu liquet: nam in mari ipſo alicubi, & in Puteolano ſinu (vt teſtis eſt Plinius) aquæ miro feruore exiliunt, & quod maius eſt, medijs quoque ipſis fluctibus viſa ſunt aliquando emergere incendia, vt mox dicemus.

Agens Flatus.

Flatns verò ſunt ipſi quidem canſſa quædam agens, quæ mouet, excitatque in propinquo, ac bene diſpoſito fomite flammas. Immò ſine ventorum flatibus non videntur poſſe fieri, incendia: quod indicant quædam tùm præcedentia incendijs ſigna, tùm effectus ipſi, qui ſolent conſequi.

Incendiorum indicia.

Nam prius ſubterranei mugitus multis diebus anticipant; mox terræmotus fiunt inæquales, proximè diruptis quò maximè impetunt hiatibus fumus incipit, deindè craſſæ mittuntur caligines, poſtremò flammæ, ac cinerum globi horrendis modis iactantur ad æthera. quę omnia ſunt ignis, ac impetnoſi flatus effectus.

Flatuum inſtabilitas.

Verùm quoniam flatuum inconſtans potiſſimè diſpoſitio eſt; hinc eſt, quod ipſi omnium ferè contingentiarum in incendijs ſunt primi auctores, cur cerebra, aut rara, ſæua, aut mitia fiant; & cur non plura ſimul conflagrent loca, ſed dùm iucendium in vna parte fit, non fit in alia. Quippe flatus, ſeu caſu ducantur ſuoptè impetu, ſeu virtutem conſequantur aliquam ſyderum; ttahuntur vt plurimum ex vna parte, & ex aduerſum vrgent in aliam partem, & vbi ſemel eruperint, illnc totam exhalant flammam. rarò reciprocnm habent per cauernas motum. Sunt ergo tres cauſſæ neceſſariæ conflagrationis ignis in terris, materia ad incendium idonea, loci ſpatia in cauernis terræ, & per ea excurrens flatus.

Mare concurrens cauſſa incendiorum.

Incendia maiora fiunt in inſulis quam in aliis terris.

Porrò ad has tres canſſas ignis, atque incendij, concurrit etiam euidenter mare. Mare enim ſuo perpetuo alliſu in ſubterraneas cauernas, tres illas adiuuat cauſſas, immò fouet, vt primum quoddam principium omnem incendij materiam, ac promouet cæteras cauſſas. Sane aperit vias: præbet vnctuoſam ſui parrem in propagationem materiæ incendij (omnis enim aqua maris craſſa, ac vnctuoſa eſt) & compingit penitus in cauernas flatus, qui excitent in propinquo, ac benè diſpoſito fomite flammas. Quin etiam non poſſe fieri incendia ſine aliquo impulſu maris, hæc mihi videtur inductio demonſtratina; qnòd quæcunqne in toto orbe terrarum ardent loca, ea vel mare habent circunfluum, & hæc quoniam vndequaque patent hiatibus, vnde diuerberentur, ac ingi foueantur alimonia incendij; maximè omnium, ac frequenter ardent. Vt Aetna in primis, eique vicinæ Aeoliæ omnes, Aenaria & Prochyta ad conſpectum Neapolis, vna Cycladum in Aegeo mari inſula, & Hislandia item inſula in Hiperboreis. Vel littorales ſunt terræ, quæ vt minus ſentinnt alliſum maris, quàm inſulæ, ita minus ardent: vt quæ loca ardent apud nos in Campania, & mons Veſuuius, Achaiæ item locus, Chimæra in Lycia mons, & fortaſſe Aponus, Inſulæ, ac terræ noni orbis infinitę ardentes. Quorum magis opportuna aliqua ad inſtitutum noſtrum percurremus exempla.

Incendia Italiæ.

OPTIMA verò ratione ab Italiæ partibus hiſtorias noſtras ordiemur, vtpote quæ plura, ac manifeſta continet ſubterraneorum eiuſmodi ignium exempla, in quibus fundantur omnes ſuſceptæ tractationis demonſtrationes: ac per ea inaudita, adeoque ſcitu admodum neceſſaria ad notitiam inuentæ ſint, Thermarum vbicunque explicabuntur. Sub mediocri ergo cœli temperie Italia, cùm ab alpibus longè in meridiem ſit extenſa, ac dyplici hinc, atque hinc pelago clauſa; vtrinqne ab Appenino monte, quo tota dirimitur, ac ab alpibus maximè, vbi latiùs expanditur, innumeris fontium ſcatebris, lacuumq. ac magnorum fluminum riguis diluitur. Verùm ad ſiniſtram mari Hadriatico, quæ pars Septentrioni obuerſa, & propter Apennini montis vmbram opaca fingitur, ac frigida, paucas calidas habet aquas, crudiores quamplurimas. Ad dexteram autem Tyrrheno mari, qua regio aprica eſt, ac verſus meridiem apertior, ob ſoli naturam ſulphuroſam, quam vbique habet fouendis ignibus idoneam, etiam in propinquis inſulis; varia per omne æuum exempla protulit calorum, incendiorum, & calidarum aquarum. Quapropter rem memoratu dignam ponit Beroſus Caldæus, (quem tradunt vixiſſe Babylonis antè Alexan-

xan-

xandri monarchiam, ac ex Caldæis ſuis vetuſtiſſima collegiſſe rerum mundi monumenta.) arſiſſe olim Itallam mirificè à Cumis,& Veſuuio;& in Iſtris; & propterea à Ianigenis Palenſanam cognominatam fuiſſe, quod eſt Regio conflagrata. Et quidem omnes Italia diſpoſitiones habet ad tam vaſtam conflagrationem idoneas;ſitus anguſtiam,quo inter duo maria aſſiduè diuerberatur; ſubterraneas cauernas igni peruias, ac ventis; ac materiæ tandem ſulphuroſæ copiam,qua tota luxuriat, ardetq. certis locis ſuper omnem terram. Nam in tota hac Italiæ parte meridionali, ab extremis Siciliæ oris ad confinia vſque Hetruriæ, atque Ligurum;alijs locis perpetua viſuntur incendia,vt in Aetna; in alijs conflagrant per tempora,vt in Aeolijs,quæ Siciliæ adiacent inſulis;& ad conſpectum Neapolis in Aenaria, atque Prochyta:nec minus in continentis terræ montibus,Veſuuio, ac Miſeno, Puteoliſque & Cumis; quæ ſæpè ardent, ac certis locis varia mittunt ignis veſtigia, vapores, fumos,& aquas apprimè calidas. Paſſim anfractus,cuniculataq. hiant ſpiramenta, quæ vbi flatum mittunt, vbi Intimi exandiuntur ceù ardentis ignis fragores,ſonituſq. aquarum,vt ad Puteolos Phlegræis collibus idcirco dictis, & campo Vulcanio admirandi vbique feruoris: nec procul Sibyllæ antrum ad Cumas, totq. horridi circà Auernum hiatus, receſſuſq. ob æſtum impenetrabiles. Tota vbique Campania ad ſuperficiem, antiquæ eiuſmodi conflagrationis gerit veſtigia, ſolo paſſim arido, cineris, ac pumicis inſtar, & quod Puteolanum appellant, carbonibus viuo ſaxo concluſis. In Ariciæ campis, ſcribit Plinius,ſi carbo decideret, ardere terram conſueuiſſe: quæ erant fortaſſe aliquæ illius incendij reliquiæ, quæ tractu poſteà temporis,vt tota hæc terræ ſuperficies innumeris eſt naturæ caſibus obnoxia, ſole, ventis, imbribus, & vel ſola hominum cultura exoleuere in totum. Taceo Stigiani feruorem, nec procul publicas Sulphuris ſcatebras ad Vicum,vetuſtam hinc famã Chalchanti Romani,Tulphæ mineras inexhauſtas alumine, cũ metallis antiquis (vt cernitur) ferri, atq; æris. Proximè,Ciminus mons magnam adhuc vim ignis fouere videtur ſub antris ſuis, quã ad radices, ſitu boreali, vbi Viterbium, in totam eam planiciem diffundit, plenam ſulphuroſiſſimo halitu, glebis paſſim aridis, & pumicoſis, innumeriſq. fontibus calidis, quos inter Bullicanum eſt famoſiſſimum ob feruorem intolerabilem. Hinc reliqua Hetruria, qua Thirrenum attingit mare vſque in Iluam inſulam,tota vbique tellus, vel exhalat fumis,ac paſſim calentibus ſcatet aquis, vel ferri, atque æris fodinis luxuriat, Sulphuris alibi & chalcanthi. Quo nomine ſunt lacunæ Velaterranæ memorabiles, feruidis, ac ſalientibus aquis. Situ verò occidentali ad Libbianum caſtrum Sulphuris genus foditur, nigrum quidem, cæterùm merum ſulphur, ac (vt ferunt) in puluere bombardico vtiliſſimum. Ad fines verò vſque Liguriæ, cum tot adeo tellus abundet metallis, ac ſulphureis fodinis, aquarumque calidarum, ac feruidarum fontibus, quot fortaſſe alios non habet reliqua Italia; habet in montanis ad Petram malam manifeſta ignis ſpiracula, vbi aër noctu ſcintillat, diuque ceù ex ardenti ſubtus fornace caligat, ac fumat, iniectaſque calefacit aquas,ac incendit ſtipulas. Videtur autem is fomes venas habere continuas vſque ad Porretanas aquas in Bononienſi, quarum vndique colles noctu ſcintillant. funditur & fortaſſe ad Mutinenſem agrum, vbi adeo bituminis liquor, atque ignis exæſtuat: & vſque etiam in Euganeos, quos fortaſſe pro incendijs in Iſtris intellexit Beroſus. Hos enim colles circà Aponi balneas arſiſſe olim, ſalebræ ipſæ collium oſtendunt, cinereæ paſſim, ac pumicoſæ, balnea plurifariam calida, ac generoſa, quæ carbones interdum mittunt,ac cinerem; & ipſi tandem lapides certis locis feruentes; & qui incurrentes calefaciunt aquulas. Quæ (vt prætercam multa) cùm ita ſe habeant, verum profectò nobis argumentum eſſe poſſunt, totam hanc Italiæ partem ſeptingentorum inſtar milliariorum ſpatio, iugi intùs materia ſulphuris refertam eſſe, cuius fortaſſe minera vbi plus vbi minus, longè lateq; ramificat, & ſub mari quoq; in adiacentes extenditur inſulas,ac penes ſingularem miſturam,virtutemq; caloris, quam diuerſo habet tractu venarum; effectus parit tàm varios, mirandaq; certis temporibus incendia mittit. Et concludendum videtur,quod hæc tellus,vt ardet alibi perpetuò, alibi per tempora;ita veriſimile ſit,tanta olim fuiſſe ſub his locis incrementa ſulphurum,atq, ignis, vt conflagrauerit vbique. nec minus credendum fore tempus,vt ſtantibus his naturæ principijs, conflagratura ſit fortaſſe iterum, atque iterum. Quam rem duo,aut tria ſingularia incendiorum exempla,quæ & ad noſtri inſtituti claritatem,& pro noua hac cauſſarum inuentione ſunt conſcribenda,certiùs indicabunt.

Italiæ regio cõflagrata.

Ariciæ Cãpi cur arderent.

Spiracul. ignis ad Petram Malam.

Italia vbiq; Sulphurea.

Incendium Ætnæ.

MAGNVM inquam exemplum ardentium terrarum, quod & norma eſſe poterit quorumcunque ferè calorum in terris, & in aquis, eſt Ætnæ incendium perpetuum, quo famoſiſſima eſt, & vel hoc ſolo naturæ ſpectaculo admirabilis Sicilia. Vt plerique ſanè legantur authores illuſtres, qui vel obiter de hoc incendio, vel affectata etiam

O occa-

De Aetna authores.

occaſione, nec ſine ſumma admiratione loquantur; Lucretius in primis, Plinius, Strabo, Solinus, Diodorus Siculus, & vt aiunt, Vergilius dicato de Aetna opere: quorum nos non ſpreta authoritate, nouam, & ni fallor, veram, & quæ præcipua erit ad inſtitutum noſtrum demonſtratio, proſequemur hiſtoriam. Fama eſt hanc inſulam nobiliſſimam, continenti olim cùm eſſet adiuncta, & pars Italiæ, infrà tamen ob ſoli naturam ſulphuroſam, ac anfractuoſam, peruiam vſqueadeo eſſe igni, ac mari, & ventis; vt quondam in medio veluti diſcrimine tot elementorum corruerit, quare fluctus ruinam inſequentes, eam ab Italia diſſecuiſſe, ac exinde dictam Siciliam. Quod ſignificare viſus eſt in III. Aeneidos Virgilius.

Siciliæ diſpoſitio ad incendium.

Hæc loca vi quondam, & vaſta conuulſa ruina,
Tantum æui longinqua valet mutare vetuſtas:
Diſſiluiſſe ferunt. & quæ ſequuntur.

Prima cauſſa.

Quam cauſſam, à natura ſcilicet ac diſpoſitione loci, omnes de incendio quoque Aetnæ primam eſſe confimant. Eſt ergo Aetna mons vnicus, ac altiſſimus x x x. mill. paſſuum, vt Fazelus nouiſſimè de rebus Siciliæ tradit. Qui vndequaque, ac longiſſimè ab Italia conſpicuus, radices agit ad mediam Siciliam, pinguibus circumſecus aruis, vinetis, ac paſcuis fœcundus, iugiterq. pinetis, ac fagis, altiſſimiſq. abietibus nemoroſus. Ad ſummum verò verticem, quà ſalubre eſt totus, ac inſtabili cinere, pumiceq. confragoſus, in vaſtiſſimum dehiſcit Craterem, ita enim ob ſimilitudinem appellant authores id genus voraginem. Quæ ad ſupremam oram quatuor milla paſſ. latitudine, ſubinde arduo introrſum cliuo ſe in tartara vſque coanguſtat. Viſu horribile præcipitium, quanquam fumus, mugitus interior, ac tremor, & vel ipſa imaginatio iamiam inſtantis ignis, ac ruinæ, neminem, quamuis etiam audaciſſimum non primo ſtatim occurſu inhorreſcere faciat, atque auertat. Quoniam verò non videtur dubitandum, crebra ipſa, quæ per omnem ætatem hic fuerunt incendia, iugi cinerum reiectatione hunc vaſtiſſimum montem extuliſſe; tota eius materia nihil aliud eſſe videtur, quàm incompoſita, ſuſpenſaq. in ſe moles cinerum, pumicum, ac lapidum, quibus cùm omniquaque ſpiritu, ac ventis penetrabilis ſit, miranda res eſt, quod ſemel combuſta materia, vim ad tempus concipiat nouam, vt iterum ardeat, atque iterum ſine fine. Cui rei locus ipſe fides eſt, qui ſopito aliquandiu incendio, conflagrat iterum, ac Virgilius idipſum miratur in Aetna, illis verſibus.

Crateres incendiorum, qui dicantur.

Aetnæ mons ex cineribus factus.

Materia ſemel cōbuſta, renegetatur

Cætera materies quæcunque eſt fertilis igni,
Vt ſemel accenſa eſt, moritur, nec reſtat in illa,
Quod repetas: tantùm cinis, & ſine ſemine terra eſt.
Hic ſemel, atque iterùm patiens, ac mille perhauſtis
Ignibus, inſtaurat vires &c.

Nam cum in imis barathris nullo vnquam tempore extinguatur ignis, quin aliquod ſui mittat veſtigium, vel feruorem, vel fumum, vel flammam, tamen extrinſecus ad incendia non ſæuit, niſi per interualla aliqua, plus, ac minus. Et quo diutiùs ceſſauerit, quaſi vegeta magis ad incendium materia, eò maiori ſeſe exerit violentia, & cum ipſis flammis ingentes harenarum globos, ac cineres mittit, &

---Vt verbis Lucretij vtar,
Extruditq. ſimul mirando pondere ſaxa.

Aetnæ cauſſæ mirandæ.

Fomitis vnde perpetua ſit vegetatio

Hæc eſt incendij huius, atque hiſtoriæ ſumma. In qua mirari ſubit naturæ conſilium; quæ ad id cauſſarum ſyndrome; & quæ propago materiæ tam vegetæ, quæ Aetnæ ſubminiſtret perpetuò pabulum ad ſempiternum ignem. Non eſt ergo dubitandum, quòd ſi vllis in rebus eſt aliquid admirandi, fermè Aetna naturæ miraculum vnum ſit maximum. In primis de ea combuſta materia, vt vegetetur iterum ad nouum incendium, quod videtur carere fide, cum vetus ille de Aetna author diuerſam congeriem adduxiſſet in cauſſam, ſulphuris, bituminis; & quicquid ſucci in terris irritat ignem; concludit id potiſſimum lapidum generi tribuendum eſſe, Molari præſertim, ac Pyriti.

--quibus (inquit) cuſtodia flamma
Vera, tenaxq. data eſt, ſed maxima quippe molaris
Illius incendi lapides, ſic vindicat Aetnam,
Quem ſimul ac ferro quæras, reſpondet, & ictu
Scintillat calor. &c.

Contra Aetnæ authorem.

Verùm nos, ſi ex his, quæ longa exercitatione circà harum terreſtrium rerum naturam didicimus; & ex his, quæ planè apparent, determinare velimus: dicemus hanc ſententiam, quam duro alioqui, ac laborioſo carmine protulit iſte author (parcant illi manes) longè gentium erroneam eſſe, ac manifeſtè falſam. Nam quòd illa lapidum genera non eam obtineant in ſe naturam ignium tenacem, ac propriam; iam notum eſt, Pyritem lapidem inimi-

Digitized by Google

inimiciſſimum eſſe ignibus, nec vnquam incendi, ſed attritione tantum, vt lapis eſt duriſſimus ex eo excuti ignem. Alterum verò genus, quod prorſum ponitur, vt etiam pumex: ſemel combuſtum, ac omni humore exutum combuſtibibili (res digna notatu) contrarios videmus in Aetna, & extrà Aetnam parere effectus. Nam extrà Aetnam, vt omnino expers omnis aptitudinis ad ignem, vbi aliquandiù ſenſerit æſtum, imbres, frigus, atque aërem, non tantum non ardet, imò nouam acquirit qualitatem (vt Fazelus eſt teſtis) fatiſcitq. in agris in genus cineris harenoſum, & pingue, quod fœcundiſſimam reddit terram. Qui verò eiuſmodi lapides ex Aetnæ incendio combuſti, ac eiecti, intrà Aetnæ rurſus ſalebras collabuntur; hi quidem (in quo tota conſiſtit vis quæſtionis) ad tempus ardendi vim concipiunt iterum.

Lapides combuſti extra Aetnam fiūt lætamen.

Nimirùm hæc eſt cauſſa; non quia eadem prorſus materia lapidis ſemel igne abſumpta ardeat iterùm, quod mirandum eſſet, & impoſſibile; ſed quia tàm hi lapides, quàm pumices, ac reliqua materiæ congeries eius montis, quæ tota eſt poroſa, ac laxa, nouum ad tempus concipit incendij ſomitem.

Vera ſolutio.

Atque hic fomes, nihil aliud eſt, niſi naturalis fuligo ſulphuroſiſſima, quæ ex imis, immenſiſq. Aetnæ barathris vi ignium ingiter, ac flatuum eleuata, congeſtaq. in ſupernis veluti caminis, ideſt in ea vaſtitate cinerum, pumicum, ac lapidum poris, igne vi flatuum ſubeunte incenditur, conflagratq. ingenti flamma, eodem planè loco, ac materia, qua viſum eſt conflagraſſe priùs. Incenſus vero ita ignis, quam non ſibi ſuppeditat materiam pro pabulo? qui vt in fornace crudos torret lapides, ac metallum contumaciſſimum eliquat in flammas; ita hic Aetnæ ignis immenſus, ac vehementior omni igne, haud mirum, vel exiguum nactus ſomitem, ſæuit in quamque rem præuiam, ac lapides, cineres, & vel ipſa iuga montis conuertit in pabulum, combuſtaq. eiaculatur ad ſummum.

Ignis Aetnæ vis.

Has ergo arbitror incendiorum Aetnæ particularium planas eſſe cauſſas. Verùm abſumente inceſſanter Aetna, ac voraci igne intimum fomitem; quæritur, vnde nam matrix ipſa, aut ſeminarium id fomitis, alimoniæ ſpeciem ſibi ſuppeditet, vt perpetuus in ea ſubſiſtat ignis? Hæc ardua profectò, ac in naturæ arcanis recondita quæſtio eſt, & quæ, circa vniformitatem calorum balnearum, altiſſima per omnem ætatem ſapientum ingenia exercuit.

Aetnæ vnde perpetuum ſit papulum.

Nos verò propagationis huius duas adducemus cauſſas. Prima quidem eſt, imperſcrutabilia putandum ſummi opificis artificia, qui ad ſempiternam operum ſuorum gloriam, materiam, ac principiorum apparatum ſibi ſuppeditauit, aptauitque, vnde, & quomodo non eſt ſatis humana imbecillitas explicare. Sed enim videmus, quòd natura ad perennem rerum propagationem, facit circulum in cauſſis, & effectibus; idemq. ad diuerſos reſpectus eſt effectus, & cauſſa, & materiæ perennis propagatio. Quod planè patet in pluuia, quæ ex humido vapore generata in aëre, ipſamet nouam terræ præbet vaporum materiam, vt pluat iterum. Et materiæ primæ in cauſſis rerum communiſſimis non alia profectò eſt ratio.

Naturæ circulus in ſuis principijs.

Ergo hoc non latet coniecturam noſtram, circà omnes infrà terram ciuitates, peruagari, compingiq. immenſis conuolutionibus à concluſo flatu craſſiſſimam vſquequaque vaporum, exhalationumque caliginem: Cuius fortaſſe in hoc circulo rerum ipſa Aetna, & tot adeo terræ incendia ſunt præcipua cauſſa. Quæ ſanè intima caligo (vt nubes ſupernè in aëre) alibi in aquas tàm longa ſerie, ac varietate, quam videmus ipſorum fontium, conuertitur: alibi in metalla congeritur: alibi primas veluti radices vegetat aliorum id genus miſtorum terreſtrium, & pro certa denique ingenitarum vbique rerum proprietate, ſulphur ipſum, quoddam primum id genus terreſtrium miſtorum ſeminarium vegetat. Hæc eſt vna cauſſa; quæ principijs congrua eſt ſummi Philoſophi in t 1 1. Meteor.

Caliginis ſoboles in ventre terræ.

Sulphur ſeminarium miſtorum terreſtriū

Alteram verò propagationis huius cauſſam non dubito equidem ſuppeditari ei à circunfluo inſulæ mari; quod, vt natura vnctuoſum ſit, planè cùm de maris natura loquemur, probaturi ſumus ſequenti libro. Imò paulo antè de communi incendiorum natura hoc docuimus, non poſſe fieri ſine aliquo impulſu maris incendia. Nam tria præcipuè illa, quæ diximus, hic præſtat mare in cauſſam Aetnæ; aperit, dilatatq. vias; nam vbi vis ignis non habet ſpatium expirandi, non durat, & extinguitur. Præbet vnctuoſam ſui partem radicibus primis in propagationem materiæ incendij. Et tandem compingit penitus in cauernas flatus, qui excitet in præiacentem ſomitem flammas.

2. Cauſſa. Mare tria præſtat in cauſſam Aetnæ.

Quod maximè in hac inſula fieri putandum eſt, quæ ſuſpenſa videtur immenſa vbique vaſtitate lapidum, & vbique cauernoſiſſima, & præſertim ab ea parte, quà Charybdis mare allidit, voratq. vſque in viſcera terræ. Hanc à mari cauſſam tentauerunt quoque auctores veteres, ſed non adeo diſtinctis effectibus: ac in primis Lucretius Poëta, idemq. grauis philoſophus, illis verſibus.

Lucretius lib. 6.

Præterea magna ex parte mare montis ad eius
Radices frangit fluctus, æſtumq. reſorbet.

Atque idem videntur aſſerere Solinus, & Diodorus Siculus, qui ſcribit ab ea parte, qua Eurus, & Africus perflant, aſſiduis pelagi fluctibus retundi intrà cauernas incendij mate-

riam, eoque illuſu vniri in ſe vapores, atque ita accendi. Qua in parte legendus item Macrobius eſt libro v. cap. x v i. & item Aul. Gellius libro xvii. cap. x. qui in eam ſententiam citat Pyndarum, ac eum imitatum fuiſſe Virgilium in iii. illis verſibus.

Interdumq. atram prorumpit ad æthera nubem.
----Sed horrificis iuxtà tonat Aetna ruinis....

Vbi habentur à Seruio communia: ſed hoc maximè notandum, quòd qua parte Sicilia reſpicit Africam, ſpeluncas inſula habet perſpicuas plenas ſulphure, quæ receptis in ſe fluctibus flatum concipiunt, & exinde incendium. Cui rei ſatis idoneum teſtimonium eſt, quod alijs flantibus ventis Aetna nihil emittit, & pro modo flatuum Euri, vel Aphrici, interdum fumum, interdum fauillas, nonnunquam verò aucto ſic in ſe fomite emittit incendium. Ergò iam ſubiecti hic ignis, & vt veniat ad incendium plures habes cauſſas.

Cauſſarũ cõcurſus in incendijs Aetnæ

Formalem, ipſum ignem. Materialem, ſulphur, eiuſq. perennem propagationem ab intima caligine terræ, ſimul atque ab incumbente mari. Inſtrumentalem, naturam loci cauernoſam, ac molem ipſam montis totam cuniculoſam, ſuſpenſamq. in ſe, & quæ aſſiduè onuſtam ſulphure concipit fuliginem. Agentem flatum, qui ex penitiſſimis cauernis excurrens ad huiuſmodi exitum, & quaſi ad proprias fauces, ſopitos ignes ad materiam proximè, quæquæ fuerit, exuſcitat.

Varietatis incendiorum cauſſæ.

Varietatis porrò ratio, cur plus minus, ac diuerſis interuallis, vel ſopitæ quieſcant flammæ, vel conflagrent, varius inuicem dictarum cauſſarum concurſus eſt: præcipuè verò materiæ non ſemper, nec vbique vno tenore diſpoſitæ; & ventorum inconſtans flatus.

Accidentia incendiorum.

Vrgentis tandem flatus, atque incenſi ignis, quem loci anguſtia non capiat, ſunt ea accidentia, atque portenta, terræ tremor, maris fremitus, fragor, flamma, fulgor, & pro exuberanti copia materiæ, profluuium ſulphuris, atque ignis ſimul ad æthera. Quæ adeo cuncta ſæuiunt horrendis modis, vt nec ſermone vnquam, nec calamo ea perſequi auſim; quando his etiam, qui ea frequenter inſpicere ſolent, vel minari videantur mundum igne conſumi, vel extremam imminere cœli ruinam, & nec mari, nec terra eſſe locum refugij. quod hinc fiet clarius.

Flumen ſulphuris, atque ignis ex Aetna.

INTER ea inquam accidentia, quæ immenſam vim ignis in terris, ac copiam ſulphuris poſſunt oſtendere, eſt; cùm ex Aetnæ ingenti conflagratione flumen ignis, ac ſulphuris in ſubiectam vſque Siciliam euomitur.

Gygantũ fabula ſub Aetna

Principio veteres, cùm prima illa hominum memoria tot Aetnæ vidiſſent, horruiſſentque portenta, quæ omnem naturalium cauſſarum modum videbantur excedere; ac immanes inter alia mirarentur in aëre turbines, qui ex Aetna primùm vrgentiſſimo flatu, ac mugitu veluti hominis horrendiſſimo totam concuterent inſulam, ſimulque tantam vim cineris, lapidum, atque ignis iacularentur, obtenebrarentq. denſiſſima caligine aërem; hæc inquam videntes non aliam habuerunt rationem, niſi quòd olim Gigantes hic in certamen veniſſent cum Dijs, ac illos tandem Iouis fulmine debellatos, in intimumque Aetnæ baratrum detruſos,, veterem adhuc tentare cladem, ac vel motos aliquando ſuper latera, vel ſuſpirantes, ingenti mugitu edere hoc incendium. Quam figuram paucis verſibus perſtrinxit Virgilius in iii. Aeneid. Pyndarum imitatus d.

Fama eſt Enceladi ſemiuſtum fulmine corpus
Vrgeri mole hac, ingentemq. inſuper Aetnam
Impoſitam ruptis flammam expirare caminis.
Et feſſum quoties mutat latus intremere omnem
Murmure Trinacriam, & cælum ſubtexere fumo,

Aduolant, qui hinc eructantur, cineres centena milliaria. Atque horum, ac lapidum ſimul imbre ingens quidem pernicies eſt, quod viciniam, & tàm culta, quàm inculta deuaſtent loca, quodque armenta, piſces, volucres interimant, ac in ſubiectas vſque villas, ac ciuitates, quà pertingunt, prægrauata onere peſſundent tecta, ac ſæpè domos, ſimulque familias miſerè opprimant.

Cinerum Aetnæ ſæuitia.

Verùm in quo hæc Aetnæ tempeſtas incomparabilem habet ſæuitiam, eſt horribile ignis, atque ſulphuris profluuium, quod non Aetnæ vaſtitas, ſed immenſum potius inferni barathrum eructare aliquando ſolet, ac antiqui fermè illius certaminis inſtar, cœlo, ac terræ minari, vel finituri potiùs per ignem mundi ſpectaculum reddere.

Profluuij vaſtitas.

Nam exaudito diu gemitu cauernarum, maris, ac terræ fremitu, exurentiſque intus fragore ſulphuris, quæ ſequuntur incenſi cinerum, ac lapidum, qui bombardæ inſtar eiaculantur aceruí; demum incendij vis, completo vndique flammis, ac atro turbine aëre, præ ſulphuris, in quo exæſtuat copia, ac materiæ grauitate; tota (miſerabile viſu) in ſubiectam regionem præcipitat, ac fluminis ardentis modò non ſyluas ſolùm, qua ingenti volumine deuoluitur, ac rupes montis deuorat; verumetiam & integras abſumit villas, ac

ſæpè

ſæpè vicina euertit oppida, funeſta, ac plena horroris vbiq. veſtigia tantæ ſtragis relinquens. De quo Poëta ille ſecutus Pindari carmina in Pythijs, ſatis grauia cecinit, ſed quæ minimam tamen tanti diſcriminis exprimunt partem d.

Virgilius in Aetna.

Fluminis in ſpeciem mitis procedere tandem
Incipit, & primas demittit collibus vndas.
Illa paulatim bis ſena in millia pergunt;
Quippe nihil reuocat, curtis nihil ignibus obſtat.
Nunc ſyluas, rupeſq. vorat.

Plura huiuſmodi calamitatis exempla ponunt Thucydides, Plinius, Suetonius, Oroſius, Diodorus. Inter alia verò, quod diuinum declarat iudicium; cum inauditis modis ſæuiret incendium Anno Domini CCLIIII. ſecundo anno poſt Sanctæ Agatæ martyrium; profluuio ignis iam ad fines Cataniæ impetente; diuina reuelatione factum eſt, vt ſumerent Catanienſes è ſepulchro D. Agatæ Velum, & ſolemniter contrà incendij tempeſtatem irent: quo vexillo tunc, ac pluries ſubinde vſi, ciuitatem aiunt à tanto periculo, cui adeò fuit ſemper obnoxia, pluries fuiſſe aſſertam. Magis autem ob vicinitatem obnoxium illi eſt Randacium caſtellum, occidentali parte montis: quod nouiſſimè hoc ipſo anno, quo hæc ſcribimus M. D. LXVI. Calendis Nouemb. miſerabili ſtrage eius ardentis profluuij, ferè abſumptum, ac hominum fuga, quod vnicum eſt ad ſalutem remedium, derelictum accepimus.

Veli Sanctæ Agathæ miraculum.

Randacij incendiũ.

Aeolias Inſulas olim arſiſſe omnes cum mari.

ADMIRANDA quoque poſt Aetnam contingunt incendia, in Aeolijs, quæ ſeptem ſunt inſulæ mari Siculo, non plus viginti millium paſſuum traiectu ab Italiæ finibus, atque à Sicilia. Dictæ olim ob ignis, quem perpetuò fouent, naturam, Hepheſtiades Græcis, ac pari nominis ſignificatione Latinis Vulcaniæ; necnon Thermeſiæ pro multis aquarum calentium, quas habet ſcatebris, vix tamen hodie ob barbarorum excurſationes, inhoſpitalitatemque terrarum cognitis. Harum princeps Lypara, quam olim arſiſſe totam in prodigijs notant, M. Aemilio Lepido, L. Aurelio Aceſte Coſſ. Strongyle altera ex cuius fumo qui flatus futuri nam eſſent prædicere hic ſolitus Aëolus, exinde ventorum Rex putatus, & filius Iouis, nomenque Inſulis dedit Aëolijs. Deinde Hiera, Vulcano ſcilicet ſacra, quem Cicero hic olim regnaſſe aſſeuerat, perpetuis ferè ignibus noctù conſpicua, ac die fumum mittens teſte Thucydide: ſulphuris, pumicis, ferriq. molles ſæpenumero eructans, Strabone. Reliquæ Hiceſia, quæ Salinæ hodie dicitur: Ericuſa, quæ Alicur; Pheicuſa, Felicur; Euonimos, Vſtica item Ptolomæo; & Didymæ. Quas omnes ob ſoli naturam adeò ſulphuroſi, ac igniferi ſæpenumero conflagrare non eſt mirum. Portentoſum verò habitum fuit incendium, quod (teſte Plinio) relatum in annalibus eſt, ſociali bello, diebus aliquot has Inſulas arſiſſe omnes. Addit Strabo, cùm meatus, vnde vim ignis exhalare ſolebat, obſtructi eſſent; flammas facto impetu ſub mare, vndas primùm extuliſſe, mox ſuper mare illapſas, arſiſſe aliquandiù cum mari. Quo ſanè effectu, ac tot alijs Italiæ incendijs, concludit hìc auctor neceſſarium eſſe has Inſulas inter ſe, ſub mari, & ſub terra meatus habere continuos, à Cumis vſque in totam Siciliam: immò veriſimiles habere coniecturas, eoſdem meatus longiſſimo tractu maris vſque in Achaiam pertingere, quod Græci ſub Arethuſæ, atque Alphei fabula non habent dubium, ac mox altero hoc exemplo confirmabimus.

Hepheſtiades, Vulcaniæ Thermeſiæ.

Aëolus ventorũ Rex.

Vulcanus

Máre arſiſſe.

Aenariæ, & inſularum in Baiano ſinu incendia.

PORRO aſſerunt ijdem auctores, has omnes inſulas, vnà olim cum Sicilia Italiæ fuiſſe adiunctas. Ac pariter quæ in Baiano ſinu habentur, Prochytam, Capream, Pandatariam, & harum maximam Aenariam, quæ nunc Iſchia dicitur, decem millia paſſ. à Neapoli, continentis olim terræ fuiſſe partes, ſed aſſidua incendia, fluctuumque impetus eas longo temporis ſpatio diſpeſcuiſſe. Maior verò, ac dignior inter has Aenaria, quam & Inarimen à monte, quo à Miſeno fuerit auulſa, dictam legimus, & Pythecuſas apud Strabonem lib. v. digniſſimis hoc loco exemplis celebranda venit, Pythecuſas (inquit) Eretrienſes ſimul, & Chalcidenſes habitarunt, qui cùm terræ frugibus, & auri foſſionibus beatiſſimi forent, coorta ſeditione inſula reliquere. Donec terræmotibus expulſi, & exhalantibus ignibus, & inualeſcente mari, & aquarum feruoribus exceſſere. huius enim genus eructationis habet hæc inſula. Hinc porrò orta fabula, Typhonem gigantem in ea inſula ſepultum, quem, cùm latus verteret, euaporaſſe flammas, & aquas: & quandoque etiam fie, vt minores ſimiliter inſulæ efferueſcentem mittant aquam. Veriſimiliora autem (ſubdit Pindarus) qui Pythijs carminibus naturales à nobis allegatas percurrit cauſ-

Ex Strabo

ſas, omnem hunc tractum à Cumis vſque in Siciliam ignitum eſſe, & coëuntes ſub terra habere cauernas in Græciam vſque, & continenti terræ porrectas. Ideo Aetnam, & Liparenſes inſulas, & Neapolitanum agrum, & Baianum, & Pithecuſas talem habere ad incendia naturam. Olim verò ex hac inſula ignia, cùm in ſublime exhalauerit, Typhonis id eſt ardoris in modum, ceu fulmen è cœlo recidens in inſulam, ac pelagus ad tria vſque ſtadia excurrens; perterritos ipſo fragore, qui remanſere, incolas, in ſuperiorem refugiſſe Campaniam. Hoc memorabile in Antiquis habemus Aenariæ incendium, ac ſimile contigiſſe narrat anno Sal. humanæ CCCI. quando regnante Carolo Neapolis, ac Siciliæ Rege, hæc inſula conflagrauit horrendis modis plures menſes, nam ex eo tempore relicta diu, & concremata, minus fœcunda bona ex parte remanſit. Vinorum tamen genere inſignis, ac balneis calidis, medicatiſq. plutifariam aquis abundans.

Typhonis fabula Pindari ex incendio Aenariæ.

Horrendum Veſuuij incendium ex Dione.

De continentis verò terræ incendijs. Eſt Veſuuius in Campaniæ finibus mons vnicus, non procul à mari ſeptuaginta circiter ſtadijs ſub Neapolim. Qui cùm ad verticem, ac per latera confragoſos habeat hiatus, ac ex certis ſpiramentis vim aliquam expiret ignis; cæterum fœliciſſimis uinetis ſuper omnem Italiæ terram fœcundiſſimus, multis ab hinc ſæculis expers omnino incendij extitit. Solebat enim antiquitùs, ſi Dioni credamus, quotannis; vel Vitruuio potius, aliquibus annis conflagrare, ac mira edere accidentia. Quæ cùm Titi Cæſaris temporibus præter morem euenerint, terribiliaq. viſa ſint his, qui ea frequenter ſolebant inſpicere; haud ſanè erant inter has hiſtorias omittenda, & præſertim quia magnam ex eis vim ignis ſubterranei, diffuſiq. ex eo caloris explicaturi ſumus. Scribit igitur Dion ſub Tito multa horribilia contigiſſe: nam cœpiſſe per Autumni tempus videri circà eam regionem, ceù vaſtas hominum imagines; quos appellant Gigantes, verſariq. eas in aëre, ac interdiù, noctuq. circà proximas ciuitates vagari. Poſt hæc ſecuta eſt maxima ſiccitas, ac repentè graues adeò terræmotus, vt ea æſtuaret planicies, montiumq. culmina ſubſiderent. Ad hæc ſonitus ſubterranei tanquàm tonitrua, ac ſuper terra mugitibus ſimiles extiterunt: Mare ſimul fremere, cœlum reſonare, ingenſque, & repentinus fragor, quaſi montes ſimul corruerent, exaudiri. Tùm exilire in primis immenſi lapides, quos magna vis ignis eſt conſecuta, fumiq. adeò tenebroſi, vt omnem aërem obſcurarent, ſolemque, quaſi eclypſis fieret occultarent, noctemq. ex die, ac diem ex nocte flammis corruſcantibus redderent. Quibus prodigijs perterriti homines, alij antiquam Gygantum inter ſe ortam ſeditionem narrabant, quorum veluti clangor tubarum in aëre audiretur. Alij mundum in Chaos redigi, aut igne conſumi, & eùm peiora vſque futura ſuſpicarentur euenta, exanimes alij ex ædibus in vias, alij de vijs in ædes confugere, nec mari, nec terra, ita erant cuncta atro cinerum turbine occupata, ſe tutum quiſque arbitrari. Quæ res multa damna, vt cuique fors tulit, importauit, non ſolùm hominibus, prædijſq. ac pecoribus; ſed etiam piſcibus, auibuſque, quas peremie omnes, duaſq. vrbes Herculanium, & Pompeios, populo ſedente in Theatro penitus obruit. Poſtremò tantus fuit cinis, vt indè peruenerit in Africam, Syriam, & Aegyptum, introierit q. Romam, eiuſq. aërem compleuerit, & ſolem obſcurauerit. Quòd cùm per initia quid eſſet nemo poſſet coniectura conſequi, vereri omnes cœperant omnia ſurſum deorſum ferri, ſolemq. in terram cadere, aut terram in cœlum conſcendere. Inter incommoda autem, quæ multa intulit hæc aëris turbatio, paulopoſt morbum peſtilentem, & grauem Populo Romano immiſit. Et quaſi diuinum id fuerit iudicium, incendium ingens in Vrbe eſt excitatum è terra, quo nobiliſſima ædificia, Pantheon, Agrippæ Thermæ, Serapidis, atque Iſidis phanà, Septa, Diribitorium, Theatrum Balbi, Scena Pompei, Octauiana ædificia vna cum libris, templum Iouis Capitolini, cum proximis templis igne conſumpta ſunt: Hæc Dion de Veſuuij inceudio, quod vel ſolo Plinij interitu erit omni ſæculo memorandum.

Gigantũ imagines ac turbines antè incendiũ.

Portenta.

Damna.

Cinerum vis.

Incendiũ ingens in vrbe.

Plinius incendio obrutus.

Incendium balnearum ad Baias.

De poſtremis autem noſtrorum temporum incendijs, memorabile ſanè eſt, quod paucis iam annis ex ipſomet balnearum fomite, ac ſulphure excitatum eſt ad Baias. Quæ olim ciuitas, ſeu potius ſuburbanum Romanæ illius maieſtatis celeberrimum, in littore maris ſitu planiſſima, ac exinde virentium collium coronide amæniſſima, diſtat ab Cumis. quò Boream ſpectat quinque millia paſſ. ab Auerno duo millia paſſ. Et infrà ſitu auſtrali ſunt ad Miſenum tria millia paſſ. ad Puteolos traiectu maris, tria mill. paſſ. & à Puteolis ad Neapolim decem, ac pari ſpatio maris ad Aenariam decem milla paſſuum. Tellus aprica, & quæ ob leniſſimam omni tempore aëris temperiem, ne bruma quidem caret arborum fœcu-

Baiarum ſitus.

fœcunditate, florum, ac fructuum; cæterùm vt tota infrà luxuriet ſulphure, ac varijs idcirco corripi ſolita ſit incendijs; ſatis quidem, & hiſtoriæ declarant, & planè confirmãt quibuſdam receſſibus veſtigia, prærupti circà Auernũ hiatus, horridiq; ſubeunris hinc olim flammæ crateres, ac cauæ rupes vſq; ad Cumas. Cũ ergo multis elapſis ſeculis, nec de vicinis Inſulis, nec de Veſuuio, nec toto eo tractu terrarum, qui eſt infrà, & citrà Puteolus, vlla extaret incendij memoria; demum Anno ſalutis noſtræ M. D. XXXVIII. circà Calendas Octob. cùm intimi ſonitus, terræque motus plures dies, & quæ id genus pręcedere ſolent ſigna incendiorum præceſſiſſent; repentè tellus in balneis Tripergulanis, quæ in media ſinus curuatura inter Baias erant, & Puteolos, horrendiſſimo fragore diducta, ingens hiatu edidit incendium, quo flammarũ globus pumices in omnem viciniam, cineresque ad quinquaginta vſq; milliaria reiectauit. In tantum, vt non Lucrini ſolùm, aquæ (qui vicinus eſt lacus) vſque ad Auernum ſint contaminatæ; ſed marinis quoque ipſis ad duo ferè milliaria exiccatis, mons excelſus, nec inferior in conſpectu Miſeni factus eſt, quem Modernum, ſiue Nouum idcirco appellant: trium (vt aſſerunt) milliariorum altitudinis. Planicies, quæ tot adeò naturæ gratijs, nec minus ædificijs ornata, ac ſingularibus balneis erat conſpicua; ingenti vi cinerum obruta remanſit, locus confragoſus, prærupti hianteſque crateres, ac ipſa pluri ex parte balnea ſubmerſa iacuere. Cum innumeris verò alijs præcipuam cladem ſensēre nobiliſſima balnea, quæ Syluiæ, olim Gentilium Deæ habitaculum credita, Syluania dicta, & poſteà Tripergulana, ob celebritatem toti ei viciniæ nomen ad Tres pergulas dediſſe traditur.

Mons modernus ex incendio factus,

Baln. Syluana. Tripergulana.

Incendia in externis terris, ac noui orbis ſingularia.

HAS incendiorum demonſtrationes multa alia confirmant in externis exempla, quorum aliqua huic locò magis idonea ex noui orbis terris ſubnectemus. Extrà Gades, quæ primo ad occidentales terra occurrunt inſulæ, quas Antiqui Fortunatas, noſtri Canarias dixere, vel ipſarum nominibus apud Plinium memorabiles ſunt, Iunonia, Ombrion, Pluuialia, Capraria, Ningaria, Planaria, Canaria. Quas inter vna, quam hodie Teneriffem, alij Gomeram vocant, miranda adnauigantibus fit, quod ex vaſtiſſimo hiatu, ac maximo lapide mirę altitudinis, perennes Aetnę inſtar, ac noctu maximè emittit flammas. Quas terras, hoſq. effectus cùm melius hodie noſtri naturæ explorauerint, aſſerunt tunc præcipuè ex ea eructari flammarum globos, quùm flantibus ab Auſtro Euris, intimum in cauernas impingunt fomitem, excitantque ex eo flammam, quam cauſſam & nos in incendijs Aetnę, ex Diodoro aduotauimus. Confirmant & ſimile incendium in vna Heſperidum inſularum, quæ item in occidentali Octauo, vltra Tropicum, & ſub Torrida, minus ob aëris vitium, atque æſtum exploratæ Antiquis fuere.

Inſulæ Fortunatæ, ſeu Canariæ.

Incendiũ in vna Heſperidum.

Incendiorum noui orbis mira exempla.

VLTERIVS adnauigato illo in occidentem oceano, multa alia prodita ſunt, ac inaudita incendiorum exempla. Nam in extrema nouæ Hiſpania parte, quæ à Nicaragua prouincia, fortiſsimum veluti dorſum montium inter duo maria extenditur, trecentorum milliarium ſpatio, ad Pariam vſq; ampliſsimam noui orbis partem; præ anguſtia haud dubie inter illa duo maria, quam diximus terrarum ad incendia neceſſariam eſſe diſpoſitionem, non vnum Aetnę inſtar ſpectaculũ, ſed cõplures, vel decem circiter ex illis montibus ignium apparẽt voragines, quos accolæ Hiſpani appellauere Vulcanos. Ex quibus ſi nõ flammę elambant perennes, vel quæ interdiu minus, noctu maximè perſpicuæ videantur; immenſa vndiq; cinerùm vis ſcatet, ac lapidum, qui ſquallentes vbiq; reddunt campos, ac fluminum ripas ad marinas vſque vndas occupant, quæ cinerum propterea flumina nuncupant. Tellus alioqui inuenta ſub illo cœlo tolerabilis, & non frugum modò cunctarum ferax, ac aquis variæ naturæ irrigua; ſed & auri metallis diriſsima, cuius uel ex ipſis arenis fecerunt glebas in magnam copiam.

Vulcani decem ardentes.

Flumina Cinerum.

Vulcanum admirabile coruſcantis auro flammæ.

VNVM uerò inter has uoragines admirandi Vulcani ſpectaculum, nouiter proditum, apud Ninderi oppidum ad tres leucas, quod quamquam uaſtis per tempora exæſtuet incendijs, ac ad imum barathrum ſpectantibus, metalli ſimul fluentis, ac coruſcantis ad æthera flammæ ſplendorem mittat; in opinionem traxit etiam principes, flumen liquentis auri, uel Plutonis potius ſub illis antris ſubeſſe diuitias. Locum deſcribunt præalto monte conſpicuum, confragoſumque, ac in apicis ſiluoſum, in imis uerò receſsibus ſquallenti cinere, combuſtorumq. lapidum reliquijs funeſtum, & horridum. Et qui tamen (quod mirum eſt) in ſuprema ipſa ora, atq; hiatu ignis, frigidis, ac dulcibus ſcatet aquis: quare ex interuallis, ac ceſſa-

Flumen auri.

Digitized by Google

Metalli ardentis ſpecies.

ac ceſſatis aliquandiu incendijs, cùm facilis cuiq; per illas ſalebras præbeatur aſcenſus, craterem inuentum narrant tricentorum infrà pedum altitudine, ac ad imum fluctis, inter lambentes flammas auri apparere lacum. Materiam non licuit hactenus è conſpectu ſolo, nec ex ipſo cliuo conijcere qualis ſit: niſi quia ſubſtantia apparet viuax, luminoſa, & quæ ſui motu fluida, quaſi ex ardenti fornace ebulliens, ad decem ſurſum pedes exilit, ſine vllo (vt aſſerunt) fragore, nec fumo, nec vllius prauæ qualitatis odore. Ac per noctem, quod magis mirandum eſt, ſereno vt plurimum ſub illo cœlo aëre, tanto irradiat ad medium vſque aërem ſplendore, vt nautę non alia ſoleant per illud nunc reſpicere ſydera; immò cùm ſub eo repercuſſu, ac luminis claritate nauigent, ac legant, ac ſcribant; aſſerunt mihi venerabiles amici, F. Franciſcus de victoria, qui nunc eſt in illis terris Epiſcopus, & Ioannes Gomes, dum illac per mare del Sur adnauigarent, ſubtiliſſimas noctu litteras, tanquam in clara luce conſueuiſſe legere. Hactenus exemplis de natura terreſtris ignis contenti ſumus. Qua in parte cùm communem ſcriptorum hac ætate habeamus conſenſum, ac planiſſimas etiam inferni ignis cum eccleſia ſancta rationes; iam hanc ſubiectæ huius tractationis ſupponemus vnam partiũ eſſentialium primam, atq; hinc modum concludemus, planamq. demonſtrationem, vnde hi calores in cauſſam veniant Thermarum, in qua cæteræ ipſarum hiſtoriæ fundandę, ac concludendæ erunt.

Catholica de dignitate ignis, ac noua demonſtratio terreſtris ignis, vt in cauſſam veniat Thermarum. Cap. VII.

Ignis omniũ rerũ principiũ

EX prædictis, inquam, incendiorum terreſtrium exemplis, cùm iam planè conſtet vim ignis eſſe incomparabilem, libet eam hic altius cum Platonicis contemplari. Taceo quantum antiqui philoſophantes, vt Zoroaſter in primis, & Heraclitus (quos Plato atteſtatur) hanc euexerint ignis dignitatem: qui omnia dixerunt ab vno igne genita, nempe quia, ſi non materia cunctarum rerum, certè prima quædam eſſet efficiens cauſſa. Atq; hinc Anaxagoras αἰθέρα deductum putauit à verbo αἴθω, quia ſuperiora illa corpora igne eſſent plena. & hunc imitatus ſimiliter Plato videtur intellexiſſe Dei nomen θεὸς dictum, ab αἴθειν, quod eſt ardere. & quod mirificè ſacram ſcripturam (vt creditur) imitatus, protulit in Timæo; In principio creauit Deus ignem & terram. Sed age planius ad hanc Thermarum demonſtrationem, vim terreſtris huius ignis recurramus.

Ignis vis incomparabilis.

tranſeo, quòd indomito viget impetu, ac aſcendens ſurſum, & quæ ſuperat, facit aſcendere, creſcit in multiplicata analogia ferè in infinitum, corrumpit, ac tranſmutat quodcunq; occurrit in ſui ſubſtantiam, nec dempta ex eo parte, vnquam diminuitur. Adde ex prædictis Aetnæ, ac aliarum terrarum ſpectaculis, quòd in cauernis terræ concluſus, ſeſe agitans, vbi inueniant aditum, penetrat ad exitum ad centena milliaria, etiam ſubter mare, & terræ anfractus. Et dum maiores iugiter vires acquirit impetu; terras, quæ occurrunt, ſaxa, ac montes conuertit in pabulum. vt niſi ambitu magni Oceani, ac Dei iuſſu altiſſimi cohiberetur, vniuerſam elementarem naturam traheret in incendium.

Ignis terreſtris cõſtitutio naturalis

Nec mirum ergo tantam vim ignis in terris eſſe à natura conſtitutam, vt quæ rerum cunctarum terreſtrium vel materia eſſet, vel certè cauſſa quædam, (vt dictum eſt) & calidarum ſponte manantium aquarum primum efficiens. quod optima ratione confirmatur. Nam in quibus rebus maiora videntur poſita fuiſſe mundi huius momenta, ſiue ad neceſſitatem, ſiue ad diuturnitatem, haud quidem parcam, nec anguſtam, nec mancam fuiſſe naturam videmus, ſed (vt decuit) largiſſimam, atq; magnificam.

Ab vniuerſi proportione.

Quare vt cœlum immenſo ambitu conſtituit, quod cuncta comprehenderet, vaſtamq. diſpoſuit elementorũ molem, & maris immenſum pelagus, vnde immenſam aquarum copiam diſtribueret in totum orbem terrarum: Ita diuina illa prouidentia, proportione ſeruata, magnum admodum ignis apparatum feciſſe conſentaneum fuit, præter ſuperi elementi vaſtitatem, in ventre terræ, vnde per longiſſimos veluti caminos, infinitum diffunderet feruorem ad neceſſarios, quos diximus naturæ vſus, ac ſpeciali diſpoſitione, vt calidas, ad vſum mortalium, in venis ſuis redderet aquas.

Ab ordine.

Nec eo ſecius, vt cuncta firmauit ordine, ac menſura, diſtinxitq. ſuis ſedibus elementa, ſtatuitq. mari terminos, quos mare (vt videmus) præterire non audet; ita hanc ignis naturam conſtituiſſe videtur in terris, admirabiliq. diſtributione attemperaſſe, vt ne halitum quidem expiret, nec exorbitet à præſcripto itinere.

Futura conflagratio.

In Timęo.

Duo maxima hominũ, ac mũdi exitia.

Niſi cùm aduenerit plenitudo temporum, quando reuocatis diuino imperio ab hac terræ ſuperficie aquis, fluminibusque, ac maribus in vnum locum, relictaq. terra arida, omniq. exhauſta humore, qui nunc fortaſſe ſunt frenum concentrati eiuſmodi ignis; tanta futura ſint eiuſdem incrementa, vt ex imis terræ barathris exæſtuent, adflagrentq. vniuerſum mundum. In quo omnes Sapientes, ac diuinus Plato in primis, cum ſacris noſtris Doctoribus concordant, à duobus maximis naturæ accidentibus maxima hominum, ac mundi exitia prouenire, aut vaſtis

ſcili-

ſcilicet inundationibus, aut maxima ignis conflagratione. Quam quis neget futuram, qui æſtuantem iam videmus in terris ignem perpetuum, vaſta incendia prouinciarum, manifeſtum deniq; tantæ ſimul materiæ, ſulphuriſque apparatum, quam vno eructat hiatu; quin non certum fateatur id ſpecimen eſſe, ac euidens ſignum præparationis ad præſcriptam illam à diuina ſapientia conflagrationem? Vnde his ita conſtitutis, iam nihil miri eſſe debet, quòd videamus hæc ſingularia certis locis ſpiramenta calores ſuos exhalare perpetuos, eoſq; vniſormes, ac voiſormes patere effectus, ſeu flammas mittant, ſeu calores diffundant ſuos; ſeu calidas reddant aquas, ſemper eundem ſeruare tenorem. Nimirùm quia ab immenſo, ac indeficiente quodam promptuario ignis mittuntur: alioqui citò, leui quopiam naturæ caſu, aut iniuria deſituros. Quod rationi fuit conſentaneum. Nam quis imprudens adeò eſſet artifex, qui tam varios in hoc terræ globo conſtituturus fontes, vnde aquæ vno per omne æuum temperamento oriundæ eſſent, vel feruidę, vel calidæ, & tamen perexiguum (vt in tenui calore balnei coniectare eſt) eis ſubieciſſet fomitem, qui & ventis obnoxius, & imbribus, perleui quapiam iniuria labi, ac extingui potuiſſet? An non potius vnum quoddam & immenſum, ac indeficiens æſtuarium ſtatuiſſet in ventre terræ, vnde certa ſpiramenta ad quemcunq; fontem deſtinarentur perpetua? Heroica ergo, ac ſtabilia putare oportet; non anguſta naturæ opera. Sanè quemadmodum exactam agnouimus eiuſdem naturæ prudentiam in deducendis fontibus à promptuario maris immenſo, vnde fluerer perpetuò, eandem & in hoc æterno infrà terram æſtuario agnoſcimus ſolertiam, vnde certi fontes ęlluarent ab vniformi æſtuario caloris, ſemper uno tenore. Veniſſe primum in hanc ſententiam Pyndarus uiſus eſt, quem poſteà Polybius, & Strabo ſecuti ſunt, ex his, quæ foris apparent, non dubium eſſe, quin hoc Italiæ tractu à Cumis ad Siciliam, & Aetnam, Lyparenſeſque, & adiacentes his alias inſulas, immò ſub toto hoc pelago maris Ionij, uſq; in Achaiam, & æſtuantem iamdiu Euboeam, continuas ſub mari eſſe cauernas, ac peruios uſquequaq; contenti ignis, ac uaporum caminos. Et iam non aliam uidemus diſpoſitionem, ſi ritè computemus, in eiuſmodi fontibus, utputà in feruentiſſimo Bullicano Viterbij; niſi quòd ex Sicilię barathris ignium, uel ſaltem ex uicinioribus Italiæ inſulis, quas uidemus perennem intus ignem continere, penetrent ducenta circiter, uel etiam ſexcenta milliaria (quod non multum eſt in naturæ ſpatium) ſingulari æſtuario feruores, qui illas aquas calore afficiant intolerabili, uno tenore. Hoc non mirabitur qui in Thermis noſtris fuerit exercitatus libro 7. & qui in antiquis ædium ſtructuris Romæ, uidiſſe potuit uapores igniculi à communi quodam, ſubiectoq; Hypocauſto uſquequaq; perduci conſueuiſſe, per exiguos tubos fictiles, ad omnes ædium partes, etiam ſub uia, & ſub Xiſtis, ac uiridarijs (ut nos uidimus) ad principales ædes. Nec aliam ob cauſſam puto, tàm crebra, ac tàm uaſta apud illos antiquos accidiſſe incendia, niſi ex fomite uaporeq; adeò continuo, familiariq; per omnes ædes; quale ſub Tito Romæ accidiſſe narrauimus, cùm de Veſuuio paulo ante loqueremur, incredibile, à Campo Martio, ad Theatrum Pompei, in Capitolium, quæ Vrbis eſt tertia pars. Accedit porrò hoc amplius in naturæ operibus, quòd natura ſolertiſſima artifex progreſſus ſuos facit per debita media, & ad determinatum finem: quippe non ſolùm caminos habet, vnde vapores permittat ſuos, ſed & proprium, amicumq; igni ob iter adhibuit fomitē, quo allectus vapor ignis, penetrat perſequiturq. vſquequaq; proprium inuenit fomitem; per loca nimirùm anfractuoſa, & poroſa, eaque referta paſſim (vt coniectare eſt) fuliginoſa caligine, & vbi ad finem, terræ luxuriant pingues, ac mineræ eiuſmodi, ac primum omnium minera ſulphuris. Et quoniam omnes noſtræ demonſtrationes fundantur in effectibus, ac ab extrinſecis, tanquam à ſigno, indicamus intrinſeca; planè videmus vapores, & quæ ipſos concipiunt emanantes aquas, non caloris tantùm concepiſſe gradum, & ſiccitatis: ſed quamcunq; etiam ſubiectæ illius naturę qualitatem præ ſe ferre, eundemq. apprimè ſaporem, atq; odorem ſulphuris. Vbi de ratione differentiarum, quæ innumeræ emanant ex occurſu inuicem vario horum trium ſimul, minerarum, ignium, ac aquarum, mira ſuo quiſq; iudicio contemplari debet naturæ miſteria, effectuumq; diuerſitates, qui (vt videmus) infinitè variant, prout exacta fomitis ſynceritas reperitur, vel admiſta, & prout ſitus, diſpoſitioq. agentium, ac patientium inuicem rerum, ac ſors ipſa deniq; tulerit. Ad diſciplinæ verò vſum: vtcunq; vis ignis ſiue vnico, immenſoq. intus barathro, ſeu pluribus veluti æſtuarijs, infrà, extrà, & ad ſuperficiem exæſtuet, tria præcipua gignit effectuum genera, qui erunt certiſſimæ poſitionis noſtræ de terreſtre igne demonſtrationes. Nam aut vapores duntaxat per ſubterraneos meatus transfundit, qui tàm loca ipſa, quàm aquas, ſi incurrant, inalterant: plus, ac minus pro ratione diſtantię, & concurſus inuicem diuerſitate, quemadmodum diximus. Aut vis ignis ad ſuperficiem ipſam terræ exæſtuat, omneſq. in ea præſtat ignis effectus, pro materia bene diſpoſita incēdit, vrit, mittit flammam, ac terram, & aquam, ſi incurrat, miro afficit feruore. Aut ceſſato alicubi feruore, atq; incendio, materia ipſa relinquitur combuſta, ac putris; quæ vel locum ipſum, vel aërem,

Modus caloris in Thermis.

Ignis in terris manifeſtos eſſe caminos.

Vbi ignis ibi fomes

Ignis, terræ, & aquæ varius occurſus ſimul.

Tres primi ignis effectus in terris.

vel

vel aquas ſua putri,ac combuſta qualitate afficit. Aquarum enim liber eſt curſus; quare in his tribus terrarum generibus, quas poſſunt incurrere, omnes aquarum alterationes conſiſtunt, quas nos idcirco,prima genera,ac prima veluti capita tractationis Thermarum faciemus. Primùm ergo iuxtà præſcriptum ordinem, de ſimplici vaporum natura, qui ſpecus terrarum calfaciunt,ac recipiuntur à medicis pro ſudatorijs,dicendum eſt.

De ſudatorijs naturalibus. *Cap. V I I.*

Primo Meteo. VAPORES quidem ſemper ſapiunt naturam rei, vnde eleuantur, teſte Philoſopho. Concipiunt præterea, & qualitatem loci, quà pertranſeunt. Quare alij ſunt vehementes, & graues, ſeu propter feruorem ignis,quem ſtatim,ac promptè recipiunt; ſeu quia materiam perducant,vel ex terris vaporent prauæ qualitatis,quas quidam propter abominabilem halitum Charoneas appellant ſcrobes:de quibus dicemus poſterius.Alij ſunt vapores temperati,ac ſalubrium facultatum,qui ſalubrem ſcilicet habent originem. Vel ſi excedant aliquatenus in origine,pro certa tamen ab intimo fomite diſtantia, vel, quæ inexplicabilis eſt, diſpoſitione loci, remittuntur: & ſiue obiter ex terris exhalent bonæ qualitatis,ſiue exhalent vna cum aquis,ſpecus replent ſalubris halitus,atq; vtilis in ſudationibus.

Sudationum duo genera. Lib. 21. cap. 18. Sunt ergo ſudationum duo prima genera,aut ſicco vapore,aut quæ vaporem concipiunt calentis aquæ naturalis. Siccus calor (inquit Celſus) eſt & harenæ calidæ,& Laconici,& Clibani,& quarundam naturalium ſudationum,vbi è terra profuſus calidus vapor, ædificio includitur,ſicut ſuper Baias in Myrtetis habemus. Vtilis quoties humor intus nocet,iſq. digerendus eſt:ac neruorum quoque quædam vitia ſic optimè curantur. Idem lib.5. cap. 21.

Aſſæ ſudationes Cornel. Celſi. Aſſas (inquit) ſudationes ad aquam intercutem vtiles,neruorũ tremoribus inimicas. Hactenus Celſus. Humidus autem vapor, qualis in Laconico fit, Galeno authore 10. Methodi poteſt ſuo tenui calore reſeratis meatibus, liquatiſq. per totum corpus ſuperfluis, ſudores elicere, ſolidarumq. partium ariditatem corrigere. Ita vt ſudationes tres habeant gradus: eſt Laconici aër calidus; ſiccior pro ſulphure ex calentibus balneis; maximè verò

Operationes. ſiccans qui arido, mineralique vapore conſiſtit. Qui ex balneis fit; hic frigidus, iiſdemq. ſiccis, ac inueteratis vitijs, iunctararum præſertim, ac cæterorum quoque artuum magis idoneus. Neruorum contractiones emendat, præſertim ſi molliendi quampiam vim ex bitumine conceperit, ac reliquias tumorum duras extenuat. Digerens magis,ac valentior cunctis ſiccarum ſudationum vapor, frigidis idcirco, humidis, laxiſq. affectibus vtilior. Ventris, abdominis, & crurùm tumoribus laxis medetur,iuncturatum,ac neruorum reſolutiones ſanat.

Sudationes,ac Thermarum genera in Sicilia.

PRIMA autem exempla differentiarum, & cunctarum alterationum aquarum à Sicilia petenda ſunt. Quippe ignis in ea manifeſta natura eſt,flamma,vapor,combuſtio, fumus: & ignis materia ſulphur,terra pinguis,cinis,pumex,bitumen,ſal,chalcanthum, metalla varia. Et ignium variantes effectus,ob varietatem materiæ,ſudatoria vtiliſſima,aquæ calidæ,tepidæ,frigidæ,ſalſæ,acidæ,albæ,nigræ,ſanguineæ,vnctuoſæ,fœtidæ:& non venæ ſolùm tales, ſed & integra flumina,lacus,fontes,balnea. Omnium verò iſtarum differentiarum vna origo eſt, & vna prima cauſſa, immenſa vis Aetnæ, quæ ex intimis barathris per tranſuerſos quacunq; caminos diffuſa,vapores mittit in totam Inſulam,qui pro eo gradu caloris,quem continent, vel æſtuant è ſpecubus,faciuntq. ſudationes:vel vbi occurrunt aquis,eas inalterant,totq. faciunt genera balnearum, quot alij fortaſſe non ſunt in toto orbe terrarum. Ex quibus in

Thermarum naturaliũ primum inſtitutum. hanc equidem adducor ſententiam, primum Thermarum naturalium inſtitutum apud Siculos extitiſſe:quod multa,eaq. vetuſtiſſima in ea Inſula indicant ueſtigia,quæ narrabimus,ad Thermas præſertim,ad Drepanum,ad Panhormum. Syracuſis, quæ nobiliſſima primis temporibus,ac totius eius Inſulæ fuit metropolis, maritima pars (ut ex ueterum monumentis

Homothermon. Fazelus Siculus hodie prodidit) Homothremon priùs fuit dicta, quaſi Thermis ſimile, & æquali calore, uel ob teporem auræ ferè perpetuum, quem capit,ſitu inter orientem,& auſtrum. Vel ob aquarum potiùs,ac Thermarum ſalubritatem,quæ in ea ciuitate erant publicæ,& ſacra imago honore publico habita, Apollo Thermites, qui (ut Euſebius de præparatione euangelica eſt teſtis) dictus eſt quaſi ἀπαλλακτὴς, quod homines ab ægritudinibus liberaret, ſeruaretque incolumes. Cæterùm complura ſunt in tota Inſula exempla aquarum,quæ aut ſacræ habitæ, aut Diuis aliquibus nuncupatæ erant. omnia uetuſtæ illius credulitatis, ſuperſtitioniſq. ſanè plena: ſed quæ tamen in eis ſcripta, ac mandata poſteritati cùm fuerint;ſi ad intelligentiam ueterum ſcriptorum, ſimul atq; locorum,ubi ea notantur, clari-

Apollo Thermites.

claritatem, fuerint à nobis ſimpliciter in Thermas noſtras relata, ac adſcripta; haud propterea id cuipiam indignum, neque alienum uideri debere exiſtimamus.

Sudatorias ad Thermas in Sicilia.

NOBILE quidem ſudatorium, ſeu primum quoddam Aetnæ æſtuarium, ac vaporibus calidarum aquarum temperatum, habet Sicilia ad Thermas: quæ Colonia olim Romanorum, *Sacca ciuitas.* ex Selenuntinæ vrbis reliquijs, edita ad oram maris auſtralem, Sacca hodie appellatur. Ad medium montis, ad cuius radices hæc ciuitas iacet, varij hinc die occurrunt ſpecus: quorum alij tranſuerſis cuniculis patent profundiſſimi; ac ſine incluſus in immenſum ignis, ſiue maris vndæ, per eas cauernas illabentes ſint in cauſſa, horrendo, intimoq; ſonitu reboant. Antrum verò inter alios eſt, ac in medio puteus, qui cùm profunditatis immenſæ ſit, ac viſu ad imum tenebroſus, & horridus; calentibus hinc inde pluribus ſcatet venis, quæ ex diuerſis cauernarum ambagibus relabuntur, ac vapores, ſimul emittit, qui ad ſupernam antri concamerationem, ſalubres excitat intrantibus ſudationes. Huius naturam declarauit inter antiquos *Natura.* Diodorus Siculus lib. 5. ac ad Dædalum retulit architectum, his verbis, Dædalus tertiò ædificauit in ora Selenuntina antrum, ex quo ita euaporabat ab igne fumus, vt aſtātibus paulatim ſudor ex calore, eliceretur, curarenturq; cum voluptate adeuntium corpora, nulla caloris percepta moleſtia, qui auctor gyganteum forſan imaginatus id opus, non niſi Dædali ingenio dignum putauerit: Quod non minus hodie à Scriptoribus balnearijs, ac nouiſſimè à Fazelo de rebus Siciliæ celebratur; ac eo præſertim inditio, quòd plura in hoc ſudatorio ſedilia antiqua, ac manufacta ſint, quæ varijs in quoq; ſedili titulis, proprietatem in morbum ſanandum, quam habent, indicant, quanquam ij hodie partim vetuſtate exeſi, partim quia an Aegyptio ſint caractere, an Græco, an Saracenico non planè conſtat, nec leguntur, vel harum picturarum, ac titulorum hoc nouum equidem aſſererem iudicium, vt ab ægrotantibus *Imaginũ, ac titulorum ratio in baln.* tanquam votiuæ relictæ eſſent tabellæ ſuarum, quas ſanaſſent infirmitatum, quod in multis alijs Italiæ balneis animaduertimus. In totum verò hi vapores calidæ, ac ſiccæ naturæ cùm ſint, ac digerentis admodum facultatis, ad frigidas omnes atq; humidas infirmitates, neruorum præſertim, ac iuncturarum vtiliter ſumuntur, quas mirificè ſanant, ac artus ipſos confirmant. *Vtilitates.* Idq. Iunio menſe, & præſertim ad D. Calogeti feſtum, in cuius honorem templum ibi *Electio.* extat, nec non pium xenodochium pro pauperibus, qui ad ſudationes acceſſerint conſtitutũ, quod in cæteris balneis eſſet admodum laudabile.

Sudationum loca ad Baias, & Cumas, & ſuarum balnearum cenſura.

MAGNI exempli poſt Siciliæ hiſtorias, erant in Baiano, ac Puteolano balnea. Non genere ſolùm, ac varietate, & copia, quam legimus innumeram: ſed potius quia manifeſtam præ ſe ferunt calorum, & Thermarum cauſſam. Vbi ſcilicet aqua, & ignis, ſimul exæſtuant, & cum non æquè manifeſta in curatis ſit ignis manatio, certiſſimum tamen argumentum ſubſiſtentis ignis præbent effectus, quos cenſuimus, & ſudationum loca. Et ſuper cætera quæ extempo- *Incendia in baln.* ranea contingunt in his balneis incendia, quæ frequenter admodum accidiſſe in his ſua ætate commemorat Dion, & non minus quod noſtris diebus vidimus, quando multiplicato, (vt par eſt) ac æſtuante intimo calore, ſubortum repente fuit incendium, quantum vnquam ex Aetna, vel è vicino Veſuuio ſit poſt hominũ memoriam auditum. Quo exitio, adeo alia ſubmerſa balnea, ac loca, alia in incendium abſumpta, ac mole cinerum occupata, vt vix nomen quorundam, aut veſtigium remanſerit; planè conijcere licet conſentaneas eſſe, quas ſapientes prædicant, cunctarum rerum, & mundi vices, ac in continua labe verſari omnia. *Rerũ naturæ mutationes.* Quæ ſcilicet non modo ſæuis bellorum iniurijs videntur obnoxia, graſſantibus ſæpè peſtilentijs diſterminari, & fatalibus populorum, ac ſtatuum mutationibus ſubiacere, ſed & naturæ, ac terrarum eſſe certiſſimos lapſus, & vel regiones crebris terræmotibus peſſundari, vel maximis inundationibus ſubmergi, vel abſumi ſæuiſſimis incendijs. Vnde non mirum, ſi videamus *Terrarũ, & maris mutationes.* in hoc tractu Tyrrheni maris abiunctas quondam à mari terras, & diuiſam Siciliam, nonas enatas inſulas, & alias abſorptas, & quæ viſa narrauimus in illo incendio ruinarum portenta ad Baias, vbi iampridem planicies, & vada, montes fieri, vbi olim maris ingens ſinus, nunc terram eſſe, & moles ædificiorum æternitati deſtinatas repente obrutas. Cùm *Balnearũ mutationes.* triginta ergo, vel amplius balnea in toto hoc ambitu commemotentur in hiſtorijs, & in illa Romanorum maieſtate celeberrima: quis dubitet, vt deleta multa incendijs ſunt, ita & mutata eſſe quorundam nomina, ac barbaras, vel ſaracenicas introductas voces, quas partim in Baianis, partim in Puteolanis legimus Gibberoſi, Aſtruni, Branculæ, Iuncariæ, Ortodonici, Cantarelli, Trituli, Culmæ, Trullæ, Arcus, & Arculi, Petræ & Plagæ, Solis & Lunæ, Imperato-

tis,

ris,Speluncæ,Scrophæ,Succellarij balnea,& alia cum his innumera. In quibus præter admodum paucæ,quę ſuis locis notabimus,vix vlla hodie diſtinctio,aut mentio fit,nec balnei,nec potus,nec docciæ, & quæ ſudationibus,vel arenis, aut lutamentis exciperentur,niſi cùm ad priuatos vſus,quis vnam,vel aliam ſibi pro tempore accommodauerit ſcatebram. Quam ob rem nos ad hiſtoriæ veritatem,collatis antiquorum teſtimonijs cum his, quæ extant, ſimul atq; iuniorum,& doctiſſimis præſertim Io.Franciſci Lombardi Scholijs,cum nouiſſimis Iulij Aſolini Hipponiatæ Philoſophi, ac Medici Neapol. recognitionibus (qui circa rem balnearium exercitatiſſimus, hæc loca,& Aenariæ potiſſimum miracula perluſtrauit , ac propediem daturus eſt in claram lucem) nouam eorundem faciem,& qualis hoc ſeculo extat , repreſentabimus poſteritati,& à ſudatorijs incipiemus.

Sudatorium ad Baias.

FREQVENS autem id genus anfractuum ſubterraneorum,ac varium ad Baias reperitur, & calidum,& magis calidum,& quod ſuffocet aliquod. Præſertim iuxta balnea,quæ à Cicerone cognominantur,vbi inter varios ſpecus,qui partim à virtute vaporum, & partim arte ſunt dilatati,ad ſiniſtram qui exiſtunt, lethales mittunt expirationes, & qui ad dexteram ſa-
Natura. lutares. Vbi duplex ſalubritatis ſpecies, primò quod ſuapte hic natura vapores tepentes, ac temperati habentur, à blandis nimirum ſubeuntibus aquis calidis eleuati ; & deinde
Vtilitates. quòd ad arbitrium moderari poſſunt, quando ſtantes quidem magis, ſedentes autem ad imos gradus minus ſudare faciant. Quare in vſu habentur laconicorum ritu,ad omnem fri-
Electio. gidam , inueteratamq. intemperiem diſcutiendam , ad laxas hydropicorum tumefactiones extenuandas,& ad diuerſas id genus deſtillationes perſanandas,etiamſi aliquę morbi gallici iam inueterati remanſerint reliquiæ. Aeſtate ineunte,& Autumno.

Sudatorium in Myrthetis ad Baias.

Celſ. NOBILE verò, ac antiquum Sudatorium ad Baias , quod in Myrthetis paulò ſupra ex
Horat. Celſo recenſuimus: necnon Antonij Muſæ memoria,cuius nomine illùc miſſum Horatium Flaccum,ita in eius epiſtolam ad Vallam ſcriptum legimus.

—ſanè Myrtheta relinqui,
Vitru. *Dictaq. ceſſantem neruis elidere morbum*
Sulphura & reliqua.

Meminit & de eo Vitruuius libro II. In Baianis (inquit.) montibus , & circà Cumas ſunt
Nominis ratio. loca ſudationibus excauata , in quibus vapor feruidus ab imo naſcens, ignis vehementia perforat eam terra , per eamq. manando , in his locis oritur, & ita Sudatorium egregias efficit vtilitates. Locum verò quidam ex poſteris ſic dictum putant , quaſi morteta , pro
Recognitio. funeſta myrti ſignificatione , quia iuxtà Auernum, & ad ora (vt aiunt) inferni exiſtat. Sed quid prohibet dictum, quòd multa in ea vigeret myrtus, vt de buſceto aliæ, & alijs cognomentis habentur? Hoc verò permagni intereſt, quod mutatis poſt tot centeſimas annorum rebus, ſubmerſis poſt grauia incendia his locis , ac balneis, nec vſquam myrthetis illis extantibus, difficile fuit hactenus loca illa recognoſcere, & quæ in Myrthetis eſſent balnea aſſignare,niſi poſt egregiam, quam indicauimus, Iulij Iaſolini diligentiam; Qui cum, & vt coniectura conſequi poſſumus,ex Vitruuij præallegatis verbis,qui Sudationes illas ce-
Operationes. lebres in montibus Baianis, & circà Cumas aſſignat, ac naturali ſubeunte calore excitatas aut Trituli dictum à poſteris,quod valde celebrandum erat, & Myrthetum decernimus: aut eo interſtitio ad Cumas aliquod aliud. Idipſum confirmant & vtilitates inſignes. nam ad frigidas atq; humidas,pręſertim neruorum affectiones probatur. Ad rheumata,ad partium
Electio. motiuarum reſolutionem,tremorem,ſtuporem,arthritimq. diſcutiendã.Ad aquam intercutem (inquit Celſus) maximè vtiles ſiccæ ſudationes,quales ſuper Baias habemus in Myrthetis. Per æſtatis initia,atq; Autumno eligendũ.ſed non grauabimur,quales hodie habentur nouis nominibus, de Trituli, & ad Cumas Sudatorijs ſingulares contexere hiſtorias.

Sudatorium ad Baias,ſuper bal. Trituli.

A Miſeno ergo promõtorio, ſitu auſtrali tribus ſinibus maris,vbi ſcilicet Mare mortuum dicitur ad centum Cellas,deinde ad Baias,& hinc ad Puteolos,qui ſiniſtro cornu in proſpe-
Situs, ac locus. ctum redit eiuſdem Miſeni,littoris habetur, ac maris in toto hoc ambitu pulchrum ſpectaculum. Quod ampliſſimæ ciuitatis inſtar (vt Strabo aſſimilat) x v. milliariorum circuitu, ac planè ex parte montuoſum ſpectatur,ac magnis antris ſuſpenſum,quæ vel ſub terraneorum vi calorum vel arte dilatata,ac certis locis altiſſimis pilis extructa, paſſim circà ſinum præſertim Baianũ,vel aquis ſcatent diuerſæ naturæ,& calidis,vel leuiſsimis æſtuant vapori-
Natura. bus,qui excipiuntur ad ſudationes.Primæ laudis eſt ſudatorium ad ſiniſtram Baiarum,quod

Myr-

Digitized by Google

Mirthetum credimus in cacumine rupiũ Tritoli nobiliſſimis balneis,per multos gradus prębet aſcenſum,ac cryptam manu excauatam habet,anguſti aditus,ſed quæ intra lõgius penetrans,ab intima aquę ſummè calidæ ſcatebra ſaluberrimos,gratoſq. excipit halitus,qui ſudorem intrantibus,blandiſſimè excitant,ac ad arbitrium moderari poſſunt,nam ſtantes magis,ſedentes autẽ,aut cubantes minus ſudare faciunt. Appictis iuxtà varijs imaginibus,quę vel manibus,vel titulis ſubnotare videbantur loca,& quibus prodeſſet paſſionibus. illis tamen iam pluri ex parte vetuſtate (vel quod magis eſſet deteſtandum)quorundam ex conuicinijs medicorum inuidia deletis. Aliquĩ periculoſi ſine experto duce acceſſus,quando tanta vi proximè exhalant calidiſſimi vapores,vt cæram eliquent, caputq. adeo offendant,vt homines vertigine affectos,ac ceù mortuos deijciant, quare loco ſecuris appicta eminet, quaſi capitis minans periculũ intrantibus. Cæterùm in crypta ipſa ſudatoria,ſaluberrimas præſtant operationes,nã craſſos humores extenuant,excrementiciaſq. egregiè diſſoluunt humiditates, vnde ad laxas hydropicorum inflationes, ac artuum, & podagricorum tumores diſſoluendos mirificè probantur. Aeſtate ineunte,vel Autumno,vitatis magnis caloribus.

Signa periculi in baln. notantur. Noxij vapores. Operationes. Electiò.

Sudatorium ad Lacum Agnani iu Puteolano.

Est autem in Puteolano quinque mill.paſſuum à Tritoli, ſecus viam,quæ eſt à Puteolis ad Neapolim,Agnani lacus ſatis celebris. Tùm ob L.Luculli villam, quam hic quidam ponunt,olim amœniſſimam; tum ob ſpectabilem lacus ipſius naturam,quem amphitheatri inſtar continuis collibus vndiq; clauſum,ijſq. ſulphuroſis,veriſimile ſit (ſicut de Auernis diximus) ab inſigni olim aliquo harum terrarum incendio habuiſſe originem. Quam ob rem complura adhuc circà lacus margines extant concluſi eius ignis ſpiracula,diuerſæ admodũ, pro diuerſitate terrarum,qua vapores ipſi tranſeunt,qualitatis. Quidam animalia quæcunq; iniecta lethali ſpiritu enecant præcipuè canes ac mira naturæ contrarietate, cùm eadem in lacum ipſum demiſſa reuiuiſcant:ob temperatum (vt credo aquarum eius teporem, in quo propterea ranæ degunt,ac magna ſerpentium copia. Quidam vero ex his ſpecubus ad ſudationes recipiuntur, ſub tuguriolis exceptas, ac domicilijs ſatis commodis,quas Fumarolas Neapolitani appellant,ſummo quidem honore,ac frequenti vſu hodie celebres,quanquam ob halitum quo ſcatet lacus,præſertim autumno,dum lina.& canapes in eo macerãtur,minus ſalubres eas,niſi toto vere quis dixerit. Cęterùm calefaciendo vtiles,exſiccando,diſcutiendo. Vbi aliquĩ ad hunc vſum peranguſti hiatus exiſtunt,in quos membra ipſa patientia, vt pedes,crura,brachia,ſeu contracta,ſeu tumida mittunt,ac fouent, reliquo foris corpore ſeruato incolumi, ac mirificè iuuantur. Nec timent Medici Neapolitani, quos reſiduì ex antiqua lue Venerea affligant dolores,ad has quoq; ſudationes committere.

Qualitates. Grotta de canſ. Fumarolæ.

Sudatorium ad Cumas, ac ſingulares in eis allegoriæ.

Antiqvai item ſudationes (vt paulo antè ex Vitruuio adduximus) habentur ad Cumas,vbi Cimmerias ſpeluncas,ac Sibyllæ oraculum commemorant. Loca ſcilicet ſubterranea,ac tenebricoſa,vnde & animi caligo notatur apud D.Hieronymũ, quæ Cimmerijs tenebris ſit inuoluta. Quippe in his ſpeluncis Cimmerios homines,immò fallaciſſimum primis illis ſeculis impoſtorum genus habitaſſe,ex Ephoro,atq; Homero meminit Strabo.lib.5. qui ex imis eiuſmodi anfractibus reſponſa, (quaſi ab inferis proficentes,hunc morẽ tenerent ab humano commento alienum,ſub antris terrarum perpetuò degere,vnde noctu duntaxat (vide fallacem ſuperſtitionẽ)liceret egredi,per diem nunquam ſolem videre.nimirùm quia forſan eo leni ſpeluncarum oblectarentur tepore,Cæterùm(vt alia notatu digna ſubdit Strabo) omnia hæc loca,quæ adeò veterum etiam fabulis celebrantur,Cimmeriorũ latebræ,Cumarum vaticinia,ſacer Auernus,Acheruſia palus,Syrenũ quoq; inſulæ,& infra Scillæ,& Carybdis voragines,de quibus poſtea ſuis locis conſcribemus hiſtorias;non abſq. radice,ac fundamento aliquo veritatis prodita ſunt. Nam totus hic tractus terratũ à Liri fluuio ad antiquã Sinueſſam,& qua aget Falernus pertingit ad Cumas,& erga Baias,& Auernum,totus inquam ſulphureæ naturæ eſt,& varijs cauernarum anfractibus ſuſpenſus. In quibus non mirũ ſi vel ignẽ continet,vel horrendos interdum incutit ſonitus,vel vapores alicubi, & aquas mittit, quę pro vario tot rerũ concurſu,in Auerno fiunt abominabiles,alibi verò ſaluberrimas concipiunt qualitates,in balneis,ac ſudationibus vtiles. Quales Sinueſſanas poſtea conſcribemus aquas,& quæ balnea à Turri ſunt à poſteris nuncupata. Locus verò qui ad Cumas hodie ſudatorio dicatus eſt,(vt iuniores tradunt)Sacelli inſtar concameratus,in eoq. fons perexiguus eſt calidarum aquarum.ex quarum cuniculis tanta exhalat vis calidorum vaporum, vt quàm primum intrantibus ſudorem eliciat. Veriſimile autem mihi ſit,ex veteri cameratum ſtructura (vt permulta in his locis extitiſſe legimus balnea, eaq. teſte Plinio,ex aquarum ſponte calidarum commoditate,vrbanarum Thermarum inſtar ameniſſima) hoc loco fuiſſe

Cimmerij, & Cimmeriæ ſpeluncæ. Allegorica interpretatio ex Strabone. Sudatorij locus.

Lib. 31. cap. 1.

Laconieum, quod perductis è quapiam vicina ſcaturigine feruentibus aquis, calido, ac humenti ſimul æſtuaret vapore, qualis in cæteris Thermarũ Laconicis ritus fuiſſe legitur. Vtiles pariter in cauſſis frigidis, æſtatis initio.

Sudationes in Veſuuio.

Vinum Grçcum.

Siccæ ſudationes.

VESVVIVS autem mons ad extremam Campaniæ partem, eum certis temporibus ea ſuſtineat ineendia, quæ diximus, & tamen fœcundiſſimus ſit omnium rerum, non aliam videtur habere eius fœeunditatis eauſſam Vitruuio quoque teſte eodem 2. libro, niſi quòd calor ille, qui intimè ex ęſtuat, temperatè adeo ad ſuperficiẽ euaporat, ae permiſeetur humoribus, vt ſemina vegetet, ae radiees ſueeo inclyto, impleat. Quòd in vinorum maximè generoſitate planum eſt, quæ ſyncera gignit, ac ſieca: ac generoſiſſimum præ cæteris, quod vinum Græcum voeamus, Romæ hodie, & in tota Europa celeberrimum. Nam quam eoctionem in cæteris terris vina aequirunt igne adhibito, & cocta ex noſtra induſtria; Græcum vinum hic obtinere videtur ex ſyncera ſui ſueci natura, in quo expurgatur, ae coquitur intimis caloribus. Certis ergo huius montis partibus, vnde apertiùs hi ealores exhalant, ſolent incolæ ſcrobes ſibi ad priuatos vſus eonfodere, vbi ſalubres ſudationes moliantur. Quas recipiunt in frigidis, inflatis, tremulis, podagrieis, atq; id genus alijs affectibus, nec minus in vetuſtis à lúe venerea doloribus, valde vtiliter.

Vaporarium ad Petram Malam.

Mutinæ. Aponi.

SIMILIS porrò locus ſiecí halitus oeeurrit in Apennini iugo, via quę eſt inter Florentiam & Bononiam, non longè à vico, quæ Petra Mala dicitur. Vbi breui quodam ſpatio noctu, diuq. fumus, atq; aridus vapor quaſi ex ſubdita fornaee exhalat, maximè hieme, vnde nec gignit qui equam, nec diu accedentibus coneedit moram ob ęſtum, ae facta ſcrobe iniectam aquam confeſtim efficit calidam. Similis quoq; tellus in collibus bituminoſis, quos alio loco narrabimus in Mutinenſi. Et item ſub eolles Aponi, vbi in ſubiecta vndiq; conualleciuis, tellus, ſiliees, & quæcunq; incurrunt forinſecus aquæ frigidæ inealeſeunt: ac certis locis, quæ dicemus, faciunt Sudatoria.

Sudatoriium cum balneo in Aenaria Inſula; & alterum nouiter inſtitutum.

Baln. Coctum.

TEMPERATA verò Sudatoria, ae ſalubrium vaporum ſunt, quæ ex aquis ſpõte calidis, ae balneis comparantur. Qualia pluribus in locis narrabimus in balneis Italiæ, & præcipua ad Balneum Corſeni ſub Luea, ad Aponũ, & ad aquas apud Ligures. Tale habetur in Aenaria Balneum quod Coctum ab indigenis appellatur, ferreæ potiſſimùm, nitroſæ, ae vaporoſæ admodum, & calidæ naturæ. Quam ob rem in communi vſu ad ſudationes recipitur, calidæ, ſiccæ, ae digerentis facultatis.

Sudatorium nouum.

Sudatio, & Arenatio.

SVDATORIVM autem ſingulare, ac ſuaue admodum repertum nouiter habetur, Iaſolini induſtria, ſub edito ad mediam inſulam monte, quẽ Epomeum veteres, Strabone atteſtante, Sancti Nicolai verò nomine dixere poſteri. Sub quo, vt præcipua fuit per omne æuum vis ſubeuntis incendij, ac ſepultum propterea in eo Typhonem gygantem fabulati ſunt, qui flammas frequenter, ac feruentes cineres reiectaret, ad radices, vbi nunc Baiani eſt villa, locus ſiceis ſudationibus conſtitutus eſt valde idoneus. Hinc verò non longè, quod notabile eſt de æſtuante ſub his locis perpetuò igne, terra quædam exæſtuat mineralis ferueutiſſima, ſub qua ſolent ineolæ obruta per noctem recens exciſa ligna, eadem poſtridie reſiccata ſuis operibus, ac fabris lignarijs elaboranda excipere. Vbi propterea in ſeceſſu, & Arenatio habetur, ægris, ac frigidis infirmitatibus, quas ſæpè memorauimus vtiliſſimas. Porrò Sudatio ſimul, & Arenatio fit alio loco in hac inſula, egregiæ facultatis ad exiccandum, ac digerendum, de qua ſub aqua Speluncę nuncupata, paulo inferius loquemur, & de ſingularibus in totam inſulam balneis, ſuis locis.

Sudatorium ad Minium fluu. in Hiſpania.

Natura.

HISPANIA autem, quę eſt poſt imperium Romanum, multos recepit, retinetq. adhuc ritus Italiæ, ſingularis exempli habet Sudatoria ad Minium amnem; qui per Galleciã in oceanũm occidentalem mittens, ex natura ſoli ſulphurea, ac minioſa, totus vltrà, circà; & in ipſo fluuio calidis ſcatet aquis, quas poſteà deſcribemus. In ſeceſſu autem fluuij, nõ plus triginta ſtadijs à Riua oppido, ager eſt ad Sudationes idoneus; quippe qui procul aſpexerint, tremulã ex eo conſpiciunt auram, ceu ſubditis ſolo ignibus caligare, quæ accedentibus ſudorẽ, eumq. copioſum commorantibus excitare ſolet. Quare conſueti ſunt eius regionis indigenæ, ac lon-

longinquatum quoq; partium aduenæ, ſub conopeis tentorijs ad hunc vſum in ea planicie extenſis, ſiccas iſtas ſudationes excipere, in omni humida, frigida, ac altius impacta intemperie ſaluberrimas. Quo effectu, ſubtilis, exiccantis ac digerentis facultatis ea eſſe conijcimus; nec oculis, ex quadam minij qualitate inutilia. quę ex Doctore Torres, nobili Ieſuita, vt multa alia, de Hiſpania, & Luſitania accepimus. Principio æſtatis frequentantur, & poſteà per æquinoctium autumni.

Vſus.

Electio.

Specus vaporis ignei, ac pluuioſus in Pantalaria inſula.

CALIDORVM autem vaporum, ac inaudita ſimul ex eis origo aquarum, eſt in Pantalaria, quæ patua eſt maris Africi ad conſpectum Siciliæ Inſulæ. Solo hæc tellus, quacunq; incedas, arido eſt, rubro, & calido, vt vix nudis pedibus ambulantibus toleretur: ex intimis nimirùm vaporibus, quos (vt arbitror) communes habet cum vicina Sicilia. quam ob rem & ſpecus, quos habet ad radices montium aliquos, intimis aquis, ac flatibus diuerberati, iugi intus, perpetuoq. ſonitu fremere ſentiuntur. Mirùm verò naturæ conſilium, quòd tellus ibi naturaliter exhauſta cùm ſit, atq; indiga aquis, tanta ab ima voragine, quæ eſt in media inſula exhalat caligo (hoc & nos ex fide dignis, qui in ea inſula ſunt verſati auctoribus, & Fazelus aſſerit in libro de rebus Siciliæ) vt ſub ampla ſpelũca, quà excipitur, nubis inſtar conuertatur in tenues pluuias. Quæ ex ſuprema curuatura, ac inter parietum ſcabritiem deſtillantes, deducto per medium riguo, tantam aquarum copiam ſuppeditant in totam inſulam, vt & in potibus, & ad alios vſus, etiam pecorum ſufficiant.

Tellus vaporoſa.

Aqua pluuioſa.

De locis, & aquis, quæ aut ſapore, aut odore abominabiles ſunt. Cap. VI.

ANTEQVAM verò à vaporum terreſtriũ differentijs diſcedamus, duas præcipuè differentias, quæ à Sulphuris natura, ac diuerſarum inuicem putrium terrarum permiſtione reſultãt, percurremus, ſcilicet de malo halitu, ac fœtore locorum quorundam, & aquarum, & de eorum inſuauitate. Dubium non eſt, quòd abominabiles omnes, inſuaueſq. tum ſapores, tum odores ab indigeſtione quapiam partium ſubiectarum oriuntur. Locis idcirco putidis, ac prauæ alicuius qualitatis. Sed quoniam diuerſi quoq; ſunt putoris gradus in terris, in aëre, in aquis ipſis; idcirco ſpeciales harum differentiarum cauſſæ proponendæ ſunt. Omnis ergo putoris terreſtrium rerum duæ ſunt generales cauſſæ; altera quidem per ſe, ex miſtura rei ſua natura putidæ; altera verò accidentalis eſt, & per viam putredinis. Ex natura diximus ſulphur tota ferè ſui ſubſtantia in putore conſiſtere, eandemq. totam exhalabilem: vnde neceſſarium eſt, vbi ſulphur ſubſit, eius halitu puteſcere aërem, & aquas. Putent & ea, quæ ad ſulphuris naturam accedunt, vt bitumina, ac metallorum terræ, lapidumq. nonnulla genera. Grauioris autem putoris fiunt huiuſmodi omnia, ſi igne exagitentur, vt iam de ſulphuris natura oſtendimus: excitat enim ignis è combuſtibili ipſi exhalationem fumoſam, quæ tanto erit grauior, quanto è re combuſta ſit ſui natura putida, aut diuerſarum admodum partium. Adhuc olebunt grauiùs, ſi commiſceri ea contingat humoribus: aquæ enim diſſoluunt, recipiuntq. in ſe impuram miſturam, quam facit calor exhalare, ambientemq. ea implet, contaminatq. aërem. Vel vbi caloris quæpiam vis, in aliqua id genus miſtura ſopita iacet, excitant aquæ contraria ſui qualitate vim caloris, qui in grauem abit exhalationem. quam rem in ſulphure (vt alicubi fit) accommodè Seneca calci per aquam affuſæ aſſimilauit. Hæc eſt naturalis putoris cauſſa; per admiſtionem ſcilicet rei ſua natura putidæ cum igne, & cum aquis. Peior verò putreſcentium, ac corruptarum rerum fœtor. Eſt enim putrefactio digeſtioni, ac concoctioni contraria, inquit Ariſtoteles: corruptio videlicet ac indigeſtio proprij, naturaliſq. temperamenti à calore extraneo. Vbi notandum primò, putrefactionem fieri à re contraria, & à calore extraneo, tanquàm ab agente. De materia autem, materia corruptionis, aut putredinis eſt materia compoſita. Nihil enim ſimplicium corporum putreſcit, neq; putet, vt aër, ignis, vel aqua, niſi miſturam conceperint aliquam: quo modo aër interdum peſtilenti tẽpore craſſis vaporibus contemeratur, & aliquando aquę. Aquæ autem, ſicut in ſui ſimplici natura non putreſcunt, neq; vllo odore, aut putore ſentiuntur: ita pauca quapiam admiſtione turbãtur. quo modo iam diximus aquas potui electiſſimas, & ſubſtantia aëreas, vel diſſlatis duntaxat aëreis partibus putreſcere, maximè ſub valido æſtatis calore. Secundo notandum, quod rerum compoſitarum eæ putredini ſunt præ cęteris obnoxiæ (Galeno teſte 11. Simpl.) quæ excrementicium continent humorem, ſubſtantiaq. exiſtunt ſoluta, ac minimè compacta. Itaq; metalla, inter cæteras terræ miſturas, peſſimè olent in ſuis ſpeluncis; quæ nihil aliud ſunt, quàm vapor craſſus, rudis, indigeſtaq. moles, aquæ, terræ, vnguinum, diuerſarumq. non bene

A naturali ſubſtantiæ putrida.

Ab ignis agitatione.

Ab aquarum miſtione.

4. Meteo.

Agẽs cauſa, & materia.

11.

inuicem iunctarum rerum. Quanquam hæc haud ſpecialis metallorum proprietas eſt: nam alia putent minus, alia admodum, ex accidentib. plurifariam rebus. Imò ne quis diuinam in balneis ociari mentẽ forte exiſtimet, ſępè ſcatebit vena è metallo ſaluberrimarum aquarum; nec procul tamen ſpecus erit mortiferi halitus, quem diuina haud dubiè diſpoſitione aquæ ille vitauerint. Id in Baianis, & ne longius abſcedamus, ad S. Philippi balnea in Senenſi, & in Rapolanis videre licet, & alijs locis. III. Tertio planè conſtat, quod minus putreſcit multũ pauco. IIII. Et quartò tandem minus putreſcit, quod mouetur, ac fluit, 4. Meteo. Multam ergo aquã non ita facile euincit calor extraneus, qui eã exagitet, ac putredinem excitet: nam plerunq; fit, vt circum ambientis calor minor ſit eo, qui in re ipſa exiſtit: Vnde nullum mare putreſit integrum, cùm deriuatæ ex eo partes putreant, vt in Salinis vſuuenit. Putreſiunt verò non mota faciliùs, & præſertim quorum natura fluida eſt, & in motu: quales lacunarum aquæ, & ſtagnantes ſub ſole aſſiduo, quæ idcirco omni viciniæ, quo ſpectant, auræ adferunt inſalubritatem. Et contra, nullus fluuius, nullus lacus viuarum aquarum putreſit, ob continuũ motum. Ergo vbi plures cauſſæ putredinis, ibi maior putrefactio, & peior halitus. Vt de Auernis dicemus, quæ cùm viuæ ſint aquæ, cæterùm omnes continent putredinis cauſſas. Aquæ ſcilicet admodum miſtæ, in alueis cubantes perpetuæ putredinis, ac prauis iugiter inalteratæ, imbutæq. vaporibus: aut ex terrenis naturaliter delatæ putidis, vt vel fœtido ſulphure, vel metallis impuris: aut eiſdem ab extraneo quopiam calore corruptis, vnde peſſimè exhalent. Sub quibus planè cenſuris, iam plura ponemus exempla, primùm locorum quorundã, & deinde aquarum, quæ ſpiritu adeo peſtifero circumfuſum inficiunt aërem, vt hominibus, ſuperuolantibuſq. auibus, & quibuſcunq; acceſſerint animantibus ſint inimiciſſimæ.

Mare cur non putreſit.

Charoneæ ſcrobes, loca mali halitus.

Loca quidem id genus peſtilentis halitus cùm multa reperiantur; ad cautelam idcirco propalandamq. acceſſus difficultatem, ſactum videtur, vt alio, vel alio nomine horribili nuncupentur. Quales leguntur apud Strabonem, ac alios Græcos, Charoneæ ſcrobes; quaſi Charonteas ianuas dixerint, ſeu Charontis cymbã, quas ſemel ingreſſi, irreuocabili iudicio damnati, ac deſperati omnino lucis intelligerentur. Et Plutonia ſpiramenta, à Plutone, vnde oriri putantur ſic dicta. Cui vulgaris adhuc adſentit credulitas, hæc ora eſſe inferni: & quidam fabulantur præeſſe metallis, ac theſauris dæmones fatales, qui illorum cuſtodiæ adhibiti (vt dicunt) acutiſſimo ſibilo ſubitarium accedentibus venenum illidant animæ, quæ antiqua eſt Pſelli, & quorundam aliorum Platonicorum perſuaſio. Rerum verò aquilonariũ ſcriptores adfirmant, in Gothiæ metallis hos dæmones frequenter reperiri: qui videlicet cũ operarijs degant, præſto ſint, fodiant, cumulent, coquant. quos tamen ſæpè illudant, ſibilent, rideãt, vel ſtrangulent ſubito, vel obruant cauerna, vel ex alta peſſundent rupe. In quo qui illa ſcribunt, meram illarum gentium ſimplicitatem ſequuntur, cum illa potius diſcrimina referenda ſint, vel ſuffocatis in occultis terræ cæuernis ignium vaporibus; vel metallorum virulentiæ in metallis ſuis, quæ aut exceſſiua qualitate vaporis craſſiſſimi, aut alioqui tota ſubſtantia humanæ naturæ aduerſatur, ac vario euentu (vt in ſubterraneis repentè apertis cauernis accidit) illidunt ſpiritum. Quam ſubitæ contagionis cauſſam naturalem tetigit quoq; Lucretius ex eo, quod in ſulphurarijs metallis, & in bituminoſis, maximè verò in venis auri, atque argenti, ſtatim operarij ſquallorẽ mortis concipiant, ac breui ſpatio tabidi, vel apoplectici intereant. Et cùm multa id genus loca in Aneruis commemoret, ſubdit.

Plutonis ſpiramenta. Ora inferni. Dæmones Theſaurarij. In Gothiæ metall. dæmonum opin. Lucr. libro 6.

In Syria quoque fertur idem locus eſſe videri,
Quadrupedes vbi, quo ſimul ac veſtigia primum
Intulerit grauiter vis cogat concidere ipſa.

Phlegra, ac phlegræos collis Puteolis ſic dictos putant à prauo halitu. quo nomine in agro Tarentino, ad Leucam oppidum olim magnum, Strabone teſte, fœdiiſſimi odoris fons emanat, de quo fabulati ſunt, Gygantes è vicina Campania ab Hercule expulſos, hic ſubijſſe terram, ac ex eorum cruore fœdari fontem. Et in Ponto anfractus eſſe metallorum peruios, quorum operibus ſerui, ac à maleficijs redempti præſunt, lethifero, ac intolerabili ob fætorem aëre. Talem & in Phrigia ſpecum meminit idem Strabo iuxtà Hierapolim, quod os Plutonium appellatur, craſſam caliginem, ac halitum adeo peſtiferum exhalans, vt immiſſos experimenti gratia paſſerculos; mortuos illos extraxerit. Similis in Cylicia vltrà Coryceum ſpecum, quem Typhoneum vocant, & Cilicium antrum Pindarus in Pythijs, ſub quo τυφῶνα ἑκατον τακάρανον, hoc eſt centipedem, & inimicum deorum educatum fabulatur, fulminatumq. ſub inſulas ad Cumas, fumum interdiu, noctuq. rutilas eructare flammas. Et item Specus ſimilis apud Babylonem, quæ abundat bitumine. Alius in Caria via, quæ eſt ad Tralleis, & Niſam propè Acaracam oppidum, Strabone teſte. Alius in Lycia ad Sardis pagum, Galeno; qui & ſpecum in Ionia ſcribit ad Tymbriam pagum,

Fons in Tarẽtino fœtidiſſimum. Póri metallicę cauernæ. Typhoneus ſpecus. Antrum Cilicium

propè

propè oppidum Myunta, qui lethales expirationes mittit. quorum aliqua cauſſa naturalis plauius explicauda à nobis eſt.

Antra, terræ, ac ſcrobes praui halitus in Myſia, Caria, ac Phrygia.

NON adeo quis prolixitati nobis imponat, vt ea, quæ ante nos, vel omiſſa, vel in externis regionibus quærenda ſint, interim recenſeamus: nam & hæc cum ſanctiſſ. religione chriſtiana, ventura olim in lucem ſperandum eſt, digna præſertim quæ & ad variam cauſſarum explicationem adnotentur. Quæ ad oram Græciæ orientalem, antè Aegeum mare, & Helleſpontum primæ occurrunt aliæ regiones, Myſia, Caria, Phrygia, Cilicia, multas habent varijs locis aquarum, ac terrarum proprietates. immò in ſuperſtitionem vſq; nonnulæ à ſcriptoribus antiquis narrantur. Myſia ampla regio (vt Strabo eſt teſtis) conflagraſſe olim viſa eſt: ſumma enim collium facies cinerulenta, petroſa, nigra, & ob quandam (vt creditur) ſubterranei ignis materiam, paſſim arida apparens, ac aduſta. In Caria verò quæ auſtralior, & in Phrygiæ finibus Hierapolis, quaſi ſacra ciuitas dicta eſt, quæ multis, ſcilicet aquarum calidarum ſcatebris memorabilis eſt. ac mira terræ qualitate, quæ vbi parum aqua, vel pluuia diluitur, induratur in tophum, ex quo canales conficiunt: humecta redit ſub ſole, quod pinguem, ac amicam igni indicat materiam. Os verò Plutonium in ſupercilio montis eſt ad Hierapolim, quod propoſuimus, quem circumquaq; nebuloſa caligo obtenebrat, vt cum vix ſub ſole diſcerni poſſit, & innoxia ſit, immiſſum tamen in ipſum animal, vel canem, vel auem ſtatim emori. Tanta verò vbiq; aquarum copia exuberat calidarum, & variæ naturę, vt regio balneis ſponte manantibus plena inueniatur. aliqua inter alias eſt quæ & tingit lanas, ceù purpura.

Myſia cõflagrata.

Cariæ tellus pinguis.

Os plutonium.

Balnea ad Hierapolim multa.

Sudationes apud Niſam, & Tralleis in Caria ſuperſtitioſæ.

SED nec eſt iam dictus locus ad Acaracam, inter Niſam, & Tralleis, ſine ſua hiſtoria prætereundus. Qui Plutoni, & Iunoni ſacer, duplici numine, vt Strabo meminit, duplicem mihi præbet ſuſpicionem in veris cauſſis naturalibus. Vnum, quod dictum eſt os Plutoni ſacrum, vt perſuaſum eſſet vulgo ex inferni barathro ſæuam illam exhalare caliginem. alterum verò quod idem Iunoni ſacrum, maius indicat in ſui natura arcanum, nempe vt quaſi iuuans haberetur, ac ſalubre mortalibus. Tradunt enim inquit, ægrotos eò proficiſci conſueuiſſe, atq; in Vico ſpecui vicino immorari; Sacerdotes verò, qui Deorum curis vacarent, imprecantes à numine auxilium, pluries illos in antrum fatale introducere. Vbi tanquam in Cymmerijs ſpeluncis multos dies in quiete, ac modico victu vtentes tenerentur, quandiu afflatu vani numinis multũ ſudarent, ac ita ſanarentur. Locum tamen ſanis peſtiferum proteſtantes, ac inacceſſibilem. Mirum verò mihi fit, quòd Alexander Trallianus hinc oriundus, & qui balneis naturalibus frequenter ſe vſum meminit, de hoc tamen ſalubri antro apud Tralleis ſolum patrium, non fecerit mentionem, ac duplicem arbitror cauſſam. Vnam, quia fortè is peregrinam in alienis terris exercuit medicinã: quod indicat ipſe lib. 1. cap. 15. hoc notaui (inquit) in Tuſcia. alterum verò hinc facimus iudicium, primam illam veterum medicinam totam ferè ſapere ſuperſtitionem. Nam cum ſalutares ex illis cauernis fierent, ſudationes (vt paſſim commemorant auctores in illis regionibus naturales balneas, & ardentes montes) quæ ex natura loci, eſſent, quales multas recenſuimus in Baianis ſudationes, & in Sicilia, hic Iunoni falsò iuuamenta illa tribuebant. Itaq; ob quæſtũ id imponebant pſeudo illi Sacerdotes ægrotantibus, quales nimirum & in oraculis feciſſe eos impoſturas notauimus, & in Cymmerijs antris in Campania.

Antrum Iunoni ſacrum.

Medicinã in ſuperſtitionib. traditam antiquis.

Loca, & fontes aliqui in Sicilia grauis halitus, ac ſuperſtitioſi.

PORRO multa id genus loca, ac aquæ grauis halitus etiamnum in Sicilia memorantur, quarũ tamen aliquas, vt ſub varijs figuris exoletę illius ſuperſtitionis traditas, recenſere cogimur. Tales Latomiæ Syracuſis, quæ erant deſertæ ob vetuſtatem, ac vaſtiſſimæ lapidicinæ, vnde pro carceribus à poſteris vſurpatæ, Strabone, & Diodoro teſtibus, nunc ob cæcos ſpeluncarum aditus abominabiles ſunt. Specus item ſimiles ad Thermas ſummo monte lethalis ſpiritus, quibus cũ vicini ſunt alij ſpecus, vtiles (vt dicemus) in Sudationibus. Et in Agrigentino collis Vulcanus etiamnũ dictus, olim ſuperſtitioſus, qui ſponte in ſacrificijs incenderet ligna. Inter Agrigentum autem, & Bibonã lacus ſulphureus traditur, vulgò Biſſana dictus, perexiguus quidem, immenſæ tamen altitudinis, ex cuius duabus ſcatebris aquæ

Collis Vulcanius.

Biſſana lacus.

Stagnum gelæ. Stagnum ad Petrã.

ad tres cubitos ſaliunt. Stagnum erat Gelæ fluuij, qui è media Sicilia recta mittit in Aphricum, à quo ob tetrum odorem auerti coguntur, qui acceſſerint. Stagnũ quoq; non longe à Petra oppido, ſerpentibus noxium, hominibus ſalutare, quod tamen hac ætate incompertum eſt. Puteus in Lilybeo, quod eſt ſitu occidentali promontorium, ſacer antiquis, è quo qui bibiſſent, vaticinari ſtatim Diodorus, & Macrobius teſtantur: qui hodie eſt in templo Sancti Ioannis Baptiſtæ ad verticem promontorij. In Peloro tres lacus, ac tertius ſacer, ſuperſtitioſuſq. antiquis, vt qui periurarent, & eam tangerent, qua parte corporis tangebantur arefacta, plecterentur: cæterùm hodie putriſſimus, ac de natura Auerni, auertens qui acceſſerint.

Puteus ſacer, & Cyane fontes. Lacus ſacer putidus. Lacus Proſerpinæ.

Cyane duo fontes inſignes, non longè à Syracuſis, qui Piſma, & Piſmotta hodie vocantur profundiſſimi. Et vt Plinius ſcribit, Cyane fons Syracuſarum creſcente Luna creſcit, & ea deficiente decreſcit, quod & hodię affirmat Fazelus. Hunc & Proſerpinæ nuncupatum putant lacum, ex Diodoro lib. 6. quem tamẽ non longè ab Enna ciuitate ad mediam inſulam iuniores geographi appingunt, Strabonis quoq; teſtimonio, qui Proſerpinæ lacum vmbilicũ dicit eſſe Siciliæ. Fabuloſum, quod Pluto vna cum rapta ex Enna Proſerpina, per occulta hinc antra ſe ad infernum demerſerit, ac mox hiatum affudiſſe infernali aqua, profunditatis idcirco immenſæ, nigra, ac putida, alioqui deletis hodie illis ſuperſtitionibus neglecta in totum, & nullius vſus.

Lacus Palicorum in Sicilia.

PALICORVM autem lacus, qui eſt in agro Menenino ad radices igniferi Aetnę, ob plura quæ continet admiranda, meris apud antiquos authores ſuperſtitionibus, ac fabulis celebratur.

1. Saturnal.

Siquidem (vt narrat Macrobius) Thaliam hic nympham concubitu Iouis grauidam, ac propterea Iunonis iram timentem, precatam ſibi dehiſcere terram, abſortam quidem fuiſſe: ſed tempore partus completo, recluſa ſponte tellure, gemellos, quos aluo geſtauerat, edidiſſe: quos Palicos ἀπὸ τοῦ πάλιν ἵκεσθαι, quod ſcilicet, demerſi rurſus in lucem reuerſi ſint, vocauere. Mox verò in illam terræ voraginem ceſsiſſe aquas, quę Diuis fratribus conſecratæ, in tantam poſteris venerationem habitæ ſunt, vt qui furti ſuſpiciones ad has aquas iurare poſtularetur, implacabile ſtatim aliquod periurij piaculum experiretur. Quam rem tetigit Vergilius.

Lib. 8.

—Symethia circum
Flumina pinguis vbi implacabilis ara Palici.

Natura.

Ratio verò naturalis huius lacus, ſicut & prædictorum lacuum, ac fontium Siciliæ, alia non eſt, niſi Aetna; qui ex eo quem diximus impetu, qua parte per cauernas irruit, vaſtos edit hiatus, quos ſubinde aquarum venæ influentes, eaſdem, quas Aetna habet, recipiũt infectiones, incendij, ſulphuris, cineris, ac putoris. Quapropter profunditatis ſunt immenſæ, ob anfractus intimos vſq; ad Aetnã continuos. Saliunt ad tres cubitos; flatibus in eas tàm amaris, quàm ab Aetna incumbentibus. Sulphuroſæ ſunt iſtæ, ac cinereæ, ob materiam ipſam Aetnæ. Putidæ verò maximè fiunt, & caliginoſæ; Solis agitatæ calore, ac immobiles, vnde halitus mittunt, non modò prçteruolantibus inimicos, ſed vt tranſuerſus quidam Aetnę caminus, flammarum etiam quandoq; globos eiaculantur.

Aquę quę iactat flammam.

Quod & Ouidius eleganti carmine protulit v. Metamor.

Perque lacus altos, & olentia ſulphure fertur.
Stagna Palicorum rupta feruentia terra.

Naphtiæ fontes. Vſus.

Scatent autem tribus fontibus, quos hodie Naphtias incolæ appellant, ac ſui natura frigidæ, mirum tamen vt ne digitum quidem oram lacus excedant, per occultos alios (vt indubiè credendum eſt) cuniculos ſubeuntes. Ingratæ quidem pecoribus, ac noxij potus, cæterùm nullius vſus, niſi ad diſcutiendas, ac ſolidandas hernias, maximè inteſtinales ac flatuoſas, quibus in caſibus, vt in multis quoq; alijs; ex ſulphuris qualitate eas probari, non eſt inconſonum rationi.

Auerni Lacus.

AVERNIS lacubus, qui & Græcis ἄορνοι, ex ea re nomen inditum putant (vt ſcribit Varro) quod ob putorem, ac prauum, quæ exhalant vaporem, aues prçteruolantes auertant.

Auerni plures.

Cuius naturæ complures ab auctoribus commemorantur lacus, & à Lucretio in primis de admirandis naturæ lib. 6.

Is locus eſt Cumas apud, Hetruſcos & montes,
Oppleti calidis vbi fumant fontibus aucti,
Eſt & Atheneis in mœnibus. In Syria quoque, &c.

Alium Auerni nomine meminit Oribaſius vltrà Sauromatas, item in Epiro alium, & alium iuxta Niſam (ni fallor) Indiæ, Philoſtratus. Dignus verò hiſtoria, ac poëtarum, ſcriptorumq.

Auernus in Campania.

Plutonis oraculũ.

rumq. aliorum teſtimonio celebris, eſt Auernus lacus apud Cumas, & Baias in Campania felici. De quo Græci primùm antiquiores, qui res omnes memorabiles ſub varijs fabularũ ambagibus adumbrarunt, ſuperſtitioſi admodum ſcripſere. Partim ſub religionis, ac diuinitatis prætextu: & partim ex ſitu loci horrido, nec minus ex ipſarum aquarum natura, aſpectu, ac ſæuo halitu, omnibus (vt dictum eſt) animantibus iniucundo. Vnde ſemper apud auctores aliquod abominabile habet epithetum: ſacer Auernus dicitur Virgilio, graueolens, niger, tartareus, ac pallens Statio. Peſtiſer Claudiano, vmbroſus Silio Italico ponitur, & pro inferni ianua à Virgilio. Quæ ab Homero primum defluxit opinio, quam Strabo recenſuit libro 5. quandam ſubeſſe Auernis diuinitatem: nam hic oraculum extitiſſe Plutoni ſacrum, ex quo defunctorum manes ad oras Acherontis deducerentur, ac inde ſolitum illis ſeculis reſponſa petere ab inferis. Et idcirco Vliſſem ad hunc lacum canit, ſacrificaſſe Elpenorem. Auxit porro illam famam diuinitatis Virgilius, Sibyllæ hic antrum, ſimulq. lacum ipſum, ceù veſtibulum inferni, ad quod Aeneas deſcenſurus implorat à Sibylla aditum d.

Vnum oro, quando hic inferni ianua regis
Dicitur, & tenebroſa palus Acheronte refuſo.

Et item notando carmine, *facilis deſcenſus Auerni.*

Sed reuocare gradum, ſuperaſq. euadere ad arces,
Hoc opus, hic labor eſt. quem & Silius eſt imitatus

Fōs ſacer ad Auernum.

Naturales cauſſæ

Nec procul fontem extitiſſe meminit Strabo, cuius aquam, quoniam ex Acheruſia infernali palude emanare putaretur, nemo guſtare præſumeret. Porrò tamen orta videtur hæc ſuperſtitionis opinio à naturalibus haud dubiè horum locorum qualitatibus. Primùm, quia vbi aquæ ſpecies tota blanda eſt, limpida, viuax, & quæ leni mobilitate aſpectum ſibi conciliat, & gratiam: è diuerſo in Auerni aquis mortis ſpecies, ſqualor, putor, ſine ortu, ſine exitu, ſine motu, & qui profunditatis immenſæ cùm ſit, & quaſi odio terrarum, ac cœli, à cunctis animantibus vitaretur; facile popularem hæc omnia præbere poterant opinionem, oram aliquã huic ſubeſſe inferni. Præſertim illis primis ſeculis, quando denſiſſimæ eſſent circà hunc lacum Syluæ, ac tenebræ, perpetua etiam ſub meridie, rupium præruptarum vmbracula, cauernarum hiatus, horridi receſſus, ingratus auræ halitus, nullus cultus, nec vlla in eo amænitas. Cæterùm ſucceſſu temporum, vt mutantur omnia, & cultu hominum, deciſis primum illis ſyluis ab Agrippa (vt Strabo eſt teſtis) ac nouiſſimè elapſis annis ſublata iam à regibus Neapolitanis omni horum locorum feritate, mutata facies, & à Lucrino, qui cum iungebatur, colle ſeiunctus; tutò cuique, duce tamen indigena in ſubterraneos etiam receſſus præbetur aditus. Ex quibus veriſimile fit, non aliam huius lacus fuiſſe originem, niſi ex antiquis incendijs, quibus hanc regionem frequenter conflagraſſe diximus, in vaſtam igniũ voraginem vicinas maris, & Lucrini ſucceſſiſſe aquas, quæ idcirco tetram illam contraxerint naturam. Occultas verò adhuc, peruiaſq. vſque ad mare habere cauernas, indicio eſt, quod inflatis fluctibus, inflantur ſimul & hæ aquæ, ac turgent. A ſubterranis verò cum exagitari ſoleant vaporibus, bulloſæq. appareant, luridæ, & graues, non mirum vix vllam rem, neque folium, neque ſtipulam, quantumuis leuem ſuſtinent, quin deponant, ac nuſquam remittant, ac varias ſubeant mutationes, nam modò tepidæ ſunt, modò ſubbulliunt, & modò inſtante aëris turbatione aliqua, quaſi futuræ tempeſtatis indices, feruidis ſubſiliunt bullis. Quamobrem ſapore ſunt ſalſo, ſubamaro, ac longè magis inſuaues, quàm marinæ aquæ: tùm ex natura eius ſoli ſulphuroſa, & combuſta varijs miſturis, tùm ex vaporibus craſſis, quos totam eam regionem continere diximus occultos, qui eas agitent, & contaminent.

Origo, & qualitates aquarum.

Acheron, & Acheruſia palus in Auerno.

Seruij interpretatio.

INEFFABILES cùm ſint occultarum rerum, & naturæ harum aquarum circa Auernum diuerſitates, non mirum ſi veteres, ac poëtæ illarum effectus tam varios, alijs, atq. alijs figuris, ac nominibus ſignificauerint. Quam ob rem Acheron hic, & Aheruſia palus, non aliæ forſan intelliguntur, quam Auerni aquæ, quo nomine dicta videtur à Virgilio,

— tenebroſa palus Acheronte refuſo.

Nova interpretatio ex Strabone.

Paludē enim videtur dixiſſe Auernum, cui (vt Seruius Interpretatur) melius conuenit paludis nomen; quàm lacus. Et tenebroſam, quòd talis naturæ ſinus adiacentium vndiq; nemorum, atq; montium ſupercilijs adumbrata. Acheronte refundi: vtpote quia Auernus ex Acherontis vndis emanare putaretur, quare (vt Seruius meminit) ſub illis antris necromantia (vt puto à Cimmerijs, quod Lucifugum ſcribitur hominum genus) exercebatur, quæ omnes tolerabiles ſunt interpretationes. Cum Strabonis tamen hiſtoria, & pro locorum ipſorum inſpectione, tria hic à poëta notantur diſtincta loca, Auernus lacus, Acheruſia palus, & fons

& fons Acheron. & præterea ſunt Lucrinus lacus, & aquarum calidarum balnea. quæ ſic habet libro v. Proximum Cumis eſt Miſenum promontorium, in medioque palus Acheruſia, quædam à mari refuſio alto cœno referta. Vbi Miſenum circumflectenti, ſtatim ſub rupe lacus obuiat. ac in ſinu deducto eius littoris Baiæ, & aquæ calidæ, tàm ad voluptatem, quàm ad ſanandos morbos accommodatiſſimæ. Contiguus Baijs Lucrinus adeſt ſinus, iuxtà quem Auernus eſt, & infrà, quaſi Acherontem deſcribens. Fons, inquit, ibi fluuialibus ſcatens aquis excurrit in mare, à cuius vſu abſtinerent omnes, Stygias opinantes eſſe aquas, & à phlegetonte manare, quas dixit poëta Acheronta refundi. Qua ſimiliter ſignificantione Lacus Theſbrotiæ (eodS Strabone teſte) in Epiro dictus eſt, & ex eo, quem præterfluit Acheron fluuius. Eodē porrò nomine duo alij ſunt, Acheron in Brutijs, & item ſpecus memorabilis iuxtà antiquam Heracleam in Ponto profundiſſimus, & ad manes vſque inferos peruius, à quo Cerberum (vt fama eſt) ad ſuperos tranſlatum fabulantur. Fictum verò Acheron nomen à poëtis pro pœnarum ſpecie, quas damnati in inferno ſuſtineant, nempè à dolore, atque mæſtitia. Vnde & tartareus à Virgilio cognominatur, triſtis à Silio], mæſtus à Seneca, nephaſtus à Statio in libro de raptu Proſerpinæ, quæ quanquam in fabulis dicta ſint, propriarum tamen rerum continent ſignificationem.

Theſbrotiæ locus in Epiro. Acheron in Brutijs & in Ponto. Auerni infernales.

Auerni lacus in Hetruria.

Hetruscis verò in montibus, quos intellexerit lacus Lucretius lib. 6. de Auerni natura, non eſt facilè coniectari: niſi aut Volaterranas intellexerit lacunas, aut alios quoſdam calidarum aquarum fontes, quibus hæc regio ſcatet ſuper cæteras Italiæ regiones. Sub ditione Senarum ad Pientiam, lacunoſa quædam aqua reperitur bulliens, & tamen frigida, ac putida, quam & aues auerſantur, ac cæteris qui ex eis biberint animalibus eſt admodum noxia. Sine vadis, vt dicunt. Et tamen non deſunt, qui eas in balneis non abhorrent, ex ima præſertim plebecula quidam, quin videntes eas pruriginoſam ſanare ſcabiem canibus, equis, ac pecoribus; in eoſdem vſus, ad crurum vlcera audacter accipiant. Nec inutiliter, quæ impuram ſulphuris ſubſtantiam abluunt, valde ſcilicet terrenæ cuidam ſuperfluitati admiſtam, ac ſub ſole, quæ in ſuperficie hæret, aſſatam. Itaque terra vndique ipſi lacunæ proxima, ſub imbribus calcinæ inſtar, dum extinguitur crepitat. Similis porrò extat non longè hinc parua putidarum aquarum lacuna in agro Politiano, infeſtiſſimi halitus. Vena eſt ferè ſterilis, ac paucarum aquarum: vel ſubiectæ potius alicuius mineræ ſpiraculum, quam vena, quòd ſuo putri halitu, compingit potius illas aquulas, quàm producat, ac ſemineces, quæ eas guſtauerint, reddat anes. Quales propinqui colles ad Montem Fullonicum, qui vbi in repoſtis, ac deſertis locis lacunoſis, ac putidis, multis ſcaterent aquis, clarum præbuere inditium mineras illic aliquas ſubeſſe, quas proximis annis inuenere pinguiſſimas, bituminis præſertim, chalcanthi, atque ſulphuris.

Lacuna Pientiæ putida.

Lacuna ad M. Politianum.

Lacunæ ad M. Fullonicum.

Puteola ad Sactam Cæciliam.

Vlterius autem ad confinia Arretij, nec plus duobus milliaribus à balneis Rapolani, ſub oppido, quod nunc Podium Sanctæ Cæciliæ dicitur, eſt locus Sulphureus, qui vulgò Puzzola nuncupatur. Eſt autem area paruo ſexaginta circiter pedum ambitu, iuxtà quam è ſubiecta ſcrobe, ſquallidis aquis ſtagnante, fœtor exhalat tam ſæuus, vt ad duorum milliarium ſpatium, pro ventorum conuerſionibus ſentiatur: aues, quæ eas guſtauerint, aut fortè inciderint, enecans. Ex area porrò aquarum bullæ variæ emanant; hæque, vt terreni quoque ſpecies, cinereæ, ac luridæ, ſtatim ſubſident, vel alio loco reſiliunt: ſolo ipſo, perinde ac ſi cylindro conculcatum eſſet & explanatum, duro, ac ſolido remanente. Superambulanti magna vis ſubterlabentium aquarum, ac flatuum ſimul interclusorum fragor, non ſine admiratione auditur, ac ſi quis experimenti gratia ſpiculum humi infixerit, ex orificio cumulum illico flatus expirare cōſpiciet, ac cinereum ſimul puluerem, duobus ſuprà, ac tribus palmis eijcere. Reor equidem has bullas, aquarum, quæ longè ad duo milliaria in fontes Rapolani feruidos influunt, eſſe æſtuaria, atque ſpiracula. Nam & eiuſdem naturæ ſunt aquæ ſanandis à ſcabie canibus vtiles.

Natura.

Operationes.

Lacunæ Volaterraniæ.

In hac Hetruriæ maritima parte, vbi olim Vetulonia, & Populonia vetuſtæ vrbes, cum Ilua proxima Inſula, vſque ad Argentarium montem, paſſim tellus ſcatet metallica, ferri atque æris fodinis, & Chalchanti item, atque aluminis, indicant & oppidorum vetuſta nomina, Mons æris, & Monteranum, ob æris naturam, quæ & nunc ad montem, Catinum fodiuntur, ac iuxtà Caldanæ riguus, qui calidas vſque ad mare mittit aquas. Altius verò eodem tractu montium, vbi nunc Caſtrum nouum, lacunæ ſunt Volaterranæ, ſic dictæ

Caldanæ ſu.

anti-

Digitized by Google

antiquis, ac non longè aquarum calidarum ſcatebræ, quæ excipiuntur in balneis. Has lacunas, de natura Auerni intellexiſſe videtur Lucretius in præallegatis hiſtorijs, dum locum planè deſignat.

apud Hetruſcos & montes,
Oppleti calidis vbi fumant fontibus aucti.

Cùm enim ex varijs per ea iuga latibulis ſcaturiant aquæ, tùm craſſæ, ac graues, tùm calidæ aliquæ ac fumantes, adeo quædam è medijs lacunis æſtuant, ac tàm graui vaporum halitu è duobus, vel tribus fontibus ſaliunt, vt aërem vndique ſecus inficiant, aueſq. longiùs ſuperuolantes extutbent. Quam ob rem verò ſaliant bullientes, cauſſam credimus flatum, qui ex feruoribus intimis, communes habeant cum aquis ipſis cuniculos, qui eas alteret, vrgeatq. vehementer ad exitum. Imminentibus verò pluuijs (vt narrant) id maximè fieri, & quaſi carum indices augere has aquas tunc bullas, ac ſaltus, & ſtrepitum; nil mirum videbitur, ſi ab extraria antiperiſtaſi igneos fomites feruentiores fieri computemus, & flatum quoque ipſum concentrati. Terræ genus varium, quod diuerſicoloribus ſcatet glebis, liuidis, vnctis, viſcidis, ruſis, cæruleis, quæ in pingmentis leguntur. Ex quibus planè intelligitur, intimam his aquis ineſſe matricem ſulphuris (nam & calidæ aquæ ipſæ, ac publicæ hic extant condiendi ſulphuris officinæ.) Illamque admiſtam, ferreis nonnullis, ac nonnullis Calchanti partibus, quæ ob Solem ſimul, atque aſſiduum loci calorem, varijs adeò coloribus ad ſuperficiem apparent conſpicuæ, atque aquas irem ipſas reddunt terreæ admodum atque igneæ facultatis. Quæ verò hinc ſeorſum iuxtà arcem excipiuntur in balneis, cùm Sulphuroſæ ob caloris qualitatem dicantur; pro chalcanthi tamen, quam præ ſe ferunt natura, inter Atramentoſas recenſentur libro v.

Bullientes, ac ſalientes.

Minera.

De igneis, ac bullientibus aquis. Cap. IX.

MANIFESTA quidem eſt natura aquarum, quæ ſponte emanant feruentes. Nec minus manifeſta eſt cauſſa: nam cùm feruidæ ſcaturiant ſummo feruore; neceſſe eſt fateri actualem ignem illis ſtatim ſubijci, ſuper omnem gradum caloris. Nam aquæ ipſæ ipſiſſimam præ ſe ferunt ignis ſubſtantiam, qualitatem ſummè calidam, & operationes pariter ignis. Incendunt, vrunt, veſicas excitant, deſtruunt ſenſum. Expilant proiecta quæcunque in ipſas animalia; mox paulo excoriant, & tandem carnes colliquant, ac od oſſa vſque eneruant, qui ſunt omnes effectus ignis. Imò hoc ipſum certis locis non indiget probatione, vbi ſimul & ignis, & aquæ cum feruore emergunt, vt planiſſimè uidere eſt in Puteolanis, & in earum, quam nunc ſubnectemus, hiſtoria. Porrò in aliquibus locis, vbi non ita manifeſtè apparet natura ignis, & tamen aquæ emanant inteuſiſſimè calidæ, ac bullientes; admiranda magis, ideſt minus nota nobis eſt cauſſa, ſed in qua maior ſe exerit virtus, ac potentia ignis. Illud primum mihi nemo iuerit inficias, & his ignem ſubeſſe (vt dixi) ſummo feruore, quanquam id lateat alloqui ſenſus noſtros. Itimè verò duas conſidero cauſſas ad ſummum feruorem. Altera quidem eſt ex natura ignis, qui, cùm propria, ac innata ſui virtute ſit propenſus tendere ſurſum, concluſus in terræ cauernis ſemper agitatur ad aliquem exitum, quem forte fortuna vnum, & eundem ſortitur, ac incurrit cum naſcente aqua, quam idcirco inalterat obiter ad ſummum feruorem. Nec longo ſpatio exoleſcere vim ignis putandum, ac minus per frigidam, inexercitatamq. aëris denſitatem in ſubterraneis cauernis remitti. Imò hinc alteram ad idem, ac planiorem cauſſam ſic habeto. Quippe exoleſcere, ſolui, euaneſcere, id genus naturæ effectus, intelliguntur, vbi non caret ea natura ſpatio, vbi (quod dici ſolet) euaneſcat in auras. At in abditis & concluſis locis, proportione ſeruata, nec aqua, nec ventus, minimè omnium ignis amittunt vires: immò quo ſemel impetum faciunt, eo vrgent fortiùs, exorbitantq. inuento obice, ad patranda accidentia, quæ videmus, & in natura, & in certis artis operibus admiranda. Sic ignis concluſus, vt repit paulatim, ac mira edit ad poſtremum incendia; ita quò penetrat, & non exhalat, primò aërem obuium, qui magis eſt alterabilis, conuertit in ſe; mox terram quam penetrat, & non aquas ſolum, quas offenderit, ſed & ſaxa, & cuniculos incendit omnes, ſicq. vires acquirit eundo ad centena milliaria. Maximè verò vbi naturali appetitu trahitur ad exit, quantumuis habeat longinquum, & vbi per loca penetrat, quæ diximus referta ſulphure, quo foueatur: nam ſic vires ſibi comparat ad extremum feruorem, quem videmus, ac manu ſentimus. Quam Galenus videtur ſeruaſſe naturæ ſolertiam in corporibus animantium, cùm longè deductas à fontibus ſuis notauit venas, vt ipſo ſpatio multiplicaret in membris ſanguinem, & calorem. quas, quoniam magnam adferunt admirationem, nec leue argumentum præbent ad prædictas cauſſas, aliquibus etiam exemplis illuſtrare oportet.

Operationes.

I. Cauſſa.

II.

Ignis in abditis locis, vt acquirat vires.

Sul-

Sulphuraria, ac bullientes aliæ aquæ ad Puteolos.

Feruentiſſimæ aquæ, ac meritò cæteris anteponendæ ſunt in agro Puteolano: quem naturali ſulphure refertum, igne perpetuo, feruoreq. aquarum, ac vel ipſo aëre ſulphureo præditum, nomen dediſſe Puteolis auctores quoque veteres atteſtantur. Aëris quidem ſulphurei, nec in ſalubri certis morbis, quando Aſthmaticos, ac frigidos patientes morbos, medici Neapolitani ſoleant in agrum Puteolanum tranſmittere, vbi aſſiduo eo halitu exſiccante, proprioq. ob ſulphur frigidæ id genus intemperiei affectibus paulatim eius morbi contumaciam digerunt, quod præclaris poſſem confirmare exemplis. Ergò ex Neapoli ad Puteolos, quà leni iugo, ac Vinetos Pauſilippi promontorium excurrit in mare, tranſacta eius montis crypta; varia ad dimidiam viam occurrunt loca ſulphurea, ac paſſim hiatus aliqui, qui partim aquas continent pluriſariam miſtas, ac alteraras, & partim vapores exhalant graues, auibus, cunctiſq. animantibus abominabiles. Eodem verò tractu, quas deſcripturi ſumus partes, vbi biuium fit, ad ſulphurariam peruenitur: breui verò ad dexteram diuerticulo, primùm antra Sudatoria, quas Fumarolas vocant, occurrunt, ac proximè Agnani lacus. Deinde ſecus lacum via ducit ad ſodinas Aluminis, ac recta ad Aſtruni turrim, & ad imâ eius nominis ſiluam deſcenditur vbi peramenę habentur aquarum & frigidarum, & calidarum ſcaturigines, & balneum bulla, de quibus loquemur oportunè magis poſterius. Nunc vt ad ſulphurariam redeamus; hæc vndique tota collibus, quos dixi aridis, ac feruidis circundatur, quos leucogeos à ſquallore, ac liuore ſulphuris, teſte Plin. dixere veteres, nonnulli verò Phlegram, vel Phlegræos ab aſſiduo crepitu, quem intimi ardores gigunt: quo etiam cognomento proximum ſinum maris circunſcripſit Silius Italicus, illis verſibus.

Aer Puteolis medecinalis

Leucogeʒl Phlegra, & Phlegræi colles.

---illic, quos ſulphure pingues Phlegræi legere ſinus.

Planè verò in his collibus, hoc naturæ ſubſiſtentis ſulphuris indicium eſt: quoniam ſaxa vndique manè, præſertim antequam ſolares ſenſerint radios, ſulphuris ichorem exudent, ceù ros quidam, ſeu pruina ſaxis ipſis adhærens, qui guſtatu ſaporis eſt ceù manna dulcis. Hoc verè ἄπυρον, hoc eſt ignem non expertum, ac ſulphuris florem dixerim, & ſubtiliſſimam partem. de quo audiui peritiſſimos alchymiæ artis ſulphuris oleum, vt artis eſt, excipi præſtanciſſimum, & quod expertus ſum, ad palpebrarum ſcabiem, & Ptiloſim cum pilorum .ſ. defluxu, & ichore vtiliſſimum eſt, pertenui .ſ. hac ſubſtantia ſulphuris, ex aqua roſacea illita. Iuxtà hos colles officinæ exiſtunt ſulphuris, quod vſque à Plinij memoria hinc mittitur electiſſimum. Atque ex his patet area ſulphurea, duorum circiter milliarium ambitu, Forum Vulcani ab antiquis dicta, vt Strabo eſt auctor. Nec incongruè, quando primo aſpectu caliginoſa, & quaſi caminum fornacis ingreſſuris æſtuet, & quem fremitu vndique collium, feruore lacunarum, vapore, igne, inſtabili ſolo horridam, haud rutò quis auſit, niſi certis ſemitis adire; ob occultos, quos ſulphuris incendium continuò demolitur anfractus, in quos miſerè aliquos peſſundatos, ac ſuffocatos accepimus. Eſt autem ad caput huius areæ lacuna, inter alios hiatus, aquarum feruentiſſima: quæ ob varium ignis, ac aquarum ſimul erumpentium impetum; modò amplior viſitur, modo anguſtior, ac ouata ſpecie, vnde Nauis, ſiue potius (vt mihi placet) Abyſſus dicitur, quæ immenſi gurgitis inſtar, luridis tetra, ac putidiſſimis ſcatet aquis, tantoq. feruore ſalientibus, vt proiecta quæcunque animalia citiſſimè abſumat, ac ad oſſa vſque conficiat. Ob quem feruorem, cum hæ aquæ nulli poſſint eſſe vſui, ideo vel perrarò ſunt in vſu, vel ad priuatos nonnunquam deducuntur alueos; vbi cùm refrixerint, ad omnia, quæ ſulphuratæ aliæ promittunt, vtiliter recipiuntur. Præcipuè verò probari ſolent ad ſteriliratem fœminarum, quæ nimirùm ex redundantibus circa locos humiditatibus non concipiunt. Nec ſuo halitu certis caſibus inutiles. quod perſpicuum eſt exemplum ad primam iam adductam cauſſam, vbi ſcilicet ignis & aqua ſimul concurrunt ad vnum exitum.

Flos Sulphuris, ac ἄπυρον

Sulphurariæ. Forum Vulcani.

Nauis, ſiue Abyſſus. Vſus.

Bullicanum Viterbij.

Famoſiſſima, quo ad alteram cauſſam feruentis à longinquo ignis fuit omni ſæculo lacuna Viterbij, quam à feruore aquarum Bullicanum hodie appellant: Quod ipſum videntur mihi Latini illi veteres Herculi tribuiſſe, iuxtà Seruij expoſitionem ſuper ea carmina Virgilij in VII.

Hi Soractis habent arces, Flauiniaq. arua
Et Cymini cum monte lacum, lucoſq; Capenos.

Lacus Elbij, & Ciminus.

Eſt Lucus, qui hodie Baccani ſylua dicitur, & Canapina iuxtà opidum, parum à Capeno deflexa voce: Cyminus verò ipſe mons Viterbij, qui & Bulllcanum capit: vbi Vicus Elbij ponitur à Ptolomæo, & Antonino, quæ prima, genuinaq. (ni fallor) Viterbij denominatio eſt.

tio eſt, ac lacus Elbij; qui & Cyminus, & hodie lacus de Vico dicitur. Hunc ergo Seruius ad Herculem referens, hanc ſcribit hiſtoriam: Hercules ad Lucumones proficiſcens, cùm ad hos veniſſet populos, prouocatuſq. fuiſſet, vt aliquod ſuarum virium relinqueret ſpecimen, defixiſſe dicitur vectem ferreum, quo exercebatur: qui cùm terræ eſſet adfixus, & à nullo potuiſſet auferri, eum rogatus ſuſtulit. Vnde vim aquæ immenſam conſecutam eſſe, ac hunc lacum feciſſe. Hæc quoad hiſtoriam poterat fortè ex veterùm traditionibus accipiſſe Seruius: cæterùm haudquaquàm ea fit veriſimilis ſi de lacu Cymino intelligatur, qui frigidus eſt, ſed de Bullicano potius, qui feruidus. Idque probabili ſatis coniectura; quoniam nuſquam veteres inuenitur tribuiſſe Herculi aquas frigidas, ſanè Nymphis dicatas, vtpote molliores, Dianæ, ac Veneri: ipſi verò Herculi adeo inuiſas, vt (ex antiquis hiſtorijs recitat Athenæus lib. 9.) Cheriam puerum affundentem ei frigidam manuiſ pugno interemerit. At calidas ſponte manantes ſummo conſenſu omnes Herculi ſacras teſtantur. Ac maximè feruidas nuncupât Herculeas, vtpote quaſi intolerabiles, niſi fortiſſimo Herculi: quare meminit Piſander Mineruam olim feſſo Herculi paraſſe calidam: & idem Athenæus eidem Vulcanum muneris vice feruidas ſuppoſuiſſe. Vel ſummo conatu, ac feruore Herculis excuſſas: quales Strabo commemorat aquas calidas in Thermopylis Herculi dedicatas. Ob feruorem nimirùm, & qualem maximè obtinet Bullicanum: de quo equidem, ob dictas rationes, & non de lacu ad Vicum, veram fuiſſe credo illius Herculeæ fabulæ allegoriam. Hunc enim lacum verè Herculis dignum origine putaſſe veteres poterant, quando quidem ob æſtum intolerabilis ſit caloris, ac proiectum in ipſum animal, ni ſtatim euadat, paulo poſt enectum coquat, atq; penitus eneruet. Vena alioqui vberrima, & quod rarum eſt in compoſitis, & calidis aquis, ſubſtantia limpida, & præter ſaporem, & quendam ſulphuris odorem: cæterùm incontaminata emanans, niſi quum fortè pro interioris æſtus, ac flatuum intercurrentium agitatione, non nihil in colore mutari videtur. nunc aurea, nunc viridis, nunc liuida, vel etiam pro vario repercuſſu ſolis, ac nubium varia apparens. Feruidæ ergo cùm ſint Bullicani aquæ, nec tamen euidentes eis (vt in ſulphuraria prædicta Puteolis) ſubſiſtant ignes, hanc haud mirum habere cauſſam videntur. Quòd ex occultis terræ meatibus, etiam longinquiſſimis, communes huc ignis penetret venas cum aquis, concurrantq. aqua, & vapor ignis ad vnum exitum. Aut potius ſummo feruore cum ſint, ſummam ſtatim vim ignis eas experiri fatendum eſt, qui ei loco ſubſiſtat: & qui fortaſſe aliquo præterito ſeculo cum incendijs, quos diximus, Campaniæ arſerit: vel fore tempus haud difficile putandum eſt, vt aliquando ardeat. Quod planè declarant, tùm ipſe feruor aquarum, qui hic ignem in intimo fomite conſopitum indicat, ſulphureumq. aſſiduè in totam eam regionem exhalat ſpiritum: tùm materia intus idonea, quæ forte paulatim vegetatur, repullulatq. ad aliquod futurum incendium. Quippe tota ea planicies, quæ à Cymino ipſo monte ad Faliſcos intereſt, paſſim glebosa, ac permiſta veluti cum cinere, & carbonum reliquijs combuſta, ac longè, lateq. innumeris ſcatet aquarum generibus ſulphureis, quæ diuerſas faciunt balneas. Sed cur Bullicani potiſſimùm aquæ ferueant, aliæ non item; hanc arbitror eſſe cauſſam, quod hæ principales incurrant caminos ſubſiſtentis ignis. Aliæ verò, quæ tranſuerſim hinc inde recipiunt vapores, prout locum, ac fomitem ipſum habent idoneum, plus ac minus calidæ emanant, & temperatæ, & aliquæ ex natura loci ſalſæ, aliquæ metallicæ. Vnde, eſi aquarum iſtarum explicata in antiquis non reperiatur memoria, eas tamen ob proprietates tàm varias, tàmq. inſignes indicaſſe videtur Strabo lib. 5. d. Tuſcia quoque, vbi Romæ eſt propinquior, vbertatem calidarum habet aquarum, nec minus abundat, quàm Baiæ, quæ reliquas omnes nobilitate præcellunt. Specialiter verò ob ſummum feruorem has indicauit Tibullus Elegiarum lib. 3. d.

Feruidæ cur Herculanæ ſint dictę.

Bullicani natura.

Balneæ plura Viterbij.

Nos tenet Hetruſcis manat quæ montibus vnda,
V nda ſub æſtiuum non adeunda canem.

Secutis verò temporibus aucta ſimul cum Viterbio harum balnearum celebritas eſt, quæ hac ætate præ cæteris ſummam ſibi laudem promerentur, tàm ob ſingulares ipſarum virtutes, quàm pro amœnitate vndiq. agri, ſalubri aëre, atque commoda hoſpitalitate. Præter cætera verò ob medicorum eius ciuitatis in re balnearia peritiam: quos inter meritò Iacobum Saccam nominauerim, virum doctiſſimum, qui cum in balneis conſenuerit, non modicum adiuuit noſtram operam ſuo iudicio. Adhibitis vltimò noſtris ſingulorum locorum recognitionibus, quas iuſſu ac præſentia Illuſtriſs. D. Alexandri Farneſij, S. R. E. Cardinalis ampliſs. adhibuimus, Curantibus eius Ciuitatis patritijs, ac Caſtore Durante eorum Medico, qui ad imitationem Macri de ſimplicium plantarum ſcriptor, ac poëmate clarus. Quorum omnium in hac parte cenſuras, ad fidem (vt nulli rei maiore cura ſtuduimus) ſuis locis inſeremus.

Pur-

Purgatorium fons feruidus in Vngaria.

SIMILE autem Puteolanis feruentibus aquis, ac Bullicano, ponitur Purgatorium, fons ita dictus ob intolerabilem feruorem in Vngaria, auctore Georgio Vernhero Pannonio, Conſiliario Regio, qui de admirandis Vngariæ aquis, ac de nonnullis etiam in Moſchouia, & Tranſiluania fontibus conquiſitè admodum conſcripſit, ac teſtimonio ſimul viri Illuſtris Hieronymi Martinenghi Abbatis, qui PAVLO III. Pontifice dum apud Tranſyluaniæ Regem Apoſtolicæ Sedis ageret Nuncium, multa in his diligenter, ſaneque digna memoratu obſeruauit, quæ referam. Eſt autem hic fons, dictus Purgatorium, iuxtà Budam

Balneæ.

ad ripam Danubij, vbi plures ſunt calidarum venæ, quæ & balnea faciunt, vltra flumen, & in ipſo etiam flumine aliquę, quas inter hæ ſulphuratiſſimę, ac feruidiſſimæ ita ſaliũt, vt nulli impunè contrectentur. Niſi vbi ad margines lacunæ, quam faciunt, ipſis Danubij aquis eò ſcatentibus temperentur, itaque vſitantur aliquando in balneis. De quibus & Manardus meminit.

Feruidæ aquæ, ac flumina, & Campi ardentes in Caria, ac Phrygia.

QVANTA ſit vis ignis in terris, non vnus locus, nec ſola Aetna, aut Italia argumento eſt; ſed vbiq; terrarum paſſim exempla habentur. Verùm pro cunctis vnum, vel inſignia magis loca adducere ſat eſt. Feruidas aquas ad Meandrum fluuium Caruræ, qua confinium Phrygiæ, Cariæq. eſt, meminit Strabo lib. 13. totam nempè illam regionem, circà Hierapolim præſertim, ad Magneſiam vſque, & Myunte, cùm vbiq; intus anfractuoſa ſit, ac terræmotibus perſæpè tentetur, non mirum & igneis frequenter exhalationibus, & varijs ſimul aquarum

Meandri cauſæ.

ductibus ſcatere. Quæ cauſſæ & Meandrum ipſum faciunt flexuoſum: terra enim vndique inſtabili, & quæ facile in cauernis ſuis igne corripitur, alueum ſimiliter fluminis varijs obnoxium facit mutationibus, ac multum limum deducens, modò huic, modò illi ripæ adijcit. Vnde facta nonnunquam limi aggeſtione ad oras maris, retortum aliquando ab oſtio legitur, ad ducenta vſq; ſtadia remeaſſe, ac terręmotu inſequente, Sardas olim, aliaſque

Lycus flu.

clariſſimas vrbes labefactaſſe. Eandem aſſerit conditionem in Lyco fluuio, cui proxima Laodicea nobiliſſima Ciuitas, qui è monte Cadmo ortus, ac plurimum ſub terra delapſus, poſteà erumpit, & in Meandrum refunditur, maximum amnem. nec longè inter Phrygiæ, & Cariæ fines, feruidarum ſimiliter aquarum admittit ſcatebram, quibus planè de cauſſis & terræ ipſæ non rarò terræmotibus quatiuntur, & flumina non minus feruidarum, quas ſuſcipiunt aquarum, retinent longo tractu qualitates.

Feruida flumina, ac varia.

FLVMINVM verò cum demonſtratum ſit communibus rationibus, non eſſe æquam proportionem ad ſuſcipiendos calores, & minimè maria poſſe incaleſcere; videre tamen eſt in operibus naturæ, nihil eſſe impoſſibile. Nam tria habemus exempla huic loco maximè idonea, vnde flumina, ac maria aliquem poſſint caloris gradum concipere. Vnum,

Flumina ac fluuiæ calidæ in Africa.

quod obſeruatum legimus à nouarum terrarum indagatoribus, narrat Aloyſius Cadamuſtus in interiori Aphricæ parte, quæ decurrunt per eã flumina mirè feruida eſſe, Ob ſoli (vt conſentaneum rationi ſit) ac cœli illius aſſiduos æſtus ſub Torrida, quare nec pluere ſub tota ea plaga aſſeuerant, niſi feruentem aquam. Eadem facile credo flumina commemorat M. Paulus Venetus in peregrinatione ſua ad Indiam, regno Coilum, quæ ob Solarium ſub eo cœlo radiorum vehementiam aſſiduè ferueant. Alterum verò exemplum dictu mi-

Mare ſub Torrida feruidum

ſerabile, ex relatis conſtat Chriſtophori Columbi, qui primus immenſam occidentalis oceani nauigationem tentare auſus; narrat cum maximo vitæ hominum, ac ſuæ claſſis naufragij periculo, dum intentatum prius auſtrale pelagus, ac ſub Torrida itidem incurreret, penè Phaetontei caſus exemplo, cœlum vndique, & aërem cum ipſo mari tantus corripuit feruor, vt claſſem totam, ac nautas, omnemque nauticam gazam horrendis modis exureret. quando poſt octo dierum ærumnoſæ nauigationi diſcrimen, iamque omnes exhalantes animam, diuina haud dubiè ope in tutum magis pelagum aſſerti, nunquam poſtea illam directionem rimari auſi ſunt. Tandem verò quòd ex igneo quodam fomite incaleſcant quandoque flumina cum mari, ſingulare habemus exemplum ex nouiter com-

Flu. ac mare ad Cubam feruida.

pertis terris, ad Cubam occidentalis oceani, ac noui orbis claram Inſulam. Vbi ad relata Columbi duplex mihi ſeſe offert ratio contemplabilis. Vna eſt, quòd magnam cauſſam, multamque ſubeſſe oportet his locis vim actualis caloris, & ignis, qui tantam aquarum inalteret copiam. Et altera, propinquum, & in ipſa ora fluminis, vbi mare incurrit, ſubſiſte-

re talem fomitem caloris, qui vt exiguo vigore ac longo magni fluminis curſu exoleſceret; ita non mirum breui ſpatio, & fluuiales calore afficit aquas, & vicinas ſimul maris vndas manifeſtè alterat. Qualem narrant iidem Hiſpani occurrere nauigantibus magnum amnem tranſitu prouinciæ Machar nouæ Hiſpaniæ, vbi ex rimoſo ad medium amnem ſaxo magnam vim emanare feruidarum aquarum, vt cum tactu intolerabiles ſint, ac iniecta ſtetim animalia depilent, ac eneruent, ſecus ipſa littora, longo tractu, quà via tranſit, per calidas aquas ambulare, qui tranſeunt, coguntur. Feruida ex medio amne.

De ſulphuris aquis naturaliter calidis in quarto gradu.
Cap. X.

POSTQVAM bullientium aquarum vidimus naturam, & per ea quæ hactenus de natura ignis terreſtris dicta ſunt, clarè patet rationes quam ob rem caloris eius ſubterranei varium ſit temperamentum, igneum calidum, & minus calidum, prout fomes ipſius, ac diſpoſitio, aut locus, ac diſtantia tulerit; iam neceſſarium eſt has temperamentorum diuerſitates, quas habet in aquis proſequi. in quibus tota ratio, ac ſumma vtilitatis Thermarum conſiſtit. Diſtinguemus autem has per gradus ſuos; nam à quarto, ſupremoque gradu caloris incipientes, proſequemur ad vltimum, vſque ad eas aquas, quæ nec vllum obtinent gradum caloris. Horum verò graduum non tam quærenda hic exacta ratio, ac diſtinctio eſt, iam ſatis in vniuerſum explicata ſecundo libro; quàm in ſingularibus ipſis aquarum venis, eſt contemplanda. Hoc excepto, quod gradus pro fomitis quantitate, ac virtute caloris diſtingui debent, qui aquas ipſas inalterat, ac ſenſuum teſtimonio iudicatur. Caloris autem intelligendum actualis ſimul, ac potentialis in vnoquoque temperamento aquæ: Nam, Thermæ ſunt per calidum actuale; quod ſi ſecluſum intelligatur, (vt minus conſideratè crediderunt quidam, ac ſcripſerunt) Thermæ non eſſent Thermæ. Ergo quæ multo admodum calore prædita inuenimus balnea, & quæ ferè tactu non tolerentur, ea quarto gradu calida (vt ſolent Phyſici medecinarum gradus conſtituere) definiemus. Vehementer autem calida, ſed qualitate tamen tolerabili, in tertio: quæ clementius agunt in ſecundo, & quæ blandiſſimè tandem in primo gradu, ac temperato conſtituemus, habita ſimiliter cum medicis ratione latitudinis in quoque gradu, vtrùm in principio, an in fine, an in medio eius gradus intelligatur. Vnde nullum diſſidium ſit, ſi quæ vel in primo, vel in ſecundo cenſeatur gradu, quod idem ſit terminus primi, & ſecundi gradus principium. calidæ ergo aquæ in latitudine quarti ordinis, qui ſupremus eſt; proximè ad ardentes, mereq. igneas aquas accedunt, ac parum vtræque differunt inter ſe; niſi quod exactè feruidæ ſenſum deſtruunt, quare in cenſu balnearum non computantur: quarto autem gradu calidæ, tolerantur tactu, quanquam vehementes ſint, ac vtiliores ſi deriuentur in balneas. Et tunc quantum amittunt de actuali caliditate, quæ eſt in fonte proprio, tantò agunt mitius, ac minori etiam æſtimantur gradu: cùm ſint quæ deriuatæ, ac frigefactæ etiam, vim ſeruant calorificam, qualem habet lixiuium, quæ nimirùm fortem ſuſceperunt ignis impreſſionem in ſulphure, atque cinere. & contrà, aliæ, quæ calidiſſimæ è fonte manantes, ad ſuperficiem tamen balnei mites ſunt, & potentia frigidæ. Quæ hoc ergo gradu conſtituuntur, valde exſiccant, & calfaciunt; penetrant, ac celeriter digerunt. Frigidiſſimis idcirco paſſionibus, humidiſq. concedendæ, viribus fortibus. Minus conſulendæ tamen naturis frigidis: minimè omnium calidis, ac ſiccis. Quarum iam præclara aliqua conſcribemus exempla.

Calor in Thermis qui intelligantur. Graduum cenſura, & latitudines.

Quarto gradu calidorum operationes.

Bulla aqua ad Puteolos.

IN Puteolano, dextro receſſu ſudatorijs, quod paulò ante deſcripſimus, eſt balneum, quod vulgò Bulla, quaſi Aqua bulliens, appellatur, ob ſoli non mirum feruidi naturam, quamobrem & ſerpentibus paſſim ſcatet, & (vt narrat quidam auctor de Balneis Puteolanis ad PIVM II. Pontificem) id vulgari conſtat experimento, nam facta ſcrobe, ac ſuperinfuſa aqua frigida, citò concaleſcit, virtutemque fermè acquirit ſulphuream. Quam ob rem, vt conſonum rationi ſit, feruere hic ignem impenſiùs; hæ aquæ, perinde ac è fornace funderent, ingenti cum fragore exiliunt, aëremque, vndique ſecus, denſa admodum caligine obnubilant, quam ſuperuolantes aues euitant, ceù aduerſiſſimam. Taxatur autem hæc aqua à medicis ad quartum vſque caliditatis gradum, quæ deducta ad priuatos vſus in balneis, mirificè frigidis omnibus capitis affectibus, iuncturarumq. opitulatur. Subtilis verò eſſentiæ cùm ſit, ac digerentis facultatis, eam propterea nitri atque æris obtinere miſturam conijcio: quod & ipſius balnei operationes oſtendunt, nam aurium, oculorumque affectibus medetur, & tam vſu balnei, quam duccia, ſi ad ducciam

Natura.

Electio. pſretur. Nutritoria inſtrumenta corroborat, ſplenem attenuat, vterum abſtergit flatibus diſcuſſis. Vere atque autumno vtile.

Aquæ Caię in Viterbienſi.

In Viterbienſi autem, nec longè à Bullicani feruoribus, ſcatet aqua Caiæ, quæ & de Valle Caini vulgo appellatur. quo nomine perperam hanc quandam cum Baianis comparatam legunt in Strabone libro v. vbi Baias habet, non Caias. Quod nomen haud dubiè poſterius eſt, ac tota ea Vallis, in cuius ora hæc aqua oritur, ac vicina illi planicies, etiã nunc vulgo à Caino nuncupatur. Non minus verò conſideratione dignum eſt, quod Sauonarola hanc ad quartum gradum calidam ſtatuerit: qui error vel vſu ipſo familiari, ac ſuis herbis, redarguitur, quando ad illum fœminarum præcipuè aſſeueret hanc aquam probari, Bal. dominarum. ac Dominarum propterea vocari balneum. quibus alioqui non acres, nec vehementi calore, ſed remiſſæ, ac mites (vt in balneis Aponi dictum eſt) commendari ſolent. Quales iſtæ ſunt, non admodum à Grottæ aquis differentes, & tam potibus ſimiliter, quam balneis vtiles. Ea tranſuerſis enim ac minus diſpoſitis ad calorem cuniculis emanentes, remittunt quali- Minera. tatem, & ad ſecundum vſq. attingunt caloris gradum. Sulphureæ verò, & affinis naturæ cùm ſint alijs hic adnaſcentibus balneis, ac præter ſulphuris vires, adſtringant, ac corroborent; in eam venio ſententiam, vt non ſine ferri, atq. aluminis miſtione ſint, & quæ vterinis maxi- Vſus, & operationes. mè faciant affectibus. Nam menſtrua primis ſtatim diebus ebibitæ prouocant, exſiccant ac firmant vteri lubricitatem. quibus ſanè operationibus rectè quidam exiſtimant has etiã ſterilitatem emendare. Confirmant & reliqua viſcera in balneis, lienis diſcutiunt tumores, iliacos mitigant, ac iſchiadicos dolores, neruorum, ac iuncturarum exſiccant humiditates. Cumq. has aquas quidam, poſt aliarum aquarum vſum in potibus exhibendas conſuluerint, quod fortius nonnihil, ac paucis ſumptis poculis operari ſoleant; obſcurauerit alioqui iſtarum vſum aqua Grottæ hic nobiliſſima, qua & in caſibus prædictis mu- Electio. lierum optimè vtimur. Temperatis temporibus eliguntur.

Calidarum communis cenſura in ænaria inſulta, & à ſpelunca aqua.

A Puteolis autem non plus decem millibus paſſ. eſt Aenaria inſula, quam antiquis Græcis Pythecuſam, poſteris verò Iſchiam dictam, veriſimile putat Strabo terræmotib. olim fuiſſe à Puteolano, ac vicino Miſeno abiunctam, & poſt crebram ex incendijs reiectationem cinerum excreuiſſe in inſulam. Quæ eadem participans natura ſoli ſulphuroſa, ac igni ido- Cremata. nea, ob temporanea, quæ (vti diximus) pati ſæpè conſueuit incendia, Cremata adhuc inſulanis quodam loco dicitur. alumine item ferro, atque auri metallis, generoſa, ac calentibus multifariam aquis abundans. Præcipuè verò hoc noſtro tempore, & pro vicinitate Neapolitanæ vrbis, & pro illuſtrium ex ea virorum frequentia, amœnis adeo diuerſorijs, ac villis exculta habetur, ac locis balnearum partim recognitis, partim nouis exploratis, Bal. nume Iulij Iaſolini peregregij anatomes, & harum balnearum ſcriptoris induſtria, vt illis hiſtorijs ad hæc noſtra inſtituta adhibitis, nihil ad rei balneariæ vſum ſit vlterius deſiderandum. Ingens verò, ac triginta & amplius cum earum inuentus ſit numerus, equidem breuitatis ſtudio, cui maximè intendimus, ſat habuero noſtræ huic tractationi, ſingularia pleraq. ſub communibus generibus comprehendere, vnde alia loca ſint potibus conſtituta, alia balneis, ac duccijs, alia ſudationibus, aut luto, aut arenationi idonea. Quæ verò vſu vario, ac digna magis viſa ſunt hiſtoria, Spelunca in primis eſt, deinde Coctum nuncupatum, & ſuum Sudatorium, Caſtilionis aqua, Fontana, Furnelli, Gurgitelli, Vlmitellæ. Nitroſa quædam, & in potibus præcipua, Succellaria, Plaga, & de Saxo dictum, Sanctæ Mariæ alterum, Cytharæ, & Doiani, Callæ, & Callaturæ, Soliciti, quæ omnia Ioannes Elyſius recenſuit. & quæ cum his aut reſtituta, aut nouiter comperta ab eodem Iaſolino erunt, Nouæ Arenationes, Speluncæ aqua. & noua Sudatoria, Iouiani olim Pontani balneum, & ſtomaticum dictum. Sub hoc ergo impensè calidarum genere, inſignis admodum feruoris eſt aqua Speluncæ nuncupata, quæ celeri lapſu è ſuperno ſcopuli vertice in mare excurrens, dulcis limpida, nec vlla ingrata qualitate percipitur, niſi immoderato calore, ob quem nihil retepeſcat, intollerabis eſt. Vſurpatur autem in balneis, atque vſu ducciæ vtiliter, omni rheumati idonea, neruorum, artuum, ac iuncturarum dolori. Nec minus ad frigidas facit, ac flatuoſas viſcerum affectiones in potibus, primo vere, atque autumno.

Arenatio in Aenaria inſula.

PRONE has aquas Speluncæ dictas in Aenaria, eſt vſus Arenationis, cui fortaſſe parem facultatem non inuenies in tota Italia. Siquidem natura ſoli ſponte calida, ac ſicca cùm ſit, totaq. (vti diximus) materiæ ſulphureæ, ac aluminoſæ diſcuſſoriam obtinet virtutem egregiam. Quam obrem, defoſſa ad genu ſcrobe, calenti puluere ægri obruuntur, tecto tamen ſub tuguriolo capite, ac mutato ſæpius puluere vbi refrixerit. Iuuat hydropicos ſuprà omne remedium, podagricos tumores diſcutit, hyſtericas ventre inflato mulieres ſanat, artuum tumores reſoluit. Paralyſim firmat, neruorum contractiones, quæ ex humiditate, ac frigiditate pendent, diſtendit, omni frigidæ, ac humidæ intemperiei conuenit. Aeſtate ineunte, ac autumno, nam ſub maximis feruoribus tolerari non poteſt. Inter alia porrò loca nouiter reperta, ac arenationi idonea, vna quidem arenatio ad Pantellum eſt dicta, altera Sanctæ Reſtitutæ, cum eius nominis balneo, & tertia Sancti Angeli, vbi & Sudatorium nouum.

Scrobes medicatę

Electio

Arenationes aliæ.

Burmienſes aquæ calidæ.

AD radices autem Addulæ montis, ex quo longo tractu in Germaniam Rhenus, in Italiam verò Abdua fluuius illabitur, centum ferè millibus paſſ. à Como, inter Abduam ipſum, & Burmium caſtellum, calentes quædam aquæ è iugi infrà lapide præcipitant, adeo feruidæ, vt quantumuis ad gelidum Bootem vergant, algeantq. cuncta eo loco viuentia, ſint tamen intollerabiles, confectaq. protinus animalia ad medullas vſque conficiant. Sed enim ad commodos deductæ languentium vſus, vel breuiſſimo loci, ac ambientis aeris frigidi ſpatio retepeſcunt. Ad quas propterea conſueti ſunt finitimi eius regionis Heluetici annuos commeatus afferre, ac ſani etiam in delitijs, ſua illic ſympoſita, ſaltuſq. exercere. Quo exemplo planè patet, in communibus aquarum iudicijs, quòd quantumcumque è proprio fonte emanant calidæ, ex quaque poſtmodum occaſione remittunt feruoris gradum, vt in temperatis etiam cenſendæ ſint. Cæterùm pro actuali calore, excepta illa nitri miſtura, hæ aquæ Bullicanis Viterbij eſſent perſimiles, odore, colore, ſapore, operationibuſq. vt diutina eas experientia à P. Paulo Parauicino Nouocomenſe medico comprobatas accepimus. Sumuntur in balneis vt ſulphuratæ, ac admodum calidæ reliquiæ, Idq. magnis caloribus: vel ſi minùs ver importunum extiterit, regione alioqui frigida, ab vltimo vere ad totam vſq. caniculam.

Natura

Electio

Balnea in Gallia.

GALLIA quoque regio aquis vberrima eſt: quippe duplici mari clauſa; mediterraneo infra, ſuprà Anglico, atque hinc & hinc quaſi vallata montibus, rigidis quidem Alpibus ab Italia, magnis verò Pyreneis ab Hiſpania, æquis ferè vtrinque ſpatijs; paſſim naſcentibus aquis diluitur. Amæniſſimi in ea lacus quamplurimi, magni verò, ac nauigabiles fluuij, ac paſſim riui, & aquæ medicatę non paucæ, quas illuſtrabimus. Prima quidem in Aquitaniæ finibus, haud longè à Garumnæ fontibus iuxtà Toloſam Aqua calida, cum eius nominis oppido, & vltrà ad radices Pyrenei montis, quà ad mare Aquitanicum pertingit, ſunt Aquæ item calidæ Vrbs, ſic à Ptolomæi vſque temporibus, pro harum aquarum celebritate nominata, quæ nunc Baiona dicitur, ac eædem citantur à Plinio ad Tarbem, ſeu Tarbellim. In Lothoringis porrò celeberrima balnea, quæ inter plumbeas aquas deſcribentur. In Delphinatu, cum nonnullæ narrandæ ſint, iuxtà Granopolim ad tres leucas emenare calidas accepimus, ex quibus & flammæ ignis noctù præſertim clamabant, eiuſdem (vt nomen ducat Grani cum Aquiſgrani) originis. Calidiſſimæ item ad Borbonium Ancerici. Citeriùs verò tractu Italico, quà Sabaudia incipit, Ais ſic dicta ab aquis calidis. Aquæ item Sextiæ in Prouincia Narbonenſi, & Tungrim in Burgundia antiquæ laudis, vbi & Salinæ, quæ ſuis locis deſcribentur.

Aquę cal. vrbs,

Aquę cal. altera.

Ad Tarbē plin.

In Delphinatu ignis

Balnea ad Borbonium Ancerici.

SINGVLARES verò admodum vſu balnei prodiderunt aquas iuniores Galli authores in Aruernis, vbi Ligeris fluuius, nunc Loire: qui nunc bailiuatus Heduenſis dicitur, ad ſuburbia Borbonij Ancerici. Putat Bartholomæus Burgundus, qui cumulatiſſimè de rerum, & mundi gloria, & de rebus Galliæ ſcripſit; eas primùm C. Cæſarem, dum aſſiduè cum his populis bella gereret, in balneis recepiſſe. Quod vetuſtiſſima hic Thermarum moles videtur oſtendere, quarum nos hiſtoriam hic ex doctiſſimis Guilelmi Philandri commentarijs ſuper Vitruuium, ita deſcribimus. In ciuitate (inquit) varijs locis erumpit magna vis aquæ calidiſſimæ. Præcipua ſcaturigo ſtatim cum in lacum decidit, per ſpecum

Ligeris flu.

in publicum ſubdiale lauacrum deriuatur, quod amplè patet, ac plus quingentorum hominum eſt capax. Alias verò priuatæ domus, ac diuerſoria, quæ maximè vicina ſunt, ſibi concipiunt. Itaque prius in Caldaria, ideſt Sudatorias cellas, aperto per latus alterum canali profluens eo calidiſſimo complent vapore. Inde in balneas confluunt. Liberum tibi eſt vero velis modo ſudare: ſed haud ſcio, an niſi magno cum periculo in caldarijs perſiſtere poſſis, ob æſtum, qui ſolo hoſtiolo quo clauditur remeat. Vſus verò earum aquarum multiplex eſt: vt quæ præter balneas, plura præſtent tùm priuata, tùm publica opera, fullonibus præcipuè vtiles: quin & coquendis cibis, adeò nihil inamœni ſaporis habent. Hæc ille. Nunc quæ ad rem medicam pertinent, conſidero aquas actu calidas, & quæ vbi vbi primo ſcaturiant, (vt nobiles indigenæ mihi narrant) vix tactui tolerabiles ſunt, ac longè fumantes, nec Viterbienſi Bullicano diſſimilea. Quo fit, vt coquendis ouis vſurpentur, expilantes, & quæcunque in ipſis aliquandiu commiſſa fuerint animalia eneruantes. Longius verò deductæ à fonte, pro ſynceritate ſubſtantiæ, qua panibus conficiendis, coquendiſq. edulijs recipiuntur (quanquam in eduliia eas damnauerim) maiorem eas, puramq. exhalationem à ſubiecto illuc igne recipere exiſtimo, quam materiam ſulphurum. Itaque virtutem habere ſicut non admodum exiccandi: ita quæ egregiæ ſubtilitatis, & caliditatis ſunt, aperiendi, attenuandi, & admodum digerendi. Adeoq. non ſolum in balneia ad poſterum recipiendas conſulo, ſed & in conſperſionibus quoque ex alto fiendas, vti moria eſt in alijs ſimilibus. Nec minus illutamentis ex profundo limo idoneas, frigidis omnino naturis, iiſdemq. paſſionibus, maximè inueteratis perutiles, per æſtatem, & vltra ſolſtitium.

Sudatoria. Natura. Vſus. Electio.

Sulphuratæ ſub Maguntia aquæ.

MVLTA verò eſt in balneis Germaniæ laus: natura, inſtituto, authoritate ſuorum ſcriptorum, qui omni æuo, atque hoc maximè, res patrias illuſtrarunt. Quippe agro ampliſſimo, eoque fœcundiſſimo metallis, ſulphure, & cunctis alijs mineris, vbertate quoque aquarum, paſſim fluminibus, riuiſq. ſuper omnem Europæ terram diluitur. Antiquis verò moribus cùm poſt Romanum Imperium fuerit ſemper illuſtris: inſtituta præcipuè illa veterum noſtrorum in ſtuphis ſuis æmulata eſt, & in Thermis naturalibus, quas narrabimus. Inſignes verò ob feruòrem primum, nec minus ſalubres, ſunt quædam ad Maguntiam aquæ, quas Mattiacas veteres appellarunt, vt Plinius. ſunt Mattiaci fontes (inquit) calidi in Germania trans Rhenum, quorum hauſtus triduò feruet. Prodeunt autem (vt de eis nunc quidam mentionem faciunt) ex ignitis terrarum latebris ſub edito colle, natura, & actu calidæ in tantum, vt ſi quæ aliæ feruentes depilent, proiectaq. aut oua, aut animalia quamcitò excoquant. Mineram tamen ſulphuream quidem; cæterum alumine, ac modico item Nitro eſſe admiſtam. Cutis morbis medentur, quanquam exaſperant valde, trahentes ex alto ad ſuperficiem, atque exiccantes. Digerunt, ac diſſoluunt, omni humidæ exuberantiæ, frigidiſq. tumoribus vtiles; & contrà ſiccis, bilioſiſq. inutiles. Temperatis ſimiliter temporibus eligendæ.

Mattiacæ aquæ. Minera. Operatio nes.

Badeniæ in Helueticis.

AD oppidum Bada in Heluetiçis, quod à balneia eo idiomate nomen accepit, iuxtà Limagum amnem, decem circiter milla paſſ. à Tiguro eius regionia metropoli, medicatæ aquæ admodum calidæ habentur. Quas antiquiſſimi fuiſſe vſua, Corn. Tacitus, qui hæc diù loca incoluit, atteſtatur. Aquas (inquit) hæc ciuitas habet, & arcem munitiſſimam iuxtà præterfluentem amnem, fonteſq. calidos, qui citrà, & vltrà flumen erumpunt, immò & in ipſo flumine, quarum calor in ſcatebris ipſis tantus eſt, vt nudo corpore ferre nequeas. Ex veterum autem monumentis hic multis repertis, Octauiani præſertim, Veſpaſiani, ac Decij Impp. edita tùm primum hic balnea fuiſſe creditur, ac poſteria ſeculis inſtaurata. Habent autem ad vſum diuerſoria ſatis commoda, in quibus pro ſoluta regionia eiua libertate, promiſcuè & viri & fæmellæ conueniunt, ac lauantur. Minera à prædominio ſulphurea ponitur, nam præter ipſum aquarum feruorem, ſcobea ex eis per autumnum excerni ſolent, quæ reſiccata veluti cinis, leui ignis contactu incenduntur. Deinde aluminoſa. Cùm verò ab operationibus ſenſoria iuuent, ac in primis oculos; qualemcunque æris portionem inter has mineras admiſtam eſſe exiſtimo. Cæterùm vſua in hoc genere ſulphuroſo ſaluberrimi ſunt, frigidia maximè atque humidis naturis, & paſſionibus vtiles, mulieribusq. ſpeciali virtute, quas fœcundas reddunt. Extat autem ad hunc vſum in ſcenſu balnei lapis in medio concauus, in quo aſſolent ſteriles aliquantiſper tenere pedes, hoc ſibi ad fœcunditatem facere perſuaſæ. Calfaciunt in ſuis potentijs (vt ſcribunt quidam) exiccant, ac ex alumine corroborant. Faciunt idcirco ad imbecillitatem ventriculi,

Limagus flu. Minera. Vſus. Operatio nes.

triculi, iecoris tollunt, ac lienis obſtructiones, detenſos menſes, & ſuppreſſas id genus purgationes prouocant. Aquæ de cætero non adeo in potibus concedendæ, cùm lentè ſoluant: Maio, ac Iunio, ob inſignem earum calorem magis eligibiles. Electio.

Balnea Caroli IIII. in Bohemia.

CAROLI Quarti cognomento appellantur balneæ quædam in Bohemia (vt iuniores quidam Germani ſcribunt) ſingularis illius qualitatis, ac feruoris, vt iniectas quaſcunque animantes quamprimùm glabras reddant, ac à medullis eneruent. Quæ tamen, ſicut in eiuſmodi alijs intemperatis fieri ſolet, per ſuos canales in propinquum alueum deductæ, vtiliter in balneis ſumuntur: calfaciendo idoneæ, exiccando, digerendo, & quæ de quarundam ſimilium virtutibus iam ſcripſimus. Temperatis ſimiliter temporibus. Electio.

Reliquarum in quarto communis cenſura.

HAS, quæ hactenus recenſitæ ſunt aquæ in quarto ordine, & aliæ ſimiles vehementer calidæ, quæ fortè etiam ſub cenſu aliorum generum, ac minerarum veniunt recenſendæ; ſine vllo ſtyli noſtri, aut doctrinæ flagitio licebit, & in tertio gradu calidarum collocare. Quanquam enim non deſint in natura extremè calidæ, & ardentes ſuis fontibus aquæ, vt Sulphuraria Puteolis, Purgatorium, & non difficilè intimè ardens Bullicanum; penes illam tamen iam conſtitutam graduum latitudinem, quæ proximè enarratæ ſunt feruidæ, & tamen tolerabiles in balneis, vt Caroli IIII. aquæ, Badeniæ in Heluetijs, ſub Maguntia, ad Borbonium, ad Burmiam, Viterbienſes nonnullæ, & ſi quæ aliæ ſunt ſimiles, & in balneis vtiles, has non extremè in quarto, ita & in principio tertij cenſus placebit collocare. Horum enim graduum non tam exquiſitam ſupponimus rationem, quàm vt certæ ſint claſſes, ſub quibus conſimiles, vel plus minus differentes in gradu caloris aquæ poſſent ad vſum conuenienter adnecti, quam limitationem, & in cæteris gradibus volumus intelligendam.

Gradum in calore aquarum limitato.

De Sulphuratis, & calidis aquis in tertio gradu. *Cap. XI.*

IN communi cenſu, ex bullientibus aquis, alias diximus pro ſummo feruore intolerabiles; quæ nimirùm calores ignis ſtatim in pingui ipſa materia in ſulphuris, planeq. ardenti certis locis conciperent. Alias feruidas quidem, ſed quæ vel deductæ à fontibus, vel alia ratione ſint vtiles. Nunc hiſce affines, ſed ſua natura tolerabiles aquas ſub hac Tertij ordinis cenſura enarraturi ſumus. Sanè vehementer calidas; ſed quæ tamen aut pro diſtantia loci, aut pro diuiti magis vena aquarum ipſarum, quam caloris, aut pro miſtura aliqua alterius mineræ cum ſulphure, non adeo tactui ſunt acres. Quam obrem non incommodæ huius generis aquæ ad vſum balnei reperientur; ac ijs maximè, qui vel pro affectu, vel pro frigida in totum temperie tales aquas, ac expeditam operationem deſiderant. Minus idoneæ in potibus medicatis. Commodiſſimæ verò in Sudationibus, quæ, & Laconico in Thermis reſpondere poterunt. Exiccant intensè, & calfaciunt valdè ac celeriter digerunt: vnde ad frigidas omnes corporis affectiones, maximè verò cutis rectè in balneis ſumuntur. Omnem ſcabiem vigintiquatuor horarum ſpatio delent, pruritum mitigant, lepram, ac elephantiaſim, cæteris debitè præmiſſis, ſanant. Iecoris frigidam intemperiem, ac informem cachexiam emendant, hydropiſim extenuant. Flatus diſcutiunt, ac inde natos tam colicos, quàm vterinos dolores ſedant. Fœcundas ex ea cauſſa reddunt mulieres, vteri mollificant duritias, ſi præſertim ex bitumine vim quandam obtineant emolliendi: inanem impregnationem, quam molam dicunt, exinaniunt. Faciunt ad tophos iuncturarum exterendos, cænoſo præſertim ipſarum aquarū ſedimento ipſis adhibito. Minus conueniunt adeo calidæ aquæ doloribus iuncturarum, niſi exactè frigidis: non neruis debilibus, non podagræ incipienti, non calidæ in totum, nec impuro exiſtente corpore. Minimè conſtruunt vſu ducciæ capitibus natura calidis; quod ex Archigene in VI. de ſanitate tu. Galenus recenſuit. Inutiles communiter ſunt calidis, & cholericis naturis, aduſtis, pueris, per infirmitatem euiratis, ægrè coëuntibus, ſanguinis profluuio vndecunque obnoxij. Et in ſumma nulli calidæ intemperantiæ conueniunt, & omnium minimè febribus.

Operationes.

Nocumenta.

Hetruriæ balnea.

PRIMA autem hoc in genere commemorabimus aliqua Hetruriæ balnea. Vtpote quæ regio nobiliſſima, quà longè ac latè patet per Appenninum, ac Tyberim ad fines vſq; Liguriæ, & ſecus mare vſque ad inſulas, quæ ipſi maritimè adiacent, Ilua, atque Igilium

fœcundiſſima omniquaq; eſt multis generibus metallorum. Quam ob cauſſam, & balneis eam abundare ſuper cæteras Italiæ terras indicauit Vitruuius: Tellus inquit aprica ſub meridie, fœta intus caloribus, mineriſq. ſulphuris, aluminis, chalcanthi. Et præterea metallis hodie diues, ferri, æris, antimonij, atq; argenti, aquæ vario fomite, ac miſtione illabentes exinde aquas afficiunt. Præcipuè verò Thinni montes, qui ab Apennino ad mare vſque Senenſem diuidunt agrum, metallorum omni genere abundant, nec minus varia ſobole lapidum precioſorum fœcundi, Cryſtallo, Iaſpide, Calcedonio, Corneolo, & Alabaſtrite albiſſimo. Vnde in tota Italia non reperies tot alia genera aquarum, quot habet ſola Hetruria, eaq. ſingularium facultatum. Quin immò veriſimile ſit, vt cùm ipſi Hetruriæ prima referatur humanæ vitæ cultus diſciplina in Italia; veri inquam ſimile ſit ob eam balnearũ, quas habet copiam, hunc quoq; ritum in ea primò fuiſſe inſtitutum. Quod & M. Varro in analogijs rerum antiquarum indicaſſe videtur; nec minus clara, quæ aliquarum ipſarum mentio habetur in monumentis antiquis confirmat, quas narrabimus, Cluſinas balneas, Piſanas calidas aquas, Tuſcias, Nepeſinas, Veſicarias, de Ruſellis etiam Thermas, ac Saturniç, quæ antiquiſſimæ fuerunt Lucumonum ciuitates. Aliæ verò quæ ſunt hodie celeberrimæ in hac prouincia, & quæ vetus fortaſſe amiſerunt nomen; in agro Senenſi narrabuntur complures, ac variæ naturæ: plures in Piſano, in Lucenſi, in Volaterrano, in Viterbienſi: plus quinquaginta in totum, præter incognitas ſcatebras.

Balnearũ primũ inſtitutum in Hetruria.

Balneum Regis ad Montem æretumnum in Senenſi.

DE natura autem metallorum tam varia, ac de ritu ipſo vetuſtiſſimo balnearum, præclara exempla habentur in agro Senenſi. Ac inter alia loca extant ab ora maritima x. milliar. paſſ. ſub Maſſetana diœceſi, duo oppida, quæ à metallis obtinent nomen, Mons æreus, & Mons Æretumnus. De quibus legi equidem in annalibus almi Xenodochij Senẽſ, in agro Montis æris argenteas fodinas inuentas Anno M. C. LXXXI. à Petro quondam Calano, natione Gallo, dum per illos ſaltus venaretur: eaſque eum, ac Succeſſores eius publico permiſſu decreto multis annis elaboraſſe. Quod vaſtæ ibi montium cauernæ oſtendunt, ac crypta inter alias profundiſſima ad decem milliaria penetrans. Eaidem ſitu occidentali, quadraginta circiter ſtadijs ſub oppido Montis Aeretumni, Argenti habentur fodinæ, ex quibus rudes Antimonij glebæ eruuntur, Ferri, atq; æris ſub Fracta oppido metalla, nec minus Nitri, & Sulphuris pallidi ſilebræ. Vetuſtiſſima verò balnearum monumenta, nam quinq; inſtà milliaribus, adhuc balnei in quadrum extat forma, quod permagni cuiuſdam ædificij veſtigijs, & ſuper hominum memoriam, balneum Regis, etiammum ab incolis vocitatur corrupta (vt ego arbitror) eius nominis etymologia à voce antiqua ęris, vt caſtra quoq; ipſa idem ſeruant cognomentum, cum ipſarum aquarum receptaculo ampliſſimo, fornicato opere, quod Regis pari æquiuocatione vocant dolium. Quod tamen balneum iamdiu admodum neglectum, ac ſordidum, aquas mittit inter rudes ſulphuris glebas adeò calidas, ac exiccantes, vt trium dierum ſpatio omnem ſcabiem (cuius maximè cauſſa recipitur) exiccet, atq; perſanet. Digna profectò, tam balneum, quam metalla ipſa, quæ adhibita aliqua Principum cura recognoſcantur, ac reſtaurentur.

Metalla inuēta in Senenſi.

Balneum Regis, ſiue æris.

Dolium Regis.

Vſus.

Balneum Petrioli

AD viam Roſſam, quæ ſanè olim ad Ruſellas, nunc Roſſetum ducit in maritima Senarũ, 15. millibus paſſ. inter iuga montium, qui à Strabone Thymi appellantur, ſedet Petriolum caſtellum, cui (ni fallor) à pingui ſulphure, ac terreni quo luxuriat qualitate, nomen primò inditum videtur fuiſſe Petroleo. Cæterùm pro loci aſperitate, multis à natura dotibus compenſatur, cùm mineralium diuerſorum fodinis, ac ſulphuris; tùm aquarum præcipuè medicatarum vbertate, quas dulces aliquas, admiſtas verò plurimas, ac ſulphureas, ſolerti hac diſpenſatione natura viſa eſt cum ſulphure commiſcere, vt aliæ in balneis ſint celebres, aliæ ad vſum Ducciæ, aliæ in delicijs, & aliæ, quę cæteris mitiores ſunt, in potibus medicatis ſumantur. Extant verò adhuc de antiqua earum celebritate veſtigia aliqua; inter alia verò PII. II. Pontificis porticus, alueiq. quos ad proprios balnearum vſus ex tempore conſtrui fecit, iuxtaq. ſatis commoda hoſpitia. Minera autem communiter ſulphurea cùm ſit, ac aliqua ex parte aluminoſa; prima tamen lacuna, vnde ſulphur excoquunt, ſulphuratiſſima eſt, ac vltra tertium gradum (vt eam Sauonarola taxauit) calida & ſicca, groſſæ ſubſtantiæ, atq; caloris actualis admodum digerentis. Innatat autem his aquis vnctuoſum id genus liquamen, quod reſiccatum merum ſulphur eſt. Aqua colore ſubuiridis, ad imumq. cærulea, odore ingrata, ſapore exiccans, ventribus rudis, & cutim exaſperans. Cæterùm hoc balneũ ad omnes morbos, quos ſulphuratę intenſo gradu aliæ ſanare promittunt, à frigiditate inquã & humiditate ſientes, conferti. Viſcerũ flatus diſcutit, tumoreſq. inhibet. Lienis eiuſmodi morbis,

Petroleũ caſtellũ.

Minera.

Vtilitates in balneis.

aeque

atq; hepatis medetur, nec minus podagricis, iſchiadicis, atq; humidis artheticis. Omnem ſcabiem breui ſpatio exterit, inueterata, ac manantia vlcera perſanat. Gracilibus ob incenſam qualitatem, atq; imbecillis, calidis, ac ſiccis naturis non ſine exacto iudicio concedendum. Maximè in aſperſionibus ſub duccia, quæ frigidis alioqui naturis, iiſdemq; affectibus ſurditati, aurium tinnitui, tremori, paralyſi, comitiali morbo, idque genus alijs miras promittit vtilitates. Temperatis duntaxat temporibus, vt infraſcripta alia balnea ineundum, & bene purgato corpore.

Nocumẽta.
Ducciæ vius.
Electio.

Balneum de lapidibus, & alia ſub Petriolo.

Svb Petrioli balneum, quod principale eſt, ac ipſiſſimum cum feruore euomit Sulphur, ſunt præterea ſeptem circiter alij fontes, qui remiſſo plus minus caloris gradu, varios præſtant vſus. Temperatum verò magis, nec minoris virtutis, quàm prædictum, perhibetur balneum, quod de lapidibus nuncupatur. Sulphureum id quidem natura, ſed cum quadam ferri miſtione, ac tam leni calore, vt quibus balneo tam generoſo Petrioli vtendum eſſet, hoc primum tribus, aut quatuor diebus, donec aſſueſcerent, ingredi conſuetum eſſet. Quare cùm frigidis, humidiſq. naturis, etiam debilibus commendetur; vim quoq; aliquam, ex ferri participatione, obtinet roborandi, hepati, lieni, cæteriſq. viſceribus non inutilem. Pariter ob mediocrem temperiem, primis diebus adgredi erat ſolitum balneum Temperatum, Tertium de Cornettis, & Quartum, quod erat iuxta fluuium, Farina nuncupatum, nunc verò omiſſa omnia.

Vſus.
Bal. Temperatum.
Baln. de Cornettis.
Baln. Farina.

Balneum de Duccijs, & reliqua ſub Petriolo.

Ob copiam, ac variam (vt dixi) temperiem, qua natura has Petrioli aquas egregiè dotauerat; prudentiſſimè viri Senẽſes, ac Medici tam celebres, eas ad varia commoda, atq; munia diſtribuerant. Erant enim non ſolùm quas per gradus caloris, aut prius, aut poſteriùs ingredi deberent; ſed etiam aliæ ad delicias conſtitutæ, aliæ ad corniculorum vſum, aliæ ad Ducciam, & aliæ viris, aliæ mulieribus, vtiles. Quæ ſanè commoda cùm pluri ex parte, mutatis rebus, defecerint, ac iaceant loca; non dubito tamen præclaros principes, vt verũ decet patrẽ patriæ, & quæ facilis eſt impenſa, inſtauraturos. Pulchrum erat hic habere Ducciarum duplicem commoditatem. Stabant enim collocatæ à fronte prædictis quatuor balneis, tres Ducciæ, quas nudi homines ſtantes in balneo ſuſcipiebant, aquis admodum calidis, ac Sulphureis, è ſua quaque fiſtula ſalientibus, quæ ipſum faciebant balneum. Altera verò minus ſulphurea aqua influebat ſine balneo ſub domuncula, vbi, qui ita inſtituti eſſent ægrotantes, ſuper ſcamno incubantes, ac leni pileo à dimidia teſta coronati, ſuper commiſſuram duntaxat, vel ad occipitium cadentes aquas reciperent, breui infrà canaliculo in communem lacunam ſubeuntes. Ad eaſdem vtraque vtilitates, quas in Duccijs diximus primi balnei.

Ducciarum duplex modus.

Balneum Rapolanum.

Est item in Senenſi duodecimo circiter milliario à ciuitate, vicus perexiguus ad confinia Arretij, quod Rapolanum appellatur, ſulphureis aquarum ſcatebris percelebre. Quare cùm longè vndique, ipſo loci vapore ſulphureo ſentiatur, propius in receſſu quodam ſpiritus ſulphuris exhalant adeo graues, vt niſi quis quantocyus auerſetur, exanimem reddant; quare locus mortiferis ſpectris, foſſa, ac ſentibus præſignatur. Cæterùm ſalubris aëris, periucundiq. per æſtatem diuerſorij, cum balneis eius naturæ calidis, valde vtilibus. Quæ etſi non adeo multum à temperie recedere quibuſdam taxentur; aſperæ tamen, ac ſiccantis admodum facultatis ſentiuntur, cùm ſcabiem quantumuis craſſam, aut putridam, quam celerrimè, (ter inquam, aut quater in balneis adhibitæ) exiccent. Ac vidimus, qui egreſſi à balneo duratis vlcuſculis, plagiſq. ea aſperitate aquarum, quaſi ambuſtis, in reliquum diem angerentur, vnde didicerunt craſſa id genus ſcabie laborantes, totos integros dies ſidere in balneo. donec omnino emundati exirent, ac abirent. Cui vitio ſuccurrere poterunt, facta ſtatim à balneo leni ipſorum vlcerum litura, aut butyro eloto, aut miti aliquo id genus vnguine. Exercent in eo aliqui ducciam, in affectibus frigidis, qui à cerebro fiunt, valde vtilem, ac diſcuſſoriam. Per æſtatis initia vtile, atq; autumno, quando permulti ex conſuetudine, aut deliciarum gratia hoc balneo inoſſensè vtuntur.

Scrobes mali halitus.
Qualitates.
Electio.

Buſſetum bal. Viterbij.

Calidae quoq; admodum, ac ſulphureæ mineræ eſt Buſſetum ſub Viterbio balneum, non ſine quadam ferri atq; æris miſtione. Eſt autem aquæ, præ cæteris ſuis affinibus, tenuiſſima, ac balneo (vt Sauonarola inquit) S. Philippi, perſimilis. Quare in altum penetrat, ce-

Iuuamenta.

rebri frigidis affectibus medetur,neruis,inteſtinis,colico, atq; iliaco dolori, ex flatu, ac frigida præſertim, ac impacta in his locis materia opitulatur. Et præterea ex ea ferri miſtura corroborat,vnde iuncturarum laxitates confirmat, iſchiadicis prodeſt. Vlcera exiccat, œdemata ac ventris inflationes diſcutit,oſſium luxationes fracturaſq. conſolidat,& ad balneo,quàm duccia, (ſi ad ducciam paretur) idoneum. Maximo ad hæc omnia in vſu eſt, ſed vitatur,ob inſignem caliditatem,magnis caloribus.

Electio.

Duccia,ſeu cruciati bal. Viterbij.

AD vſum verò Ducciæ peculiariter ſumitur Cruciati Aqua, quæ ſub tecto balneis de Grotta decem circiter fiſtulis excipitur, cui haud fere diſſimilis eſt. Vtilis & in balneis. Sobſtantia tamen craſſa eſt(Sauonarola)calidaq; vltrà tertij gradus principium,ferro,atque ære admiſta. Sumitur in affectioibus frigidis,ſolutuq. difficillimis capitis,neruorum,articulorum;calfaciendo,exiccando,confortando operatur,paralyſim iuuat, oſſa non benè inſtaurata confirmat,& maligna vlcera perfuſione,& balneo curat. Cauenda tamen capitibus natura calidis,nec non defluxioni admodum obnoxijs. Principio æſtatis vtiles,& poſt æquinoctium autumni.

Electio.

Bal.de Palatij Viterbij.

CVM Alumine verò mineræ qnoque ſulphureum eſt balneum,quod de Palatijs nuncupatur;vbi magnifica balnei peruetuſti,ac Serapidis templi veſtigia apparent,cuius hodie quoque vulgare cognomentum ſeruat. Balneo de monte Grotto, quod eſt in Patauinis aſſimile ponitur, Sauonarola: calfaciens, digerens,ſeroſamq. excrementorum ſobolem,quæ vitio hepatis in totum corporis ambitum diffundi ſolet,valde exſiccans omnem curat ſcabiem, lepram incipientem inhibet, colicos dolores diſcutit, ſoluit flatus, & Hydropem. Immò aſſerunt has aquas experimento, iecur tota ſui forma reſpicere. Eiſdem temporibus eligendum.

Bal. delle Serpe.

Electio.

Bal.Stygiana prope Romam.

STYGIAS quidem Thermas lego in Itinerario Antonini Cæſ. ad fines Tuſciæ, via Aurelia:& balnea Ceretana,vbi olim Cære ſplendida ciuitas Strabone teſte,quæ poſteris Cære vetus dicta,antiquum etiamnum conſeruat nomen,ac vicus Stygianum appellatur: Suntautem in Aruncis, non longè à Tyrrheni littore, ab vrbe autem 28. circiter milliaria: quæ regio haud infœcunda aliquibus mineris videtur, ac Tolpha in primis non longè mons celebris alumine, ac propiùs Monteranum caſtrum, & Eris fluuius ob quandam fortaſſe eius telluris qualitatem æris, & exinde Vicarellum cum fodinis, ac balneis, quas dicemus ſulphureis. Sunt ergo Stygiana balnea,acrium ſanè hoc in genere qualitatum quando ad ſcatebram ipſam vix tolerabiles aquæ ſint, ac tantæ efficaciæ, vt minus vigintiquatuor horarum ſpatio reiteratis pluries balneis, valenter operentur, & tàm delatæ Romam, quàm in proprijs fontibus. Nam exſiccant,digerunt,extenuant,lepram,ſcabiem impetiginem,aliaque id genus per cutim graſſantia vitia delent. Quam ſanè virtutem nomen ipſum STYGIAS ſatis comprobat: vt quæ fortaſſe infernalis Stygiæ paludis vim referat, quo modo feruidos omnes eiuſmodi fontes,& quaſi mirandæ originis inferni ora vocabant, vel Abyſſum. Aut quales iuxtà Sibyllæ Cumeæ antrum (vt meminit Strabo libro 5.) opinati ſunt aquas.quæ quoniam à Cymmerijs emanare ſpeluncis dicerentur,Stygias ſimiliter vocabãt, & propterea omnes ab earum vſu abſtinebant. Cauentur idcirco magnis caloribus: quanquam vbi ad priuata balnea conuehuntur, omni tempore concalefactæ habeantur idoneæ, etiam hieme.

Bal. Ceretana.

Natura.

Operationes.

Stygia palus.

Stygia Sibyllæ Cumanæ.

Tritoli in Baianis Balnea.

BALNEARVM in Baianis,vt fama fuit ab omni ferè æuo percelebris,præclara quidem antiquitatis, ac nobilitatis veſtigia ſunt in balneis Tritoli. Vbi vegeta in primis natura ignis, cuius communes cauſſas ponit Vitruuius lib.6. cap.5. qui aut ex ſulphure,aut alumine,aut bitumine,ſub his collibus loca,vario caloris gradu afficiat. Et ex eo penitiſſimi anfractus, qui partim vapores mittant igneos, colliquantes ceram, ac luminaria extinguentes:partim ſuperne ad cacumina montis faciunt Sudatoria, quæ recenſuimus vtiliſſima: & partim infrà qua ſpecus ad littus patet maris,admodum calidis abundat aquis.quæ perenni vena,& ſub prærupta rupe balnea faciunt,vbi ſemota ab imbribus, & à ventis, & à crebris, etiam, quæ in his partibus contingunt accidentibus, habentur omni tempore vtiliſſima, & percommoda. Tritoli tamen nominis non reperitur antiqua etymologia:niſi corruptam à Tritoli dicamus vocem,cùm doctiſſimis Lombardi ſcholijs:vnde ſicut à vicinis mõtibus, à Gauro

Minera.

Nominis ratio.

Gauro erat Gauranum vinum,& à Falerno Falernum,ſic ab his collibus balanis Trifolinum legimus ſui generis vinum celebre,apud Plinium, & Martialem in Xenijs. & Galenum, qui lib. 5. de tuen. ſan. cap. 5. Trifolinum inter generoſa apud Neapolim vina commemorat. Vſum porrò huius balnei antiquum demonſtrant vetuſta pilarum, ac porticus antè cryptam maritimam veſtigia, & aluei ipſi balnearum. Imaginum etiam appictarum,quæ adhuc extant reliquiæ, necnon vtilitatum inſcriptiones in ſuperiori quoq; ſudatorio, quæ varijs geſtibus, vel notis videbantur proprias paſſionum, quas ſanarent, facultates indicare. Quas proſecuti ſunt poſtea Vgolinus, & item Sauonarola; calfacere,ſiccare, digerere,ſupercutaneis mederi vitijs,coxarum,ac aliarum iunċturarum tumores,ac dolores diſcutere,ſanare podagram, & inflationes ventris, præſertim vteri diſſoluere. Vt nullis balneis ſint poſtponenda,ac vere potiſſimum, & Autumno vtilia.

Facultates, Scoperationes.

Electio.

De ſulphuratis alijs,quæ extent in Baianis.

Inter multas autem aquas, quæ iuxtà Auernum lacum naſcuntur, ſingularium virtutum Sanctæ Crucis balneum perhibetur,quod nuniter reſtitutum accepimus. Præſertim quoniam contractiones omnes,etiam ex vulnere, neruis, aut iuncturis oblæſis, mirificè iuuat: ob quã proprietatem ad pedum,ac manuum vulnera, & diſtentiones,quas ſanat artuũ, nomen,ac inſignia obtinet Sanctæ Crucis. Viſcerum inſuper,ac ventris inflationes,duritias vteri, ac teſticulorum tumores inhibet, podagram diſcutit, omnium tandem valde ſulphurearum vtilitates præſtat. Erat præterea Arcus cognomento balneum, iam penè ſubmerſum, & non longè hinc Arculus dictum ob minorem curuaturam, quod etiamnum eſt reſtitutum, & à Sancta Maria cognominatur; valde calidum, & ad frigidas, humidaſque paſſiones perutile. Duo item vicina nouiter reſtituta, Succellarium, & à Ferro dictum. de cæteris verò, minus etiam calidis; vbi Mons Chriſti nominatur, celebre olim erat balneum cum hoſpitali pro pauperibus, quod idcirco Sancti Nicolai nomen obtinuit: & alterum Sancti Rainerij. Poſteà erat ſpelunca, ſeu ſcrophæ balneum, à ſcrophulis ſanandis, & ad vitia quoque cutis vtile, quod valde feruens ponitur Elyſio. Sanctæ Luciæ item balneum, Sancti Georgij, Palumbarium, Culma, Callatura, Fontana, de Fatis, de Saxo, Solis, & Lunæ, à Petroleo, ac multa alia antiqui vſus balnea. Quæ omnia ſub recenti incendio, quod noſtra ætate contigiſſe diximus, & cum balneis olim celeberrimis Ciceronis, & ad Tres pergulas ſubmerſa iacent. quæ certa ſunt mutationum cunctarum rerum argumenta.

Bal. Sãctæ Crucis.

Arcus, & Arculus.

Bal. in Baianis ſubmerſa.

Balneum Sanctæ Mariæ in balneo.

Ad viam Aemiliam,propè Sarſinam & Ceſenam extat balneum cognomento Sanctæ Mariæ,quod aſſiduo commeatu,ac frequentia quotannis hominum ad balnea, in caſtellum eius cognomenti euaſit. Aqua mineræ ſulphureæ, alumine,ferro,atq; ære participans; quare ad tertium caliditatis gradum à veteribus, Sauonarola quoq; teſte æſtimatur. Facit ad frigidas,atq; humidas ægritudines, calfaciendo, ac digerendo,in cunctiſq. citiùs,quàm Auinionis balneum, quod huic eſt valdè ſimile, operatur. Ex communi verò fonte cùm diuerſa huc deducãtur balnea,alia viris,alia mulieribus,alia alijs tepentiora;inſignes ad vſum Ducciæ laudes obtinent,cerebri affectibus frigidis,nec non articulorum,ac iunctarum vtilia. Deſtillationibus,obſtructis,reſolutis,tremuliſq. opitulantur,ventriculo, hepati, inteſtinis, vtero affectis. Hernias extuberant, œdemata, ac inflata inhibent, & podagricos tumores præſertim laxos primo acceſſu diſſoluunt, dolores, qui conſequi cos ſolent,leniendo. Pruritui, ſcabiei,omnibuſq. intercutancis vitijs medentur. Et (vt ſemel dicam) cum hæc balnea in ſulphureis non admodum calidis, & cum aliqua roborandi virtute, vndecunq; comprobemus,quorundam tamen ibi corrigi volumus auaritiam, qui precio fœdant, diluuntq; medicatas,itaq; inſynceras ægris aliquando miniſtrant. Vltimo vere vtilia ad principium vſque ſolſtitij.

Natura.

Vtilitates.

Electio.

Balneo calida in Corſica.

Adiacet autem Italiæ in Liguſtico mari Corſica Inſula,quam Cyrnon Græci dixere: ſitu quidem montuoſa,ac ſyluoſa; cæterùm pinguibus paſcuis, agriſq, nec non mineris quibuſdam fœcunda,Argenti iuxtà Griſen oppidum,aluminiſque, & ſalis apud Calarim. Scatet & calentibus aquis certis locis. Ad promontorium ſuperum,quò vergit in Hetruriam, quod hodie Caput Corſum appellant,non plus tribus mill.paſſ.à Sancto Florentio oppido, ferri minera luxuriat,quæ tamen adeò eſt dulcis, vt ſine durioris venæ miſtura inualida ſit, quo modo iuſſu olim Genuenſium elaborata,ac probata traditur. Infrà verò Aquæ feruidæ vena eſt,quæ confeſtim pilos,ac plumas iniectis animalibus demolitur,vbi apud Aleriam

fluuium,

Petræ Polæ balnea.

fluuium,duo millia paſſ. à Pronellivico Petræ Polæ balnea celebrantur. Quorum antiquam inſtitutionem planè atteſtatur Aleriæ Coloniæ laus, quæ à Sylla Dictatore deducta, lauticias quoq; Thermarum, vt pleraq; aliæ non in Italia modò fecere, verum etiam in Hiſpania, Gallia, Germania, Græcia, Siciliaq. recepit. Quod nobilia ad has aquas ædificiorum vestigia confirmant, quæ Romano & Græco ritu, ſubterranea camerarum mole, longoq. ordine porticum, lacunam in medio continent, quinquaginta circiter pedum latitudine; quam conſueti ſunt è tota inſula vicatim accedere, ac lauari. Aqua admodum calida, craſſæ ſubſtantiæ, grauis in totum odoris ex ſulphure. Calfacit, exſiccat, digerit, cutim abſtergit, nec mediocriter ex aliqua ferri miſtura corrobat, maximè quæ imbecilla ſunt membra, vel caſu luxata, vel contracta oſſa confirmans. Paralyticos iuuat, neruorum laxitates, ac iuncturas firmat. Circa veris finem, ac æſtatis principium celebratur, vel temperato Autumno. alioqui æſtiuis caloribus non adeo ſæui aëris hæc Inſula perhibetur, Strabone teſte, ſicut nec vicina Sardinia.

Electio.

Thermæ in Sicilia.

INTER multos autem, quos habet Sicilia fontes calidos, nobiles conſtat fuiſſe aquas ad oppidum, cui ex illis nomen Thermæ; quod ad Tyrrheni littus ex Hymeræ vrbis antiquiſſimæ ruinis conditum, M. Tullio, & Plinio teſtibus pro harum aquarum ſponte calidarũ commoditate, lauationes quoq; vrbanas inter alios ritus retinuit. Quarum originem meminit Strabo, iuſſu olim Palladis ortas, feſſo Herculi ipſam in balneis comparaſſe, ſicut fermè Herculi omnes admodum calidas aquas in balneis attribui conſueuiſſe iam diximus. Diodorus autem Siculus hæc refert lib. 5. Cupiens Hercules circuire Siciliam, à Peloro ad Ericem perambulanti littus, ferunt Nymphas in requiem corporis has calidas paraſſe aquas, quæ cùm duplices eſſent, hæ Hymeræ, Geptæ alteræ à locis ſunt denominatæ. Sunt autem hodie in Panhormitana diœceſi 24. mill. paſſ. natura ſulphuroſæ, atq; admodum calidæ, vſu verò in balneis valde celebres, nec minus in ſudationibus, vt reliquæ ſulphuratæ vtiles. Tota æſtate, præter Caniculæ feruorem.

Hercules Thermæ.

Hymeræ aquæ Geptæ.

Segeſtana balnea, vbi nunc Drepanum in Sicilia.

SEGESTAM de antiquis vrbibus in Sicilia, ponunt noui rerum illius Inſulæ auctores ad radices Ericis, qui nunc Drepani ager, nobilis tùm natura metalli, vbi nunc Argenta locus; tùm diuerſis aquarum generibus. De quibus ita habet Strabo libro 6. Calidarum aquarum ſcaturigines habet Sicilia multis in locis. E quibus Selinuntinæ, & ad Hymeram ſalſæ ſunt. Segeſtanæ verò potabiles, quod vſu etiam euenire experti ſumus. Aquæ etenim hæ licet calidiſſimæ ſint & ſulphureæ, quia tamen per ſalis mineras, vt prædictæ, non tranſeunt, ſi refrixerint, potabiles ſunt, hactenus Strabo. Porrò noſtris temporibus tres ex earum ſcatebris recenſentur in balneis, Sauonarola teſte, vna quidem calida, altera calidior, & tertia adeo feruens, vt decoquat oua. Sub his uerò balneis (ſcribit Fazelus) ad ictum fundæ, ingens lacus ſulphureus eſt, qui ſubita eructatione æſtuoſus, ac item feruens, Herbeſus Solino dicitur, noſtris Gurgus. Sunt in uſu ut cætera balnea digerentia & calida menſe Maij.

Aquæ calidiſſimæ potabiles.

Lacus Herbeſus Gurgus.

Sulphuratæ aquæ in Hiſpania.

HISPANIA quidem (ut Trogus Pompeius in antiquis hiſtorijs tradidit) à Romanis, ſecundo bello Punico, calidis aquis lauari didicit, nam anteà frigidis tantum lauacris conſueuerat. Nec minus hunc balnearum naturalium ritum excoluiſſe uidentur, quando aliqua, inter alia, balneæ tantam habuere celebritatem, ac ea incrementa, ut ciuitates ſanè illuſtres, ac præclara oppida euaſerint. Metallis referta auri, argenti, ferri, plumbi nigri, atq: albi, ſulphure, minio, ſaliumq. omni genere; quæ in ediſſerendis ſecundum loca ipſarũ aquarum naturis, demonſtranda uenient. Ab occiduis ergo partibus Aquæ Quaternorum habentur, Caſtellæ regioni conterminæ. Et aquæ Leæ iuxta Aſturgam fluuium. Supra uerò Quintianæ, quas & Antoninus ponit: ſicut & uicus Aquarius, quæ nunc Vicenſis ciuitas, Thermes ſub Pelondonibus, & aquæ calidæ; per Cantabricum littus in Cilinis, quæ loca à calidarum balnearum ritu cognomentum accepere.

Loca ab aquis celebrata.

Balnea in Calaguria Hiſpaniæ parte.

IN ſuperiori Hiſpaniæ parte, citrà montes, qui longiſſimè à Pyreneis diuidunt Cantabriam à Nauarra, & ea parte, quæ Caſtillia uetus à iunioribus Hiſpanis eſt nuncupata, ſub Epiſcopatu Calaguritano 15. mil. ad Arnedillum oppidum, ſunt balnea quędam admodum calida, quæ ad radices montium, unde Iberus tranſuerſim eam regionem erga Pyreneos, in-

fluit habētur. Retulit mihi vir optimæ fidei Gabriel Herzes, hinc ex Prexiano oppido oriundus, permultis hæc montana abundare calidarum aquarum venis, quæ partim lauationibus, ac balneis, partim fullonibus, ac neceſſarijs alijs ad vitam miniſterijs inſeruiunt. Cæterùm quod pertinet ad balneas, eſt Crypta inter alias, ſub quodam montis colliculo ſanè conſpicua, in eaq. lacuna manufacta rotundo opere, in quam influit aquæ vena clariſſima, adeò calida, vt ſi qua parte hoc balneum refrigeria captat, paruo tempore claudatur, ſit ob denſum vaporem intolerabilis. Minera apud illos medicos, qui non adeò præclaram hanc naturæ partem, non eſt hactenus explorata. niſi hoc, quòd ex calore aquarum non mediocri, abundet ſulphure. Operationibus item, tàm balneo, quàm ſudationibus digerens, ſiccans, fundens, diſſoluens, ac in ægritudinibus frigidis, & inueteratis, quam ob rem permulti vndique ad hoc balneum concurrunt, & ad omnem cutis affectionem ſanandam præſentiſſimum. Pro qualicunq; ergo balnearum cōſuetudine in illis partibus, eſt hoc balneum ſatis ordinatum, cum ſuis alueis particularibus, gradibuſq; ad deſcenſum facile, & hilare. Habet autem ſudatorium ſub repoſita antri cella perobſcura, quod per feneſtram à primo ipſo cuniculo vapores aquarum calidos (vt cuiq; libet) recipiendo, attemperatur. Vtile ad dolores artuum antiquos, duritieſq. iuncturarum, quæ ex vulneribus, vel alijs etiam cauſſis ſolent accidere. Aeſtate præcipuè, & Autumno.

Qualitas. Minera. Operationes. Sudatorium.

Balnea de Molgyus in Gallecia.

CALIDAE etiam admodum aquæ ob naturam ſulphuris, acreſq. ſunt poſt Minium fluuium, quæ balnea de Molgyus vocantur. Ad frigidas, lentas, contumaceſq. paſſiones omnes, nec non ad vlcera exſiccanda, cutiſq. maculas abolendas efficaciſſimæ, & tàm lauacro, quàm duccia ad vſum Italiæ vtiles. Nec minus in clyſterijs, vbi ex imo ventre aquas, aut flatus promouere intentio eſt. Non ita verò imbecillis ob eam intemperantiam, committendæ, non calidis naturis, nec febricntibus, nec magnis caloribus eligendæ, ſed temperatis, vere ſcilicet & Autumno. Ex Doct. Torres.

Electio.

Thermæ in Græcia.

IN Græcia verò ex antiquis auctoribus celebrem inuenimus multarum balnearum mentionem. Famoſæ autem in primis Thermópylæ, quo vocabulo calidarum portę ſignificantur. Eſt enim mons eius nominis longiſſimus, qui incipiens à Leucade Theſſaliæ, & in occidentem, verſus Aegeum mare protenſus, fauces habet haud longè à Demetriade oppido anguſtiſſimas, è queis auctore Liuio, calidæ aquæ ſcaturiunt. Has Strabo Herculi dedicatas tradidit; vnde forſan Herculanea, cætera quæ eſſent calida balnea nominari diximus. Thermopylarum anguſtias item ponit Plinius. Et Pauſanias in Thermopylis aquas meminit quodam loco, cui Chytros nomen, colore glauco. Cæterum quas in Euboea, Græciæ item parte, in Aſia, & in vicinis Aegei maris Inſulis aquas inuenimus, partim omittimus, vt quarum exactam magis ad hæc tempora deſideramus notitiam, cùm à Barbaris occupentur: & partim idoneo magis loco in ſequentibus deſcribemus.

Thermopylæ. Herculanea bal. Chytros aqua.

Thermæ in Phrygia.

IAM meminimus multiiugam Sulphuris, ac terrarum naturam in Phrygia, & Caria. Ex Vitruuij autem monumentis, ad Hierapolim, quæ ciuitas erat Phrygiæ, ob balnearum (vt credo) nobilitatem eo nomine dictæ, quaſi Sacra ciuitas; efferueſcere aquarum calidarum multitudinem legimus. Quæ circum hortos, ac vineas foſſis ductis immiſſæ, cruſtam poſt annum efficiunt lapideam, ac ita quotannis dextrà, ac ſiniſtrà margines ex terra faciendo, eas inducunt, efficiuntq. his cruſtis in agris ſepta. Hoc autem ita videtur naturaliter fieri, quòd his locis ſuccus ſubiaceat coaguli naturæ ſimilis, qui admiſtus aquæ egrediens, à Solis, atq; aëris calore indurari cogitur, vt etiam in areis ſalinarijs videtur. Hæc Vitruuius lib. 8. cap. 3.

Hierapolis à balneis dicta.

Reliquæ ad tertium gradum caloris reducendæ.

CAETERVM omnes eiuſmodi aquæ, quæ admodum à temperamento excedunt, etiam igneæ naturæ, ac exurentes, à quarto circiter ad tertium gradum æſtimari poſſunt. hac habita diſtinctione; num conſiderentur vt ſtatim è fonte emanant, an extrà fontem & in communi lacuna, vbi vel amiſſo illo feruore, vel influentibus frigidis attemperentur. Quippe ſudatoria, præſertim ſicca, ſummum indicèt ſibi eſſe ſubiectum in intimo fomite feruorem; ſed qui in ſupernis antris, vbi leni vapore excipitur, partum à ſecundo ad tertium excedat gradum. Sic in Myrthetis, circà Baias, & Cumas dicebat Vitruuius, ignis feruorem, qui ab imo exhalaret, perforare eam terram, vbi vtiles aſſaſq. molitur ſudationes. Aliaſq. in Ve-

Quæ & intenſo, & remiſſo ſint gradu.

ſuuio

Feruentiſſime quomodo vtiles.

ſuuio ſimiles, & alijs locis iam dictis. Tales diximus cum igne feruentiſſimas in Campo Vulcanio emanare aquas, quæ nihilominus deductæ ad priuatos alueos ſumuntur in balneis, etiam à fœmellis. Bullicanum, & aliæ ſimiles. Deducitur ſimiliter & Bulla apud Sudatorium Agnani in Puteolano, ac ita remiſſo feruore miniſtratur in balneis. Calidas ad Viterbium dictas, & in Aenaria, & ad Borbonium. & Caroli IIII. aliasque calidas quarto gradu aquas, vbi ad vſum ſumuntur, non excedere tertium credendum eſt. Nec ſecus; quæ ex miſturis, ac metallis conſcribendæ ſunt calidæ permultæ, ad tertium circiter, vel pleræq. vix ſecundum pertingunt caloris gradum. Quas hactenus ad exactam ſingularum aquarum æſtimationem adnotaſſe ſatis ſit; nam commodiore loco id explicabimus poſterius.

De ſulphuratis, & calidis aquis in ſecundo grado. Cap. XII.

PLVRIMA verò quæ ad vſum rei medicæ veniunt balnea, planè ſub hac ſecunda graduum diſtinctione ordinari poſſunt. Si omnis enim medicinæ actio in certo quodam exceſſu debet conſiſtere, hæc prorſus idonea; quæ & agunt quidem, & ſine naturæ incommodo. Contrà, tàm illa, quæ nimis excedunt, quàm quæ longè infrà temperiem conſiſtunt, non adeò vſui congrua. Illa quidem vt deſtructiua, ac incommoda naturæ; quales deſcripſimus paulo ante aquas intentiſſimè calidas, ardenteſque. Et conſequenter tùm tertij, tùm quarti maximè ordinis aquæ nimium acres; quarum idcirco balnea parum vtilia pariter diximus, niſi vel pro ratione temperentur, vel certis duntaxat caſibus, vſibuſq; conſulenda. Quæ verò à Primo gradu, & infrà conſiſtunt temperiem, imbecilles ſunt viribus, neq; ferè aliam obtinent facultatem, niſi meræ aquæ; de quibus ſermo paulo poſtea habebitur. Ad vſum ergo illa maximè idonea dicenda ſunt, quarum forma, actioq. mediocriter prævalet. Quo in genere ſunt, non hæc ſolum quę proximè ſequuntur ex ſulphure balnea, verum etiam de reliquis calidis, quæcunq; ſunt aliquo nomine famoſiſſima in cæteris mineris, ac miſturis, ad hunc ipſum ordinem redigentur. Quam ob rem hæ primæ, ac proprię ad vſum balnei habentur, proprijſſimæ verò ad vſum ducciæ, capiti, neruis, iuncturis. Vnde ad omnem cerebri frigidam, humidamq. intemperiem rectè ſumuntur: ſiccant, calfaciunt, diſcutiunt, roburq. membris maius adiungunt. Diſcutiunt quidem magis, ſi quampiam aut ſalis, aut nitri miſturam cum ſulphure obtineant, vt princeps Auicenna eſt auctor: qualis Aponus, ac Sancti Philippi duccia celebris eſt. Corroborant verò magis cum ferro, aut alumine: qualis Corſeni ſub Luca, & quædam S. Caſſiani ducciæ. Ex his quæ frigidæ capitis intemperiei ſoboles ſunt paſſiones ſanant, deſtillationes, ſurditates, aurium tinnitum, paralyticos, tremulos, lethargicos, hemicraniam antiquam patientes, cephalalgiamque. Omnia item leuiora eius generis vitia ſiccant, ſi commodè eodem ducciæ vſu in caput recipiantur: vt ſunt grauedines, defluxiones, oculorũ ſuffuſiones, nebulæq. crebro viſui obſeruantes. Faciei item maculas, quæ cum hepatis culpam, tùm deſtillationis à capite concauſam habent, exterunt, lychenas, impetiginem, varulos faciei, ſcabiem, pruritum, & omnes ſubcutaneas humiditates abſumunt. Faciunt in balneis doloribus vteri, ventris, abdominis, & colicis etiam in clyſterijs inditæ. Ab hydrope vendicant, vel per initia, vel in fine. Renum dolores, quos ex frigida præcipuè cauſſa colici genus inſequitur, & ſubinde podagram, alleuiat; exſiccando in his locis contentas humiditates, diſcutiendo, ac roborando ipſas particulas.

Viſus. Operationes.

Balnea Patauina Aponi.

APONI verò balnea, meritò ſemper in omnibus Italiæ balneis videntur obtinuiſſe principatum. Primum quidem ob præclaram, quam per multi auctores tàm ueteres, quàm recentiores de eis faciunt mentionem, quorum aliqui ea in diuinis referunt muneribus. Deinde ob mirandam aquarum ipſarum naturam, quæ eodem fonte calidæ, feruidæ, & minus calidæ, incomparabiles præſtant utilitates: unde ἄπονον dictum hoc balneum atteſtatur Caſſiodorus, quaſi ſine labore, ac dolore leuans. Super omnia uerò poſteris ſeculis ad ſummam celebritatem uenerunt, quando ſub inclytę Vrbis Venetiarum nomine, ac dominio, ſimul atq; auctoritate almi Gymnaſij Patauini; clariſſimi; qui in eo ſplendent toto orbe terrarum doctores, multam eis per omne tempus prærogatiuam, claritatemq. conferre potuere. Præter loci amœnitatem, ſimul atq; hoſpitiorum, atq; omnium rerum commoditatem, nec non aëris temperiem, quæ neceſſariæ admodum curæ eſſe diximus in balneis reperire, quæ hic omnia exquiſitiſſimè habentur. In primis autem quandam loci diuinitatem putaſſe uidetur ſuperſtitioſa antiquitas, quæ (ut ſolita erat omnes id genus aquas, quaſi aliquo diuino miſterio calidas, ſub aliquo numine uenerari) Geryonis in his habuit oraculũ,

Aponus fons vnde dictus.

unde

vnde variorum euentuum ſortes, atq; auguria ſumerent; quemadmodum Tyberium Cæſ. in eis imperij fœlicitatem auguratum fuiſſe Suetonius meminit. Similiq. exemplo Lucanus, qui in his balneis Cornelium Vatem Stragis Pharſalicæ diem auguratum teſtatur, dum ita cecinit lib. 7.

Lucani locus.

Euganeo (ſi vera fides memorantibus) augur
Colle ſedens, Aponus terris vbi fumifer exit,
Atq; Antenorei diſpergitur vnda Timaui.
Venit ſumma dies, geritur res; maxima, dixit,
Impia concurrunt Pompei, & Cæſaris arma.

Eſt autem locus inter Euganeos montes, quinq; circiter millia paſſ. à Pattauio; cui præminente ab occaſu ſiniſtrorſum colle, quem S. Danielis appellant; cæterùm amæna vndique conuallis, apertaq. camporum planicies ſubiacet, eaq. frugifera vſq; Patauium, ac fœliciſſimæ auræ. Tota verò eius collis materia lapidoſa eſt, cinere, terra, ac pumice coacernata, & fiſtuloſa; vnde vel vapores certis locis ſubeunt, vel aquæ exiliunt calidæ; immò tota eius vicinia talis eſt, vt non difficile exiſtimem, iuxtà propoſita à nobis principia, hæc loca iam antè noſtrorum ſeculorum memoriam arſiſſe; idq. forſan intellexiſſe Beroſum Caldæum libro 6. per incendia in Iſtris, quæ olim meminit accidiſſe. Quam ob rem ex multis, quæ ſecus vndiq; ſcatent calidarum venis, complures in balneis colliguntur; primæ verò dignitatis ſunt balnea, vbi nunc Aponus oppidum, Titi Liuij patria, quod ad dimidiam eius collis altitudinem, ex aſſidua harum aquarum celebritate, iam antè ſalutis noſtræ annos in eam amplitudinem veniſſe credendum eſt. Quod plura ibi veſtigia, præclaraq Scriptorum teſtimonia indicant, & Caſſiodori ſpecialiter epiſtola, qua Theodorici Regis Oſtrogothorum nomine imperatum eſt, hæc balnea, quaſi vſitata iam, ac uarijs bellorum ſtragibus labefactata, mundari, ac inſtaurari debere. De horum verò natura, atq; vſu, conquiſitè tractarunt aliqui noſtri veteres, præcipuè Bartholomæus Montagnana, Michael Sauonarola, ac Ioannes Dondius, & quidam poſteà alij, qui hos ſunt imitati. Permirum verò eſt, vt inter doctores tàm egreglos, & Patauinos, qui rem ipſam peruidere, ac in exactiſſimam harum aquarum cognitionem venire potuerunt, tot tamen opiniones extiterint, & controuerſiæ. Nam aliqui eas ponunt ſulphureas, cum aliqua calcis portione, vt Montagnana & plurima pars; quod Dondius apertè negat. Alij ſaltem continere alumen, ac ſulphur, vt Sauonarola; Fallopius item ſulphur, cæterum negat reliqua. Quorum tamen controuerſias (vt ſolitus ſum equidem innumera, quæ paſſim animaduertiſſe boni potuerunt, errata noſtrorum veterum diſſimulare potiùs, quàm redarguere, nam integra conſumpſiſſem in contradictionibus volumina) ne tentaſſe quidem: niſi eas paralogiſmis plenas, atq; erroribus, in hac hodie claritate tantorum doctorum, ac balnearum Aponi celebritate, non ſine aliquo inſcitiæ, aut negligentiæ nomine diſſimulaſſe videret. In primis ergo Ioannes Dondius multis ſuis innixus argumentis, cùm de natura aquarum ſponte calidarum, non aliam, pro conſtanti, ac certo, tenuerit eſſe cauſſam, quam cœli calorem, penes idoneam, quam fortè fortuna is inuenerit materiam in mineris terræ; negauit apertè has aquas eſſe ſulphureas. Hoc argumento vſus inter cætera; iam ſui patris induſtria ſalem ex Aponi aquis factum eſſe electiſſimum, & ſine vllo veſtigio ſulphuris. Verùm, quoniam hac ſua ratione Dondius negabat manifeſtè ſenſum, quãdo tota hic vndiq; tellus & aqua ſcatet odore ſulphuris; nihilominus ſenſui proprio opinionem anteponens, dixit eum odorem ſuffocati alicuius ibi ſomitis eſſe ſobolem: perinde diceret ſubeſſe quidem odorem ſulphuris, ſulphur tamen non eſſe; & perinde, eſt riſibile, ſed non eſt homo. Nec interim in ſuo illo experimento de ſale ſciuit diſtinguere, quòd ex euaporatione illa ſub Sole aſſidua, eodem paulatim calore ſulphureæ partes euaneſcebãt, ac reliquiæ concreſcebant in ſalem. quam rem & ſapientes de natura ſulphuris atteſtantu; & quiſquis vnquàm minerales aquas decoquere tentauerit, approbare poterit, ſulphureas ex eis partes, propter vniformitatem ſubſtantiæ, abire totas. Porrò haud minus erronea, quàm controuerſa quoq; eſt Fallopij opinio; qui contradicens Montagnanę, ac Sauonarolæ doctorib. priori tempeſtate grauiſſimis, concludebat; immò id perſuadebat teneri debere pro euãgelio (vt ipſe inculcat) nec alumen ineſſe his aquis, nec gypſum, nec calcem, ſed ſuccum potius, quem non definit lapideum. Quibus verò rationibus? quoniam (inquit) harum aquarum ſedimentum nullum æmulatur aluminis genus, nec coctum, nec crudũ. Nec facit lixiuium acre, quemadmodum faciunt calx, & cinis. Nec eſt lucidum, nec cogitur, nec agglutinat, vt gypſum. Hæc ille. Sed vide hominis facilem argutiam, cùm idem faciat lapidem ex fornace viuum, & aquis emaceratum, & mortuum. Et quis ignorat id genus excrementi, quidq; fuerit in minera ſua, vbi extinctum fuerit aquis, remanere cadauer, & tota ſubſtantia à priſtina natura tranſmutatum? Succum videlicet (vt tu dicis) lapideum, cuius ſpecies iudicanda eſt à qualitatibus, quas reliquerit in aquis. Non coctura, non maceratione

Incendiũ in Iſtris.

De natura cõtrouerſę opi.

Dondij opin. reprobatur

I.

I I.

Fallopij opin. reprobata.

I. Erratũ.

(vt di-

(vt dicis te plurib· experimentis tentaſſe)idipſum ſedimentum fit alumen: Non mirum,inquam,nam à priuatione ad habitum non fit regreſſus. Non facit lixiuium: Nequaquam vt nec cinis ſemel dilutus facit iterum lixiuium;ſed fecit iamprimum,relinquens in his aquis omnem acrimoniam, vnde acres ſunt in fonte,& quaſi lixiuium. Non adglutinat deniq; ve gypſum. Nec id mirum,vt neq; gypſum,neq; calx emortua glutinat.

II. Erratū Adhuc verò grauius errat Fallopius: quippe illi veteres cū has aquas ad tertium vſq; caliditatis gradum,ac ſiccitatis taxauerint,vtpute quæ & veſicas interdum excitant,quod & ipſe non negat,ac ſæpe, ac ſæpius videre,ac experiri potuit,vt ferueant impenſe,vt veſicas quandoq; inducant,& vt immiſſas eneruent vſq; ad oſſa carnes. Nihilo tamen minus reprehendens ipſe auctores tàm egregios,arguit:alumen,& ſal ſunt ſicca in ſecundo gradu;ergo in balneis minus ſicca, cùm refrangantur ad dimidium ratione aquæ. De refractione non ſit dubium:ſed tua (inquam) ratio eſt contra iamiam poſitum experimentum,& cōtrà graduum apud Gal.conſtitutionē. Nam gradus conſtitui debent non ab vnius,vel duorum natura,ſed ab aggregato ſimul quarumcunq; ipſius miſti partiū, quæ omnes ſunt terreæ,& igneæ à prædominio facultatis, ergo ſiccę quo ad naturam ſuam; & quo ad naturam humanam; cùm ferueant in ea etiam refractione,ac excitent veſicas,ſummè calidæ,ac ſiccæ ſunt æſtimandæ.

III. Erratum. Item errat(inquit)Sauonarola in graduatione caliditatis earum,quia nō diſtinguit actualem caliditatem ab ea, quæ eſt ſopita,& in potentia,& nos quærimus potentialem. Immò ipſe(inquam)Fallopius, *11. Metaph.* vt Ariſt.vtar cenſura ἐν θῦ ῥαν ἁμαρτει. qui calorem, ignem de eſſentia harum balnearū eſſe negauerit,& proprietatem inſeparabilem. Conſtat verò ex ſententia Galeni primo Simpl. cap.3.& alijs locis:Quodcunq; medicamentum in iudicium vocare velis,omnis alienæ tùm frigiditatis,tùm caliditatis expers eſſe oportere. Modò caliditatis actualis in balneis Aponi non eſt extranea qualitas(extranea eſſet verbi gratia in Pipere actu calido, & in oleo excalfacto,vnde eſſet ſequeſtranda) ſed eſt de eſſentia eius aquæ miſtæ,vt quoq; ſapor eius, & odor, ac reliquæ acquiſitæ obiter impreſſiones, quibus hæc aqua eſt talis aqua, & quibus operatur,& agit. Alioqui non maior ratio eſt cur caliditatem ſepares,& non alias, aut ſaporis,aut odoris impreſſiones. Quæ abſurda cùm ſint,relinquitur neceſſariò, vnamquamq; rem,& vnamquamq; aquam iuxtà propriam naturam,in qua naturaliter reperitur iudicandam eſſe,nec quicquam demendum,nec addendum, quo eius alteret naturam. At balneum Aponi ſponte emanat impensè calidum, & tàm operatur per actualem caliditatem (immò primùm per hanc) quàm potentialem ignis. Ergo ſi hoc negas, ac ſequeſtrandam primò intelligas aquam à caliditate:ergo fruſtrà in ea caliditas: ergo Thermæ non ſunt Thermæ. Quæ quamquam ſole ſint clariora,ob rem tamen adeò ſeriam,præter morem, ac inſtitutum noſtrum redarguimus.

Propria poſitio. DICAMVS igitur ex veterum Scriptorum ſententia, ſimul atq; complurium doctiſſimorum virorum conſenſu, qui in tanta luce Almi Gymnaſij Patanini noſtra hac ætate floruerunt, Aponi aquas à prædominio tùm ſulphureas eſſe,tùm ſalſas,alumine ſubinde,nitro, cinere, ac calce ex adustione participes. Quam poſitionem iuxtà noſtra principia, quæ de omni natura Thermarum propoſuimus, à tota ipſarum ſubſtantia, à partium componentium qualitate,ab inhærentibus rebus, conſequentibus atq; iuuantibus comprobabimus.

Natura ſulphuris Principio calor ille intenſus, quò hic aquæ & tota vndique tellus exæſtuant; materiam ſubeſſe indicant incendij propriam: quæ ſulphur eſt,vt iam demonſtrauimus,ac halitu ipſo ſulphureo comprobatur. qui in occultis aquarum canalibus (teſte Fallopio) concreſcit in verum ſulphur,ſapore, odore, colore,& ipſa ſubſtantia perſpicuum.

Miſturarum ratio Verùm, quoniam in tota terreſtri natura nunquam ſyncera inuenitur alicuius vena, quin prope inueniatur & alia,& præſertim alumen, quod veluti ſtragulum omnium metallorum *Libro 31. cap. 6.* reperitur,Plinio teſte;& ignis æquè comburens terras,ſilices,& mineras ipſas, ex adustione calcem efficit, cinerem, ac pumicem; confiteri neceſſe eſt, & has aquas varijs hiſce naturis debere eſſe participes. Halitum tamen obtinent ſulphuris, non ſubſtantiam ipſam; ob fomitis ipſius profunditatem, ex cuius intimo incendio exhalantes dumtaxat vapores debet ſuſcipere.

Salis ſubſtantia. Salis verò continent ſubſtantiam, vt quod vel minerarum earundem, qua tranſeunt, ſoboles eſt; eſt enim cinis ſalſus, & calx, teſte Philoſopho in problematibus, & Auicenna in prima primi. Vel potiùs,quoniam ſalſam qualitatē à prima vſq; conſeruant origine, & fortaſſe qualem concipit à propinquo mari. Sunt ergo actu admodum calidæ; &

Cur varij calores ſint. plus,& minus,in tantum ut (Sauonarola teſte) quandoq; augeatur caliditas ad quartū gradum,unde & incendunt, ac ueſicas excitant; cùm ſcilicet concipitur feruor maior in alumine:uel excitato potius (ut mihi uidetur)uapore ignis ab intercurrente flatu. Et quandoque (inquit)remittitur ad ſecundum gradum,ob minorem in alumine feruorem:uel potius prę abundantem. Et quòd ſignum eſt, magnā uim harum aquarum in actuali caliditate eſſe repoſitam;ubi pauliſper extrà fontem,ac balneum reſederint, non ſolùm non incendunt,nec ueſicant,ſed amittunt uirtutem,ut ſunt Thermarum plurima pars. Porrò certum in tanto ea-

rum

rum feruore ſalubritatis hoc indicium eſt; quòd virentes perpetuò aliquas alunt herbas.

Cur plantas nutriant. Claudianus de Aponi fontibus.

Nimirum, quòd inter venarum fibras aliquæ ſint permiſtæ frigidæ, quę ſuo humore, vel tepido halitu (vt in Bullicano quoq; videre eſt) virentes, ac muſcoſas circà margines fontium vegetent herbulas, quæ illis alimonijs à tota fortaſſe origine aſſueuerint, vt alga mari. Quod omnes in admirandis habuere, & Plinius, & Strabo antè ipſum, & Claudianus qui dicato ad has aquas eleganti carmine, inter cætera earum miracula, de hoc ita modulatur.

Quis ſterile nam credat humum? fumantia vernant
Paſcua, luxuriat grammine cocta ſilex.
Et cum ſic rigido cautes feruore liqueſcant,
Contemptis audax ignibus herba viret.

Cur animalia cõtineant.

Eandem porrò rationem habet, quod idem Dondius admiratur, in his fontibus non herbas ſolùm, verum etiam animalia viſa degere, ac propagari. Quæ nimirùm, vel aliunde incurrant ex frigidis venis, quod leue eſſet; vel pro mira certè proprietate, ac viuacitatis indicio harum aquarum, quæ & capaces animæ ſint. Illud verò affectatè à Caſſiodoro diuinitati tribuitur, vt cùm in his balneis ſuauiter viri lauentur, mirùm tamen fœmellas aduri. quod pariter confirmatur eo carmine apud Martialem.

—fontes Aponi rudes puellis.

Cur rudes puellis. Subſtãtia. Cur varij motus, & variæ aquarũ alterationes.

Nam fortaſſe ob honeſtam cauſſam puellis, perinde rudes abrogatæ ſunt. Vel certè rudes ob ſiccandi facultatem, ſubſtantiæq. aſperitatem, vt iam eas deſcribemus. Nã apparent quidem in alueis limpidæ, colore perſpicuæ, omnis vnctuoſitatis, ac citrinitatis expertes, vt quæ halitum duntaxat ſuſcipiunt ſulphuris, & non ſubſtantiã. Cæterùm bulloſæ è fonte, ac multo cum impetu exeuntes, modò cinereas adducunt ſcobes, modò carbonum inſtar fruſtula; ſubſiſtentis nimirùm ignis indicia. Quòd ſi interdum blandiores erumpant, tanto citatiore ſaliunt motu, ac feruent; quæcunq; ſit huius varietatis cauſſa, & fortaſſe diuerſarum venarum meatuumq. incurſus, quas incurrens, vt inſtabilis eſt, (haud vna ſemper via, nec vno tenore penetrat; ſed modò vrget, compingitq. ſynceras venas, modò maiores aliundè excitat vapores, & modò infernè mouet, & conturbat aquas. Quemadmodum in balneo, quod primò intratur, ſæpenumero accidit, quando nemine aquas ipſas mouente conturbantur, ſpeciemq. referunt ſeri lactis, tumq. vtiliores in certis caſibus habentur. Recremẽta (inquit Dondius) limoſa, ſubcinerea, ac lutea in lapides cuniculorum indurant: quod in omnibus ferè mineralibus aquis, & maximè metallis vſueuenit, etſi id Cælius admiretur. Reſeruatæ autem in vaſe quopiã ſedimen deponunt limoſum quidem; cæterum valde à ſupradicto diuerſum, nempe ſubuiride & herbaceum, quod aliquando in balneo ad ſuperficiẽ eleuatur, mox ſubſidet aqua inclareſcente: eiuſdem aduſtæ, ac heterogeneæ materiæ indicium.

Cur tardè bulliunt.

Sed quid cauſſæ eſt, quòd tardius hæ bulliunt ad ignem poſitæ, quàm frigidæ & crudæ naturaliter aquæ? An quia grauiores cùm ſint ob miſturam terræ, difficiliùs ab igniculo eleuãtur? An quia diuerſorum agentium ad eundem effectum non eſt æqua ratio? Sapor autẽ in his inculpabilis eſt, præter ſalſedinem modicam; quam potui tamen reliqua animalia abhorrent. Odor ſulphuris. Operationibus autem ſulphuroſæ eas eſſe naturæ, ac ſalſæ, cõmiſtæ cum alumine, ac nitro; facilè oſtenditur.

Vſus.

Ad omnem vſum ſunt idoneæ, in potibus, in balneis, in vſu ducciæ, in ſudationib. in clyſteribus, in illutamentis. Exſiccant, calfaciunt, abſtergunt, digerunt, roborant. Ex quib. operationes de tertio & quarto genere, ſingulares aliquas recenſebimus, atq; eo exactè ordine, quę hodiè ſcimus à Doctorib. in eo almo gymnaſio ſeruari.

Operationes in potibus. In clyſterijs.

In potib. à ſebbra ad tripondium ebibitæ, vſq; ad octo libras, uentrem ſoluunt, atq; urinas; Nitri potiſſimum abſterſoria uirtute, quod ſalis intelliguntur, atq; aluminis partes tenuiſſimæ. Quo uſu (ut etiam balneo) iuuant uentriculum; ſiccando ſuperfluas eius humiditates, appetentiã conciliando, digeſtionem confortando, omnem tùm humidam, tùm frigidam intemperiem corrigendo. Inteſtina abſtergunt, dolores mitigant, colicoſq; ſedant cruciatus, etiã in clyſterijs. Diſcutiunt lienis tumores ebibitæ, nec minus hepatis frigidã intemperiem, ac obſtructa aperiunt, à cachexia, ac hydrope pendicãt. Renes mundant per urinas, harenulas, ac uiſcoſitates, quæ prauiæ ſunt calculorum cauſſæ detrudunt; ulcera eorum ſanãt, necnon ueſicæ, dummodo tum inflammatio non ſuperuenerint. Vrinæ ſtillicidijs medentur, tàm ex obſtructione remouendo cauſſam, quàm ex reſolutione confortando; quo nihil habetur præſtantius, tàm potu, quàm balneo. Vteri profluuium cohibent, menſium ſtillicidia, humiditateſq. exiccãt, ex hiſq. cauſſam ſterilitatis tollunt, ac fœcundas reddunt mulieres ipſas; potu in primis, deinde balneo, ac etiã ſudationibus adhibitis. Hæmorrhoidas, confirmando uiſcera, cohibent. hactenus in potibus probantur.

In baln.

In balneis autem, omnium partium debilitatem inſtaurant, etiã uiſcerum, & articulorum, hydropẽ exſiccãt, maximè uerò ſtuphis adhibitis, uteri, abdominis, ſcroti inflationes diſſoluunt. Conferãt aſthmaticis, ſi hi diu inſideãt, paroxiſmis tamen ceſſatis, ac purgato diligenter corpore; quod, vt in cæteris, ita in hoc ſpecialiter affectu ſupponimus. Sanant ul-

cera cutis,ſcabiem pruriginoſam,etiam quæ morbi Gallici ſoboles ſit,inueteratis circà inguina vlcuſculis,vel circà crura depaſcentibus. Rediuiuos, ac ſanatu difficiles crurum abſceſſus (qui ſine tamen inflammatione ſint) curant in totum,præſertim aliquo idoneo ad id medicamento poſt balneum adhibito. Serpiginoſa vlcera ſiſtunt,ac mundificant. Porrò vſu

In Ducciа. Ducciæ ſumuntur vtiliter ad omnem cerebri, neruorum, ac articulorum intemperiem frigidam,atq; humidam;& tàm ſimplicem,quàm compoſitam:ad vertiginem,ad epilepſiam,ad cephaleã,ad tinnitum aurium,ad ſurditatem,ad reſolutionem,ſiue vniuerſalis ſit,ſiue membri alicuius propria,puta vel oculi,vel linguæ affectio. in capite ſuſceptis aquis, ſi circà ſuperas partes;ad medullæ verò ſpinalis principium in totum dorſum,ſi circà infernas partes frigefactio,aut affectio contigerit. Faciunt eodem vſu,& ad duritias artuum veteres cohi-

In ſudationibus. bendas,ita vt diu,multumq. ſuſcipiantur. In ſtuphis, quæ ſuper his accommodantur, valdè digerunt, exſiccant,ac diſcutiunt per ſudorem, vnde inflationibus omnibus, iſchiadicis, ac podagricis vtiliter adhibentur. Obeſis extenuandis nihil eſt præſtantius Aponi ſudationibus,& etiam balneis:potum tamen aquarum ipſarum vitare debent,ac victum ſeruare conuenientem,quem tenuem eſſe oportet. Facit lutum ad induratos neruos,& contractos,etiã

In lutationibus. in iuncturis ex vulnere;cœno adhibito,eoq.in membro affecto exſiccato ſub ſole,& ſubinde

Nocumẽta. mutato,ac loto in balneis,vt artis eſt. Nocent in totum affectibus calidis; ſiccis item & calidis naturis, & febribus, quas incenderent, in hecticamq. conuerterent. Calidæ ſimiliter hepatis intemperiei, recenti morbo Gallico, & capitibus, ad vſum Ducciæ natura calidis. Cæterùm non adeò extra balneum probantur; nam (vt tota vis nobilium balnearum conſiſtere ſolet,in ipſius loci,ac mineræ propriæ ſpiritibus ſicut diximus) exhalant hæ aquæ cum

Electio. caliditate poſt paulò,vbi reſident,virtutem. Quare accedendum ad ipſa balnea eſt,temperatis temporibus:quamquam pro cœli ſtatus varietate,ſub caloribus etiam æſtiuis inoffenſè aliquando ſumantur. Recognita, ac comprobata in Academia Patauina à peritiſſimo Mercuriali.

Baln. S. Petri ſub Apono.

CIRCA Aponum autem complura alia ſunt balnea,S.Petri,Domus noua,Montis Grotti, S.Helenæ,Montis Ortoni,& S.Bartholomei: quæ ſulphureæ omnia, ac ſalſæ pariter mineræ ſunt,vt Aponus; plus tamen ac minus calida, ac diuerſa portione aluminis, gypſi, aut calcis,aut cineris. Proximum verò omnium eſt balneum S.Petri, vbi per exiguo colle, qua

Minera. Patauium reſpicit, variæ emanant aquarum venæ, quæ tamen (vt Montagnana eſt teſtis) non eodem ſunt colore, neque eodem ſapore, neque odore ſentiuntur. Nam ad verticem

Vſus. montis orientali ſitu aqua emanat clariſſima, alumine tamen (vt aſſerunt) diluta;ad aliam verò partem æneo colore. Quam obrem,etſi minera miſta eſt,ac varia in ſingulis fontibus; eadem tamen in origine, ac ſulphurea, ſalſa, & aluminoſa; quicquid in verbis diſcrepent Montagnana, & Sauonarola, & contrà ipſos Fallopius; quando quidem in hoc conſentiant omnes, ſalſas eſſe guſtu, etſi minus quàm Aponus, & aliquibus venis feruidas admodum, atque adſtringentes. Harum vſus olim erat in balneis tantum,vbi prælarga extat lacuna vetuſto pariete,ac gradibus ad facilem deſcenſum conſtituta,ac ſeorſum ad luti vſum. Noſtris verò temporibus Friſimelicæ Patauini medici inſtituto, ad vſum quoque potus ſumuntur, quo tamen remiſſius aliquanto operantur, quàm Aponi aquæ, ſicut & in balneis: vnde quibus Aponi feruor obnoxius timeatur,hæ ſecuriùs conſulantur. Siccant in balneis,

Lutum. leniter calfaciunt,ac roborant,in ſcabie craſſa, & crurum vlceribus vtiles. Luti verò vſus eſt ad confortandum neruos atque articulos,cum virtute inſuper(nam calidum applicatur)

Electio. mediocriter digerendi. Sumuntur à principio æſtatis vtiliter, & autumno; niſi ob lacunarum, ac vliginum ſubiectæ planiciei halitum interdicantur, quæ non modicè in balneis caueri debent.

Baln. Montis Grotti ſub Apono.

PARVO verò poſt S.Petri Balneum,eodem receſſu ad meridiem, nec longè à Domus nouæ balneo, quod ferè derelictum eſt; occurrit balneum montis Grotti, decem circiter ſta-

Baln. Aegrotorũ. dijs ab Apono; quod rectè (mea quidem ſententia) exiſtimant Aegrotorum potius nuncu-

Minera. pandum eſſe,iam voce parum (vt vſuuenit) mutata. Balneum olim,vt veſtigia indicant, celebre. Minera ſulphurea eſt teſte Montagnana,calce participans:quod quamquam negare videatur Sauonarola,qui eã ponit Aluminoſam;planè tamen id affirmare potius indicat, cùm hoc balneum cæteris Patauinis dicat eſſe potentius,ac ſulphureum, nec per initia eſſe conſitendum, ſed à leuioribus inchoandum. Quod porrò tantos auctores inſcitiæ redar-

Fallopij opin. reprobatur. guit Fallopius; idem enim eſſe calcem,ac cinerem, ac planè eos horum ignorare naturam, in hoc indiget potius ipſe correctione. Conueniunt enim cinis & calx in genere combuſto-

rum

rum ſcilicet, quod tetigit Galenus 8. Simpl. differunt ſpecie haud dubiè: ita vt ſit Combuſtio genus, cuius duæ ſpecies; hæc quidem calcinatio, hæc incineratio dicitur. Eſt enim cinis rei combuſtæ excrementum vltimum; tàm in arte, vt vulgaris cinis, quàm natura vbicunq; terrarum combuſtio fit: quo genere cineris abundat maximè Italia, & Sicilia, in inſulis ardentibus, in Puteolano, & in ipſis Aponi montibus, qui toti aridi, nihil ferè quàm pumices ſunt, & calx, & cinis. Calx verò genus lapidis intelligitur, item combuſtum; quod tamen vt re differt à cinere, ita & nomine, calcinationem dicitur ſuſcipere, non incinerationem, niſi planè cùm fuerit emortua. Subinde quod ſubdit: continet hoc balneum gypſum coctum, & quoquo modo pellucidum, quod ſcagliolum alumen appellant: id inquam alumen Sauonarolæ eſt, & benè dicit. Cum ſale, & vapore ſulphureo qui admiſta aqua retunditur, vnde moderatè calfacit, & ſiccat, & apprimè adſtringit; ob alumen ſcilicet quod is attribuit gypſo. Cæterùm erat hoc balneum Sauonarolæ tempeſtate vſu admodum celebre: vtpote (inquit) calidum, & ſiccum, atq; admodum reſolutiuum, in capitis affectionibus frigidis vſu ducciæ, paralyſi, ſpaſmo, Cephalæa, & item Aſthmaticis. Cunctis doloribus frigidis. Spleneticos iuuat, flatumq; tùm à ſplene, tùm ab hepate diſcutit. Antiquis inteſtinorum doloribus confert, vteri duritiem leuit, cutim ab omni ſcabie, maculiſq. id genus emundat. Omnibus tandem iuncturarum, ac neruorum frigidis affectibus, Auicenna teſte, id genus ſulphureæ aquæ vtile eſt: recenti præſertim exiſtente affectu, ac virium robore forti, minus enim valentibus noxium. Hæc ille. Hodie verò ob maiorem, quàm alia hic balnea adepta ſunt celebritatem, non ea eſt ad hoc balneum frequentia, ac ad vlcera duntaxat curanda, nec non ad articulorum luxationes inſtaurandas aliquando recipitur: & quibuſdam lutum. Ineunte æſtate, atq; etiam Autumno.

Combuſtio, calcinatio, & incineratio.

Vſus.

Electio.

Balneum Sancti Philippi.

BALNEVM Sancti Philippi, quod minus accuratè quidam hodie Italiæ deſcriptores idẽ ponunt cum balneo de Ruſellis, quod iam ſub tertia claſſe repoſuimus; iuxtà viam Romanam exiſtit 20. circiter milliario à ciuitate Senarum, vbi ſub Rhodicophano caſtello conſiſtitur. Pulchrum hic naturæ caſum, vimq; aquarum, & calorum ſpectari licet: quando tùm aquæ ipſæ ad medium cliuum montis Amiatæ erumpentes, tùm ſubiecti ſimul ignis conferiiſſimi vapores, qui ad ſuperiores, cauernas æſtuarent, vaſtiſſimum ex ea parte iugum videntur traxiſſe in ruinam. Vbi facta ipſo caſu ad medium cliuum ampla planicie, quamplurimæ aquarum ſcatebræ, quaſi ex ingenti barathro, ac fornace exiliunt, fumoſæ ad conſpectum, & quaſi è bulliente calce albicantes, ac vario tenore calentes, In principali verò ſcatebra, quæ in receſſu relinquitur, adeo feruens emanat, vt vix tactu tolerabilis ſit. Minera idcirco a Sauonarola, & à Gentili de Fulgineo, viris egreglis, Nitroſa ponitur: adde poſt ſulphur. Cùm ſit enim aqua communiter calida, clara, & inodora; quæ ad vſum pluribus fiſtulis recepitur; minus calida actu, & potentia, quàm Petrioli aqua cenſetur, egregiæ verò ob Nitrum ſubtilitatis, vnde eximiè penetrat, calefacit, atque diſcutit. Qua in re admiranda venit ſapientiſſimæ Naturæ ſolertia: nam cùm Auinionis balneum, hinc minus triginta ſtadijs, craſſioris ſit ſubſtantiæ, ac ferreæ, vnde tardiùs operatur, ac magis corroborat; hoc ſubtilioris ſubſtantiæ; ac citæ magis operationis, omnem morbi contumaciam, & quæ moram non concederet, eradicat, calfaciendo, aperiendo, ac citrà aliorum membrorum noxam exſiccando. Quo circa ij, qui frigidas cerebri affectiones, in tota etiam neruorum, ac articulorum compagine ſuſtinent, ad has aquas, tanquam ad Apollinis auſilia concurrunt: quis enim hodie in tota Italia Duccias S. Philippi non prædicat? Has probat Mengus in omnibus diſpoſitionibus cerebri, tàm frigidis, & humidis, quàm calidis. Quibus nominibus cùm ſemper hæ ducciæ eximias obtinuerint laudes, iam ferè à paucis hinc annis ob communes ciuilis belli ciuitatis Senarum ſtrages, penè dirutæ, ac derelictæ fuiſſent; niſi miræ prudentiæ, ac obſeruantiæ Princeps Coſmus Medices Hetruriæ Dux Magnus, in totum reſtaurari eas ſcatebras, ac loca curaſſet; nouis continuò alueis, ductibuſque aquarum, cum hoſpitiorum commoditate adhibitis. Tempus tota æſtate, ac menſe Maio in totum Iunium eſt electiſſimum: niſi aduerſis per hæc montana aliquando flatibus, aut imbribus conturbetur.

Minera.

Operationes.

Duccia S. Philippi.

Electio.

Aqua Sancta ad Sanctum Philippum.

EST Aqua Sancta iuxtà S. Philippi balneum, quæ ſub antro concluditur. Aqua calida, cæterùm purioris ſubſtantiæ cum ſit, quàm prædicta, in balneis temperatarum more eligitur. Ferro (vt quibuſdam placet) cum Sulphure participat: vnde abſtergendi vim habere dicitur, ac Ficuncellæ ritu, in affectibus hepatis, renum, atq; veſicæ vtilis in potibus. Frequenter tamen ſumitur in balneis, ob duas præcipuè cauſſas. Primùm quidem in delitijs, vel his

Vſus.

qui ſcabiem exiccare leniter intendunt:peinde pro ſingulari;qua celebratur proprietate ad impinguandum emaciata corpora. Nec minus extenuata Atrophuntarum,quos Græci appellant,membra reficit. Quæ præſtat,homine prius diligenter preparato, ac purgato omnibus ſuperfluis corpore,ſimul atq; victus recta ratione ſeruata. Nam ob mediocrem calorem leniter digerit, ac nutrimentum ipſum corporis vſquequaq; à centro ad circumferentiam contrahit. Tota pariter æſtate,ac vere potiſſimum vtile.

Electio.

Balneum de Macereto.

PAVLO verò plus quatuor millibus paſſuum à Petriolo,Balneum de Macereto habetur, cuius dignitatem ſatis inuenta noſtris annis in eo numiſmata Gordiani Aug.præſeferunt, mineræ pariter ſulphuratæ,minoris tamen acuitatis. Quare aqua longè clarior,minuſque calens, & cum ſapore ſtiptico, ac fumoſo, vnde aliquam ferri in ea, ac alterius metalli miſtionem agnouimus, ex Marcheſita, quæ tùm aurea tùm argentea exinde colligitur. Valet idcircò ad eadem,quæ Petrioli balneum,agit tamen clementiùs,vt Sauonarola inquit: vnde tutiùs iudicarunt quidam meo tempore. Senenſes egregii medici, hoc in certis caſibus aſſumere,exuſtis ferè tenui ſcabie,ac febrientibus naturis. Balneis præcipuè vtile,primo vere, & menſe Maio, & item Autumno, niſi fortaſſe tunc minus probari debeat,præ maceratis iuxtà ipſum linis,vnde nomen balneo: quamquam ad priuata balnea Senas eius aqua deferri ſoleat,ac non minus vtilis reperitur.

Minera. Operationes. Electio.

Balnea Sabatina ad Vicarellum.

NON procul autem à Stygianis balnea Sabatina, quæ hodie ſub præclara Vrſinorum ditione,ſunt ad oram Tyrrheni maris, iuxtà lacum Sabatis, qui à Barcenno, & ab amne Laro hodie dicitur, in pago Vicarelli, qui olim Vicus Aurelius ab Aurelia dicebatur. Ac iuxtà veneris fons,qui in antiquis Romanorum aquis frequenter celebratur, non plus 18. milliaribus ab vrbe diſtans. Sunt autem qualitate non adeo acri,neq; calida,vt Stygiana;pro admiſtione cum ſulphure mineræ alicuius temperatæ,& maximè ferri. Quæ res ex operationibus planè apparet;modice enim adſtringunt,luxata firmant, rupta oſſa inſtaurant, fluores cohibent. Ad contractiones inſuper neruorum,etiam ex vulnere, ac colliſa ob quamq; cauſſam membra,vtiliter adhibentur. Cum multis alijs venis mineralium aquarum,& acidulo ſapore quarundam. Temperatis temporibus eligitur.

Electio.

Bal. Aſtruni in Puteolano.

ASTRVNVM vulgo dictum, locus eſt inter Puteolos,& Neapolim, quem rectiùs Aſturium dixerim,cum olim regia ibi eſſet venatio, altilibus,ac ſyluestribus etiam animalibus frequens, quæ amplo nemore, perennibuſq; ibi paſcuis, ac fontibus variæ qualitatis, & frigidis,& calidis oblectarentur. Situ verò non aſpero,ac ambitu ferè ſex milliariorum,quoniam amphitheatri inſtar continuis in ſeſe iugis flectitur, ac peramænam claudit Vallem, halitu interim ſulphureo,ac calidis manantibus aquis ſcatentem;id argumento eſt, vt pleraque id genus alia loca in his partibus deſcripſimus, ingenti olim hanc vallem incendio conflagratam ſubiediſſe, ac eam tractu temporis amœnitatem pro illa venationum frequentia, ac cultu ſimul balnearum ſuſcepiſſe. Quare tellus ipſa iugiter ſulphurata eſt, ac ſicca,ex his verò quas diximus paſſim ſcatere aquarum venis, aliquæ calidæ ſunt, ac adeò aliquæ temperatæ, vt neque in potibus medicatis incommodæ habeantur. Quæ in communi verò ſunt vſu balnei,ventriculo auxiliantur,oculis,dentibus,faucibus, naribus,capiti, & omni rheumatum generi, ſiccando, digerendo, ac corroborando. Vnde coniectandum ſit, has aquas nitri partem,aut æris,præter ſulphuris materiam obtinere. Sumuntur etiam ad vſum duccia vtiliter,quo celebrantur ad deſtillationes,toſſes,& granedines,& antiquas pectoris paſſiones,non minus quam Sancti Philippi duccia. Frequentis verò vſus hæc ſuper cætera puteolana balnea habentur,quoniam minus præteriti incendij ſenſerunt calamitatem, ac integram adhuc retinent ſuarum aquarum naturam. Vere,ac æſtate ineunte,ac autumni parte vtilia.

Natura. Vſus, & operationes.

Bal. Callatura,& alia in Puteolanis.

DE Baianis porrò,ac Puteolanis, cum plus vel minus omnia ex prædictis incendijs aliquam ſenſerint calamitatem, primum ſtolpidi medici videtur, ne dicam auari, qui ad priuatos tamen vſus eas conuehi iubeant, ac quotidianas ſuas ſolicitent viſitationes, & non potius ſi meliora non deſint;conſulant balnea,vel alia præſidia. Deinde cùm in continua hæc verſentur mutatione, non eſt, quod curioſas quis à nobis poſtulet hiſtorias, nam alio qua ad ſingulares aliorum ſcriptorum de balneis remittimus tractationes, & quarundam nihi-

De priuatis baln. Medici damnantur.

Digitized by Google

nihilominus,quæ extare accepimus, breuem ſaltem facere dignabimur mentionem, Vt de hac ipſa Callatura facto eſt opus. Nam inter viam maritimam, quæ à Pauſilippo pertinet ad Puteolanas moles, paſſim veterum ſepulchra, vel balnea, ſemilacera, uel deſtituta occurrunt, quæ diuerſi ſunt generis,& plus minus ſulphureæ naturæ. quod nomen recepit hęc aqua,vel quoniam ex duris colliculi ſalebris delabitur, vt Leander Albertus atteſtatur, vel à caloris gradu, ſunt enim admodum ſulphureæ,& calentes, quaſi vulgo dicta Caldatura. Crypta poſteà huic vicina eſt,quę vulgo Grotta,Iuncaria item,de Petra,de Saxo,& de Fatis, Recipiuntur in balneis ad turpes ſuper cutim maculas mundandas,exſiccantis, ac diſcuſſoſoriæ facultatis.

Crypta, aqua, & aliæ.

Baln.ad Sanctam Euphemiam,oppidum in Calabria.

CALABRIA extrema Italiæ regio,æmula ferè cunctis in rebus Siciliæ eſt, Nam ob vicinitatem,cum eadem cœli gaudeat temperie,ac ſubterraneis ex ea foueatur vaporibus habet prætereà à mari, quo tribus circumfunditur lateribus,eam humorum copiam, vt tellus ſit fœcundiſſima; vnde nomen à veteribus, qui eam inhabitarunt Græcis, habuiſſe videtur, quaſi ὁ καλὰ βρύει,quòd cunctis videlicet afflueret bonis. Habet autem mineras permultas, ſalis in primis integros montes,ſulphur,chalchantum,fodinas argenti admodum hodie vtiles,ferri,atq; auri,& boli ſpeciem, quem dicunt armenam. quorum omnium ſingulares imbuunt aquæ virtutes. Gignit & in Apennini collibus cryſtallum terſiſſimam,ad proximum verò littus corallum mittit, ac aquas certis locis medicatas aliquas, & calidas. Quas inter celebre eſt balneum ad Neocaſtrum S. Euphemiæ, oppidum quidem & id ſatis nobile. Eſt autem balneū antiquum,vt ex ſtructura cernitur aluei,qui ſedilibus vndiq; ab imo ad ſummum diſtinguitur,ad facilem cuiq; deſcenſum. Aqua (vt dixi) calida,ac planè ſulphurea, eaq. vſus in balneis frequentiſſimi,ad omnigenas frigidas infirmitates. Moderatè calfacit,& ſiccat,tergi cutim, digerit, Dolores lenit,tumentias reprimit etiam ventris,menſtruas reuocat purgationes. In vſu tota æſtate.

Calabria vnde ſit dicta.

Minera.

Operationes.

Balneum vetus in Iapigia Calabriæ

IN extrema Calabriæ ora,quæ ad Siculum vergit fretum,ac Ionium reſpicit, Iapigia dicta eſt antiquis. Tellus & ob cœli clementiam,& ob agri vbertatem per quam fœlix,inter Tarentum,& Callipolim nobiles Vrbes,vicum habet S.Mariæ ad balneum,ac diuæ Cæſareæ templo celebrem. Vbi Antonius Galateus Iapigiæ deſcriptor,ac medicus ſua ætate ſingularis periciæ, ſcaturigines meminit calidarum aquarum,quæ odorem circumquaq; mittunt ſulphureum,& vt vaſtæ quædam adhuc oſtendunt ruinæ,in vſum olim exceptæ balnearum, multis admodum morbis, ſalutares haberentur. Ob frequentes verò circà illa littora Pyratarum,ac Saracenorum excurſiones, cum iam derelictæ ferè, ac incultæ multis ſeculis iacuerint,non difficile nunc ceſſatis illis periculis inſtaurandæ eſſent,quod moneo principes, ac populos illos curandum,ac adhibitis peritorum iudicijs, facultates melius indagandas, quæ erunt (vt ex nouis relatis accepimus) ſulphurearum cæterarum ſecundo gradu calidarum,& exiccantes; morbis non mirum frigidis,ac cutaneis auxiliares. Porrò non paucæ aliæ eodem tractu vſq; ad Tarentum memorantur calidarum ſcatebræ, quæ balnea calfaciunt. Vna iuxtà Metaurum amnem, & Calaſtrum oppidum,item ſulphurea, vbi ferri fodinæ, & Phrygij lapidis mineræ. Altera ad Quinque frondes vocatum balneum, decem mill. paſſ. à freto. Et tertium,qua Marnos influit amnis ſub oppido Terræ nouæ. Eſt & Balnearia oppidum,à Crathi flu. non longe,quas Gabriel Franciſcanus obiter notat in ſua Calabria, olim forſan melius referendas.

Terra de Otranto

Minera.

Aliæ in Calabria Baln. ad Calaſtrū. Ad Quinque fron. Baln. Terræ no. Balnearia.

Balneum ad Vinadum Caſtrum.

TALIA etiam conquiſitè admodum deſcripſit Bartholomeus à Clinolo Balneas ad Vinadum Caſtrum, quod eſt in agro Taurino iuxtà Padum, nec longè ab Alpibus. Quas permultis tentatas experimentis, ac rationibus adhibitis, variæ qualitatis, ac naturæ is auctor tradidit, alias frigidas, ac dulces, alias tepidas, alias impensè calidas, ac odore, potiſſimum ſulphuratas, vnguine quodam crudioribus riui interlabentibus aquulis ſupernatante. Sumuntur in balneis à Ciſalpinis,ac Liguribus frequenter, ad vſum item docciæ, ac lutamenti. Immò non deſunt qui pro ea qualitatum varietate, & pro multis vtilitatibus, has cum Aquenſibus in Monferrato balneis tàm nobilibus conferant. Aquæ digerentis haud dubiè ſunt facultatis, diſtinctæ præſertim in ſuis balneis, triplici doccia, & Luti vſu commodiſſimæ. Siccant, digerunt, abſtergunt, ac roborant pro quadam ſtyptica ferri miſtura. Nam & ferream inter alias ſuboleſcentem tradunt roborandis artibus miræ efficaciæ.

Natura.

ficaciæ. Singulares autem habentur, ſuper omnia, in artuum doloribus, etiam hæreditarijs, & confirmatis. Temperatis anni temporibus. Iactant & in his finibus ad Curium Vicum, ſub Voghera nobili oppido, ineuntes nouiter balneas, ad omnes morbos Salutares,

Bal ad Vogheram.

quarum tamen adhuc ſpecialem non habet naturam, ac inueſtigandam melius relinquimus.

Balnea ad aquas oppidum, vulgò Ais in Sabaudia.

APVD Allobroges, tractu Italico, quæ nunc Sabaodia dicitur, nec plus duabus leucis à Foro Neronis, nobili oppido, quod à poſteris Chambericum eſt dictum, ſunt Aquæ oppidum, quod vulgo Ais, nec dubium quin ex antiqua ipſarum aquarum celebritate id nomen, atq. originem traxerit. Auctum verò illuſtremq. locum euaſiſſe, pro Romanorum cultu: qui, vt conſueti erant, vbicunq. calidarum aquarum nacti eſſent fontes, eas in balneis more patrię excipere, & has, tùm pro venarum copia, tùm pro qualitate, & gradu caloris inſignes exceperint. Quod varia adhuc oſtendunt Romanæ illius gentilitatis veſtigia, ſtrata

Antiqua veſtigia.

viarum, ſepulchra, porticus, & in eis ædiculæ ſtatuarum, templa, & loca balnearum. Ac publici præſertim balnei ſtructura, quæ influentes è conſpicuo (vt cernitur) colle per ſuas venas, in mediam oppidi plateam, aquas recipiens, marmoreo in quadrum opere, capaciſſimo conſtat alueo, ac gradus, ſediliaq. habet, his, qui conſcenderent valde commoda. Inter alia verò monumenta, vnde publicum fuiſſe earum vſum arguitur; ſub vetuſta quadam porticu, ex arcuato opere, ac ſemidiruta macerie in balneum deſcenditur, vbi in frontiſpicio marmoreæ adhuc inſcriptionis extant fragmenta, in qua (vt Petrus Martir Carbonus Maceratenſis dum in his terris militiam ageret, exſcripſit) erant in prima fronte magnis litteris. L. POMP. CAMP. & in angulo CANVTIVS, & infra L.

Marmorea inſcriptio.

IVLIO AGRICOLAE GRATO. cum alijs minori forma litteris, quæ aut operum auctores, aut balnearum ipſarum curatores deſignarent. Ex quibus, & pro celebritate oppidi, quod Neronis forum deſignatum diximus, mihi plana coniectura fit, vt ex cōſtitutis in his finibus Galliæ præſidijs, dum ibi ſtationes Romani milites haberent, & has aquas recepiſſe in balneas. Nec mirum poſtea, (quod ſonant poſtrema prædicti tituli verba) L. Iulium Agricolam, virum (apud Corn. Tacitum) ſub Domitiano Cæſ. conſularem, & Britannico triumpho clarum, & Ciráros & libertos, qui Maſſiliam, dum is iuuenis eſſet, ſtudiorum caoſſa diù incoluit, & ad hæc loca pro amœnitate, & pro harum aquarum ſalubritate diuertiſſe veriſimile ſit, illaſq. iam dictis operibus, & balneis ornaſſe. Cæterùm

Natura, & qualitates.

vena eſt admodum fœcunda, ac tanti feruoris perhibet aquam, vt è communi ſcatebra, vnde è ſublato colle influit, vix tactu tolerabilis ſit, niſi deductis per adpoſitum canalem in eundem alueum frigidis aquis attemperaretur, quæ miro haud dubiè naturæ ſtudio, ex eodem iugo, & non longè à prædictis calidarum venis emanant ſuo fonte, frigidæ, ac dulces ad omnem vſum. Locus totius Allobrogum regionis peramœnus, & qui partim læta agri planicie patet, ac paſcuis, partim apricis vndiq. ſe pandit collibus, multæ fœcunditatis omnium rerum. Nec minus oppidum leni cliuo, vbi è ſaxeo iugo hæc aqua emanat, conſpicuum, & ſalubris auræ, antiquis (vt dixi) ſplendens operibus, & quos arcus dicunt triumphales, & hoſpitijs intus, & extra mœnia ſatis commodis. Vnde non ſolum à finitimis Sabaudiæ, ac Prouinciæ terris, ſed à longinquis etiam Gallis, ac Heluetijs pro harum aquarum ſalubri vſu frequentatur, nec minori laude vtilitatum, quam quæ in antedictis Borbonij balneis: quanquam hæ non ad illarum attingant caloris gradum, nec tàm variæ habeantur ad vſum. Scatent autem in medio oppido è duobus fontibus; quorum è principali ſcatebra, qui calidiſſimus eſt, ac ſulphureo in totum odore, ad mediam plateam excipitur in balneo, quod Regale dicunt, ob Caroli Magni memoriam, qui vt Aquiſgrani

Primum bal. Regale.

balnea, & hoc ipſum inſtaurauerit: marmoreis vndique tabulis, ac fulcris munitum, ac commodum. Minera eſt ex communi conſenſu ſulphurea, & pro inſigni facultate, quam

Minera.

hæ aquæ obtinent corroborandi, ac exſiccandi, multo præditas alumine ſtatuunt, ac ſingularibus Aponi balneis adſimiles. Sulphuris tamen ſuſcipiunt potius qualitates, & caliditatem, quàm multam ſubſtantiam: argumento quod circumſecus, & penes riguum vnde influunt, permulta germinat Trichomanes, & capillorum Veneris copia, quæ res, (vt item in fontibus Aponi notant auctores) ſinceritatem arguit ſubſtantiæ, præſertim quia & ſerpentes alnut, quanqusm innoxias homini, quæ ſcilicet ad illarū aquarum teporem alliciuntur.

Operationes.

Vnde pro ea temperie, & puritate caloris, valde digerentes ac roborantes exiſtunt, laxata omnia mēbra cōfirmant, tumores artuum, & inflationes ventris diſcutiunt, cōtractis ex vulnere neruis conferunt, Stomachum confortant, & vterum, ac mulieres à frequenti (vt iuuēculæ ſolent) abortu vendicant. Relinquo cæteras, & has cōſequentes vtilitates, vtq. capitis ac neruorum frigidis morbis auxilientur, paralyſi, epilepſia tinnitui, ac aurium ſurditati.

Alte-

Alterum ad Ais balneum in potibus vtile.

NON minori quidem fama, atq. vſu ad hæc omnia alterum balneum eſt, quod in ſeceſſu, ac minus acre oritur, minuſq. calidum cùm ſit mulieribus eſt dicatum, ac delicatis naturis conueniens. Multis alioquin vſus: nam cum non adeo inſuauis, nec adeo ſulphurea eius aqua ſit, & minus adſtringens; ſingularem adhuc obtinet Nitri miſtionem, cum modico alumine, ac pro tenui ſubſtantia, ſumpta in potibus vtiliter abſtergit, purgat per aluum, & vrinarios meatus, & à primis diebus per vomitum, nec non vtiles excitans ſudores. Menſes prouocat, albos fœminarum fluores, & gomorrheam etiam viris cohibet, iecur, renes, & vterum mundat, nec minori efficacia, primùm in potibus, & poſtea ſub balneis fœcundas reddit mulieres. Euocat ex alto ad ſuperficiem humores prauos, ſcabiem pruritum, & lepram extergit, à podagra, & articulari morbo, & à coxendicum dolore non adeo confirmato liberat. Ex his porrò balneis, quæ caducæ ſunt aquæ, & quæ impuræ magis colligunt illarum minerarum, ac ſulphuris excrementa, vnde craſſioris ſubſtantiæ, ad magis exſiccantes ſunt; tertiam ad mœnia habent lacunam, equis, ac canibus à ſcabie ſanandis, & pedum infirmitatibus apprimè vtile. In vniuerſum vtilia tota æſtate, imò cùm & in priuatis domibus, ac hoſpicijs, pro aduentantium frequentia non pauca ſint balnea, ægris ſaltem, & pro perſonarum dignitate commodiora, hæc & alijs temporibus vſurpare licebit. Quam hiſtoriam ex traditionibus viri nobilis Gaſparis Rexdetti Chamberien. ac ciuis Romani concinnauimus, adhibitis aliquibus ex indigenis medicorum indicijs.

Vſus in potu.

Operationes.

III. balneum.

Electio.

Balnea Aquiſgrani in Brabantia.

AQVARVM verò ad Aquiſgranum, quæ ſunt inter Rhenum, & Moſam in finibus Menapiorum, preclara mentio ſit, tàm apud veteres, quàm apud iuniores ſcriptores. Præcipuè verò nunc earum naturam conquiſitè tradidit Franciſcus Fabricius Ruremundanus, eius ciuitatis medicus, cuius hic compendium de his balneis compilabimus, ac legi id etiam ad exactam eorum hiſtoriam, atque vſum, ſicut & cætera, quæ habentur id genus municipalium balnearum ſcripta, conſulimus. Prima ergo harum aquarum inuentio, quæ & prima fuit ipſius ciuitatis origo, rectè ad Romanos refertur: qui cùm aliquandiù in his locis munimenta habuiſſent (vt ex Iulij Cæſ. ac Cornelij Taciti commentarijs colligitur) conſuetiq. eſſent, vbicunque apud externos aliquam inueniſſent calidarum aquarum commoditatem, eas in balneis, Italię more, excipere; Granum quendam (vt aiunt) Neronis fratrem has aquas calidas, inter montes, ac ſyluas reperiſſe, iuxtaq. arce conſtituta habitaſſe traditur, & exinde aquæ Grani primùm dictæ. Donec ſucceſſu temporum, Carolus cognomento Magnus Imperator, harum aquarum amœnitate, ac loci pariter ſalubritate delectatus; primùm arcem ipſam, ac balnea inſtaurauit, iuxtaq. magnifico templo in honorem Dei, ac batiſſimæ Mariæ virginis edito, eoq. ampliſſimis dotibus locupletato, ac multis indulgentijs, Leone tùm Romano Pontifice, adhibitis; tandem auctum mirandum in modum ob celebritatem vicum, muro cinxit, ciuitatemq. & Galliæ Tranſalpinæ caput conſtituit, eamq. pro latiore eius nationis vocabulo Aquiſgranum dixit. Itaque ſic ut prima huius ciuitatis incunabula fuerunt Aquæ, quibus hæc vndique tellus abundat, dulcibus, frigidis, calidis, & mineralibus multis; ita earum in balneis prima prærogatina eſt, ac tanta copia, vt non ad publicum duntaxat vſum ſint aliquæ, ſed & ad priuatas ferè quaſque ædes fundantur. Publica verò, ac primi meriti ſunt intra mœnia duo balnea, quorum alterum Regium, alterum Cornelianum appellatur: & deinde tertium extrà mœnia Porcetanum temperatæ magis qualitatis.

Grani aquæ.

Aquarum plura genera.

Bal. Regium Aquiſgrani.

REGII quidem balnei quam deſcripſimus hiſtoriam, planè indicat Eginarthus, qui Caroli Magni ſcriba, in hunc modum in eius vita ediſſerit: Delectabatur (inquit) vaporibus aquarum naturaliter calidarum, frequenti natatu corpus exercens, cuius adeò peritus fuit, vt nullus ei iuſtè potuerit proferri. Ob hoc etiam Aquiſgrani regiam extruxit, ibique extremis vitæ annis vſque ad obitum continuè habitauit; & non ſolùm filios ad balneum, verum optimates & amicos, aliquando etiam ſatellitum & cuſtodum turbam inuitauit, ita vt nonnunquam centum, vel eo amplius homines vnà lauarentur. Hæc ille. Porrò tractu temporum, cum ex varijs (vt vſueuenit) rerum, ac fortunæ caſibus, balneum ipſum cum regia dirutum, diuque penè derelictum iacuerit; iam noſtra hac ætate, quaſi fatali in reparatione Thermarum, curante eo Senatu, publicis impenſis inſtauratum eſt, in pluribuſq. alueis diſtinctum, vbi commodè, ac lautè quamplurimi ſimul lauentur.

Caroli Magni vſus balnearum.

Balnei inſtauratio.

Aqua

A qua porrò ipſa balnei, quanquam plerunque adeo limpida ſit, vt vel nnmmulum in fundo eius aluei poſſis agnoſcere, mutat tamen nonnunquam, vel minime turbante, colorem (quod pariter accidere in balneis Aponi diximus) & aliàs quidem ſubuiridis, aliàs ſub
Qualitates. cærulea, aut ſubalbida apparet, potiſſimumq. circà aëris mutationes turbatur. Refert autem naturã omnino ſulphuris, cum nitri modici admiſtione, & vt puto ex ea aquæ infectione) nigri bituminis, nam & tellus tota vndique metallis ſcatet ferro, plumbo, Cadmia, & nigro bitumine, quam carbonariam terram appellant. Quod & operationes oſten-
Minera. dunt, ſtrenuè enim calefacit, atque exſiccat, ex alto humores ad extrema euocat, extenuat, diſcutit, abſtergit, ad multaſq. corporis ægritudines efficaciſſima eſt, frigidas præcipuè atque humidas. Conducit in primis frigidis neruorum affectionibus, conuulſioni, paralyſi,
Operationes. apoplexiæ, tremori, palpitationi, idq. genus alijs neruorum, artuumq. morbis. Articulorum dolores, tumentiaſq. diſcutit, ventris, vteri, lienisq. tenſiones inhibet, ab aqua intercute vendicat. Ictericiam ſanat, nam & hepar, & ventriculum, & cætera viſcera cor-
Electio. roborat, ex ferri natura, ac appetentiam excitat. Facit ad omnigenos dolores, vbi tamen non intercedat febris, colicos, vterinos, nephriticos. Fœcundas exinde facit mulieres. Exſiccat omnia cutis vitia, & vlcera abſtergit ſiccatque, etiam quæ morbi Gallici vitio contracta ſint. Nocet aridis, extenuatis, ac febrientibus. Temperatis temporibus, ſecluſo ſirij feruore conſulenda.

Bal. Cornelianum Aquiſgrani.

Minera. CORNELIANVM verò balneum parum admodum à Regio iam prædicto differt, ſulphure pariter, alumine, ſale, ac bitumine participans, & ſimiliter per interualla mutabile. Cæterùm apprimè calidum, valentioreq. exiccandi facultate pollet, in tantum, vt vix ad
Operationes. horam tolerabile ſit, ac quoſdam, vel ſolo odore offendat. Proinde ad eadem promptius operatur, nam & contractis induratis, ac reſolutis neruis egregium præſtat auxilium. Tumores ex antiqua defluxione obortos, etiam articulares, ac podagricos exterit. Vitia cutis, & incipientem lepram abolet, fluxus muliebres in ordinem redigit, vteroſq. conceptui facit idoneos. Pota eius aqua aluum ſubducit, renumq. calculos, ac arenulas pellit. Eos denique qui nimia corporis mole grauantur, rectè adhibita extenuat. Cauenda cali-
Electio. dis, ac imbecillis maximè, temperatiſq. ſimiliter temporibus ineunda.

Bal. Porcetanum Aquiſgrani.

PROCETANI autem balnei aqua, quod extrà mœnia Aquiſgrani eſt, calidæ admodum qualitatis ſimiliter eſt, ita, vt & obſonia percoquat, eodem Ruremundano teſte. Niſi quod hæc vno perpetuo tenore limpida exilit, nullo aut ſapore, aut odore ingrata, & minus ſulphurea, cum multo ſale, ac multo alumine. Aliquam ex eis mineris portionem deducere vſum ſecum hanc aquã hoc indicium eſt, quod & in alueis, & circà margines fontium la-
Minera. pidem facit, quod de Mattiacis aquis, ac multis alijs Plinius atteſtatur, & in cunctis moderatius operatur. Soluit hæc aqua ventrem, ſi largiùs bibatur; ſudores excitat ob ſubſtan-
Vſus. tiæ tenuitatem, tàm ſanis, quàm ægris in quacunque ætate, ac ſexu perutilis. Vſus tamen præcipuus in balneis eſt, in quibus valde exſiccat, humidis idcirco defluxionibus articulorum, cutiſq. infectionibus idonea, ventriculo humecto, ac nauſeabundo opitulatur, hydropiſim, laxoſq. tumores id genus extenuat. Minus calfacit, vt reliquæ ſulphureæ ſunt, & non admodum calidæ, tota æſtate.

Bal. Brigenſes in Valenſijs.

IN Valeſis item, quæ Heluetiorum regio eſt, Brigenſes aquæ habentur. quæ, a mœnia planicie Rhodani exiguo initio fluuij, ac monticulis quibuſdam intercepta, ad radicem collis ex quadam petræ ingenti fiſſura emanant, & calidæ. At in balneo, confluente in ipſas frigidæ venula, ex iiſdem ferè cuniculis, temperantur, ac iucundæ ingredientibus ſen-
Natura. tiuntur. Mineram tradunt ſulphuream, calfaciendo, exſiccando, ac digerendo vtiles. Vnde
Operationes. capitis & cerebri paſſionibus, ex frigida intemperie ortis, neruis, articulis, iuncturis, tumentijs quibuſcunque, tùm laxis, tùm flatulentis opitulantur. Vlcera exſiccant, conſolidantq. & ſcabiei generibus medentur. Vſus in balneis, & temperatis temporibus: alio-
Electio. qui magnis caloribus, capite debiles, aut renibus, non adeò iuuant. Nec minus qui febrem ſuſtinent, & ægrè coëunt,

Bal. Abodiaci caſtelli in Baioaria.

PORRO Baioaria vltrà Valeſios, multis admodum mineralibus aquis abundat præ-

ſertim

ſertim ſalſis, & quibuſdam ſulphureis. Quale extat ſatis celebre balneum, apud Abodiacum caſtellum, ſuprà Reginoburgum: natura ſulphureum, alumine ſubinde, ac nitri natura participans. Quare eius aquæ in intimis anfractibus ſuffocatę, ſrixa odore ona reſerunt, vt ſcribunt. Cæterùm exſiccant, ac mediocriter calfaciunt, vt aliæ id genus ſulphuratæ. Principio æſtatis, atque autumno in balneis vtiles. Minera. Electio.

Badeniæ in Auſtria.

SVNT & in inferiori Badeuia Auſtriæ, non longè à Vienna, Balnea: quæ oppido ſimiliter nomen dedere. Minera (vt quidam Germani medici ſcripſerunt) ſulphurea, ſale, atque alumine participans. Quare frigidis omnibus, atque humidis affectibus conferunt, difficilè ſpirantibus, & aſthmaticis. Articulorum doloribus, & podagræ à talibus humoribus ortæ, hydropiciſq. medentur. Primas autem prærogatiuas in vteri, ex eadem intemperie morbis ſibi compararunt: ſterilitatem remouent, albos, ac diſcolores menſium fluores compeſcunt: vlcera, ac pruriginoſa alia cutis vitia abolent. Minimè tamen febrientibus, non ſenibus, non pueris, non extenuatis conſulenda. Nec adeo feruidis caloribus. Minera. Electio.

Bal. apud Elembogium in Bohemia.

ALIVD ſimile balneum eſt in Bohemia apud Elembogium caſtellum, ſulphuroſum, & cum alumnis miſtura. Quare mediocriter calidum ponitur, impensè exſiccat, atque cutim exaſperat, ex alumine. Recipitur vtiliter in balneis ad inflationes ventris, ac tumores quoſcunque corporis. Scabiem ſanat, ac omnem cutis ſorditiem abſtergit: iuncturarum, ac neruorum morbis (vt arbitror) vtile. Tota æſtate. Minera.

Balnea ex Græcis auctoribus.

BALNEARVM verò, quas ex Græcis auctoribus in frequentiſſimo vſu extitiſſe accepimus, compendiariam duntaxat cenſuram, ſub hoc ordine faciemus, obſeruantiſſimus rerum, ac pater omnium Sapientum Homerus, Aquarum naturaliter calidarum meminit apud Scamandrum fluuium Troiæ, quas ad dolores mitigandos facit vtiles, cuius citat Athenæus duo carmina: quæ habent latinè hac ſententiam.

Vnda fluit calida hinc, fumuſq. attollitur altè
Ad cælum, veluti flammis crepitantibus ignis.

De Magneſijs autem aquis in Aſia, meminit Ariſtoteles in Problematibus, quæ calidæ cùm ſint, hiemalibus tamen dilutæ imbribus amittunt vires. Meminit & 11. Meteor. de Thermis circà Adepſum oppidum in Euboea, quas ex terræmotu ab occurrentibus flatibus à mari euatas tradit. Sunt & in Euboea apud Lelantum Hellopiæ vocatæ. In Peloponneſo aliæ ad Methanam. In Caruris valde calidæ, & ſiccæ, Athenæo, & in Inſulis Græciæ adiacentibus plura exempla: calidæ in Melo Inſula Carpathij maris, vbi ſulphur colligitur electiſſimum; & viuum ſulphur in Lipara Inſula, Dioſcoride auctore. In Arcadia meminit Pauſanias, aquas apud Cyrenethenſes populos, quæ vtiliter in potibus ad canis rabidi morſum exhiberentur. In Ponto Phazemonitarum calidæ. In Phrigia Hierapoli. In Ionia, non longè à fano Apollinis. In Aſtyris, in Cardia, in Marmarica vltrà Arſinoem. Thermas in Leſbo inſula propè Mitylenas meminit Galenus: qui & alias recenſet in Liceris Suſi Pergamo ſua patria. Et item ad Pruſam in Bythynia Græciæ extimā parte, de quibus etiam meminit Plinius in Epiſtolis. Eſt ad Tyberiadem Iudææ Callirhoe fons calidus, Plinio. Qui & calidas meminit in Aphrica propè Carthaginem: & alias non longè à Nanſa oppido, & in Mauritania Cæſarienſi, non longè à Chazala oppido.

Reliqua ex miſturis balnea ſecundi ordinis:

PORRO ad hunc ordinem, qui vſu maximè commodas continet aquas, plurima ex metallicis balnea rediguntur, præſertim quæ intenſo aliquo gradu caloris, & in baneis, & vſu ducciæ perhibentur vtiles. Horum enim quæcunque calent, in vniuerſum aut ex plurimo, quo participant, ſulphure, ſecundum attingunt gradum: aut plus paulò excedunt. Petrioli, præter balneum principale, quod eſt calidiſſimum, reliqua omnia ex miſtione aliqua remiſſum caloris obtinent gradum, ac aliqua Temperati nomine vocitantur. Remiſſè pariter ſub Viterbio ex æris miſtura calent tria balnea, primum Nauſeum vocatum, deinde Iaſielli, & tertium adeo famoſum Grotta. Simili miſtura & Leuch balneum in Germania, ad ſecundum calet gradum. Et item ex ferro, circà ſecundum gradum caliditatis verſantur Auinio in Senenſi balneum, Aquæ & Regina in Piſano mitiores; Coctum balneum in Aenaria inſula. Plumbeum Similiter vocatum in Lotharingis, & ex auro Fabarienſe. Cum

ſe Cum remiſſo autem caloris gradu reperiuntur ex medijs mineralibus aquæ, quarum quæ intenſius caleant ſunt aluminoſæ, quæ ad ſecundum vſque pertinent gradum, vt Corſeni balneum in Lucenſi, & vt nonnulli ponunt de villa aquas. aliquæ item ad Sanctum Caſſianum, Porretanæ aquæ, & quædam ſub Apono, multijugæ veluti diximus naturæ, cum ſulphure, atque admodum aluminoſæ. Vnde has, ac ſimiles alias, dum temperamenti, ac miſtionum vera ſeruetur hiſtoria, non grauabimur aluminoſas, aut Sulphureas, vel à calore, vel à miſturæ participatione nominare.

De Sulphuratis, & calidis primo gradu aquis.
Cap. XIII.

Operationes. Electio.

QVAE verò nunc circà primum ordinem diſponimus balnea, pauculo exceſſu ſuprà humani caloris temperiem conſiſtunt. Vix vllo ſenſui ingrata. Vulgaris item naturæ, & aut pauci, aut promiſcui fomitis caloris cum aliqua alia minera. Quare ſiccant potentiali potius facultate miſturæ, quàm actuali ipſa qualitate ignea: quales multæ habentur Potulentæ aquæ. Iure balnei modicè penetrant, abſtergunt, cutis omnigenis vitijs medentur. Parcè ex alto conſperſæ diſcutiunt: Faciunt ad omnia, quæ in ſecundo gradu caliditatis diximus, quanquàm in cunctis tardiùs operantur. Omni ætate inoffenſæ, & quædam media etiam æſtate vtiles.

Balnea Saturniæ.

Sulphuroſæ ſudationes.

SATVRNIAE in maritimis Senarum Vetuſtæ Rom. Coloniæ, balneum trans Vmbronem fluuium, antiquum extàt. Saturninos apud Suanenſes meminit Plinius ex Ptolemæo, Aurininos olim appellatos, quod Beroſus Caldæus confirmat. Diſtat autem à Suana ſeptem millibus paſſ. ſitus ampliſſimi (vt cernitur) ac amæni agri, ſed qui ſulphuroſum certis locis, & calidum halitum mittit ad ſudationes aptiſſimum. Extant & balnei antiquã veſtigia. Sed iam tùm creſcente Senarum dominio, vnde populi è tota fermè hac regione maritima ad montana concurrit; multa alia claruerunt finitima ipſi metropoli balnea, ac Saturnia, vt pleræq. aliæ tunc nobiles ciuitates maritimæ defecere, vt Ruſellæ, Anſidonia, Guaſconia, Populonia, & cum his ſua balnea: quorum fortaſſe à nobis opportuno magis loco mentio fiet.

Sulphureæ, ac aliæ quædam in Pincenis.

Truentũ flu. Aſo flum. M. Altus. Tinnia. Cluentũ. Potentia. Miſa. Aeſis flu. Sentinum Metaurũ. Iſaurum. Salſæ in Firmano, & calidæ. Ad ſeptẽpedam.

QVANQVAM verò ad ſiniſtram Italiæ partem, quæ à mari ſupero Aquilonem latè reſpicit præter celebres Aponi fontes perpauca habeantur calidarum aquarum exempla, nec minerarum; Piceni tamen regio quæ frugaliſſima omnium rerum, ab Apennino monte, inter Truentum, & Iſauros nobiles fluuios compræhenſa ad mare excurrit, cùm non careat aliquibus balneis, octo præcipuè, vel decem fluminibus conſpicua eſt. digniſſimæ in hiſtorijs memoriæ, quod eorundem fluminum nomine, præclaras Vrbes, vel oppida ſanè inſignia, & quaſi coæua ſnis fluminibus haberet. Truenrum primnm, ad orientales fines, cum Truento Vrbe, propè mare, vbi nunc Aſculi portus. Aſo ponea fluuius, & trans Aſonem Ripa ciuitas. Tinnia & Tinnium, M. Altum oppidum, nunc Sixti V. Pontif. Maximi patria celebris. Ad conſpectum verò Cluanæ in ora maris Plin. quod mihi patrium ſolum, & Cluentum magnus amnis. Potentia, & ad oram maris Potentia vrbs, vbi non longè celeberrimum toto orbe terrarum Laureti templum, Miſa hinc, & Miſianum caſtrũ, & æquis interuallis Aeſis, & Aeſinus fluuius, qui in montanis excipit Sentinum, à quo, & Sentinum nobile oppidum, poſteris Saxoferratum Bartoli patria. Metaurum, quod à Fano Fortunæ obtinuit nomen, & Iſaurum occidentali termino, vbi Piſaurum. Ex medicatis verò aquis, exactè ſalſas habet ad montem Aponum in Firmano. & nonnullas Sulphureas. Vnam habet ad Petriolum caſtellum, calidam, & grauis odoris & hinc trans Cluentum in Tolentinate agro ſulphuream, quæ excepta nouiter in balneis merito erit inſtauranda. Altera ad ripam Potentiæ fluuij, ſub mœnibus apud Vetuſtam Septempedam, cui à poſteris Sancti Seuerini nomen inditum eſt, cum veſtigijs, quæ adhuc extant antiqui balnei, odore, ac tepore Sulphuris. Tertia in Anconitano ad montem Miluim caſtrum, quam & excipiunt hodie vtiliter in balneis.

Bal. aquæ ſanctæ ſub Aſculo.

MVLTAS verò laudis balneum in Picenis eſt Aquæ Sanctæ, quæ ab Aſculo decem millibus paſſ. Via Romana, & in ipſo Truenti amne, originem quæque ac nomen ipſi oppido dedit. Scatet autem ad radices Apennini ſub repoſta ſpelunca, longitudine pedum circiter quinqua-

Digitized by Google

quinquaginta,dimidio verò maius altitudine,natura tophacea,ac incruſtaměto ſulphureo ex vaporibus, qui ex imo ſpecu, vnde hæc aqua emanat, eleuantur obducta. Aqua idcircò actu calida, ac ſulphurei halitus, quam primigeniã eius loci mineram color, ſapor,odorq. & operationes manifeſtant: non ſine quadam ferri, aut ochræ potiùs infectura, quæ flauis ſedimentis proiecta per experimentum argentea numiſmata, fulua paulo poſt ſuperficie tingunt. Nec mirum. argentum enim (vt naturę ſapientes probant) medicatis aquis inficitur, atque etiam afflatu ſalto ob quam equidem proprietatem, has aquas intellexiſſe Plinium crediderim in Piceno, in quibus proiecta lapideo cortice obducuntur. Participare videtur, & nitri naturam, cruſtaceis illis ramentis guſtu ſubacribus, & ſubamaris, quæ & linguam mordicant. & præterea, quia vlcuſculis,ac ſcabioſis identidem aqua, primis,præſertim diebus pungentem incutit dolorem, contrahitq. ſuctu quodam maiora vlcera,excedens malam carnem,ac eadem tamen ipſo vſu perſanans. Calida ponitur à primo ad ſecundum gradum, fumoſa, ac oculos propterea vapore compungens, quæ leuicula res poſt primos dies aſſuetis non durat, ac multis non nocet. Grauat ſimiliter caput nonnullis, nocet & aſtmaticis, & anheloſis, excitatq. defluxiones, non mirum imbecillis, & non benè purgatis corporibus. Cæterùm vſu in balneis celebris eſt, ac duccia, aliarum calidarum modo, digerens, ſiccans, abſtergens, morbis idcircò omnibus frigidis, atque humidis ſanandis apprimè efficax. Supereſt autem in ipſo balneo aquarum duccia, cui vnica laus tribuitur,Sauonarola teſte, ad laxitatem neruorum, ac iuncturarum diſcutiendam, ac loca ipſa affecta confirmanda: Vt reliquas taceam, quæ ſunt aliarum ſulphurearum vtilitates. Adde ſingulare experimentum Ricciardi eo cognomento medici à M. Gallo egregij relatu, perſanatam ěius aquæ potibus Hypoſacram, à quinque ad ſex cyathos patienti exhibitæ. nam pro nitri (vt exiſtimo) illa acrimonia largo excitato eius ichoris fluore per aluum, & per vrinas, mox diſcuſſo pluri ex parte per halitum flatu, ac hepatis vegetali adhuc virtute permanente,exinanitum noxio humore corpus remanſiſſe incolume. Simili modo & hominem cum diu Canſtomachos extitiſſet, redundante in vẽtrem frigido humore, liberatum à longo cruciatu, ac ſubinde validiorem redditum. Cauenda hæc balnea magnis ſub Siro caloribus, ac interuenientibus propinqui amnis influxibus, qui ex aluei eius loci anguſtia pluuijs abundantibus, refuſa in ipſam ſpeluncam omni colluuie, haud modicè aliquando iſtarum aquarum ſynceritatem conturbant.

Minera.
Temperamentum.
Vſus,& operationes.
Vſus nouus in potibus.
Nocumenta.

Sulphuratæ in Cotiſcolijs aquæ.

Antiquiſſimi porrò nominis ſunt aquæ, quæ à paucis hinc annis ad Andredochum oppidum in vſum balnearum venere. Quippe de his haud dubiè intellexit Strabo lib.v.cũ in Sabinis ciuitates,Amiternum commemorat,& Interocream vicum,Reate finitimum. Et ſubdit: In Cotiſcolijs Aquæ frigidæ ſunt,quarum potus,& inſeſſio morbos curant. Quo nomine Cotiſcoli etiamnum dicitur locus ad Andredochum,corrupto ab Interocrea vocabulo: vbi extrà portam,via Salaria, qua Aquilam itur,& Aſculum, hæ aquæ emanant. Sulphureæ, vt prædicant, naturæ,necnon ferruginei ſaporis, & cum aliquo tepore. Sanant in balneis ſcabiem, & quæ vitio hepatis pullulare ſolent vlcera penitus abolent. Et (vt quidam aiunt) purgant in potibus harenulas.

Minera.
Vtilitates

Bal. ad Arſam Fluuium in Iſtris.

MEMORIA dignas hoc in genere Sulphurearũ,nec valdè exſiccantiũ, mihi retulit aquas Camillus Flauius Fanen. medicus egregius, à ſe viſas in Iſtria,ac communi vſu in balneis cõprobatas.eſt locus in Iſtris,qua Arſa magnus fluuius à mõtanis vſq; Noricis in Phanaticũ ſinum Adriatici influit,non plus decem ſtadijs à Pinguento oppido,ac Albano iugo antiqui nominis,vbi ex ingenti ſecus viã ſaxo,aqua medicata plurib.ſcatet bullis viſuperlucida,cęterùm tactu calida,odore,ac vaporibus vndiq.adlatis Sulphurea.quin & alnei materia,quæ cum ipſa aqua egurgitatur,planè ſulphurea percipitur. Et cũ lapideam circà margines imponat cruſtam,in alueo ipſo, viginti circiter pedum ambitu clauſa, & ſine certo exitu ſubterlabentibus venis; balnei vicem præſtat, quod ſub diu turmatim incolæ, etiam ſani tota æſtate frequentant. Vſu verò balnei potiſſimũ ad ſupercutanea curanda vitia probatur, ſcabiem,pruritum,pſoram,& à lue quoque venerea coempta vlcera perſanans. Nec dubium,cũ ex rudi adhuc illorum hominum inſcitia, vix alia ex his balneis tẽtata fuerint experimẽta cæterarum ſulphurearum hanc aquam præſtare effectus. frigidis, atq. humidis affectibus mederi,artuum dolores,ac exinde natos tumores diſcutere,inflationes ventris,iliorũ, vteri diſſoluere. Vnde ſunt qui cũ balnei vſu, eaſdem & in potibus medicatis, aquarum Aponi exemplo vſurpent,ac non mediocriter ventrem,inteſtina, ac latas vias,ſed faciliùs per vrinas abſtergere aſſeuerent. nec ad ducciæ vſum, ſi ritè comparentur inutiles, tota æſtate.

Qualitates.
Vſus in balneis.
In potib.

Balnea Montis Falconis in Carnis.

In Carnis autem, quod ad extremam Italiæ, ac Illyriæ oram Friuoli hodie dicitur, inxtà Timauum amnem, quem minus accuratè, ac in tranſcurſo Lucanus inter Enganeos poſuit, in agro montis Falconis, littore maris, ſcaturigines ſunt calidarum aquarum memoriæ antiquiſſimæ.

Lucani locus lib. 7.

De his mentionem facit Plinius inter miracula fontium d. Contrà Timauum amnem Inſula parua in mari eſt cum fontibus calidis; qui pariter cum æſtu maris creſcunt, minuunturq. Verùm mutatis rebus ad hanc ætatem, ſpecies duntaxat illius inſulæ cernitur, quæ cum littori adiaceret, ex maris inſtabilitate iam tot ſeculis, & quod ab ea parte ſiccatur indies, continenti adiuncta eſt. Abſunt autem (vt Leander Albertus, à quo hæc accepimus, atteſtatur) à montis Falconis oppido, duo circiter millia paſſ. à Timaui autem oſtijs haud multo plus vno, nouiter recognitæ, ac reſtitutæ in balneis. Antiquam verò iſtarum aquarum nobilitatem indicant vetuſtæ ſecus ædificiorum reliquiæ, inter quas reperta iampridem plumbea lamina legitur antiquo caractere AQVA DEI, ET VITÆ. Innenta autem eſt, dum locus repurgaretur, lata in quadrum piſcina, intuſq. lauacrum quinque paſſuum alterutrinque ſpatio, ſenio tamen partim obſitum, ac partim dirutum.

Aqua Dei & vitæ.

Minera.

Aqua tepida, odor, ac ſapor ſulphureus, ſalſuſque: nec mirum influentibus in eam ex occulto fluctibus, littore longè omnium latis hic cuniculis dehiſcente. Proinde notum eſt quod prodidit Plinius, de refluxu horum fontium; nam intumeſcit in his aqua æſtuanti mari, moxq. reſidet illo quieſcente.

Vſus.

hanc qui eam nouiter ſunt experti ebibitam infernè purgare aſſeuerant: quod cauſſæ non diſſentit, pluri ea ſale, ac ſulphure participante inter alias miſturas. Exſiccat in balneis, ac moderatè calfacit, digerit, ac abſtergit; ex quibus multa poſteà tùm ex tertijs, tùm ex quartis facultatibus, operatur.

Electio.

Sunt in vſu toto æſtate.

Balnea Sancti Martini ſub Como.

BALNEARVM verò Sancti Martini, quæ & Maſini à cognomine Vallis dicuntur, ſatis eleganter hiſtoriam conſcripſit R. Paulus Parauicinus Nouocomenſis medicus. Sunt autem in confinibus Italiæ, propè Vulturenæ Vicum octo millia paſſ. à ciuitate autem Comi milla paſſ. ferè ſexaginta, inter montes, qui vulgò Braulia, à Strabone autem, ac Plinio iuga Rhetia nuncupantur. Loca vndique primo acceſſu aſpera, ac montuoſa, mox lata ad ſummum ſeſe offert planicies, perquam ex abrupetiſſimis Alpium iugis præceps Maſinus delabitur. Ad ſiniſtram læta exporriguntur armentorum paſcua, ad dexteram autem limpidæ iſtæ & calentes aquæ per glabreta quædam, ex fiſſo rimoſoque ſcopulo erumpentes, ad radicem montis binis ſyphonibus colliguntur in balneas, vbi pro miniſterijs lautionum domunculæ extant contabulatæ, ac ſatis commodæ. Loci verò aſperitatem aëris ſalubritas, & grata indigenarum hoſpitalitas compenſat, qui annuos huc habent conuentus, ac in feſtis celebrant: ſub arenti præſertim ſolſtitio; quo harum aquarum electio fit, ob rigidum in ea regione aliorum temporum algorem.

Electio.

De minera, ſunt hi montes metallis ditiſſimi, auri, argenti æris. Gignunt cryſtallum gemmarum inſtar ſplendidiſſimam, magnis maſſis exangularibus: nec non Amethyſtarum innumerarum ſobolem, quos Cranatinos à ſimilitudine appellant lapillos. Nec caret hic tellus intimo ſuo fomite caloris. Quare harum aquarum natura miſta eſt, nec ſine eius fomitis veſtigio: nam ad tactum blandiſſimè calent, & quæ acrimoniæ, ac ſalſuginis quidpiam guſtui referunt, multam nitri, ac ferri miſturam oſtendunt, quod & ex ſublimationis experimento, & ex adiacentium recrementorum qualitate confirmatur.

Minera.

Cryſtalli natura.

Amethiſti lapides.

Odore ſuaues, nec vllatenus ingratæ; vnde non ſolùm natù grandiores, ac natura validos, verumetiam tenellos pueros, æquè, ac mulieres, & ſenes leniſſimè iuuant, vel certè (quod plurimi faciendum videtur) innocenter attingunt. Sumuntur in omnem vſum, non aliter atque Porretanæ aquæ, in primis tamen vſu balnei electiſſimæ. Virtutum verò admirandarum perhibentur, vt nulla planè ſit à capite ad pedes affectio, quam non viſæ ſint vel ſanaſſe, vel admodum iuuiſſe. In potibus quidem, quanquàm modicè purgatoriæ ſint ex miſtura; ſtomachum tamen, & reliqua alia nutritionis membra omni exuunt intemperie, frigida præſertim, atque humida. Vſu verò ducciæ faciunt ad catarrhi omnigena vitia diſcutientium aliarum aquarum more, capitis, neruorum, iuncturarum. Immò ſi in particulam quampiam, aut imbecillam, aut laxam, aut tumidam in aſperſionibus ſumantur, roborant, ac diſcutiunt. Luxata firmant. Contractiones, & tendinum, & cordarum in artubus, cœno ipſarum illutato, eoq. ad ſolem (vt moris eſt) reſiccato, & ſubinde abluto in balneis, in priſtinam habitudinem reſtituunt. Et denique non hominibus ſolùm, verùm beſtijs quoque, & domeſticis iumentis auxiliares reperiuntur.

Vſus, & operationes.

Caſti-

Caſtilionis aqua in Aenaria.

Inter Aenariæ autem inſulæ aquas, vbi multas narrauimus reperiri apprimè calidas; haud multo excedit calore, quæ à Caſtilione vetuſto oppido, vbi emanat vocitatur, Calida quoque ac ſulphurea, cum ferri miſtura. Porrò ex nouis Iulij Iaſolinij cenſuris, qui diù apud has balneas degit, ac multis hanc aquam ſubiecit experimentis, ad ſimilem admodum aquæ Tettucci tam celebri eam decernimus. Eodem non mirum ſapore, odore, colore, ac pondere, & etiam deijciendi facultate per aluum, qua facile ebibita tranſit, & per vias vrinæ. Et quod dignius eſt, ferro etiam, ac corroborandi virtute participans. Nam à cliuo eius montis tota illa planicies, quæ ad mare pertinet, ferruginea viſitur, & quæ magneti adhibita, facilè adhæret.

Minera.

Qualitates, & vſus.

Quæ de Prochita inſula.

PROXIME' quæ de Prochyta, & alijs inſulis ante Miſenum, iuniores quidam Italiæ deſcriptores tradunt, non carere aquis calidis, nec forſan auro, & alijs metallis, non obſcuram habent in hoc Strabonis auctoritatem libro v. cùm de Pythecuſis, quæ dicta eſt Aenaria locutus, vt terræmotibus, ac aquarum feruoribus, fuerit omni ſæculo memorabilis: planè ſubiungit; quandoque autem contingit, vt minores ſimiliter inſulæ efferueſcentem habeant aquam. Quippè Inarime mons Aenariæ, qui eſt ad conſpectum Puteolorum, vt è ſubterraneis cauernis, quas habere communes cum vicinis inſulis diximus etiam ſub mari terræmotum paſſus hanc profudiſſe inſulam traditur, vnde illi nomen προχύτη, quaſi Profuſa eotem teſte inditum eſt; ſic per eaſdem vias communicari etiam calores, & interdum aquas veriſimile, quanquam hodie iuniorum noſtrorum teſtimonio, qui hæc accuratè magis perluſtrarunt loca, nullas in hac inſula haberi aquas medicatas certum eſt, nec auri, aut alterius metalli materiam.

Notatur Leandri Alber. hiſtoria.

Caldanæ aquæ in Corſica.

CALDANÆ aquæ in Corſica, ab Adiacio ciuitate ſunt decem & octo circiter millia, ſub ditione Ornani oppidi. Sunt autem mediocriter calidæ, & in vſu frequenti tàm balnei, quàm potuum, ad multas infirmitates vtiliſſimæ. Per aluum enim ſoluunt, vt ſanè purgatoria perexigua, ac vermes interficiunt. Ducunt per vrinas.

Calidæ Ræliquæ in Corſica.

CALIDÆ quoque, & in balneis celebres aquæ ſunt ad caſtellum, cui Vicum nomen, ſub Alecca oppidi ditione. Quæ pro aliqua miſtione ferri, mirificè viſcera, ac inteſtina corroborant in potibus. Hepaticos fluxus perſanant, vt Ferratæ reliquæ. Similes aquæ apud Morazzanum caſtellum, diœceſi Mariana; vbi ſcabiem ſanant, vlcera exſiccant emanantia, colicos, & artuum dolores compeſcunt, vſu balnei. Similes & ad Baricem caſtellum. Atque hiſce omnibus calidiores ad Talagum pagum: quas aliquando (ſi Deus voluerit) diſtinctè magis deſcribemus.

Bal. Morazzani.

Bal. Baricis.

Bal. Talagi.

Balnea in Sardinia.

A Littore verò Corſico, traiectu maris nouem millium paſſ. longè in meridiem Sardinia porrigitur, altera dicta Sicilia. In qua (vt inter antiquos meminit Iulius Solinus Polyhiſtor) aliquot locis fontes calidi, ac ſalubres ferueſcunt, qui aut oſſa fracta conſolidant (quos nos ferro in primis tribuimus) aut oculorum ægritudinibus (quod nitro, æri, & auro conuenit) medentur. Vel corallorum nobilitati, id tribuendum eſt, cuius diuiti admodum propagine, ac ſucco hæc littora Corſicæ abundant, ſiccæ, ac adſtringentis, qualitatis. Pertinet autem hæc nobilis propagatio, vſque ad Siculum fretum, nam & ſub Lilibeo promontorio non longè à Drepano integras hoſtie arbores corallorum piſcantur purpureas multas, aliquas candidas. Horum hodie fontium ſub Oriſtanenſi diœceſi, in media ferè inſula, aliqua balnearum antiqua remanent veſtigia, cum ipſius calidarum ſcatebris, vix tamen huic poſteritati recognitis. Infrà autem mons præruptus, qui Gaditanum reſpicit, ſalis natiui ferax, ruboris conſpicui, nec inutilis in condimentis. Tellus alioqui metallis fœcunda, argenti, plumbi, atque ſtamni, qui à dextris Calaritani promontorij fodiuntur. Inter quæ Sardouum Alumen probatur Plinio. Superſtitioſas porrò, quas addit hic Solinus aquas nimirum quæ à Solfugis inſertum venenum obtondant, cum quibuſdam etiam ad fures coarguendos incantamentis, hodie non eſt, qui aſſignet.

Coralli ſuccus.

Salis mõs

Superſtitioſæ aquæ Solini.

Calidæ Regales in Hiſpania.

IN Hiſpania autem nunc Caldas del Rey pagus appellatur, iuxtà viam, quæ à Sancto Iacobo de Compoſtella in Luſitaniam ducit. xv. circiter millia paſſ. balnearum nobilitate inſignis, calidæ ac digerentis facultatis. Ex Doctore Torres.

Bal. Tralus.

EXINDE ad oppidum Tralus minus xxx. ſtadijs, alterum balneum quoque valde celebre eſt, ac eo maioris vtilitatis, quo ex naturali hic miſtione, ac diuerſorum fontium confluxu, ſuo quiſque arbitrio aquas præparare, ac temperare poteſt. *Natura.* Calfaciunt, ſiccant digerunt condecenter, ac ex his multa alia ſingularia præſtant iuuamenta, quæ ſunt aliarum id genus calidarum, ac ſulphurearum. *Electio.* Per veris finem, ac æſtatis initium eliguntur, atque Autumno.

Bal. ad Orenſem ciuitatem.

AQVICALDENSES populos ponit in hoc tractu Gallecìæ in Luſitaniam Plinius; quæ nunc eſt, Orenſis Ciuitas, iuxtà hos ritus lauationum antiquæ nobilitatis. Scaturit autem aqua calida, ac uena, ſiqua eſt in eo Minij amnis excurſu, ſanè diuiti. Plus tamen, ac minus calida è certis ſcatebris fit; ſeu loci diſtantia à fomite ipſo caloris, ſeu plurifrigidarũ miſtione id accidat; ac feruidiorum quarundã popularis hodie vſus eſt in pannis abluendis, ac porcis expilandis, mundandiſq. id genus animalibus. In communi verò, *Natura.* aqua præter eum caloris ſenſum, odoriſq. non nihil ſulphurei, cæterùm nulli ſenſui ingrata, puræ ſubſtantiæ, ac vbi reſederit, refrixeritq. ſyncera adeò redit & clara, vt ad vſum quoque eduliorum ſit idonea. Quam ob rem, non tam ſubſtantiam ſulphuris eas recipere à minera exiſtimo, quàm ſubeuntes ex imo vapores; qui calefaciunt, quales multas narrauimus ſimiles, Idq. confirmatur ex vetuſtis hic Thermarum veſtigijs, quas veteres Latini, coloniq. Romanorum, iucunditatis, ac deliciarum gratia, pro blandiſſimo illo naturali tepore aquarum erexiſſe, veriſimile fit. *Vſus.* Itaque in balneis mediocriter calidæ; ac digerentis inueniuntur qualitatis, quales Baiarum aliquæ in Italia temperatæ. Tota æſtate vtiles.

Bal. quædam in Nauarra.

IAM peruenit ad nos notitia quarundam eius generis calidarum aquarum, quæ inter confinia Taraconenſis partis, & Nauarræ, qua Iberus non longè affluit, ad pagum Fitteri, quæ in balneis recipiuntur. Digerentes eas eſſe facultatis aſſerunt, ad multos morbos quales ſulphuratæ aliæ, perutiles. *In Bethicis.* Sunt & in Bethicis aliqua balnea, ſpecialiter in agro Hiſpalenſi, quæ nunc Sibilia dicitur, de quarum natura fieri certiorem, vt de multis quoque alijs in Hiſpania, deſidero. Et quæ ſint hodie antiqua illa de Ceparis balnea. Et alia Anthetanis adſcripta.

Bathoniæ in Anglia.

BRITANNIA, maxima totius Europæ inſula, metallis fœcunda, præſertim plumbo, ac ſtanno, & nitro, multis in locis Thermalibus abundat aquis, quas, vt ex diligentia, ac ſtudio accepimus præclari viri Edouardi Carne, Oratoris Regijs iam apud Iulium III. & Paulum IIII. Pontific. ſuo ordine deſcribemus. *Aquæ calidæ Bathoniæ.* Præclarè verò hac etiam tempeſtate, quæ haud multum à faucibus Sabrinæ fluuij, à dextris Vigorniæ ad Bathoniam ciuitatem habentur. Quam (vt Polydorus Virgilius Vrbinas tradidit de rebus Anglicis) Badudum Regem ædificaſſe traditur, & (vt fama eſt) balnea fluentibus hic calidis extruxiſſe: nam falsò opinari aliquos, qui id opus à Iulio Cæſare adſcribunt, cùm ſatis liqueat Cæſarem ad hunc vſque locum non perueniſſe. Conſtat tamen latinum nomen huic ciuitati ab antiquis inditum, Aquæ calidæ ex his balneis. Scaturiunt autem è pluribus venis, & tepidis, & feruidis, quæ ſubindè admiſtæ in ſuis alueis, lauantibus etiam pueris, voluptatis cauſſa ſunt in vſu. Sumenda alioqui, vt reliqua non multum calida, & in baln. & in aſperſionibus vſu duccìæ, more Italiæ. *Electio.* Tota æſtate, atque etiam magnis feruoribus.

Lacus in Scotia.

SVPREMA autem huius Inſulæ pars, quam hinc Tueda, & illinc Soluens flumina diuidunt ab Anglia, quanquàm inculta magis ſit, atque aſpera; balneis tamen carere non debet, cùm notum ſit eam bituminis, ac ſulphuris eſſe fœcundam. Lacum habere traditur ad oppidum Victonam, ſub diœceſi Sancti Niniani, miræ naturæ; nam altera parte hieme gelu

geſtu cogitur, fortaſſe quia ibi venæ crudiores. Alia verò non item, ob ſulphurearum aliquarum influxum, vel ſubeunte infra vapore ex aliqua eius generis minera calida.

Reliquæ ex miſturis aquæ calidæ in primo gradu.

AD hunc porrò ordinem pleraque ex miſturis balnea reducuntur. Cum aliquo ſulphuria calore circa primum gradum notantur, Braccula, & Pugilli balneum, & Succellaria in Baiano. Paganelli, & Tritolæ ſub Viterbio, Treſcuriani balneum ex nitro ſub Bergomo, & item nitroſum in Aenaria. Nec ſecus cum alumine & ferro calent in primo gradu Caldanellæ, Sanctus Iulianus in Piſano, Sanctus Bartholomæus ſub Apono. Aliqua pariter ex metallicis circa hunc ordinem verſantur, aliqua in Senenſi enarranda, Calda, & Caldagna S. Caſſiani, Imperatoriæ, Solis, & Lunæ in Baianis. Cantarelli in Puteolano, Fontanalis in Aenaria. Balneum M. Orthoni, Longum Viterbij, & Sanctæ Mariæ in Filice.

De temperatis, & tepidi caloris aquis. Cap. XIIII.

AQVAE autem, quæ circa temperiei mediocritatem conſiſtunt, non tam aliqua medicinali facultate, aut gradu definiantur, quàm quòd ſanis quoque habeantur vtiles. Nimirùm qualitate caloris blandiſſima præditæ, nulli ſenſuum iniucundæ: ſeu quidem pro tenui ſubiecto vapore, quà tranſeunt, hactenus incaluerint; ſeu miſtura aliqua remiſſæ, aut temperatæ cum frigidis ſint. Itaq. fit, vt huiuſmodi aquæ ſiccent ſuper aquæ naturam: pro quadam verò caloris participatione, vix differant à balneo dulcium & temperatarum aquarum. Ad vſum idcircò omni ſexui, omniq. ætati idoneæ, tàm iure balnei, quàm potuum medicatorum, & tàm ſanis, quàm ægris. Nonnullæ etiam febrientibus vtiles. qualitates & vſus.

An omnes calidæ aquæ ſint medicatæ.

HOC in cenſu reponendæ videntur omnes illæ aquæ quæ apud auctores verſantur in dubio; An calidæ cum ſint, ſint omnes medicatæ. Negat Plin. lib. 31. cap. 6. Nec verò (inquit) omnes, quæ ſint calidæ, medicatas eſſe credendum: ſicut in Egeſta Siciliæ, Lariſſa Troade, Magneſia, Melo, Lypara. Et item Vitruuius libro octauo, cap. 3. Sunt etiam (inquit) nonnulli fontes calidi, ex quibus profluit aqua ſapore optimo, quæ in potione ita eſt ſuauis, vti nec Fontanalis à Camœnis, nec Martia ſaliens deſideretur. Fontanalis, ſeu fontis nomine, ſingularis eſt aqua in Aenaria, tam clara incendijs inſula; quæ calidiſſima actu cùm ſit, ac purum duntaxat ſulphuris ſuſcipiat vaporem; cæterùm poteſtate blandiſſima eſt, vix differens à ſimplicis aquæ fonte: quam in cenſu ferratarum deſcripturi ſumus. Athenæus libro ſecundo, capitulo ſecundo. Ex aquis (inquit) calidis aliæ ſunt dulces, ſicut aquæ apud Capras Ciliciæ; & circa Tragaſas in Lariſſa Troiæ. Circa Magneſiam, & in Melo, & Lipara. In Pruſia verò apud Olympum Myſiæ, quæ Regiæ aquæ dicuntur. In Aſia apud Trallem, & Charocometem fluuium, & aliæ. Volunt dicere iſti auctores, reperiri aliquas calidas ſimplicibus aquis potius affines, quàm miſtis: cùm impoſſibile ſit, quin eo ſaltem gradu caloris aliquid nactæ ſint medicamentoſæ, terreæq. qualitatis, vt mox paulo ex Galeno dicemus. Quo fit; vt huiſmodi aquæ calefaciant quidem actuali, quicunque ſit, calore; atque exſiccent manifeſtè ſuper aquæ naturam.

Locus Plin. Locus Vitruuij.

Fontanæ in Aenaria.

Aquæ ex Athenæo.

Thermæ in Baianis amœniſſimæ.

INITIVM verò temperatarum aquarum ſumemus à Baianis balneis, de quarum dignitate, ac gratia Romanorum temporibus, iam plenæ ſunt hiſtoriæ, idipſumq. amœniſſimis loci ſitus, miraq. veterum, quæ in eis extant ædificiorum veſtigia oſtendunt. Vnico autem verſu ita eas prædicat Horatius.

Nullus in orbe locus Baijs prælucet amœnis.

Plinius verò Secundus, qui explicatam rerum omnium naturæ profitetur hiſtoriam, inter omnes mundi aquas hanc habet earum cenſuram, lib. 31. ſic ſtatim incipiens. Emicant benignè, paſſimq. in plurimis terris medicatæ aquæ: alibi calidæ, alibi frigidæ, iunctæq. naturæ è cunctis animalium, hominum tantum cauſſa erumpentes. Nuſquam tamen largius, nec pluribus auxiliandi generibus, quàm in Baiano ſinu. Aliæ ſulphuris, aliæ aluminis, aliæ ſalis, aliæ nitri, aliæ bituminis, nonnullæ item acida, variaq. miſtura, & vapore quoque ipſo aliquo proficientes. hæc Plinius. Sicut & aliæ ferri, ac magnetis, aliæ limpidæ, ac ſuaues, aliæ tepidæ, aliæ calidæ. Quapropter, vt conſuetum erat ſub illa Romani Imperij maieſtate Thermas in vrbe frequẽtes habere, vbi poſtea exercitia armorum ad cultum cor- Pli. locus

poris,ac delicias lauarentur; in Baianis Thermæ erant veluti ſuburbanæ. Quæ tanto cæteras ſuperaſſe videntur,ac forte Romanas ipſas; quanto ad inſtituta illa lauationum, viſa eſt hic natura ſponte hominibus ſuppeditaſſe omnem commoditatem,& omnem voluptatem. Nam in tanta plurium generum aquarum miſtura,tamq. vario ex eis vapore aëris calido,& minus calido,& tepido,alia hic loca erant Laconicis idonea,alia calidis Solijs,alia frigidarijs,alia tepidarijs conſtituta:eaq. non ad delicias ſolùm corporis vtilia,verum etiam & ad ſalubritatem. Cum quibus ſi computemus & loci naturalem amœnitatem, vbi hinc maris leniſſima aura,hinc virentium collium proſpectus,& ver ferè perpetuum;& præterea tùm balnearum ipſarum, tùm Romanæ illius amplitudinis complurium ædificiorum, quæ extabant,magnificentiam æſtimemus,& cum his confertiſſimas toto eo littore, eaſq. amœniſſimas villas, reliquavè deliciarum ſpectacula; verè cum Horatio fatebimur, nullum in orbe locum fuiſſe ad delicias & animi, & corporis magis idoneum. Vnde ſummus hic eſt apud omnes ſcriptores de earum celebritate conſenſus,qui eas modò fœlices,modò beatas, modò principes,aut alio eiuſmodi præclaro epitheto nominant. Vt luculenter inter alios eo

Martialis epigrammate modulatus eſt Martialis.

Littus beatæ Veneris aureum Baias,
Baias ſuperbæ blanda dona naturæ,
Vt mille laudem Flacce verſibus Baias,
Laudabo dignè non ſatis tamen Baias.

Veruntamen, quæ eſt tandem rerum omnium viciſſitudo, ac magnarum etiam labes; cùm hæc loca diruta diu,ac deſerta fuerint,noſtrorum Auorum memoria,ea parte,quæ attinebat ad balnea fuerint repurgata, ac reſtituta ad vſum à Federico Aragoniæ Rege, vt ei lepidiſſimis encomijs Pontanus adulatus eſt;demum paucis ab hinc annis, recenti eius regionis incendio,quod initio libri huius retulimus,maiori ex parte balnea quoque,& quæ viciniora præſertim ad oram maritimam extabant,obruta graui cinere,ac ſubmerſa iacent. Quæ ve-

Vſus. rò minus deuaſtata, ac minus lacera ex tanta clade remanſerunt; ea hodie haud inutiliter frequentantur, viſunturq. aliqua illarum deliciarum veſtigia, exaggerataq. rudi macerie Solia balnearum,cum picturis iam vetuſtate conſumptis, quæ varijs geſtibus iuuamenta, quæ inde ſperantur, videntur exprimere, vel quæ breuibus titulis earum virtutes ſubnotant. Harum ergo balnearum nos ſuis locis reuocabimus in lucem aliquas, ſperamuſq. forte breui, cùm ad id aliqua quoq; illuſtrium Neapolitanorum principum cura adhibebitur, nec ſinetur amplius tantum vitæ theſaurum deliteſcere,donec inſtaurentur in totum. Quod

Baln.inſtaurata. factum eſt nunc poſt 14.annum, quo hæc ſcripſimus, quando Prorex Antonius Peronottus Cardin. ampliſs. de Granuella, primus in his reparandis auctor, ac poſt tertium annum alij Proreges clariſs. ac optimates à ſedibus conſilij, populiq. Neapol. inceptum opus proſequuti, loca hæc omnia inſtauranda, ac æneis tabulis Marij Cartarij Viterbien. graphicè

Locorum noua chorographia. exprimenda curarunt. Vt verè iam poſteri his ſolis figuris inſpectis, ac ſitus, cœliquc, ac totius eius tractus maris auram contemplati,tantaq. Romanæ olim maieſtatis monumenta,templa, lacus, villas, theatra, ſacros ſibyllæ ſpecus,alioſq. intimos hinc inde receſſus, & balnearum, igniumq. conceptabula reputantes, vtque ponte domitum mare, & via ſtrata ſubactum, agri, denique, ac vinorum miram fœcunditatem;iam non Theſſala Tempe, non hortos Heſperidum, aut maiores, quas fama iactet,mirari delicias; ſed verè fatebimur hic maximum naturæ,atq; artis fuiſſe certamen,nullis miraculis in toto orbe terrarum comparandum.

Aeris ſalubritas in Tabijs ex Galeno.

Luculli Villæ celebres. MAGNI Luculli exemplo,quem meminit Plutarchus ſolitum dicere,ſe duas colere conſueuiſſe Villas,alteram Tuſculani æſtate,alteram hieme in Baianis; plana coniectura fit, in his diuerſoria fuiſſe permulta,ac deliciosiſſima, ad quæ hieme præſertim, Romani illi veteres ſub aprico ibi perpetuo cœlo diuerterentur. Porrò inter ea loca, quæ perennem haberent celebritatem,erant infrà Neapolim,& iuxtà Veſuuium montem Tabiæ. quo tractu adhuc certis locis nobiliſſimorum ædificiorum veſtigia;ac duarum,inter alia, Vrbium monumenta, Herculanij ſcilicet & Pompeiorum, quas olim ingenti illo Veſuuij incendio, Titi Cæſ. principatu,conflagraſſe iam diximus;Nec minus præclara eas comprobant authorum

Strabo. teſtimonia, ob ſitum loci optimum; qui (vt Strabo eſt teſtis) inter occidentem æſtiuum, &

Auræ marinæ ſalubritas. meridiem,ſuauiſſimam,ſiccamq. Africi auram excipit. Cui Ariſtotelis ratio aſtipulatur in prima Problematum; Nam Mare ob placidas aſpirationes ſalubritatem facit inſignem, vnde nauigantes ſemper coloratiores exiſtunt, quàm in Paluſtribus degentes. Siccitatis verò nomine, quoniam magnam Tabijs ipſis laudem attribuit Galenus ad Phtyſim, ac Hæmoptoicos ſanandos lib.Methodi 5.eam quoq; nos opportuno hoc loco tradere ad poſteros

eius

eius verbis curauimus, quæ habent in hunc modum. Eſt (inquit) locus, nempè Tabiæ, ſatis, editus, ac ſicci aëris; nam in imo ſinu, qui eſt inter Neapolim, ac Surrentum, à Surrenti maximè latere porrigitur collis ad Tyrrhenum mare, qui leuiter deflexus ad occaſum, nec in meridiem in totum procurrens, ſinum ipſum à ventis ijs, qui ab ortu efflant, Euro, Subſolano, atq; Borea tutum reddunt. Coniungitur autem illi in imo ſinu alter Veſuuij collis non paruus, qui propter ignem, qui in eo ſubiacet, non parum mihi ad ambientis eius aëris ſiccitatem conducere videtur: alioqui præter ipſum ignem, nec ſtagnum propinquum, nec palus, nec fluuius alicuius momenti vſquam in ſinu habetur. Omnibus verò ventis, qui ab Arcto ad æſtiuum occaſum perflant, Veſuuius ipſe obijcitur, multuſq. cinis ab eo ad mare vſq; peruenit, reliquiæ videlicet materiæ, tùm quæ in eo combuſta eſt, tùm quæ nunc etiam vritur. Omnia hæc aërem efficiunt ſiccum, ac omnes id genus herbas alit ſiccæ, ac adſtringentis qualitatis, quæ & paſcua pecoribus efficiunt ſalubria, lacque eis inter cætera generat, ſiccæ item, ac ſalubris qualitatis ad ea, quæ diximus. Vnde facilè quæ loca in alijs regionibus, & etiam extra Italiam inueniri poterint ſimilia, eandem quoq; obtinere proprietatem putandum ſit. Hactenus ex Galeno. cui ipſa poſteritas, ac noſtra maximè ætas ita conſentit, vt conſueti ſint medici, Neapolitani præſertim, pro vltimo refugio ægros, Phtyſicos, & qui ſanguinem expuunt, vel eiuſmodi thoracis vlcera, ac alia vitia patiuntur, ad Tabias mittere. Nam aërem ipſum, vt etiam lactis vſum inueniunt adeo ſalubrem, vt ſint qui totam in eis degant vitam: Itaq; iam facta eſt magnæ ciuitatis inſtar, & quæ diuortia habet villarum amœniſſima, ac vini generoſitate celeberrima, quod Græcum appellant, ac locum ipſum vulgo il monte della Torre. Gal. Veſuuij ſitus. Vſus.

Tempe amœniſſima loca in Theſſalia.

FORMA verò ac exemplar temperatiſſimæ, ac frigidæ auræ in antiquis ponuntur Tempe. quo nomine in Theſſalia loca celebrantur amœniſſima, & pro eo mons Rhodope altiſſimus, atq; Aemus, ad cuius radices ſunt Tempe. vmbroſum Rhodope glacialis ad Aemum. Ouid. & his finitimis alij montes, Pyndus, Olympus, Oſſa, Taygeta, Parnaſſus, Helicon, & Thermopylæ ſaluberrimis aquis calidis adeo celebris, & non minoris gloriæ amœniſſima flumina, & quæ loca inter alios commemorat Virgilius ad ruralem vitam percommoda in II. Georgicorum.

Spelunca, Viuiq. lacus, & frigida Tempe. & item.
Rura mihi, & rigui placeant in vallibus amnes
Sperchiuſque, & virginibus bacchata lacenis
Taygeta: o, qui me gelidis in vallibus Aemi
Siſtat, & ingenti ramorum protegat vmbra.

Hinc iucunda, ac amœna alia eiuſmodi loca dicta ſunt Tēpe. quo nomine celebrauit Rheatina rura M. Tullius ad Atticum, lib. 4. Rheatini (inquit) me ad ſua Tempe duxerunt &c. Significans nimirum ſimilem regionis eius temperiem. Quo circa, præter alia eius amœnitatis argumenta; à ſitu altiſſimo in Apenninis, lata tamen planicie, & vt lacus in eam ſeſe pandat, & cum Velini fluminis incurſu ex edito eius oræ ſupercilio cadens admirandi ſpectaculi ſit: fœcunditate vndiq; agri aquis paſſim irrigua, frugaliſſimæ, ac leniſſimæ auræ. Vel ipſa tanti viri auctoritas ſatis eſſe debuit Rheatinis ſuis ad ſummā laudem, & quæ à Rhea, ac Saturno Aborigenum ſtatio fuerit antiquiſſima. Ciuium præterea Romanorum in æſtiuis diuortijs, ac Veſpaſiani, ac Titi memoria laudatiſſima. Tempe Rheatina

Aquæ ad Terracinam.

Ad hanc autem ſuperiorem Campaniæ partem citrà Baias, quadrageſimo circiter milliario ab vrbe Roma, via Appia, erat Anxur volſco idiomate, ſuperbum Mezentij fauore dictum, ac poſteris Terracina. Vbi duo diuerſa inuenio aquarum exempla: primùm Pontinam Paludem, quam Corn. Cætego Conſ. exſiccatam, agriq. tum redditam frugaliſſimi, Liuius, ac Plinius atteſtantur, ac inſalubris idcirco auræ à Sylio Italico extitiſſe notatur, libro decimo. Pontina palus.

Et quos peſtifera Pontina vligine campi.

Vti nunc quoq; parum ſalubris eſt, donec ſint qui eam nouiter exſiccare ſuſcipiant, dilatatis vadis, vnde & aëris ſalubritas, & immenſa annonæ fertilitas emanaret. Et præterea Fluctus paſſeris nuncupatos, qui tepentes (vt conijcitur) ob calidarum ſcatebras in littore maris, deliciarum, ac amœnitatis nomine ab auctoribus celebrantur, ac à Martiali inter alios planè declarantur his verſibus. primùm lib. 10. Fluctus Paſſeris.

O Nemus, ô fontes ſolidumq. madentis harenæ
Littus, & æquoreis ſplendidus Anxur aquis: & lib. 5.
Siue ſalutiferis candidus Anxur aquis.

Planiùs autem, inter blandiſſimas eas comparat aquas, lib. 2. balnea in Hetruſcis dignè con morans, quorum hic propterea nouam contexemus hiſtoriam.

Aquæ in Tuſcia, & in Hetruſcis, nunc Viterbienſes.

Ex Strabone. IN hac vltima Tuſciæ parte, quæ Romæ propinquior eſt, dum ſcribit Strabo, (quem locum paulò antè citauimus) non minorem fuiſſe calidarũ aquarum vbertatem, quàm Baijs; haud dubiè non alias intellexiſſe videtur, niſi quæ poſteà dictæ ſunt Viterbienſes. Tùm quia tam præclarè eodem 5. lib. commemorauerat Cæretanas balneas, quæ item prope Romam erant celebres, tùm quia vel ipſe Bullicani feruor, omnibus ſæculis admirandi ſpectaculi, ac aliarum ex eo productarum aquarum copia, antiquiſſimæ videntur notitiæ. Quas à communi regionis nomine, in Tuſcia, vel Tuſcias apud Strabonem, & Scribonium largum legimus, à Latinis verò auctoribus in Hetruſcis dictas, in comparatione fortaſſe deliciarum, & balnearum ad Baias, quod tetigit Tibullus dum ad balneas ſe verno tempore adijſſe modulatus eſt. Elegiarum 3. d.

Nos tenet Hetruſcis manat quæ montibus vnda,
Vnda ſub æſtiuum non adeunda canem.

Martialis locus. Verùm miro eas Encomio, & in delicijs celebrat Martialis & Epigrammate. a

Hetruſcis niſi Thermulis laueris,
Illotus morieris Oppiane,
Nulla ſic tibi blandientur aquæ.

Vnde perperam hoc loco Hetruſci, quidam antiquarij legunt pro Hetruſcis, cum nomen id Romanarum balnearum non ſit, ſed naturales has, & Tuſcias ſignificaſſe aquas, planè declarant, quæ eis comparantur balneæ naturales, non Vrbanæ. d.

Nulla ſic tibi blandientur aquæ,
Nec fontes Aponi rudes puellis,
Nec mollis Sinueſſa, feruidiq.
Fluctus paſſeris aut ſuperbus Anxur,
Non Phœbi vada, principeſq. Baiæ.

Exoleſcentibus verò ac mutatis (vt viſueuenit) per tempora nominibus, quas nunc inter alias Viterbienſes dictas fuiſſe credamus Tuſcias, vel ipſæ notæ declarant carminum, non alias intelligendas, quàm à Grotta poſteris nuncupatas aquas. Quæ & limpidæ ſuſtantiæ ſunt, tepore, colore, & ſapore blandiſſimæ, nec rudes, acres que, vt Aponi aquæ, vel delicioſiſſimis alijs balneis principibuſq. Baijs comparatæ ſint, ac Thermulæ dictæ, quaſi deliciarum Thermarum Vrbanarum æmulæ. quibus & à Papa poſteris, qui eas excoluerint, nomen inditum vulgare eſt, atq; eas in hunc locum meritò reſtituimus temperatarum, planiùs poſteà cum de Aeneis aquis tractandum erit explicandas.

A grotta aquæ.

Balnea ad Sinueſſam.

SINVESSA autẽ, Colonia olim nobiliſsima, nunc prorſus diruta (vt ex Antonini Cæſ. Itinerario ſupputamus, eadem via Appia 97. milliario diſtabat ab vrbe. Infrà autem à Sueſſa Pometia, quæ extat milliarijs 8. à Baijs mill. paſſ. 30. à Neapoli mill. 44. Eius nunc ad mare vaſta ruinarum apparent veſtigia: vbi ager Falernus ad Montem Maſsicum, qui & Gaurus dicitur, Falerni, ac vinorum eius generis bonitate percelebris, ſunt balnea, vnde Sinueſſa tepens à Sylio Italico, mollis à Martiali (vti paulò antè diximus, cognominatur. Horum balneorum meminit Strabo, vt quæ multis morborum generibus mederentur. Meminit & Corn. Tacitus, dum ſcribit Claud. Cæſ. in maiori mole curarum, valetudine aduerſa correptum, et fouendis viribus mollicie cœli, & ſalubritate aquarum Sinueſſam perrexiſſe Et Plinius, in eadem (inquit) Campaniæ regione, Sinueſſanas aquas ſterilitatem fœminarum, ac virorum inſaniam abolere proditum. Quæ, & his temporibus ſunt in vſu, vbi locus dicitur Turris balnearum. Mineræ ſulphureæ, ac temperatæ, nam ſæpè Maſsicum montem ſulphur exudaſſe, ſicut Veſuuius, teſtis eſt Plinius.

Turris balnearũ

Balneum Suaue in agro Piſano, & alterum in Senenſi.

IN agro Piſano duo ſunt nobiliſsima balnea temperatæ qualitatis. Primũ, quod ab aquis idcirco cognominatur, & à veteribus balnearijs balneum Suaue: nimirùm quia vix differt à balneis dulcium, & temperatarũ aquarum. In delicijs idcircò hodiè celebre, & impinguandis corporibus, tàm ſanis, quàm conualeſcentibus, æſtate maximè, vitata canicula ob quandam

Electio.

dam aëris caliginem,& autumno. Alterum non longè hinc Reginæ balneum nuncupatum, adſimile. quorum tamen hiſtoriam ſub Ferratis aquis lib. 6. ob quandam ferri, quam continent impreſſionem exarauimus. Et aquæ Sanctæ ſimiliter ſuaue balneum ad S. Philippum in Senenſi.

Baln. Reginæ.
Aqua Sancta.

Aquæ Sextiæ in prouincia Narbonenſi.

PORRO leguntur apud antiquos authores in Prouincia Narbonenſi aquæ Sextiæ, nunc eſt Aquenſis Ciuitas, quam non longè à Maſſilia Sextius dux perdomitis Salibus ædificauit, authore Liuio. Vbi erant aquæ calidæ pluribus ægritudinibus ſalutares: quanquam has aliqua ex parte mutatas ſuo tempore aſſerit Strabo; nec ego nouam earum mentionem hodie inuenio. Et aquæ Auguſtæ Ptolomęo, Plinioque.

Bal. quædam in Helueticis.

VLTRA montes autem, qui Italiam diuidunt à Germania, inter multa ac diuerſi generis balnea, temperatæ qualitatis aliqua habentur. Sulphurea autem ſunt in Heluetijs quædam, quæ à vulturibus patrio nomine cognominantur. Et item haud longè, aliud balneum, cui nomen Henderegge. Quæ etſi minus hodie celebrantur, ſuis tamen non carent virtutibus, ſiccandi, ac mediocriter digerendi, quales aliarum ſolphurearum ſunt, & mediocriter calidarum. Tota æſtate vtilia.

Bal à vulturibus.
Bal Henderegge.

Ex Aquiſgrani autem aquis in Brabantia, alijs frigidis, & alijs apprimè calidis, diuerſa balnearum genera fieri diximus. Duoq. præcipua, & ea publica in ciuitate, Regium quidē primum, & Cornelianum ſubinde calidius, nec diu tolerabile; quæ tamen ob facilem mixtionem cum frigidis, in ſecundo calidarum cenſu deſcripſimus. Ex his autem permultæ ædes, quibus incurrentium ipſarum aquarum eſt cōmoditas, ſuas deriuant aquas, ac priuata habent balnea; in quibus tùm voluptatis, tùm munditiæ gratia lauantur. Nec minus ſuaue tertium balneum extrà muros, quod Porcetanum appellatur, Gratijs (vt ex Rurtmundano accepimus) ob ſingularem blanditiem dedicatum. Cum enim publicum & ipſum ſit, ac tàm ægris, quàm ſanis innoxium, conſueti ſunt in ipſum iuuenes, ac fœmellæ, tanquam in nymphæum ſacrarum Naiadum deſcendere, ibiq; cantus, choreas, & crebras lauationes exercere, qui totius ferè Germaniæ mos eſt.

Baln. Porcetanum.

Balnea temperatæ qualitatis ex Galeno.

TEMPERATI quidem caloris ac ſubſtantiæ innuit Galenus 6. de Sanit. tuen. reperiri quaſdam aquas naturaliter calidas, quarum haud diuerſum ferè vſum eſſe tradit ab aquarum dulcium temperatarum balneo. Satius eſt autem (inquit) eiuſmodi aquas experientia dignoſcere, quando etiam raræ inuentu ſint. Quales apud nos ſtadijs ab vrbe paulo plus centum; quas (ni fallor) intelligit Albulas milliarijs 13. circiter ab vrbe, lactei teporis, atque temperamenti. Ad Pruſam in Bithynia, quas paulo ante ex Plinio iuniore citauimus; medicatas, ac diuerſæ naturæ. Quæ verò (ſubdit) apud nos eſt in Allianis, tota vnius rationis eſt, atq; ex vno ſonte manans. Item diuerſis medicamentoſæ aquæ fons in Lycetis.

Balnea aliqua ad vaghum fluuium in Vngaria.

IN Vngariæ finibus, quà vaghus fluuius ſic dictus incolis in Danubiū vſq; decurrit, complures medicatæ aquę commemorantur, quarum notitiam ex Georgij Vernheri breui commentario accepimus. Primùm in Comitatu Liptonienſi, quà ipſius fluminis ortus eſt, ad pagum S. Ioannis, fons eſt tepidarum aquarum, impetuoſo admodū, ac magno fragore exiliens. In vſu frequenti iam multis ſæculis in balneis, præcipuè verò ad ſanandam ſcabiem. Porrò inferiùs ſecundum amnis ripam calidæ aliæ, propterea inutiles ad delicias. Non longè autem à Vagho ſunt item calidæ ad arcē Vaimociū, iam paucis ab hinc annis inſtaurata; opera ac impenſis Alexij Thurzonis viri nobiliſſimi, quem hic in gratiam, quam ab omni demeruit poſteritate, nominamus. In Comitatu autem Thurocio, quod & ipſum Vago amni affinis eſt, ſunt calidæ ad Stubnam Vicum, perexigua riui inſula clauſæ, cuius aquis ad vſum in balneis temperantur, etſi non caleant immoderatè. Nec diſsimiles his calidæ aliæ inter Cremnitiam, quę ſunt in montanis prima oppida; vtiles vbi tecto excipiuntur, in balneis; ac etiam cœno, quæ vlceroſi ac id genus affecti volutari, ac liniri ſolent. Sunt & Semnitiæ calidæ, quo vocantur Roſelinæ, ex quibus canales, ac ſedilia manufacta breui ſpatio temporis lapideo cortice obducuntur.

Bal. in comitatu Liptonienſi.
Bal. Trincinij.
Bal. Vaimocij.
Baln. in Comitatu Thurocio.

Tem-

Temperatæ ad Peſtien in Vngaria.

Svnt porrò ad Vagi ſimiliter ripam, non longè à ciuitate Calgois, vbi vicus Peſtien calidæ, ac limoſæ aquæ, quæ deductæ ad opportuna loca, triplicem præbent vtilitatem. Balnea. Primùm quidem ſumuntur in balneis; quo vſu partim ægris ſunt conſtitutæ, & partim vbi in claruerint, mediocri adeo tepore delectant, vt conualeſcentibus, ac ſanis etiam in delicijs tolerentur. Ducciæ. Seorſum verò vbi vegeta magis aquarum caliditas reperitur, vſus erat in duccijs, ad inueteratas, more Italiæ, capitis, ac neruorum affectiones diſcutiẽdas probatiſſimus. Lutationes. Et demum ad cœni eius, quem multum, ac ſalubrem admodum hæ aquæ diſponunt, illutamenta. Quarum vtilitatum cauſſa, (vt venerabilis quidam Franciſcanus hinc à Peſtien oriundus mihi fidem facit) non Vngariæ dumtaxat regnicolæ has balneas frequentare ſolebant; verum etiam ex finitimis regionibus, à Bohemia, Morauia, ac Polonia vſque, multus erat quotannis conuentus, tota æſtate.

Balnea S Ladiſlai in Vngaria.

Temperatae autem caliditatis, & quæ, tàm ob ſalubritatem, quam amœnitatem, inter cæteras Vngariæ balnèas obtinent principatum, ſunt balnea, quæ vocantur S. Ladiſlai. Seu quia hic D. Ladiſlaus lauerit, ſeu quia ad ædem ei ſacram habentur, Sigiſmundi Imperatoris ſepulchro claram. Sunt autem calore (vt Vernherus inquit) perincundo, & rampuræ, & perſpicuæ, vt ſpeciem rerum, ſiquæ inijciantur, exquiſitiſſimè reddant. Porrò Regiæ ſimiles, ac vetuſtiſſimæ balneæ ſub Buda, ac Podboria habentur (quæ eodem Franciſcano teſte) Diocletianum conſtruxiſſe, monumenta ipſa, ac magnificæ ibi inſcriptiones oſtendunt.

Temperatæ aliæ ad Budam in Vngaria.

Aliae verò balneæ, quæ in finibus Vngariæ, extremiſq. Europæ regionibus, ac Thraciæ commemorantur, iam terris illis occupatis à Turcarum gente, vix hodie ad noſtram peruenerunt notitiam. Turcarũ lotiones. Quæ tamen natio populoſa, quamquam rudis adhuc, & inculta; aquas tamen ceu præcipuum quoddam Dei munus veneratur, ac viuas præſertim, fluentes, & calidas excolit. Idque propter frequentes lauationes, quibus plures etiam per dies vtuntur, non modo ad ſordes corporis abluendas, ſed ad ſcelerum quoque expiationes, dum arbitrantur ſe ſola aquæ aſperſione, ac lotione, à cuiuſque vitij, quod patrarint, piaculo expurgari. Quam ob rem (vt idem ſcribit Vernherus) Solymanus Turca, hac noſtra ætate Magnus, cùm multas diuerſis locis publicas balneas pietatis opinione conſtituerit, & alias collapſas refecerit: rerum tandem Vngariæ potitus, aliquas item infra Budam à regibus anteà Vngariæ excultas, Regias idcirco, ac inferiores dictas, inſtaurari iuſſit. Regia bal. & inferiora Buda. quas, deducta certis locis, Danubij aqua, attemperauit, commodis ad vſum ædificijs conſtitutis, alueiſq. intra ædes, vel arcuata ſaltem teſtudine, communitis. Quas adeunt omni tempore ad delicias, nec non ad ægritudines aliquando curandas, vt in cæteris id genus ſulphuratis, moris eſt.

Baln. Conſtantinopolitana quæ ad Pruſas Gal.

A Conſtantinopoli vrbe has voluimus appellari, cum ad Pruſas ſint in Bithynia, Galeno teſte; ob vrbis celebritatem, quæ littore Thracico, ceu propugnaculum maximum inter Europam, atque Aſiam poſita, & altera Roma, è regione breui tractu maris, quem idcirco Boſphorum dixere antiqui Græci, quaſi iugo bonum tranſmeabile, has habet Thermas, hodie delicioſiſſimas. Boſphorus Thracicus. Quæ non modò Turcarum genti, quæ (vti diximus) balneis quotidie, ac lauationibus delectatur, ſed pro inclyta natura, variaq. ipſarum temperie, finitimis quoque regionibus, hinc Thraciæ, illinc Bithyniæ, vſq; in Pontum ſunt celeberrimæ. Conſtat verò ex hiſtorijs hanc Aſiæ partem Europæ finitimam, quæ olim minor Aſia, poſteris Natolia dicta eſt, ob ſingulares, quibus dotata eſt & cœli, & naturæ gratias, memoranda paſſim habuiſſe monumenta, ac ciuitates magnitudine, & omni genere ciuiliũ morum, nec non ſcientijs inſignes. Chalcedonem, quæ hodie Scutari è regione Bizantij, Nicæam quæ Bithyniæ metropolis, hinc Nicomediam, supernè Heracleam, ditiſſimis Apameam campis cum lacu Aſcanio, & hinc Pruſas, quæ Burſa hodie dicitur, regum Turcarum ſepulchris exculta, & balneis. Gal. de baln. naturalibus. Quæ inter viam à Pergamo Galeni, atq; Attali quondam regis famoſiſſimi patria; breuibus quidem verbis à Galeno, ſed quæ multam includunt ſententiam commemorantur, lib. 6. de San. tuenda, vbi habet. De calidarum ſponte manantium aquarum natura ſatius quidem eſt has experientia cognouiſſe, quando etiam raræ inuentu ſint. Quales (ſubdit) apud nos (Pergami ſcilicet) ſtadij paulo plus centum. In Allianis, cuius aqua tota

volus

vnius naturæ eſt,& ex vno fonte emanans. Ad Pruſam verò minus decem,cuius diuerſæ ſunt aquæ,& item diuerſæ,quæ apud nos in Lycetis,nec alia. Hodie verò,quantum ex relatis accepi Thomæ Natalis Rachuſani, Medici, ac Theologi egregij, qui voto, ac precibus Haſſu Mulà Amurathis magni Turcæ Protomedici, hanc à me expetiuit hiſtoriam; quamquam antiquarum illarum vrbium non ea exiſtat gloria, vniuerſa tamen ipſarum regio nullis alijs terris,nec Italiæ cedit amœnitati, cui præſertim cum Bizantio parallela ſit, & æquidiſtans à quadrageſimo in quadrageſimum tertium gradum. Immò eo fœcundior,quod longè lateq. ampliſſima,apertè magis orientis ſolis ſonetur aſpectu,ditiſſima agris, nemore, ac paſcuis, multiſq. paſſim fontibus, ac lacubus, maximiſq. fluminibus irrigua. Circa Idam præſertim ampliſsimum montem,qui πολυπίδακα, propterea ab Homero cognominatur, quòd immenſis vndiq; exundet aquis,ac fluminibus,quos inter Xanthus,qui ad Troadem influit, bello iliaco famoſiſsimus, & qui flauas reddat oues. Orientalior verò, & qui altitudine, vt canit Lucanus.

Mons Ida multis abundans fontibus. Xanthus flu. Olympus mons.

— nubes excedit Olympus.

Ad cuius radices hinc Pergamum, hinc verò occidentali ſitu Pruſa antiquiſsima regia, & Thermalibus aquis ad hanc vſque diem percelebris. Vbi quas Galenus meminit Pergami balneas, alias in Allianis, alias in Lycetis, hæ erunt aliquãdo,& nouis hiſtorijs inſtaurandæ. Nunc tria præcipua ad hunc vſum loca commemoranda habemus. Vnus eſt in extremo littore,quod in conſpectu Bizantij,ac à dextera Scutari ſinus,velut altera Baiæ totum conferſiſsimis ædificijs conſpicuum eſt: vbi recta,qua ad Nicomediam tranſitur via, fontes aquarum emanant ſalſarum, quæ in potibus abſterſoriæ ſunt, ac purgandis per aluum corporibus,vere præſertim in communi vſu habentur. Nec diſsimiles cùm ſint (vt reor) aquis de monte Catino in Italia, in curandis diſſenterijs, ſi experiuntur, inuenientur vt plures aliæ mirabiles. Altera verò quæ ad caput breuis eius ſinus eſt,inter Niceam & Nicomediam, decimo circiter milliario ab illis ſalſis habetur, in potibus medicatis ſaluberrima eſt, & qualis Anticoli aqua in Campania purgans per renes,& per vrinas,acri in tantum qualitate,vt lapideos,vnde excurrit,canales excedat,contra verò ligneos incontritos ſeruet. Quo nomine in morbis eiuſmodi nephriticis, calculiſq. confringendis, ac arenulis extrudendis, ſunt apud omnes illas regiones in frequentiſsimo vſu. Porrò quod omnium iſtarum aquarum auget celebritatem,in ſiniſtro eiuſdem ſinus littore,complura alia blandiſsima, ac variæ admodum naturæ (vt Galenus dicebat) ſunt balnea. Nempe (vt communis fama eſt) quæ ſulphure,bitumine,ac nitro participantes, antiquiſsimis adhuc ædificijs Thermarum Diocletianarum inſtar, ac ad varios balnearum vſus inſtructæ apparent, aliæ calidæ, aliæ minus calidæ,& aliæ ad Laconicorum ritũ accommodatæ. Inter alia verò extant adhuc cuniculata, ac ſcalpellis excauata infrà terram loca, vbi quales in antris Puteolanis, ſudationes excipiunt ſaluberrimas. cùm in arbitrio cuiq; pateant,temperenturque,vbi minus,vbi magis, qui intrauerint, ſudent, ac penitiores ſunt aditus, qui pro nimio feruore intolerabiles ſunt;cryptis in Baiano perſimiles. In experimentis idcirco communiter celebrantur ad omnes morbos:non enim cutaneos dumtaxat,quos facilè ac primis diebus intrãtes ſanant, ſed & articulares diſcutiunt tumores, contumaceſq. compeſcunt dolores. Vt ſint iam qui ex inſtitutis noſtris in Thermis,ac auctoritate confirmatis recentiorum medicorum, Micletis præſertim medici oratorij,& Thomæ ipſius Rachuſani,ad vſum quoq; docciæ has aquas,accommodauerint,ad digerendum efficacius,defluxioneſque, ac antiquas id genus capitis affectiones ſedandas,cum vtiliſsimo ſucceſſu. Nec non & Luti vſum,quem ex imis ipſarum balnearum alueis excipiunt,experti ſunt ſalutarem. Vnde popularis adhuc ex veterum traditionibus perſtat fama, Conſtãtinum Cæſ. in his conualuiſſe à lepra, nec mirum tàm magnis olim ædificijs illa loca adornaſſe,& ibi ſepulchrum Manſolei inſtar ſibi, ac poſteris ſuis poſuiſſe. Quæ tamen monumenta Pialim Baſsà noſtro tempore,non tàm illis delicijs delectatus, quàm pro exactæ illorum gloriæ liuore, magna ex parte dirui iuſsit, eamq; in vrbem Conſtantinopolim tranſtulit,ac in ornamenta addixit ſui palatij; publiciq; fontis, quem in angulo ex communi aquæ ductu conſtruxit. Publicæ commoditati balneis ipſis inſtauratis, ac vſum conſtitutis,tota æſtate.

I. Aquæ ſalſæ fontes.

II. abſterſoria in potibus.

III. balnea Sulphurea, & varia. Laconicũ

Sudationes ſubterraneæ.

Docciæ vſus.

Illutatio.

Reliqua ex miſturis temperata baln.

PRO aliqua autem ſulphuris,aut tepidi vaporis participatione cum miſturia alijs, temperatæ qualitatis aquæ multæ reperiuntur. Et primum, Salſæ ſunt, & aliqua vena calidæ, aliqua frigidæ ad Domum nouam ſub Patauio. Tepidæ cum Nitro montis Catini aquæ, & item aqua Borra in Senenſi. Petrolei balnea,& Culma aqua,atq; plures aliæ in Baianis Nitroſæ. Acidæ,& tepentis qualitatis ſunt apud Rotenburgum,& aliæ ad vicum Antegaſtam propè Argentinam. Cum alumine verò Embs dictæ, Empſenſes, atque Alſatiæ,& Albulæ in

Latio,

Latio, & quædam ad Minium fluuium in Gallecia. Ex alumine verò, ac ferro cum ſulphure mediocriter calet Ficuncella aqua, & balneum potus ad Sanctum Caſsianum: ferii ad Martianam Syluam in Germania. Ex ære balneum Rubeum Lucæ temperatum producitur, & nec pueris etiam inutile, quod Sancti Iohannis dicitur aqua blandiſsima, & de aquis ſimiliter in Piſano, quas & in febribus audent miniſtrare. Nec minus idoneæ perhibentur in potibus Plaga in Puteolano, & Pugilli aquæ in Baiano, & item in Gallia ad Turgrim, ad Tarbellim in finibus Aquitaniæ, & ad Pyreneorum radices aquæ potabiles, ſimiles Albulis. Aqua verò Villæ pro temperata miſtura etiam Phtiſicis aliquando probatur

De Sulphuratis, ac frigidis tactu aquis. *Cap. XV.*

SVNT demum aliquæ venæ aquarum ſulphure commaculatæ dumtaxat, & ſine vllo caloris ſenſu frigidæ. Quarum temperamenti ratio in promptu eſt: nam hæc non eſt neceſſaria cauſſa, vt quæcunq; participant ſulphure, eadem & calore participent. Et præterea, quoniam ſi forte aqua caloris quempiam conceperit gradum; poteſt tamen longè diſtare fons à mineræ capite, vbi primùm ipſa imbuta ſulphure, & calore diffluere incipit: nidorem verò ſulphuris (vt ſæpius dictum eſt) nunquam amittit. Tertiam, adde cauſſam, ſi vena affatim ſulphuroſa, & calida naſcens, maximo aut flumini, aut lacui aut maiori cuipiam aquæ copiæ obiter confundatur: quod raro flumini aut lacui non accidit. In plurimis tamen ea infectio non cognoſcitur, ob minimam miſturam: in aliquibus verò facultas tantum vſu ipſo exſiccatoria cernitur, alioqui haud differens à pura aqua. Nos verò de his, quarum ſpecialiter aliqua mentio fit, iam exempla dabimus.

[Margin: Cauſſæ.]

Lacus Vadimonis.

IN hoc genere eſt lacus Vadimonis, ſacer antiquis, ac ſulphurei halitus, in agro Hortino, qui cùm multifariam fuiſſet obſeruabilis, curioſeq. propterea quæſitum ſit à iunioribus vbi eſſet; nos haud dubiè cum quibuſdam noſtris chorographis conuenimus, hunc eſſe, qui hodie à Baſſano, vicino oppido ad ripam Tyberis cognominatur. Idque Plinij Iunioris teſtimonio ad Gallum, qui eum ſub Hortina ciuitate, atq; conſpectu Ameriæ poſuit, quo ſitu nullus alius lacus in hoc tractu Tyberino apparet. Vbi quoniam ſolemnes fiebant Romanorum militum coniurationes, propterea Sacer hic lacus perhibetur. Ac mirandi inſuper ſpectaculi, quòd innatantes ad ſummum contineret Inſulas, quæ ſemper fluctuarēt, tremerentq̄ne, Plinio item lib. 11. auctore cap. 97. Quæ tamen inſulæ hodie non extant, ſed ipſa parui ambitus lacuna, quæ iuncetis, ac vepribus occupata, immenſæ tamen altitudinis, natiuas continet aquas, eaſque hoc nomine obſeruabiles, quòd nulla foris apparēte mutationis cauſſa, repente aliquando, cōturbantur eleuatis nimirùm, vel excurrentibus per eius cuniculos flatibus, qui & vicinū Tybetim conturbant. Amplius præter opinionē, & præter temporis aliquādo rationē, vel ſubſident, nec effluunt, quandoq; per annum: diruptis (vt arbitror) ac oppilatis, vnde tranſeunt, loculis. Vel contrà, exundant in tantū (iiſdem fortaſſe apertis) vt breui excurſu in Tyberim, plures ſimul conuoluat molas. Cæterum nec piſces alunt, nec gignunt, niſi luridos dumtaxat ſerpentes, ac teſtudines, quæ earum tepore, ac latibulo gaudent. Colore (vt dicebat Plinius Iunior) ſubalbæ potiùs quàm cæruleæ ſunt; immo ſabnirides, ſpiſſæ ſubſtantiæ, ac odore ſulphureæ, medicamentoſæ virtutis, ac firmandis fracturis vtiles, quo nomine nos eas reuocamus in lucem, vtendaſq. proponimus.

[Margin: Inſulæ natantes.]

Inſularum fluctuantium rationes.

NEC verò innatantium eiuſmodi inſularum, quæ narrantur, obſcura ratio eſt. Triplex enim genus apud auctores reperitur: Primùm Symplegades, hoc eſt concurrentes Græcis appellatæ, quæ teſte Plin. lib. 4. cap. 13. duæ ſunt Inſulę in Ponto, mille quingētis paſsibus ab Europa diſtantes, eo nomine dictæ, quòd inter ſe aliquando concurriſſe fabulis tradantur: quoniam paruo diſcretæ interuallo, ex aduerſo intuentibus geminæ cernebantur, paulumq. deflexa acie, coëuntium ſpeciem præbebant. Aliæ in mari Glaciali feruntur, errabundæ interdum immenſo ſpatio: quæ (vt Olaus Magnus, rerum hodie Septentrionalium cumulatus auctor, refert) nihil aliud ſunt, quàm diremptæ glaciei eorum marium ingentes cruſtæ, quæ ventis, ac fluctibus agitatæ, natantium ſimiliter Inſularum præbent ſpeciem. Tertium genus eſt, quas narrauimus in lacu Vadimonis, & pluribus alijs locis viſuntur, quæ veræ ſunt Inſulæ, ac natant, quemadmodum diximus, in medijs lacubus. Quales narrat Plinius lib. 11. cap. 97. iſtas Vadimonis, in Reatino ad Cutilias aquas, in agro Cæcubo, in Lydia, in Tarquinienſi lacu magno Italiæ, quæ nunquam die ac nocte eodem loco viſuntur. Immò non ventis ſolùm, ſed etiā contis, vel quolibet impulſu, ceu remo velut nauicula, mouentur. Et ſiſtuntur

[Margin: Symplegades Inſulæ.]

[Margin: Inſulæ natantes in lacubus.]

[Margin: Inſulæ natantes in lacubus.]

res

res dictæ in Nymphæo, (credo Babiloniæ, vbi is lacus bituminoſus) quas ſymphoniæ cantu ad ictus modulantium pedum moueri traditur. Ita Plinius. Ratio verò (vt ex eiuſmodi inſulis in Albulis didicimus) in ipſorum lacuum natura eſt, quorum vapores cùm materiam à profundo eleuent glutinoſam ac lentam, ea cum innata circà margines vligine, glebis, ac ſurculis incidentibus agglutinata, concreſcit aliquo ſpatio temporis, innatatque in multa aquæ altitudine.

Saltantes Inſula.

Balnea Hortana, prope Tyberim:

LACVM verò prædictum naturam obtinere Sulphuris, coindicant ſecus vndiq; terræ, quas aliqua parte retulimus in Ciminis, nunc ſub Viterbio, & aliæ non minus, quæ extant ſcatebræ ſub vetuſta Nepe, & item ſub Horta aliæ, quæ ciuitatis nomine ditantur, ad duo mill. paſſ. ambæ Sulphuroſæ, hanc ex ſcatebra emanantem calidam, Sulphuroſamq. ex lacuna, veteriſq. ſtructuræ emiſſario in balneis olim exceptam Hortini commemorãt, ac ex antiquis traditionibus, locum aſſeuerant adhuc, & eam viciniam ad balnea vocitari. Quæ verò irrigua ex his aqua longè perducitur in Tyberim, partim ad eius agri irrigationes, partim verò vbi ſcorſum decumbit ad lina, emacerandaſq. canapes, quorum idcirco tota ea planicies eſt feraciſſima; tractu temporis ingentem producit albi lapidis molem, quem Tyburtinum appellant à ſpecie. hincq. indicio mihi eſt, præter illum ſulphuris fomitem, adhuc haa aquas liquidi aluminis, vel ſucci id genus lapidis portionem obtinere, & propterea vt Albulas, ſub Tybure enarrandas, ac vſu balnei fore vtiliſſimas. Siccantes vlcera, ac ſcatentes alios per cutim humores cohibere, ac luxata, imbecillaq. membra corroborare, tota æſtate, ex nobili chirographo Iulij Hortini.

Vſus antiquus.

Lap. Tyburtini generatio.

Minera.

Operationes.

Thermodoon fluuius.

EST Thermodoon Cappadociæ fluuius blãdiſſimus, ac ferax auri, qui quoniam fomitem quendam calidarum aquarum recipit, id nomen ſibi apud authores græcos comparauit. Iuxtà hunc fluuium (vt celebris ſcriptorum fama eſt) olim Amazones fœminæ armigeræ, vrbem ſuam Thermiſciram condidere, Diodoro teſte. Solitas verò leni aquarum eius fluuij tepore recreari, ac lauari, poſt exercitia armorum, ita teſtatur Propertius:

Qualis Amazonidum nudatis bellica mammis,
Thermrdoonteis turba lauatur aquis.

Thermiſcira Amazonum vrbs.

Cydnus Ciliciæ fluuius.

CYDNVS verò fluuius, qui Tarſum nobilem Ciliciæ ciuitatem præterfluit, aliquam ſulphuris virtutem, ſi non materiam, obtinere creditur (authore Vitruuio lib. 8. cap. 3.) quoniam in eo podagrici crura macerantes leuantur dolore. Eſt tamen aqua frigida, rapidiſſima (vt Strabo inquit) & cruda, nec adeo tuta in lauationibus: Magni Alexandri periculo memorabilis, qui (vt Iuſtinus memoriæ prodidit) captus huius fluminis amænitate, plenus pulueris, ac ſudoris, proiectis armis nudus in præfrigidam vndam ſe demerſit, ac repente tantus neruos eius occupauit rigor, vt intercluſa voce, triduo, ſublata ferè ſpe vitæ, laborauerit. Simili tamen caſu poſteà multis ſæculis, Federicus primus cognomento Barbaruſſa Imp. ex natatu in codem flumine, contracta in membris omnibus ſtupiditate interijt. Salubris etiam beſtijs. Concalefacta idcirco (vt ſæpè monuimus) fortaſſe vtilior.

Alexãdri diſcrimen ex bal.

Barbaruſſæ interitus.

Fluuij qui vtiles in balneis.

SED quoniã perrarus eſt fluuius, qui minerales longo tractu aliquas non admittat aquas; communis conſenſus eſt, qui plures recipiant minerales, maximè verò calidas, eos in balneis fore vtiliores, quamquam in potibus id non ſit perpetuum. Vt de Tyberinis prædicant natationibus, qui copioſas admittit Albulas, & anteà Narnim, & Velinum lacum, de quibus Virgilius.

Sulphurea Nar albus aqua, fonteſq. Velini.

Arnus Florentiæ vtilis in balneis eſt, quoniam natiuas habet aquas, & breui alueo incurrentes, vnde æſtate paucas habet aquas, & à ſole incalentes. Et contrà qui frigidis, & crudis ſint aquis, vt inutiles diximus in potibus ita in balneis. Maximè verò qui magni ſint fluuij, & colliquatas iugiter è montanis niues concipiunt, neruis & toti naturæ aduerſantur.

Tyberis vtilitas in baln.

Arnus vtilis in bal.

Frigidæ ſulphureæ ad Ardeam.

SVB antiqua Ardea Rutulorum in Campania, ſtadijs inſtar ſexaginta ab vrbe Roma, certis locis graueolẽtes ſcaturiunt aquæ, ſulphureæ naturæ. Has Vitruuius lib. 8. inter multas

id genus cõmemorat,corrupti ſaporis,odoriſq́ue,colore lurido,tactui tamen frigentes. Quoniam ad delicias, vt oſtenduntur ibi aliqua Thermarum veſtigia,iuxtà antiquum ritum ſumebantur,poſteaquam Ardea paruus remanſit vicus,neglectæ iacent,in balneis exſiccantibus vſurpandæ.

Aqua frigida cum luto M. Alceti.

In Senenſi autem agro,ad vicum Montis Alceti, nec longè à balneis Rapolani, ſcatet quædam aqua Sulphurea,actu quidem frigida,& cænoſa,neglecta idcirco etiam pecudibus cæterùm balneo, ac luto ipſo vtiliſſima. Vſus, & experimẽta. Id primum experimento cognitum, bobus illi iacentibus, quibus ex vomere pedes (vt accidit) vulnerati, vel graui quopiam adfluxu tumentes,mirè ſanabantur. Exinde aqua ipſa,vt craſſa manat,ac turbulenta in pingui ſcabi Natura. vtiliter adhibetur,nec non ad crurum groſſiciem extenuandam. Præcipua verò laus in eius luto eſt,quod in neruorum contractionibus,conciſiſq. ex vulnere,vel ex caſu contuſis ligamentis vtiliter recipitur. Electio. quo effectu facile adducor non carere hanc aquam aliqua portione bituminis, vnde emolliat induratos,ac diſtentos neruos. Sub calenti ſyrio eligendum, tùm ob lutationes ipſas exſiccandas,diſtentis ſub ſolo illutatis membris,tùm ob actualem eius frigiditatem.

Lutum ad Grauiſcas in maritimis Senarum.

Lutum ſimile cum balneo habetur ad Grauiſcas oppidum in maritima Senenſi, quas Anſidoniam olim vetuſtam Lucumonum ciuitatem putant. quod quanquam hodie tota illa regio careat aſſiduo incola, vtile reperitur non in ſupercutaneis ſolum morbis, ſed & in neruorum quoq; contractionibus perſanandis,atq; vlceribus maximè crurum antiquis. Roſſeti bal. Similis trans vmbronem perhibetur aqua Sulphurea, & craſſa apud Roſſetum tria milliaria; quæ in balneis recipitur ad Scabiem, & ad ea quæ diximus, ex Benedicti Vegioſi Volaterrani ſcriptis.

Lutoſa palus ſulphurea cum ſudatorio ad Caſtrum.

Similem audio lutoſam, ac paluſtrem aquam ſulphuream ſub Caſtro ciuitate nobilium Farneſiorum,quæ in maritimam ad tria millia paſſ. protenditur,arundinetis, ac iuncis ſcatens,& odore graui. Supernè autem,quod notabile eſt, vbi hæc aqua ab edito colle primã videtur habere originem, ac minus propterea vliginoſa emanat; peruetuſti balnei adhuc manent veſtigia, cum gradibus,ac muro circumtecti, quod ad ſanandam ſcabiem apud Vſus, & operationes. vulgares vſurpari ſolitum,non longe manufactas habet ſcrobes,quas qui intrauerint,vtiles ſuſcipiunt ſudationes,ad crurum propterea inflationes, contractioneſq. etiam ex vulnere artuum,ad dolores leniendos,experimento comprobatas.

Balneum de Agnano in agro Piſano.

In agro autem Piſano ad tertium milliare, vbi cœnobiũ valde celebre eſt,quod de Agnano nuncupatur,quaſdam in balneis vtiles commemorat Vgolinus mons Catinus,tam intenſæ Operatione. frigiditatis, vt aliquantiſper intrantes rigore perterreant. Eſſe verò apud mulieres in communi vſu, quas ſteriles, ac deſperatæ ſobolis aliquas fœcundas reddere, multiplici experientia probat. Ineunda idcirco æſtate magnis caloribus.

Aqua frigida quæ accenditur.

In montanis,inter Bononiam & Florentiam,in pago qui à Valle cognomen habet,aqua ſcaturit frigida,vnctuoſæ tamen in tantum mixturæ,vt approximata candela quamprimùm flammam arripiat. Nimirùm,quæ puræ originis aqua,vnguinem quempiam mineralem, aut ſulphuris, aut potiùs liquidi bituminis alluit, quod ardet in aquis, ac in ijs montibus erga Mutinam valde luxuriat.

Frigidæ medicinales in Corſica.

Porro in montanis Corſicæ ad Eſum pagum, ſunt quædam minerales aquæ admodum frigidæ,quæ tamen concalefactæ,ac in balneis vſurpatæ,mirifica quadam digerendi virtute polleant. Nam & contracta membra reſtituunt,& indurata emolliunt. Frigidæ quoq; ſcatent in balneis calidis,quæ ad vicum retulimus, nonnullis in vſu. Frigida item bibitur vſu balnei frequenter aqua in valle Caregia ab Aſſo oppido quatuor mill. paſſ. calidæ hepatis, ac renum intemperantiæ,ventris obſtructionibus,atq; hernijs admodum vtilis. Aliæ in valle S. Antonij frigidæ perſimiles.

Fri-

Digitized by Google

Frigida in agro Tigurino.

IN agro Tigurino apud Heluetios (vt nobiles quidam Germaniæ ſcriptores narrant) aqua exit ex tribus fontibus frigidiſſima, ex quibus vnus ſulphureus. Et item in eadem regione vallis Alfaneia dicta, à Curia ciuitate tribus millibus paſſ. frigida eſt, & ſulphurea, quæ ligna, ac proiecta alia duro cortice obtegit.

Frigidæ aquæ, ac lapides medicinales in Vngaria.

FRIGIDAE item in Vngaria aliquæ ſalutares ſcribuntur à Veherneto, cuiuſmodi duo fontes in Zepuſio, qui lapideſcunt. In vſu verò frequenter habentur quædam aliæ frigidæ ad Miſſam, haud longè à Guaſconia oppido: quas tamen lapidibus ipſis, qui iuxtà fontem exiſtunt feruefactis igne calefaciunt, itaq; idoneas reddunt balneis. Vnde rectè ſentiunt (vt ego puto) qui vim medicam non tam ipſis aquis tribuunt, frigidis natura; ac puris, ſuauiſſiſq. in potu, quàm lapidibus adiacentibus, tribuendam.

Lapdies medicinales in balneis.

Variæ Aquarum, atq; Ignis terreſtris impreſſiones in terris ſub polo arctico, & ſub Zona Torrida. Cap. XVI.

NOVAM hiſtoriam, ac nouam prædictis adſtruemus demonſtrationem, vnde planè concludere licebit, naturam liberam, ac rerum ſuarum eſſe vbiq; dominam, nec ſub frigido cœlo, ac minus ſub Zona Torrida præſcriptam eſſe, aut ceſſantem à ſuis operibus. Vt contra ad hanc vſq; ætatem opinati ſunt antiquiores, dum infœliciſſimo errore negarent terram eſſe vbiq; habitabilem, Oceani non recurrere in vnum omnes vndas, nec eſſe mare omniquaq; nauigabile, nec reperiri poſſe antipodas, ſimilesq́ue aſſerentes opiniones enormes, omneſq; (vt ex his patebit hiſtorijs) manifeſtè falſas.

Cõtra antiquorum opin. errata.

An non potius reſpexiſſent illi ſapientes id fore indigniſſimũ maieſtati Dei, & naturæ, vt quæ ſummo omnium conſenſu, ne hylum quidem dicatur fruſtrà agere, & terram conſtitueret habitaculum hominum, quendamq; ſuorum operum finem; eam tamen oſcitanter fecerit maiori ex parte inhabitabilem, & deſertam, & mari non minus præſcriptam voluiſſe omni ſuo ambitu nauigationẽ? Quando præſertim ſatis detrimenti putandum erat tanto operi, faciem terræ tot maribus occupaſſe, tantaq; montium vaſtitate, valliumq; opacitate inacceſſam feciſſe: quas tamen partes ſtuduit natura non eſſe fruſtrà, pro ferarum latibulis, pro ingentium cætarum in certis marinis generatione, pro metallorum, ac gemmarũ condendis theſauris, proq. nobiliſſimarum plantarum, quæ communem refugiunt vſum, productione.

Terram nuſquã eſſe ociosã.

An verò ille diuinus architectus tam inops fuerit conſilij, aut virtutis, vt neſcierit tam mirabile magiſterium à tantis detrimentis, vel ab omni humana repræhenſione inculpabile aſſerere? Immò in his maximè mundi extremis, vbi coacta naturam aliquem ſubire exceſſum, aut cœlo, aut terræ viſa eſt, maiorem præ ſe fert ſuæ potentię ſolertiã, & maiora in illis operatur miracula.

A vigore, & prouidẽtia Dei

Qua de re in exemplis, quæ recenſuri ſumus terrarum ſub Hyperboreis, & è diuerſo ſub Zona Torrida, demonſtratum videbitur, ita cœlum, ac ſydera ad quamq; terræ plagam diſpoſuiſſe, ac ſolis curſum inter alios planteas ita attemperaſſe, ac in obliquum deflexiſſe, vt annuo ambitu, acceſſu, ac receſſu ſuo, nullam ſineret terræ partem ſuo lumine, ac virtute deſtitutam, quin cunctis rebus gignendis foret idonea.

A diſpoſitione cũ cœlo, & ſtellis.

Nec minus diſpoſuiſſe certũ eſt ſitus terrarum, ac regionũ particulares. Deſtinaſſe ad algentes, ac frigidas terras ſubterraneos calores, & caminos ardentis ignis, idcirco per totum anfractuoſas illas, ac cauernis ſuſpenſas eſſe, prægnanteſq; paſſim pingui fomite ſulphurum, ac bituminum, caliginoſis metallorum vaporibus, & omnium minerarum, quas terra gignit, immenſa copia. Aeſtuantium verò terrarum, non dubiè feruores attemperant, longè lateq. marinarum effuſio, lacuum, ac fluminum maximorum frigidæ auræ, montium altitudo, ſyluarum denſiſſimarum opacitas, ac faucium deniq; opportunitas ad Ventorum flatus à frigidis regionibus excipiendos.

A ſitibus terrarum particularibus.

Relinquo certos ſyderum fauores ſingulis terris, quæ vt ſub polis vtrinque influunt calores, & ſub arctico ardent montes, & æquè ſub antarctico viſam terram conſtat, adhuc incognitam, quam ab igne appellant del fuego; ita ſuper torridam ſua ſydera influere refrigeria demonſtrabimus.

A particulari fauore ſyderũ

Præter altiſſima in omnibus Dei iudicia, quem & Philoſophus aliquando confitetur 11. de gener. & corrupt. Vbi deficientibus (inquit) naturæ modis, IPSE DEVS COMPLEVIT OMNIA.

Ab altiſſimis Dei iudicijs.

Quarum rerum, ac ſingularium præſertim accidentium, quæ ad hoc noſtrum attinent inſtitutum, terrarum, aquarum, ignium, cœli; aliquam hic ſubijciemus cenſuram: primum de extremis ſub polo Hyperboreis, vbi maria, & cuncta algent; deinde maiora, quæ ſub Torrida, & in noui orbis terris videri accepimus miracula percurremus, & hunc librum concludemus.

Aquarum, & Terrarum natura in Hyporboreis.

VLTRA mare Germanicum, terra penitus ſub Zona frigida, vbi maria conglaciant, &
propterea inculta, inhabitabiliſq. credita eſt antiquis; haud dubiè nó modo habitabilis, ſub
Libro 4. ipſo quoq; polo reperitur, ſed etiam vt terræ pars ingens, & (vt Plinius ſcribit) incomper-
cap. 14. tæ magnitudinis, & quaſi alter orbis numeroſa populis, ac rebus maximè mineralibus paſ-
ſim ſcatet. Vnde in omnem partem illæ nationes iam cunctis exoſæ hiſtorijs emanarunt,
diuerſiſq. temporibus Europam, ac toties Italiam aggreſſi ſunt, Cimbri, Normanni, Dani,
Gothi, Hunni, Vandali, Longobardi. Terra idcirco nó tàm regnis diuiſa, quàm naturali aſpe-
ritate magnis finibus, ac immenſo ferè vndiq; circumſita oceano, maximis omniquaq; dilu-
ta fluuijs, multis lacubus, nec minus balneis omnis generis, & calidis, & feruidis abundans.
Super cæteras verò terras adeo generoſa metallis deſcribitur à nouis illarum regionum
Coſmographis, ferro abundare, magnete, auro, argento, plumbo, ære, chalcãtho, atq; ſulphu-
re, vt ſæpenumero coloni inuentas aratro ægreferant venas auri, opprimantque, quoniam
campi ex eis, alioqui parum, feraces, infructuoſi omnino, ac ſteriles ad rem frumen-
Impreſſio tariam reddi ſoleant. Ob ſulphuris verò potiſſimum, ac vaporum, qui ex tam varijs mineris
num mate exhalant copiam plurima tradunt in his regionibus contingere portenta, quæ illi cœlo, ac
ria. aëri ingeminant calorem. Horrendis terram, ac crebris concuti motibus, intimos ex terra,
ac mari exaudiri fremitus, & cùm mira è certis locis, barathriſque, ac Aetnæ inſtar, exhalẽt
incendia, tam multos aër, ac craſſos concipit halitus, vt per hiemem quoq; non ceſſent toni-
Lapides trua, ac fulgura. Et quod Plinius tanquam rarum apud nos ſpectaculum commemorat, con-
pluere. geſtæ ſæpè ſulphuris moles, ac lapides, inter pluuias, veluti grandines depluũt. Crebrę emi-
cant ex aëre corruſcationes, columnæ è cœlo viſuntur ignitæ, & ſtellæ interdum cadentes.
Dictu verò horrendum narrant illi hodie rerum ſeptentrionalium ſcriptores, Stocholniam
Fulgur maximam olim ciuitatem, ex fulgure conflagraſſe totam, mille, & ſeptingentis hominibus
horrendũ incendio extinctis, & ob id hodie penè deſertam. Hanc met verò cauſſam habent in illis
terris hiatus immenſi infrà terrã, quos ſcilicet tam crebri terræmotus aperiunt, vaganteſq.
iugiter per eas cauernas ignes, ac flatus, ac lacus tenebroſiſſimi, qui tàm calidarum, quàm
frigidarum aquarum ſaliunt, grauiſſimumq. mittunt halitum. quarum rerum digniora quæ-
dam non dimittemus exempla.

Tres lacus ſulphurati, ac feruentes in Gothia, & in Noruegia, ac balnea.

INTER alias, tres lacus ex ſulphure feruentes commemorat Olaus cognomento Ma-
Lacus fer gnus Archiepiſcopus Gothus in commentarijs rerum Septentrionalium. Vnus eſt in Gothia
uẽs in Go ad Vexionenſem ciuitatem, aquarum ſulphurearum, & feruidus ſummo gradu, in tantum, vt
thia. perexiguo temporis ſpatio immiſſas carnes, vel alia edulia excoquat. Alter in Noruegia ad
II. Nidroſiam eius regni metropolim, ob feruorem ſulphuris nullo vnquam brumali frigore ge-
III. laſcens: cùm tamen Aquilonales omnes aquæ, ac maria ipſa ferè perpetuò algeant. Tertius
eſt iuxtà Aaranem arcem Vueſtrogothorum, quam ſolo harum aquarum ſtagno munitiſſi-
mam reddit, ac inexpugnabilem. Cæterùm de multis alijs fontibus, ac riguis huius naturę,
Balnearũ & calidis, & feruidis, non faciunt iſti auctores particularem hiſtoriam. Quandoquidem (vt
in Gothia idem Olaus eſt teſtis) ſuſpectus eſt apud illas nationes ſulphuratarum, & calidarum id ge-
ſuſpectus nus aquarum vſus, vt quæ graues illis circà tibias affectus, doloreſq. ſoleant inducere, qui
vſus. tamen priuatis balneis, ac ſtuphis de more communiter vtantur. Quam equidem noxam
particularem non tam hominum naturæ, ſub ea frigida plaga tribuerem, qui hanc habeant
cum aquis calidis contrarietatem, quàm vaporum potius prædictorum, quos illæ aquæ im-
bibant, qualitati, ex argenti viui in eis copia potiſſimum, ac metallicarum miſturarum. Nec
non cœli illius, ac ſtellarum ſub arcto certis influxibus: quos concurrere etiam ad alia præ-
dicta aëris, ac terrarum portenta, vt etiam ad ſpecialem fulgurum, quam diximus, ſæuitiam,
non videatur dubitandum.

Mira in Hyporboreis terris cœli, & aquarum portenta.

Hæc verò non aliena dictu videbuntur, nec parerga. Immò ex his, ac ſimilibus alijs in
Septentrionalibus terris effectibus, maiorem vim concludemus eſſe terreſtrium eiuſmodi
vaporum, qui non infernas dũtaxat impleant terræ cauernas, ac crebros ex eis excitent ter-
ræmotus, illabenteſq. multifariam inalterent aquas; Verum etiam qui in ſupremum vſq; aë-
rem impetant, cœlumq. denſa adeo caligine obnubilent, vnde tam ſæua fulgura, ac maiora
alia emergant, quæ percurremus miracula. Dubium igitur non eſt, quod vapores quicunq;
ſint,

ſint, & infrà terram, & in pluuijs, & in fulgetris heterogenei ſint, & pro qualitate ſubiectæ materiæ, ac regionis vnde eleuantur, diuerſi. Vbi plus, vbi minus fiunt: alibi aërei, ac leues, alibi caliginoſi, & graues, alibi à metallis aſcēdunt craſſiſſimi, ac vehementiſſimi, ac inſigniū proptereà effectuum ſunt cauſſæ.

Vaporum terreſtriū actuorum effectuum cauſſæ naturales.

Primùm ex materiæ diuerſitate ipſorum vaporum, manifeſta ratio eſt, quam in naturalibus exercitationibus deſiderani apud Ariſtotelem, de varijs fulgurum modis, atq; effectibus. Cum alia fulgura conflagrent tantùm corpora, nempe (vt arbitror) quia leuium vaporum; alia ſuffocant, caliginoſa; alia conquaſſant horribili ſtrage, etiam ædificia, ac turres, vt quæ ex graui conflantur materia, ac metallica. quę & propter ſimilitudinem ſubſtantiæ, aut diſſimilitudinem, fundunt æs in loculis, corium non afficiunt, combutunt indumenta, non carnes, immò quædam fulgura, nec ceram liquant libellorum teſte Plinio.

Fulgurum varietas, & cauſſæ.

Plutarchi ſuperſtitioſæ narrationes.

Hinc vanæ, ac penè aniles redduntur, quas Plutarchus adducit ex loquacibus græculis narrationes, cur oracula ceſſauerint: Demetrium à Tyberio Cæſare, miſſum vltra Britanniam, & Sporadas inſulas, ad perſcrutandum remotiores terras, & illarum gentium mores, illas inueniſſe pluri ex parte deſertas. narraſſe verò inſulares circà eas vagari animas geniorum, & heroum multas, quæ ſi extinguantur, aut deficiant, cùm prĕſtantioris humanæ ſint naturæ, hic repentè varia ſuboriri portenta, procellas ex mari, ex aëre verò turbines, ac ignitos in terram vortices deferri. Quæ potius naturalea non dubiè habent cauſſas, ſubterraneorum, ac grauium vaporum; quos diximus in Hyperboreis iugiter eleuari copiam, ac denſiſſimas caligines.

Cauſſæ naturales.

Vnde propter anniuerſarias, quas illæ nationes habent noctes, & propter temporum inconſtantiam, quando trium vel plurium menſium ſpatio vix obliquum vident ſolarium radiorum aſpectū, ac ſub nubiloſo diu aëre degunt, vel tenebricoſis latebris; non mirum tam varia imaginantur, ac ſuprà opinionem iactant ſpectra. Quare etiamnum dicta eſt Hybernia fabuloſa, narrantq. ob varias ſub illo cœlo mutationes, crebraſq. quas vndiq; ille aër patitur corruſcationes, ignitas modò columnas excurrere, modò ingētes ceù armorum ſonitus ex aëre audiri, vel gygantum inſtar in nubibus dimicationes videri, vel ſtellas cadere. Interdum verò concuſſa horrendis motibus terra, ex intimo fragore, vel denſiſſimas attolli caligines, vel ſalientium aquarum fontes oriri. occurſantes verò circà eas vmbras, mortuorum iactant animarum ab inferis apparitiones, ſtriges, lemures, ſpirituum illuſiones, nocturna damnatorum murmuria.

Hybernia fabuloſa ſpectra.

Lacus ſuperſtitioſus.

Lacum inter alios ſuperſtitioſum narrant in Hybernia, luridarum aquarum, & quę noctu potiſſimùm obſcuriſsimum nubium inſtar mittant caliginē, apud quem è vili plebecula multi ſolent ſuis mortuis annuos commeatus apponere, ac inter ſua illa piamenta, opinātur animarum occurſantium vmbras amplexari, ac reſponſa ab inferis accipere. quarum proptereà non alias quærere oportet cauſſas.

Admiranda quædam in Hyperboreis, & in Iſlandia ex ſubterraneis effectibus.

Nec carebit hæc vltima appendix eruditione, quam ſubnectemus, de varijs ſubterranei caloris, ſulphuriſque, ac ipſorum vaporum intercluſorum effectibus. Iſlandia, quæ vox ſonat Inſula frigida, vel glacialis, famoſiſsima apud veteres, & chorographos, quę ambitu non minor ponitur Sicilia, & quæ ſtatim ſub polo arctico immenſum illud occupans pelagus, putatur vltima Thule; per ea, qua caret aëris amænioris fœlicitate, varijs quidem, ac ſcitu dignis bono iudicio dotibus compenſatur. Nam ditiſsima fertur omni genere metallorum, & auri.

Iſlādię dotes.

Tres montes ardentes.

Sulphure autem vbiq. prægnans in tantum, vt inter alia ſpectacula, treis habeat montes altiſsimos, qui perpetuos, vt Aetna, ex immenſis barathris eiaculantur ignes. Hecla vnum nomine patriæ, velga alterum, hoc eſt Sanctum, & tertium à Sancta Cruce poſteris cognominatum; Vnde non mirum in conſilijs naturæ, quod ſubiectum ſolum, & circunfuſus illi aër, alicuius caloris ſuſciperent aurā.

Metalla, & aquæ.

Nec longè ab Hecla fodinæ ſunt Sulphuris abundantiſsimæ, ac certis locis aquæ emanant calidæ, alibi frigidæ, & de Auerni natura bullientes, alibi fœtido ſulphuris putore abominabiles, & tamen frigidæ. Illud verò in ea notabile eſt, vt, cum tota hæc inſula ſub polo arctico iaceat, vnde à circulo Cancri ſole in totum ſolſtitium permeante, nullas videt noctes, & nullam diem ſub bruma, recedente ſcilicet ad Capricorni circulum ſole, vbi eadem conditio ſub polo oppoſito fit antarctico: non mediocri tamen gaudeat aëris temperie, quæ longævæ hominibus vitæ ſit alumna, & tàm læta paſcuis, vt niſi pecora depellantur, intereant ob craſsitiem.

Fęcūditatis cauſſę.

Quam prærogatiuam dum equidem illius cœli, ac ſtellarum aſpectibus vendicauerim, præſertim ſolis, qui eam (vt dictum eſt) tot menſibus vndiq; irradiet; miranda alioqui diuinæ prouidentiæ virtus, quæ vbi aliquà in parte defecerit, in altera compleuit omnia, & non difficile exiſtimo, quin tantus ignium, ac vaporum apparatus, qui eā foueant, reddant quoq; eandem ſummè vegetabilem, quemadmodum etiam facile crediderim, vt ex continuis intus feruoribus, vbiq. intercur-

rentium vaporum, ſimul atq; flatuum impetu; hæ inquam ſint cauſſæ tot rerum, quæ in ea variantur in admirandis, & quæ ſimpliciter creditæ (vt eſt commune fama malum, quæ in immenſum creſcat) pro veris traditionibus habeantur, quæ ſunt meræ fabulæ, vel effectus naturæ, & eius loci in ſuis cauſſis manifeſti. Multas eiuſmodi fabulas ex Olao adductas, & alijs illarum terrarum ſcriptoribus explicuimus, & in Iſlandia ſimiliter narrant, eſſe ſub illis montibus purgatorium ſordidarum animarum, & vbi colliſæ inuicem, & inter ſcopulos glaciei, ac lapidum moles aſſiduum auribus incutiunt ſonitum, ingeminantq. cum fragore ignis horroris cauſſam; longas iactant audiri lamentantium querimonias, & quæ humanæ vocis gemitus æmulantur; animas in illo fragore torqueri, vagari exinde mortuorũ ſpectra ſubmerſorum præſertim, aut Cruce ſuſpenſorum, vmbrarum, & animarum ſibi notarũ complexus, ſpirituum familiaria ſeruitia, dæmonum deluſiones, & qui modo faces accenſas, modo globos ignis, vel ignitas per aëra columnas iaculentur. Quæ omnia tamen, ac ſimilia ludibria (ſeruatis ſemper Sanctæ religionis decretis) omnia cauſſam habent naturalem (vt dixi) ſubditi ignis, vel occulta murmura in illis cauernis, vel qui foras horrendis erumpat flãmis, vel fumos, ac craſſos impellat vapores, & glaciei ſimul abruptas moles viciſſim concuſſas, vt taceam perpetuã potius ſub illa Plaga caliginem, quàm ſolem eſſe, & cętarum ingentium monſtra, quæ illa occupant maria; & demum illarum gentium ſimplicitatem, & facilem credulitatem. Ita vt, in omni hiſtoria hæc apud me ſit difficillima pars, & cui maximè tàm legentes, quàm ſcriptores debeant intendere, ipſam rerum, quæ iactantur, aut ſcribuntur, contemplari aliquo iudicio veritatem.

Spectra in Iſlãdia admirãda. — *Naturales cauſæ.*

Terrarum, & Aquarum natura in terris noui orbis, & in Perù ſub Zona Torrida.

DIGNA fermè ſententia, quam in primo libri capite de Natura præſcripſerit Plinius, MVNDVS FINITVS INFINITO SIMILIS. Quaſi non duratione tantùm, aut numero, & ſpecie, ac magnitudine infinitus ſit; ſed nunquã adeo perſcrutabilis à nobis, vt non plurima ſemper imperſcrutata remaneãt, vel noua, vel quę alterius naturæ, quam antea credita ſint, comperiantur. Quid ergo mirum eſt ab octoginta hinc annis, vel noſtra ætate inuentas eſſe nouas terras, & magnam Perù quartam ferè mundi partem, quę à Cancri vſq; circulo in antarcticum, ac latiſſimè ſub Zona Torrida extenſa, non modo habitabilis, ac populoſa admodum inuenta eſt; verum etiam, quòd maioribus naturæ, ac cœli gratijs dotatur, quàm reliquæ penè orbis terrarum partes. Salubritate cœli, & aëris, nec non agri mira fœcunditate, maximis irrigata fluminibus, attemperata tẽporalibus pluuijs, ac niuibus à montanis altiſſimis, ac metallis, auri præſertim atq; argenti ditiſſima. Sulphure admodum, ac bitumine prægnans, ex quorum pingui fomite cùm perpetui, Aetnæ inſtar exæſtuent ignes, ac flammæ, diductis per interuenia terrarum caloribus, & feruidas, & calidas multifariam reddunt naſcentes aquas. Vt taceam nunc (quæ diuinæ fuit prouidentiæ bonitas) tot gentes, tot annorum myriadas omnium rerum ignaras, ac pluri ex parte agreſtes, iam ad humaniores ritus redactas, & in hanc Sãctiſſimę Religionis lucem aſſertas, & ampliſſimas regiones ab ortu ad occaſum, ſub CHRISTI vexillum, ac Philippi Auſtrij Regis Catholici potentiſſimi imperio acquiſitas. Et non dubiè alias indies compertum iri regiones, ac terras, quando adnauigantibus ſub antarctico fœliciſſimis noſtri temporis nautis per illum oceanum in orientem, proſpectu ipſo nauigationum, nouo ſub illo polo apparuerant terræ, ex quarum montibus, vt in Hyperboreis, perennes æquè ſcatere viſæ ſunt flammæ, quas non perquiſitas adhuc, igneas propterea nuncuparunt terras. Hæc inquam in tanta naturæ, ac mundi amplitudine, non tàm miranda nobis, quàm quòd antiquos latuerint. Et qui in tantam perſeueraſſent obſtinationem in opinionibus ſuis, vt negauerint plus vltra columnas Herculis eſſe trãſeundum, non totum oceanum nauigabile, nec terras ſub extremis vtrinq; polis frigidas, nec ſub torrida Zona ob ęſtũ eſſe inhabitabiles, & propterea inacceſſas Aphricæ ſolitudines; non cadere in illam regionem, nec pluuias, nec niues, ignorari capita Nili, & vnde exundet quotannis non eſſe certas cauſſas, quod maius verò flagitium eſt in tota mundi, ac terrarum conſtitutione, negarunt & Antipodas eſſe, friuolis, nec ſatis dignis, quæ hic referantur rationibus, vel ſingulari hoc tantùm argumẽto redarguendis. Qui conuolui manifeſtè vidiſſent cœlum, & cum eo ſolem, & lunam, & contra ſydera circumuolui, terram in medio, ac rotundo incluſam, rotundam eſſe, ac ponderibus libratam ſuis, circumquaq; faciẽ gerere ſimilem. Nec condecens fuiſſe (vti dictum eſt) ſummæ illi opificis ſapientiæ, nec naturæ, tot magnis ſpatijs mediam terram, & in extremis reliquiſſe inhabitabilem, & deſertam. Ergo quid dicam iam his compertis terris, ac nouo mundo, niſi quia delineatio terræ antiquorum, & Ptolomei, quæ facta eſt a columnis Herculis ad Indum amnem, & à ſeptode-

Noui Orbis inuentio. — *In Terra Perù naturæ dotes.* — *Noua terra viſa ſub antarctico.* — *Quæ antiquos latuerint.* — *De Antipodis manifeſta ratio.*

cimo

cſmo circiter gradu ſub æquinoctiali ad Tanais fontes, relicta eſt propemodum Mappamundi non Coſmographia? Ad omnes verò illas difficultates breuiter tollendas, & quæ ad hoc noſtrum faciunt inſtitutum, exempla nonnulla contenti erimus explicare rerum, & aquarum in Perù compertarum.

Mappamũdi Ptolomei.

In Perù qualitates Terrarum, Cœli, & Aquarum.

NAM ſitu ab extrema Cancri circuli parte totam excurrens deſignatã ab antiquis Torridam, ſeptingentarum leucarum ſpatio, & ferè vſq; ad antarcticum cadens, ac paulo minori ab ortu ad occaſum latitudine; nullas non habet cæterarum terrarum conditiones, & maiores cœli gratias. Admirabilis in primis diſpoſitio, vnde omnis illa caloris intemperies moderanda venit; quum maximis à Magellanico vſquequaq; freto, ac continuis diſſecta montibus, qui triginta, vel amplius leucarum latitudinem occupant; ex crebra vallium, ac ſiluarum opacitate, ac apertis ex antarctico faucibus, ventiſq; ſub ea plaga frigidis, ac certo in primis aſpectu cœli; non concreandis ſolum frigidis vaporibus, ac pluuijs, & niuibus aptiſſima ſit; ſed maximis quoq; per eas valles diluitur fluminibus, quæ vniuerſam ad mare vſq; planiciem, quamquam arenoſam, reddunt fœcundiſſimam omnium rerum. Maximus in primis Marannon, qui ſitu ortus orientali, ac iuges colligens ex illis montibus aquarum defluxiones, & pluuiarum, quaſi alter Nilus immenſis flexibus, ac mæandris, longitudine ſexcentarum leucarum, ac quinquaginta, vel ampliùs latitudine, tantundem in oceanum refundit dulces, vbi & mare dulce ſuit à primis nautis nuncupatum. Alter minori curſu Platta, ſic ab argenti metallis cognominatus, per terram Braſil ſub æquatore, ad orientalem ſitum triginta implet leucas. Tertius S. Marthæ viginti leucas, cum nec Ganges, nec Indus vix ad decem milliaria pandant fauces, ne dicã alios. In montanis bino tranſitu ſolis ſuper æquinoctium, quando ſcilicet per ſex menſes fertur ad Cancrum, & per ſex alios redit ad Capricornum, duæ fiunt æſtates, & duæ hiemes: quando vice verſa quæ æſtates ſunt per æquinoctia in montanis, eædem ſunt hiemes in planis. nam diſtillantibus tum è montibus ſereno cœlo niuibus, abundant flumina in ſubiectas planicies, ac lenis ſimul caligo, continuæq; nubes adumbrant vniuerſam regionem, vnde pertenues circà veſperas diſtillãt pluuiæ, ac plenioribus ſimul factis fluminibus, breui argine deducuntur in agros rigui, qui fructus verè ineunte, & ad finem autumni, cerealiaq; omnia producunt ſuauiſſima, & in maximam copiam. Ditiſſimis alioqui illis montibus omni genere metallorum, auri in primis, argenti, in parte præſertim auſtrali, quæ & flumina ipſa, & arenas reddant auratas. nec nonære, & & plumbo, & ſmaragdo lapide, piſcantur inſuper Margaritæ ſub portu Panama. Sponte creſcit, & ſal multis locis in mediterraneis, vnde permulti paſſim manant fontes, ac lacus ſalſi, & fluuius inter alios ad circulũ Cancri influit, cognomento Salſus. Aeſtuat item ſal cum aquis amaris, ac nigris ob bituminis (vt credo) admixtionem, elicitur, & à calidis aquis è medio fluuio in Caramante prouincia, qui ſeruatur in delicijs. Terrarum verò eiuſmodi pinguium, ſulphurearum, & ardentium, nec non balneatum calidarum cum his ingens copia. Vnde cùm Aetnam antiqui vnum commemorauerint admirandum, nunc computatis cum Perù, quę in noua Hiſpania ardent terris, & permultis infrà ad Quintimalam Vulcanis, qui Aetnæ inſtar ex arduis æſtuant collibus, noua ex his haberi poterunt argumenta, in ſubterraneis quandam contineri ignis naturam, quemadmodum demonſtrauimus. Relinquo cum his multa alia poſteriùs narranda. Hanc verò cum habuerimus tantarum rerum lucẽ ex nouarum terrarum inuentione; neſcio an cui maiorem tribuamus laudem, num Christophoro Columbo inuentori, an potius optimi Senecæ iudicio. qui iam mille & quingentis annis, diuino haud dubiè ſpiritu, nouas terras, ac nouos orbes inuentum iri vaticinatus ſit, illis verſibus.

Perù ſitus

Pluuię, niues, ac maximi amnes.

Marannõ flu.

Platta flu. & S. Marthæ.

Duæ æſtates, & duę hiemes.

Metalla in Perù.

Salis montes, lacus, & flu.

Sulphureis, & bituminis balnea.

Loca ardẽtia.

Chriſtophori Colũbi laus. Senecę Vaticinium.

Venient annis
Secula ſeris, quibus Oceanus
Vincula rerum laxet, & ingens
Pateat tellus, Typiſq; nouos
Detegat orbes.
Nec ſit tellus vltima Thyle.

LIBRI QVARTI FINIS.

DE THERMIS ANDREAE BACCII, ELPIDIANI, MEDICI, ATQVE PHLOSOPHI CIVIS ROMANI,

Et in Almæ Vrbis Gymnaſio olim Profeſſoris.

LIBER QVINTVS.

In quo hiſtoriæ Aquarum Mediorum Mineralium conſcribuntur.

De communiſſimis impreſſionibus Mediorum mineralium in aquis.

CAPVT PRIMVM.

Tereſtriũ rerum natura duplex. 3. Metor. 9. Simpl.

ALMA parens rerum omnium tellus, quatenus aquas ex multiplici ſulphuris miſtione;varioq.tẽparamento cũ igne,medicatas reddat hactenus per ſuas hiſtorias, ac ſingulares rationes demonſtratum eſt. Nunc de terreſtribus alijs rebus quæ tota ſubſtantia ſe cum aquis commiſcenr, loquemur. Horum verò primi ſapientes duo fecernnt principalia genera: etenim alia foſſilia ſunt, alia metallica, inquit Ariſtoteles. Foſſilium nomine duo alia genera comprehendi debere intellexit Galenus: primùm terras varias, vt ſatiuas, pingues, ſteriles, medicatas, harenam, ſabulum, argillam, & omnino quæcunque terreſtria ſub communi hac veniunt ratione, vt ab hnmido irrigata emolleſcant. Et deinde lapides; quo nomine, ac oppoſita ratione intelligitur à vulgo, quodcnnque corpus terreum, quod ab bumido irrigatum non emolleſcit. Quorum omnium generum, tàm terrarum ſcilicet, quàm lapidum, iam ſatis inter communes miſturas, qnæ quoquo modo aquas inalterant, dictum eſt; & dicetur nihilo ſecius obiter in ſequentibus, ſpecialis eorum conſideratio in balneis facienda non eſt. Non terrarum quidem,quia hæ aut paucæ ſunt in aquis impreſſionis, nec medicatæ qualitatis, niſi vt limoſa aqua eſt, ac fluuialis, vt albula noſtri Tyberis: aut coactæ nimium ſubſtantiæ, & non adeò in aquis ſolubilis, vt argilla, & ſimiles aliæ. Nec lapidum, quos abluit duntaxat aqua, vbi offenderit, nihil aſſumit in ſe ſubſtantiæ; vnde prouerbium eſt, LAPIDEM LAVAS, de eo quod fruſtra fit: qua ratione, aliqua item metalla, quorum origo in lapidibus eſt, perexiguæ impreſſionis in balneis reperientur.

Terræ, & lepides quo diſtinguantur. Lib.1.

Tot itaque modis foſſilia intelligenda ſunt. Porrò metalli quoque nomine apud veteres, tàm Græcos, quàm latinos, duo terreſtrium corporum genera veniunt intelligenda; tàm liquabilia ſcilicet quædam foſſilia, quæ ad diſtinctionem rectè à iunioribus noſtris Media mineralia ſunt appellata: quàm quæ fuſilia ſunt, vel ductilia, vt aurum & ferrum. Atque verò vtriſque metalli nomen, ac ratio conuenit: dicitur enim à verbo Μεταλλᾶν, quod eſt effodio. Vel quaſi Μετὰ τὰ ἄλλα εὑρίσκεσθαι, quod exponit Plin. Metalla Græcis, quaſi iuxtà aliud, qnia vbicunque inuenta eſt (inquit) vnius vena, non procul inuenitur alia, & hoc quidem in omni ferè materia. Ex quibus planè conſtat, quod hæ voces, Minera, minerale, & mina pro loco, latinæ non ſunt, ſed nouæ voces à recentioribus inuentæ

Motallũ quid.

Lib.33.

Minara quid.

qui

quĩ quoniam & has ſæpenumero in metallis vſurpant, idcirco ad planiorem diſtinctionem, hæc quidem modò mineralia imperfecta; modo mineralia media cognominant; illa autem metalla, aut mineralia perfecta. Imperfecta dixerunt, ſal, alumen, ſulphur, minium, & ſimilia alia: non quòd verè imperfecta ſint; quidque enim in ſuo genere perfectum eſt: ſed ad reſpectum duntaxat æſtimationis noſtræ; qui maiorem in auro nobilitatem reperimus, deinde in argento, & conſequenter in alijs. Media verò intelligunt, quaſi media inter lapidem & metallum; ſunt enim ſal, alumen, atramentum, & reliqua, partim quidem lapis, vt foſſilia ſunt; partim metalla, inquantum liquantur. Vel dicta ſunt Media, quia teſte Philoſopho in phyſicis, de contrario in contrarium oportet per media tranſire; & iſta ſunt media à lapide ad metalla, ab imperfectis idcirco dictis mineralibus, ad perfecta. Cui affinitati, atq. progreſſui per media, optima quoque ratio aſtipulatur. NATVRA enim non facit ſaltum; quod ex antiquis dogmatibus citat ſapientiſs. Ariſtoteles; quinimò ſemper determinatum ex determinato gignit. Et quod dixit in Metaphyſicis, SPECIES ſunt ſicuti numeri: ſanè quoniam vel addito numero, vel dempta vnitate variatur illius numeri ſpecies. Ita & in fundamentis rerum, & perſpicuè in his terreſtrium ſpeciebus, (vt idem ſcribit Philoſophus) viſa eſt natura adeo paulatim, ac ſenſim ab vno ad aliud tranſijſſe, vt continuatione ipſa lateat plerumque eorum confinium, & medium, vtriuſnam ſit extremi. Vnde ſalis cùm ſint multæ ſpecies ſe conſequentes, ac ſimillimæ; adeò proximè ad ipſas tranſit nitrum, vt vix differre ab aliqua ſpecie ſalis videatur. Sic atramentum à nitro, alumen ab atramento, Gypſum ab alumine, bitumen cum ſale videtur quaſi à ſulphure degenerare. Porrò argentum viuum, etſi alia propagatio videatur, cum aliquo tamen ex prædictis Stybium fit, qui cum reperitur, Plinio; cum impuro ſulphure fit ferrum, cum Molybdena plumbum, & ſtannum; cum Chalcytidis maſſa æs, ſory, miſy, & chalcanthum; argentũ tandem fit, & ad ſummum aurum: quæ ſunt omnia tandem ſulphur, ac argentum viuum, per media illa, ac virtutem cuique mineræ propriam, aliter, atque aliter conformata. Rectè ergo metalla dicuntur omnia communi vocabulo: nos vero diſtinctè magis cum iunioribus, alia dicimus foſſilia, vt terras; ac lapides: alia mineralia, hæc ipſa ſcilicet media, & alia metalla, de quibus poſteà ſermo habebitur. De proprijs verò mineralium impreſſionibus, primùm de ſale dicendum eſt, qui vt in ſua natura humoris cuiuſpiam ſoboles eſt, per elixationem, vel exſiccationem à calore exſiccati; ita facilè remolleſcit humore, ac ſingulares in aquis qualitates imprimit ſalis. Subinde & de nitro, alumine, chalcantho, gypſo, atq. bitumine, quæ eodem ſolutionis effectu cum aqua, ſalſuginea dicuntur. Simpliciter igitur nullæ Mediorum iſtorum mineræ, præſertim quæ ad naturam ſalis, ac terræ proximè accedunt, fomites igneos obtinent: niſi ex accidenti miſtura inſyncęræ ſint. quod non raro (quæ eſt in balneis ſummæ bonitatis prouidentia) reperies. Ad hæc, viget magis in his medijs mineralibus emplaſtica virtus, ac abſterſoria; minus digerens, & calorifica, niſi (vt iam diximus) ex accidenti miſtura: ac non adeò paucæ in eorum hiſtorijs narrabuntur aquæ medicatæ, actu minimè calidæ. Minus idcirco omnes tùm ſalſæ, tùm aluminoſæ, aliæque ſulphuris expertes aquæ in balneis idoneæ ſunt, niſi calefierent prius: electiores verò in potibus, ac corporibus purgandis, vriniſq. educendis. Siccando valebunt, abſtergendo, ac confortando; frigefacta ad temperamentum reducendo: quæ iam planius per ſpeciales earum naturas declarabuntur, facto à marinis aquis initio.

Imperfecta mineralia.

Media.

5 Phyſ. 22 Et de natura animalium. 8. Meta. 10

1. de par.

Metallorum propagatio.

Salſugineorum qualitates.

Vſus.

De marinis aquis. Cap. II.

DE marinarum aquarum natura, cùm multæ ſint circunſtantiæ; primum tamen de mixtione earum quærenda ratio eſt, deinde ſaporis ſalſi, & craſſicieir & tertiò vtilitates explicandæ ſunt. De mixtione quidem maris, videtur id neceſſarium fuiſſe naturæ inſtitutum, vt omnia ſint mixta. Nam ſicut natura terram, voluit totam, & ad hanc maximè ſuperficiem eſſe miſtam; quæ nimirùm veluti baſis, ac fundamentum cæterarum rerum mixtarum exiſteret: ita mare videtur conſtituiſſe, quod mutuo amplexu cum terra perpetuò miſceretur, ac ipſum viciſſim ſuas vndas intrà, extrà, ſupra infundens, idoneam perpetuò terram, & quaſi menſtruatam, ad rerum ipſarum mixtionem efficeret. Itaque mutuæ ſibi inuicem ſunt cauſæ mixtionis terra aquæ, & mare terræ. Faciunt verò flumina non parum ad miſtionem marinarum aquarum: nam quicquid excrementi reperitur in aquis, in humoribus, in terris, in miſtis quibuſcunque; & quæcunque ſimiliter purgamenta terrarum flumina abluunt ex vniuerſo orbe; ea in mare, tanquàm in ſentinam congerunt. Perennis verò, & quædam continens cauſſa eius mixtionis in mari, eſt ipſe Sol, & quem omnes ſentimus, calor; qui quicquid è vaporibus craſſis vndecunque terrarum, & marium colligit in nubes, & in ipſum aërem; id totum iugiter ex pluuijs refun-

Omnia cur mixta ſint.

refundit in mare. Sicq. cum tot modis mare admixtum ſit,quicquid tenue in eo eſt,attrahitur,quicquid verò craſſum & terreum in ipſo relinquitur. Quam cauſſam primò de ſalſedine maris reddidit Ariſtoteles, & ante ipſum Hippocrates in libro de aquis, aëre,& locis,& deinde Galenus,& cæteri alij. Eadem tamen (ſi ritè computetur) cæterarum etiam differentiarum in marinis aquis eſt cauſſa,ſaporum,colorum, ſubſtantiæ craſſæ, grauitatis, teporis, cæterarum deniq; mixtionum, ac accidentium origo. Vnde fruſtrà quæritur à curioſis quibuſdam, an ſalſedo ſit proprium mari. Salſedo enim,& omnis mixtio in mari non tàm formæ rationẽ habere videtur,quàm accidentis. Hanc enim habet, non à principio intrinſeco,ſed ab extrinſecùs incidentibus. Eaque intenditur,& remittitur. Cùm enim mare communiter ſit ſalſum;alibi tamen minus,alibi plus ſalſum: etiam in mari ipſo.quas mutationes habet & per tempora: Autumno enim ſalſius fit,quàm hieme, vt aliàs eſt probatum. Alibi inſipidum reperitur,alibi aliter afficitur: Vnum tamen in ſuis partibus, & idẽ in natura elementum: idque miſtum (vt diximus) nihil enim purum. Quarum varietatum, iuxtà propoſita iam à nobis principia, non erit obſcura ratio. Pluuiarum ſalſitas notatur à Plinio hoc exemplo; quoniam ſal fieri non poteſt,niſi admiſtis pluuijs, vt cuius portio ſalſa, vice coaguli marinæ ſit,quo faciliùs conſaleſcat. Vel quia vbi marina craſſior eſt, per pluuiam attenuatur, viamq. per eam ad euaporationem ſub Sole acquirit. Certis tamen locis marinæ ob mediocritatem ſubſtantiæ abſque pluuia saleſcunt. Amplius quo maiores ſunt calores,eo maior ſalſedo. quare autumno mare ſalſius proditum eſt in admirandis, Plinio. nam & pluuię eo tempore ſalſiores ſunt,ob eandem caliginoſi aëris cauſſam,de ſententia Ariſtotelis. Sicut è diuerſo,remittitur ſalſedo hieme: tùm quidem ob maiores, eoſque aſſiduos tunc dulcium aquarum influxus,tàm supernè à pluuijs,quàm à fluminibus: tùm ob Solis inualidum calorem,vnde minor exhalatio fit. Cùm oppoſitum fiat æſtate, vbi è mari quicquid calidum & tenue facilè exhalat,relinquitur quicquid corpulentum,& terreum, ac peraſſatur. Quin etiam peraſſatur mare aſſiduo Sole in tantum, vt craſſioribus iugiter partibus multiplicatis,fieret immobile,niſi quia motu pariter aſſiduo eædẽ partes tenuantur,ac leniores fiunt,teſte Philoſopho. Vel quia (vti dictum eſt) aſſiduè mare partes craſſas exuit,relinquitq. eas per cauernas terræ,in alimenta,& propagationem rerum,maximè mineralium. Sed hic oritur vtilis diſputatio,quæ verſatur in varijs problematibus, Ariſtoteli adſcriptis, Sectione 23. Sanè in nono huius ſect. problemate, ſummam æquoris aquarum dulciorẽ profunda eſſe decernitur: ob hanc rationem; nam ſubſidet ſalſa præ grauitate, quæ & 11. Meteor. ſcribitur. Quod ſi ſubſidet ſalſa, aliquo opus habet indicio altera eiuſdem ſententia,problemate triceſimo. Vbi proponitur, cur mare ad ſuperficiem ſalius ſit, infrà dulcius: quamquam,inquit,è contrario eſſe debuit,grauius enim quod ſalſum. An quia ſol,& aër partem humorum leuiſſimam aſſiduè detrahit,hauritque? qui locus fuit, & ambiguitatis,& erroris quorundam cauſſa. Quandoquidem aquarum dulcium ſummam vis ſolis exercet,& calidiorem ſuperficietenus efficit,quo ſiccior,vel ſalſiuſcula conijcitur ad ſuperficiem: ea tamen qualitas admodum pauca eſt,vel inſenſibilis. Præterea huic dicto obſtat maris perpetua agitatio,quæ deorſum ſurſum,nunquam eandem ſinit ſuperficiem, niſi fortaſſe leuiorum partium. Ad imum ergo maris haud quaquam dulciores eſſe debent,ſed præ pondere ſalſiores. Quam communem in aquis differentiam iam nos pluribus exemplis demonſtrauimus lib. 1. vbi aqua ob illam cauſſam,altera alteri ſupernatat, leuior grauiori. Perſpicuaque fit in Ponto (Problem. 6.) cuius pars ſumma candidior, ac dulcis, quia id mare ob moltitudinem amnium,lacus ſpeciem æmulatur. Et quidã hodie ſcriptores aquilonales adfirmant, iuxtà littora Hyperborei maris haud multam ſalis eſſe copiam, quoniã ad ſuperficiem dulces ſupernatant: ſalſas verò ad faciendum ſalem, per ligneas clepſydras vſq; à profundo haurire opus eſt. Concludimus ergo, quod mare grauiore ſub parte ſemper ſubſidet. Cæterùm quam audio è Patauinis quorundam poſitionem negatiuam; Mare eſſe quidem ad ſuperficiem ſalſum; verum ſalſedinem illam non pertingere ad imum, nam in profundo maris aquas eſſe potabiles. His quidem duplex hic incumbit onus, primum, quanam id ratione aſſeuerent, præter problematicam illam, nec ſatis firmam auctoritatem: deinde prędictis à nobis ſatisfacere debent rationibus, à motu ſcilicet ac conuolutione fluctuum aſſidua ab imo vſq; maris ad ſummum: à partium Salſarum grauitate; Ariſtotelis præterea,& Plinij auctoritati,& experimentis allatis, quibus planè probatur vbiq; mare in ſe eſſe ſalſum. Addixerim ego in gratiam eius opinionis hiſtoriam Strabonis libro 16. de parua quadam inſula mari Syrio, vbi ob penuriam aquæ, genus plumbei vaſis, quod [illegible] uocat auctor, immergunt in profundum mare, ac ex eo eliciunt dulces. Quod tamen artificium notabile quidem, ubi penuriæ aliarum aquarum tale ſuppeditaretur refugium: cæterùm ad id,quod proponitur inualidum argumentum eſt. Nam hiſtoria monet, non ex maris fundo ſimpliciter hauriri poſſe dulces, nec ubique; ſed manare in profundo ibi mari fon-

tem

Marginal notes:

2. Meteo.

Salſedo an ſit proprium mari.

Mare plus, & minus ſalſum.

Pluuiarũ ſalſedo.

Libro 2. cap. 51.

Mare autũno cur ſalſius.

Lib. 11. cap. 51.

An partes ſalſæ ſubſiſtãt.

Põticum mare dulce,& candidum.

Locis ſubeſſe dulces.

Strabonis locus.

Modus eliciendi dulces a quas mari Syrio.

tem dulcem (vt aliquibus alijs locis meminimus oriri in mari dulces.) In quem demerſum tale vas plumbeum, quod deſcribitur, ore lato, anguſto fundo, in quo foramen, obducto corio vieiſſim inſpirat, ac inglutit hanſtu aquam, vnde prima aqua, quæ exhauritur, inquit, ſalſa eſt, expectantes verò puræ, ac dulcis aquæ curſum, eam excipiunt in vaſa. Certum eſt igitur in mari, à ſummo ad imum, ac per totum contineri ſalſas: grauiore tamen ſui parte ſemper ſubſidet. Ita fit, vt quæ illi acceſſerit ſuperne à pluuijs, & vndecunque à fluminibus mixtura, ac ſalſitas; ea quaſi perfuncta opera recedat, ſequeſtraturq. per interuenia terræ, per quæ mare penetrat ad creandos fontes. Sic mutua, ac incommutabili depenſione, quæ ſalſedo, ac mixtio ex terra in mare propagata fuerat, eadem à mari terræ rependitur. Adeſt, & abeſt, quod propoſuimus. Porrò inter inſignes maris affectus eſt, oleagineas mare continere partes cum ſale. Quam rem notauit Ariſtoteles ibidem in pluribus problematibus: Vbi ſæpius mare appellat craſſum, pingue, corpulentum, oleoſum. & in 9. Tempore, inquit, tepido ex mari oleum reſudare. ἀπὸ γὰρ τῶν ἁλῶν ἔλαιον ἀφαιρεῖται. & item oleum ſubſidere ſalſis. Τοῖς ἁλσὶν ἐγγίγνεται τὸ ἔλαιον. Mirum tamen, proiectum oleum non commiſceri cum mari, ſed fluctuare, ac expui à mari. An ob diuerſitatem vtrinſq; naturæ? & quia proiectum oleum, accidens quoddam illi eſt; inſita illa vnctuoſitas habet rationem proprij; quare diſperſum hoc permanet in toto corpore maris, conſequens naturã mixti: illud extrinſecus incidit, humor ſpecie diuerſus, ac leniſſimus. Ex hac porrò ſalſedinis materia cum pinguedine, marinæ aquæ ſiccæ ſunt, & amaræ ſimul, teſte ibidem Philoſopho. ſpiſſæ ſiunt, craſſæ, graues, corpulentæ, potui ineptæ, ac minus aptæ refrigerari, quàm incaleſcere. Ex quibus proprietatibus multorum effectuum ratio habetur perſpicua, quos percurrit ex eiſdem problemat. Plutarchus in Sympoſijs. A ſiccitate fit, vt bibentibus æſtuoſæ ſentiantur; & acres, qui verò in marinis ſe lauerint, vt citius reſiccentur; quàm in dulcibus. Ob pinguitudinem verò, & craſſiciem, melius in mari, quam in fluuijs natare poſſumus: quare Galenus in 1 1 1. de San. tuen. hoc pro certo inſtituto poſuit, vt qui natationibus aſſueſieri volunt, à marinis incipiant. Similiter, qui in mare demerguntur; plus temporis valent tolerare, quàm in fluuijs: & non dubiè ob pinguedinem marinæ aquæ linamenta, ac veſtes ablutas commaculant non abluunt. Quod primus animaduertiſſe videtur Homerus, cùm naufragium Vliſſis ad Corcyram inſulam canens, facit Nauſicaam Alcynòi filiam abluentem veſtes. & cum ſuper mare eſſet ad ripam fluuij, non in mari eam facit abluere, ſed in fluuio. Ea quoq; pinguedinis cauſſa eſt, cur tardius Marinæ gelentur: & non niſi in Hyperboreis, vbi marinas minus ſalſas eſſe diximus. Eademq; cauſſa eſt cur celerrimè accendantur; nam conſperſæ in flammas, non tàm eas extinguunt, quàm incendunt. Iam diximus in incendijs, monumentis relatum fuiſſe, Plinio, & Strabone teſtibus, Sociali bello Hieram cum alijs inſulis Aeolijs, per plures dies arſiſſe cum ipſo mari: ignifluo nimirum liquore in marinas ipſas delapſo cum ignibus, vndarum ſimul vnctuoſitatem elambentibus. Pro hac pinguedinis natura, nouam cauſſam habui libro item ſuperiore, cur Aetna æternis ardeat ignibus: pro perpetua inquam alimonia, quam igni ſubminiſtrant marini fluctus, qui ſuam illam pinguitudinem à circumfluo mari, & præcipuè à tempeſtuoſiſſima Charybdi, per ſubterraneos anfractus in vicinas Aetnæ montis cauernas diuerberant, ſubminiſtrantq; iugiter nouam materiam ad incendium. Eandemq. cauſſam mihi habere videntur in ſuis incendijs prædictæ ſeptem Aeoliæ Inſulæ, ac ardentes aliæ mundi partes, Veſuuius, Canariæ Inſulæ, Iſlandiæ, cæteræq. huiuſmodi, quantum & ſitus tolerat, & communicatio viarum cum ipſo mari.

Mariscraſſicies, & vnctuoſitas.

Qualitates, ac proprietates.

Effectus.

Marinæ maculant veſtes.

Homeri locus.

Marinæ cur tardius gelentur.

Cur celerrimè accẽdantur.

Aetnę materia vnde ęterna ſit noua cauſſa.

De Scylla, & Charybdi.

SCYLLAS verò, & Charybdis cauſſa, cur mare nihil ſuſtineat, & nauigia abſorbeat; tota in ſitu eſt, tùm plagæ vniuerſæ, tùm particularis eius loci, anfractuoſiſſimi ſub illis terris, ac voraginum pleni. Veteres, vel horrorem expreſſere dumtaxat, varijs iſtis nominibus: reciproco vortice maris, profunda voragine, vaſto gurgite, ſonitu, monſtris, mugitu, latratu canum, rabie. Vel effectum, vt Ouidius;

Et vomit, & potat ſæua Charybdis aquas.

Et item Seneca;

Quod rapax hauſit, reuomit Charybdis.

Sæuitiæ huius tres cauſſas tetigit Ariſtoteles, præruptas loci cauernas, vertigines maris, fluctus reciprocos 23. probl. Addo his violentiſſimam cauſſam, ex importuniſſimo duorum marium inuicem concurſu, in horis præſertim fluxus, & refluxus, quo neceſſariò totum æſtuat mare. Hinc enim Tyrrheno, illinc Adriatico incumbente mari in anguſtias freti, vbi pleno impetu concurrunt; alterum refrangit vim alterius, fluctus fluctum diuerberat, ac alterno vertice partim mare colliditur in ſcopulos, & partim in immenſas compulſum voragi-

Cauſſę naturales.

ragines, horrendo ſonitu, ac ſpectaculo. & vomitur, & reuomitur. Cur alijs in anguſtijs noo ita ſæuiat mare, facilioris ſitus cauſſa eſt. Tum quia locus non adeo profundus, hic profundiſſimus, ac tota hic Inſula anfractuoſiſſima eſt, vt iam diximus. Tum quia venti per alios tractus ea carent ſæuitia, vbi rectà in fretum Siculum Euro auſter impetit ſæuiſſimus.

Operationes marinæ aquæ.

MIXTA ergo cùm ſit tot modis aqua maris; ſicca, acris, & amara ſimul, ad ſuperficiem tepens, & craſſæ ſubſtantiæ, medicamentarijs quoq; virtutibus multis non vacat. Marina aqua (ſcribit Galenus primo Simpl.) ſicuti & ſalſa, ſiccæ qualitatis eſt ad naturã noſtram. Siccat ergo in totum, mordet, abſtergit, & vlcera exſiccat. Piſcatorum enim (inquit) vlcera per marinas aquas adeo videntur ſicca, ac ſi forent ſalita. Contrà eorum qui in balneis aquarum dulcium verſantur, humecta ſupra modum vlcera, ac flaccida viſuntur. Qua propter Marina ipſa in balneis vtiliſſimè vſurpatur, & tàm ſimpliciter, quàm vt ratio exigit præparata. A ſcabie, pruritu, impetigine, clauis, tumoribus, ac doloribus articulorum liberat. Iuuat vel conſpectu ſolo marina aqua, & item in balneo, iam aquam ex canis rabidi morſu timere incipientes. Quod ad occultam, aduerſus tantam ſæuitiam, referendum eſt proprietatem: vel etiam ad communem aquæ naturam; quod tamen vulgare eſt; vbi enim non adſit mare, pro compendiario magis remedio, ſimplicis aquæ labrum, vel fluuium, vel lacum ſufficimus. Et item his qui atra bile in ventriculo vexantur.

Mare vndevtile ſit canis rabidi morſibus.

Calidæ vſus.

Calida marina fouentur à partu mammillæ infantarijs, copiam lactis ægrè tolerantibus, Aëtio. Ad liuores item diſijciendos calidis conſperſis, Dioſcoride. Capitibus infuſæ lendines necant, ac tetra, quæ pudendis hærent animalia non minus. Faciunt ad tineam, ac ſerpiginoſa id genus vlcera, ad fauos in capitibus, & meliceridas. Mediocriter calentes ad teſticulorum, & ſcroti inflammationes, tumentiaſq. vtiliter vſurpantur, Plinio, Aëtio, ac Paulo teſtibus. Venenatorum ictus cohibent, & quæcunq; tremores inducunt, ac perfrictiones, Phalangiorum, ſcorpionum, pthyadæ, aſpidis. Similiter calenti maria aqua fouentur vtiliter loca, è quibus extrahenda, ac diſcutienda aliqua noxia ſint. Cachexiam emendat, nec minus cutim iam ſubeuntes aquas exſiccat. Concluſos inter abdomen, & peritonæum flatus diſcutit, & vteri ſimiliter inflationes, primùm ſola adhibita marina aqua, deinde aceto addito, & aliquo ex matricalibus, pulegio, calaminthe, archemiſia, ſàbina, & eiuſmodi.

Tepidæ.

Tepida, & irrorata oculorum offuſcationes remouet, cùm ſanis alioqui illis noceat, Aëtio. Similiter ad empieſmõ, & mydriaſim oculi perfunduntur, Paulo; & niſi marina adſit, muria vſurpetur, vel poſca.

Clyſteres

Clyſteribus infunditur ad tormina, & morbum choleram vocatum ſedandum: & item ad iſchiadicos, colicos, cæteroſq. id genus dolores. In vteri mola, quæ eſt inanis impregnatio, iubentur patientes, mulieres innatare in balneo marinarum aquarum: Vel ſaltem calido illarum ſuffitu locos foueri: adhibitis (ſi maline) diſcutientibus herbis, ac floribus, quos diximus.

Spuma maris.

Porrò ſpuma maris, quæ ſalis pars eſt tenuior, quæ in ſcopulis ſponte concreta reperitur, Dioſcoride; facultatis definitur Gal. tùm acris, & tenuioris, tùm admodum digerentis. Quare affrictu ſolo verrucas carpit, quas porros vulgò non incongruè dicunt.

Harenæ vſus.

Harena item littorum maris, tenuior præſertim pars, ſyncera, ac ſub Sole calens, ſumitur vtiliter, nec extrà ritus balnei, ad reſiccanda corpora hydropicorum: & item ad rheumata, quemadmodum iam lib. 11. de Saburratione docuimus.

Nocumẽta in potu

Cæterùm ſua acrimonia ſtomacho noxia eſt marina aqua, aluum turbat, bilem, & pituitam trahit, Dioſcoride. Dabatur vtiliter eius tempore ad purgationem cum poſca, vino, aut melle: Verùm poſt purgationem (inquit ipſe) eſculentum ius gallinaceorum, vel bonorum piſcium propinandum, ad eroſionis eius acrimoniam inhibendam.

Iuſculentorum à pharmaco vſus.

Thalaſſomelli.

Ad quem modum didicit poſteritas iuſculenta eiuſmodi à pharmaco exhibere. Id ipſum erat Thalaſſomelli, medicamentum ſcilicet ex marina aqua, ac melle, hodie inuſitatum: quod recipit marinæ, & cæleſtis aquæ, & mellis æquas portiones: per colum traijcito, & ſub canis æſtu piceato vaſe inſolato purgat leniùs, ac mollit quàm marina aqua. Præterquàm quòd oculis nocet marina aqua, caput quoque aggrauat vſu balnei, vt Auicenna inquit.

Mare ſalubris auræ. 1. Probl. 54.

Porrò mare ſalubris auræ eſt, quam ob rem (vt ſcribit Ariſtoteles) ob placidas maris aſpirationes, ſemper nauigantes coloratiores exiſtunt, quàm in paludibus. Nauigantibus verò nauſeam mouet maximè inſuetis, vel quidem ex aſpectu immenſo, ac timore (vt inquit Plutarchus.) vel potius, quia excitat ad motum vndarum fluctuationem in ventre, quam ſedat, arcetque epotum abſynthium. Vtilis porrò nauigatio ad Phtiſim (Plinio teſte) & ad eos qui ſanguinem egerunt, pro ſalubri remedio. vtilis & lepræ Auicenna, hydropiſi, apoplexiæ, ſtomachi frigiditatibus, ac eiuſdẽ inflationibus, & inueterato capitis dolori. Cælio Aureliano. Nec nauſea interim ſuis caret vtilitatibus: nã ex vomitu pluribus morbis capitis, oculorum, & pectoris mederi ſolemus.

De

De marinis inſulis, & lacubus, & ſtagnis.

PORRO nunc de lacubus, & ſtagnis dicturi, conſideramus, quod quæ Inſularum ratio, ac conditiones ſunt in mari, eaſdem rependunt vices lacus in terris. Vtrorumque enim æterna, vel (vt melius dicam) coëua origo eſt cum mari, terra, & vniuerſo ipſo. Vt illæ dorſum veluti quoddam eminent à reliqua ſuperficie maris: ita lacus humiliora occupant in terris loca. Aſſimilantur & in aliqua nouitate originis: quaſdam enim nouiter enatas Inſulas memoriæ proditum eſt, Plinio, ac ipſarum nomina Græeo idiomate id oſtendunt. Nea quaſi Noua Inſula in Helleſponto: Hiera, quod eſt Sacra, quæ & Automate, quaſi ad caſum nata: & Thia, ſiue diuina, aliæq. inter Cycladas Acgeo mari. Sic Melos, Delos, Rhodos, Anaphæ produntur enatæ, & quædam iuxtà Aeolias, quæ olim ſeptem, nunc plures.

Nouarũ Inſularũ, ac lacuũ origo. Plin. li. 2. c. 88.

Quæ neceſſariam habent cauſſam, rerum creaturarum omnium viciſſitudinem, mutationemq. maris, terræ, & tandem cœli. Cœlum enim finitum numero, magnitudine, motu, & vigore, cur & non tempore? Nam finiri mundum in partibus ſuis, hoc etiam Philoſophus teſtatur: Mare enim vbi olim terra; & è conuerſo, nunc terra vbi olim mare; quæ res difficultatem non habent, alioqui ſummi agentis imperfectionem videtur arguerè, qui motum, ac opus ſuum nunquam conſummaret. Hæc verò mutatio, aut nouitas originis inſularum, ac lacuum, aliquando repentina fit, quemadmodum etiam repente fit aliquarum terrarum ruina, ex terræmotu, vel incendio. Aliquando autem ex natura tranſmutationis, ſucceſſiuè fit, & per interualla incompræhenſibilia temporum, quando intercidunt bella, ac diræ peſtes, vel fiunt populorum tranſmigrationes, vnde illa momenta non valet vitæ breuitas obſeruare. Fiunt autem vbi mare vadoſum, & breue: qualem iactant etiam veteres Taprobaneum, maximam in Indico mari auſtrali Inſulam, quotidie dilatare fines, ob vada breuia. Plinij tempore ſenis non amplius paſſibus certis locis. Et quibus terris narrantur maria receſſiſſe: vt in Aegypto (ſi Herodoto credimus) mare olim ſuprà Memphim vſque ad Aethiopum montes fuiſſe; cui & Ariſtoteles in 1. Meteor. videtur aſſentire. Et Plato in Thimæo Atlanticam nobiliſſimam Atlantici Inſulam ſubmerſam à mari, vnde & mare aſſerit tùm receſſiſſe à colũnis Herculeis, vadoſumq. ac innauigabile factũ, & contrà in Indico mari Aras Alexandri appingit coſmographi occupatas vndis.

Trapobano Inſula Mare receſſiſſe.

Ita & lacus plures repentè enati memorantur, ac aliquos vidimus noſtra ætate, vt in Senenſi ad Roſiam vicum, paruos tamen, qui poſteà per tempora dilatantur. Et quem audio iuxtà Allobroges ex ingenti nunc terræmotu enatum, diruto oppido, ac factum lacum, qui perrennibus ſcatet aquis. In quibus omnibus aliqua contemplabimur.

Lacus nouiter enaſcentes.

In Inſulis, cùm hæ ceù dorſo emineant ſuper mare, ac montoſæ ſint, conſentaneum rationi fit, quod allidentes aſſiduè infrà eas fluctus omnem extrudant limum, ac relinquant intus concauas, ac ſaxis in ſe ſuſpenſas. Vnde non mirum, quùm interdum corruant, peſſundentq. ſecum quas ſupernè continent Vrbes. Quam ruinam, de Chalcyde olim accidiſſe meminit Strabo, & quod de Sicilia proditum eſt, ob vaſtam olim ruinam diſſiluiſſe ab Italia. Item de Pythecuſis, quæ eſt Aenaria noſtri maris inſula, quas idem Strabo narrat à Miſeno promontorio auulſas.

Inſularũ ruinæ. Inſulæ cur factæ ſint.

Claram verò in multis inſulis, & de earum conſtitutione eſt ſummi opificis prouidentia, vt in quibus diuerberatæ aquis cùm perpetuò ſint, ac per ſuos anfractus iugiter ventis, ſubiectiſq. ignibus ſint factæ peruiæ; extremos ſuos natura videtur exercere conatus: metallorum inexhauſtam propagationem, gemmarum nobilitatem ſuper cæteras terras, calores, Thermas, & quæ vidimus Aetnæ, & tot aliarum terrarum miracula. Italiam marinis vndique circundatam, & ferè peninſulam eſſe; ſingulare naturæ donum exiſtimatur, & præcipua cauſſa ad robur eius, ad fertilitatem omnium rerum ob tantam quam habet fontium, lacuum amnium, ſalubriumq. balnearum vbertatem.

Italiæ prærogatiua ex Pli. lib. 3. cap. 5. & Strabo libro 6.

In lacubus autem, eſſe lacus longè à marinis, in mediterraneis, imò in ſummitatibus montium aliquos; nonniſi diuini eiuſdem opificis diſpoſitio eſt: qua viſus eſt, tùm ad vniuerſi ornamentum, tùm etiam ad commoditatem viuentium conſuluiſſe, vt per hos lacus maris vices ſupplerentur, frigiditas auræ, amænitas regionum, commoditas piſcationum. Quales habere multos gloriatur Italia, & omnes, longè à mari, amæniſſimum, maximumq. Benacum, qui & æſtu, & fluctuum quandoque impetu maris ſuperbiam æmulatur: piſcoſiſſimum Thraſimenum, Verbanum, Larium, Lucrinum, Idrium, Sebinum, Fucinum, ne dicam alios, & in Gallia, & in alijs prouincijs innumeros.

Lacus cur longè a marinis. Italiæ lacus.

De eorum autem natura duo conſideramus: Primùm perraró aqua, vel fluuij, vel copioſi fontis in lacum degenerat. Quæ fluit enim aqua, fluit ad exitum: ac omnis aqua ſuopte fluxu viam ſui alicunde comparat ad exitum. Hoc in fluuijs declarauimus, qui occurrentes in lacus, eoſdem quaſi liberi iuris percurrunt, nec commiſcentur illis. Alterum, Lacuſtrium aquarum non eſt ſola, neque neceſſaria cauſſa ſitus humilitas: ſic enim vbicunque loci eſſet humilitas, eſſet & aquarum lacuna poſſibilis. Sed ſubnatæ in loco humili vel plures venæ, vel ſingula-

Lacuum natura.

ris aliqua, & frugi vena; quę carentes curſu, carentes exitu, inuentam loci capacitatem implent: donec plenis labris, aut in amnem; aut occultis infrà receſſibus exonerentur, Quales narrauimus aliquos: & quales vulgò admirantur lacus, etiam in altiſſimis montibus. In Alpibus, qua via ex Italia tranſitur in Galliã, Ceniſij montis lacus, & item Veſuli vterque in vertice, non manifeſta tantum carent origine, ſed ne digitum quidem excedunt labra; in occultas nimirum cryptas ſublabentes, vnde ad pedes montium, hinc Padus, illic Doria fluuius oritur: Talis enim montibus Nurſinis paruus lacus, ex quo ad tria millia oritur. In planis exempla lacuum, qui ad nullum prodeunt curſum, vulgaria ſunt. Sed duo in Senenſi agro non ſubticendi, quanquàm modici ambitus: Alter claris aquis, & limpidiſſimus, vbi Abbatia in Iſola dicitur: alter hinc duo ſtadià in heremo Sancti Antonij, nigertimus, ac ſerpentum latibulum aſpectu ipſo immobilis, ac auertens qui acceſſerint. Ambo ſine origine, ſine vadis, & ſine exitu. Subnaſcuntur intimè latices. Quare iiſdem ſemper lacus, aqua alia, & alia, quæ ſubnaſcitur, & inceſſanter effluit. Perennant ergo aquæ lacus ab inceſſante origine.

Lacus Ceniſius. Lacus Veſuli. Lacus Nurſium. Lacus in Senenſi. Aſo flu.

Non putreſcunt autem, quales ſtagnantes, & paludoſæ, propter motum. Motus autem à putrefactione vendicat, diffl ndo ambientem calorem. Vel, quales diximus iam paruos lacus, non putreſcunt, nouis sẽper aquis ſuccedentibus; craſſeſcunt tamen, & nigreſcũt craſſiores, quæ remanent partes. Motu autem medio agitãtur lacuſtres aquæ inter fluuialium curſum, ac marinarum æſtum, Nimirum à ſucceſsioue continua, & à ventis.

Lacuſtrium qualitates.

Qualitate autem variant ex natura aluei, quales cæteræ aquarum ſpecies. Itaque ſunt ex lacuſtribus quædam quæ ex aluei glarea, ſabulo, ac harena limpidæ, adeoq. ſuaues inueniuntur, vt ne fluuialibus quidem cedãt. Lacus tamen minus harenæ ſolent habere quàm mare, & quàm fluuius: quia (vt auctor eſt Ariſtoteles in Problem.) lacus carent ſcopulis, nam harena nihil aliud eſt quam ſexum in minima præfactum ictu fluctuum, & quo fluctuant magis, eo meliores, magis enim tenuantur motu: quam cauſſam habent bonitatis amœniſſimi Benaci lacus aquæ, quæ piſcibus ſcatent, tùm nobiliſsimis, tùm multitudine, & magnitudine ſuper omnes lacus. Secundas tribuunt Lario ſub Como: tertias Thraſimeno, taceo alios.

Lacus cur minus harenoſi ſint. Benacus lacus. Harena quid ſit.

Porrò ſalubri vena, meliore alneo fœliciori ſydere quidam lacus ſunt, quos & in potibus non aſpernantur. Tales lacus, quos Eulæus, & Choaſpes flumina faciunt in Parthis, ex quibus aquis (teſtantur Cteſias Gnidius, & Herodotus) Reges indigenæ tantùm bibiſſe, ac ſecum in longinqua vineta contuliſſe ſolitos vaſis argenteis. & item Pæſa lacus, potui idoneus, de quo meminit Ariſto. 23. Proble. Sypunti riuulum propè mare in Apulia meminit Strabo, ad omnes penè morbos ſalubrem.

Pœſa lacus. Sypunti riuus.

Aliæ niuoſæ, & crudæ, quales ſub Alpes, vt Larius ipſe, Verbanus, Sebinus, Lambrus, omnes trans Padum. Et quicunque trans Alpes in Heluetijs, & vltrà ſub gelido boote gelantur. Aliæ cœnoſæ infœlici ſolo, quæ ſtagni potius naturam habent, quàm lacus: vt in Senenſi Clanes, quæ plurima ex parte collectas ex Aretino vſque agro, ima in vligine tardant, abſumunturq. Ad Ciminum lacum, qui à Vico hodie dicitur, tota circum tellus fathiſcit humore, ac facta ſcrobe aqua exilit. Alię ſalſæ, vt quarum lacus iuxtà mare eſt: vt Lucrinus inter Puteolos, & Baias, à piſcium quæſtu ſic dictus Latinis noſtris ætate noſtra, vel ipſis incendijs abſorptus. Amplior non procul Auernus putore horrendo ſulphurei ſoli, auibus inuiſus, & cunctis animantibus.

Claneis in Senẽſi. Ciminus lacus. Lucrinus lacus. Auernus.

Aliæ ſalſitatem concipiunt à ſolo: quam cauſſam ex antiquis quidam tanti faciunt, vt eam quoque in marinarum ſalſedine aſſeuerent. Subeſſe enim intra vaſtas maris cauitates montes natura ſalſos, vt etiam in terris, ex quibus frequenti alliſu vndę ſubſtantiam in ſe concipiant ſalis. Quæ tamen cauſſa, vt in vniuerſo mari iners eſt, ac inefficax ſine alia cauſſa; ita in fontibus quibuſdam euidens, & in Lacubus veriſimilibus fit, maximè qui à marinis longè abſint, & tamen ſalſi. Nam in Armenia cum multi ſint lacus, Mantianus vnus, poſt Mœotim maximus inquit (Strabo) & ſalſis aquis, Arſenus alter Nitroſus eſt, vnde teſtes dilacerat, nec propterea eius aqua bibitur: In Mexico, occidentali terra nouiter inuenta, lacus ſalſus eſt, multæ amplitudinis, & ſine exitu, triginta ferè leucas ab Oceano: in cuius medio florentiſſima totius occidentalis ciuitas Themiſtitan, ſitu in aquis altera Venetiæ. Salſas plus quàm cœleſtes iuuare plantas in Tylo Rubri inſula narrat ex Androſthene Theophraſtus.

Lacus Themiſtitan. Montes ſalſi ſub mare. In Armenia. Lacus Nitroſus.

In vniuerſum lacuſtres potibus ineptæ ſunt, quanquam aliquarum ſingularis ſit prærogatiua. Damnantur & cœnoſæ, pro mala aëris qualitate, iniucundę viſu, denſæ, graues, acres in potibus, & quæ multas progignunt vligines. Experimentum malitiæ eſt commune cum alijs, ſi vaſa ære inficiant, vel ſi decoctæ ſubſidentias deponant, vel ſi legumina tardè percoquant. Limus aquarum vitium eſt, Plinio teſte, ſi tamen anguillis ſcateat, ſalubritatis inditium habet. Damnabiles quoque lacuſtres ſunt vel ob craſſiciem, niſi ob aliud, paſſæ quiddam aſſiduo Sole, ac ſubtilibus partibus exutæ. quare bibentibus obſtructiones gignunt, Viſcerum tumores, lienes, iliorum dolores, calculos, ſcabies, quartanas, lepras, hæmorrhoidas, varices, hydropes.

Vſus lacuſtrium.

Palu·

Paluſtres aquæ.

Palus, & ſtagnum. Pontina Palus. Qualitates. Mœotis palus. Temerinda. Palus pallantias. Mœotis palus dulcis. Arenoſa, & non tutè nauigatur. Aggeres arenarũ inſtabiles. Syrtes, & pallantia palus. Mare Tyberiadis palus. Mare Hircanum. Fluuiorũ collectiones. Nili paludes potabiles. Vſus paluſtrium. Aquæ purificandæ modus.

Palvstres verò & ſtagnantes aquæ duplici nomine potiſſimum à lacuſtribus differunt. Origine: nam lacus naturales habet, ac perennes aquas, quas viuas idcircò appellant. Palus verò collectas ex imbribus; vnde ſtagnum, quòd ſtantes, & mortuas (vt aiunt) continet. Differunt & exitu, quo carent paluſtres, ſolis tantum æſtu aſſiccatæ. Vel arte, quomodo Pontinas paludes in Campania exſiccatas legitur Coru. Cetego Conſ. ac ex eo multum agri acquiſitum, Plinio: quod de lacubus nuſquam memoratur. Nec fortaſſe fieri facilè, ſi tàm lacubus, quàm mari, atque fluminibus certum naturam ſtatuiſſe terminũ concedamus, & perennes aquas. Ex prædictis cæteræ in ſtagnantibus emanant differentiæ, vt putreſcibiles ſint, viſcidæ, bulloſæ, luridæ, vliginoſæ, craſſæ, & quod telis inſtar araneis ſupertegantur, æſtate idcircò calidiores, hieme frigidiores. Abuſus verò quidam videtur vſurpari paludis nomen in quibuſdam viuis aquis. Mœotis enim palus, ſinus maris ampliſſimus eſt; quare eam Scythæ, populi finitimi, Temerinda (Plinio teſte) appellant, quod matrem maris ſignificat. Vel melius (ni fallor) palus hæc dicitur, quia non obſcuras habet à cæteris ſinibus maris differentias, tùm quia mœotidis aquæ fermè dulces ſunt, non ſalſæ, vt marinæ; ob multitudinem. ſ. fluminum, qui ab Europa maximè (vt Ariſtoteles inquit) in eam influunt. Tùm quia ex aſſidua colluuie, quibus flumina iam magna, præſertim Danubius, & Tanais à circumſtantibus regionibus iugiter in eam congerunt, paludoſa neceſſariò tota ſit, ac quaſi ſtagnans potius, quàm mare. Adde hinc duo alia notatu digna; Vnum, non mirum propterea eſt, quod non adeo tutæ nauigationis hoc mare ſit, ſed quaſi altera ſyrtes vada paſſim arenoſa habet, ac breuia, non admodum quinque, vel ſeptem vlnas (ſi quorundã diligentiæ credimus) habens altitudinis. Immò ex aſſiduo congeſtu, qui ibi fieri videtur terræ vndique & arenarum, certum ſit philoſophi iudicium, quod ad eam partem, vbi nunc mare futura olim ſit terra. Alterũ ſi vulgari illorum homini admirationi ſatis faciendum eſt, Cur aggeres illi arenarum non ad ipſum ſtatim littus, ſed longe à littore triginta admodum milliaria in altis fluctibus aggerantur. Hæc diuerſitatis huius ſcitu digna viderur cauſſa, quoniã impetus ille influentium amnium compingit in altum limoſam colluuiem, & ceſpites, & arenã ſimul. vbi cùm obijcem inueniant maiorum fluctuum, ac dorſum maris validius, coaceruantur in cumulos illos, qui rurſus nouis aduentantibus fluctibus ſubſident, vel alio loco exinde coaleſcunt, ac difficilem propterea reddunt nauigationem. Simili porrò exemplo coaleſcunt arenæ in Pallantia palude apud breuia, & Syrtes Lybico mari, nauigationis idcircò infeliciſsimæ. Nec ſecus mare Tyberiadis in Galilæa, (vt teſtatur Coru. Tacitus) ex magnis collationibus aquarum ceù mare ſit, quæ ex monte Libano, ac Iordane fluuio in eã concauitatem confluunt in ſpeciem maris; Nec verum eſt Hircanum mare colligi à maximis, quos ſuſcipit, amnibus, quaſi palus maxima ſit; ſed vt maximus potius lacus originem vnam habere videtur cum mari, Nec veræ paludes ſunt inundantium fluuiorum collectiones, Nili, Gangis, Tanais; ſed deriuationes potius dicendæ; vbi plures, vbi maximæ, vbi nullæ. Nili idcirco laudabiles, vt ex Rufo ſcribit Oribaſius, etiam in potibus. Nam & hieme non putreſcunt, neque enim ſupercaleſcunt, & quodam agitantur motu. Et quemadmodum in vaſis ſit, ita percolatæ natura ſabuli, ac omni exutæ fomite putredinis, conſeruantur incorruptibiles. Nec ſinit Nilus inundans Aegyptum, eas intrà argines antiquari, nec inareſcere; ſed quot annis inundans deſidem extrudit, recentem Infundit. In totum Paluſtres cùm ad varia humanæ vitæ miniſteria natura paranerit, ad hortorum potiſſimè irrigationes perutiles ſunt, Theophraſto authore. Delectanr admodum iumenta in potibus, & equi earum vſu impinguantur. Nec vbi ex labore, aut citato incaluerint itinere, dolorum pericula incurrunt, vt ſi frigidas bibant, & crudas. Operæ verò precium eſt, deſœcandi quoque impuras aquas modum oſtendere, quod conductoribus exercituum ſcire potiſſimum neceſſe eſt. Vbi ergo ad quampiam prauarum aquarum paludem, vel fluuium caſtrametati fuerint, ſcrobes primò circa ipſa ſtagna effodiant, vt in eas ſubtiliſſimus humor eliquetur. Sic enim vligines, ranas, hyrudines, & hoc turpium beſtiolarum genus, quæ in eiuſmodi aquis degere ſolent, vitabunt, ac puriores potabunt. Vel per vaſa duplicia, vel etiam triplicia, plena harenis, vel ſabulone transfundant, ſicq. puram ex harena vaſis infimi accipient. Diocles medicus, qui diù hæc experimenta fecit in exercitibus Darij, decoquere eas ad tertias docuit, iniectis ouorum albuminibus, argillæq. ſemiſextario in ſingulis amphoris commixto, ac mox transfundere. Communiter omnes putreſactas, & metallicas coquunt: limoſas ſaltem de vaſe in vas transfundunt. Marinas Ariſtoteles docet percoquere. Solinus autem percolari argilla, & ſabulo maſculo, ſicut & Nitroſæ, & amaræ, quas cum polenta etiam nonnulli incoquunt. In deſertis circa Rubrum mare petentes (ſcribit Plinius) Nitroſas, atque Sal-

Dulces in littore maris.

macidas, & Fœculentas, addita polenta intrà duas horas faciunt vtiles, ipſaq. veſcuntur polenta. Harena autem, ſiue arena dicatur, quaſi arida, non eadem vbiq. ad hunc vſum reperitur idonea. Craſſa, ac dura ad maris littora, quæ ictu ſcilicet fluctuum è ſubiectis mari ſaxis in tenuiſſima ſegmenta comminuitur, quæ melius Saburra dicta eſt. Pura, ac diluta magis, quæ fluminũ impetu è montanis diruitur. Terrea, & pauca in lacubus, quoniam in eis nec ſaxa conſiſtunt, nec eo feruntur impetu, quas in problem. diſtinguit philoſophus. Certis ergo locis cũ nautæ aquatum deſcendunt, non alios petunt fontes: nam factis in ipſo littore breuibus ſcrobibus, propè eliciũt dulces, quales fama eſt reperiri toto littore Aphrico, quà ab Atlante monte dulcia flumina excipit, ac dulces ex harenis imbibit corriuationes. Præcipuè in Aegypto, quà longè, latèq. Nili ſtagna perennant, & item in Epiri littore, & circà Dirachium. Quæ proprietas Aphrici littoris notatur in problematib. Sec. 23. nempè quia ex continente littora illa recipiunt dulces, qui tamen non durãt fontes perpetui, hac inquit, ratione, quia facta ſcrobe, ac hauſtis dulcibus, ſtatim in vacuũ locũ ſuccedũt ſalſæ à mari. quod propterea reſugiũ à marinis, & alijs in locis haberi poteſt. Brunduſij (ſcribit Plin. in 2.) in portu fons incorruptas præſtat aquas nauigantibus. Locus autem memorabilis eſt ad Stylũ nobile Calabriæ oppidum, vbi in ipſo littore, quod intereſt à freto ſiculo, & Hadriatico, fons oritur è præaltis iugis aquarum dulcium vberrimus, quo longiſſimo excurſu nautæ, ac pyratæ etiam aquatum deſcendunt. Sed iam ad naturales ſalſas veniamus.

Fons dulcis in littore Hadriatico.

De ſalſis aquis naturalibus. Cap. IIII.

Marinarũ duplex cauſſa.

SALSARUM autem naturalium aquarum cauſſæ, diuerſæ ſunt à marinis, quas hic breuiter recenſebimus. In marinis enim ſalſitatis cauſſa potiſſima eſt, auctore Ariſtotele, calor ſolis, qui biſariam ſalſitatem in mari operatur: primùm per exhalationem, ac ſequeſtrationem, quam facit continuam dulcis & inſipidi ab ipſo mari: deinde per ſalſi ipſius commixtionem ex pluuijs. Pluuiæ enim congeſtæ ex varijs in aëre vaporibus, fuliginoſis, ſiccis, aqueis, ſalſum neceſſariò reſundunt ſaporem. Adeo & purgamenta terrarum, quæ iugiter flumina congerunt in mare, quæ omnes cauſſæ (vt neminem latere arbitror) in aquis naturaliter ſalſis non habent locum. Dicamus igitur, quòd ſalſarum naturalium cauſſæ aliæ ſunt, & hæ quoque duplices. Salſi enim tam fontes, quàm lacus, ac fluuij, tales ſunt; vel quia à marinis deriuant ſalſis: eæq. ſiue apertis à mari deriuent faucibus, vt de Lucrino diximus lacu, & de Auerno in Campania: ſiue è ſubterraneis confluant meatibus; haud diuerſam habent à marinis qualitatem, nec aliam requirunt conſiderationem. Vel quia venæ ipſæ obiter terræ abluunt naturam plus minus aridam, aut compoſitam, & aliquibus locis exactè ſalſam; de quibus perpetuò nobis ſermo intelligendus eſt de balneis, ac fontibus ſalſis; plurimam enim habent diuerſitatem. Omnis enim terra videtur ſale participare: nam (vt auctor eſt Theophraſtus in VI. de cauſſis plantarũ) ſalſus ſapor nulli fructuum, nec vlli aliarum rerum propriè ineſt, vt cæteri ſapores; ſed terræ eſt proprius, vbi plus, vbi minus reperitur. Et quales terræ reperiuntur, tales obtinent ſalſæ qualitatis gradus ipſæ aquæ, fumoſæ, ſiccæ, ponticæ, acres, ſubamaræ, & vbi exactè tellus eſt ſalſa, exactè ſalſæ. Ex quibus duo planè declaranda veniunt: primùm quòd rara fit impreſſio in aquis ex quapiam minera, aut metallo, quæ & ſalis non participet qualitate: hoc enim ſapore omnis terra participat. Alterum, quòd ex hac communiſſima terræ affectione cum ſale, vix aliqua reperiretur vena pura, & quæ ſimplex dicitur aqua; niſi aquæ ipſæ admirabili diſpoſitione diuini opificis, diuerſos terræ tractus penetrarent, & quaſi iuſſæ ſubirent montes, vnde refluentes diuerberarentur, exuerentq. per lapidum rimas; & per nudam glaream, omnem terræ qualitatem. Vbi varij contingunt caſus, & planè quot tractus terrarum, tot in vnaquaque aqua, mutationes, tàm in ſaporibus, quàm in cæteris differentijs, vbi purgantur, vbi rurſus contemerantur. Sed relictis primis terrarum infectionibus; de exactè ſalſis quicunque amnium, fontiumùe ſalſi ſunt, aut mineram ſalis præterijſſe, aut eam certè qualitatem à quapiam eius naturæ ſubſtantia ſuſcepiſſe cenſendum eſt. Qualis poteſt eſſe cinis & calx, loca ſicca, arida, & infœcunda. Omnis locus (inquit Plin.) in quo ſal reperitur, ſterilis eſt, ipſe in totum ſponte naſcens. Et Virgilius in Georgicis.

Salſarum naturaliũ duplex cauſſa.

Salſus ſapor terræ proprius.

I. Compoſitæ aquæ vt plurimum participant ſale.

II.

Salſæ ſteriles.

Salſa autem tellus, & quæ perhibetur amara,
Frugibus infœlix, ea nec manſueſcit arando,
Nec Baccho genus, aut pomis ſua nomina ſeruat.

Sal an alat plantas.

Quod & Theophraſtus antè ipſum notauerat: adurunt enim inquit, nedum nutriunt ſalſæ plantas ipſas, augeriq. prohibent; præterquàm ſi quid ipſis affine ſit, vt alga mari.

Non

Non enim videtur dubitandum, quòd ſal (etſi paucæ alimoniæ ſit) peculiares tamen ſibi quaſdam enutrit plantas. Nam Palmæ exaggeratus vnicè prodeſt: & ſalſarum irrigatione braſſica, beta, rutha, eruca vegetantur; quam ob rem Aegyptij braſſicam Nitratis aquis irrigant, atque ita multo dulciorem, tenerioremq. efficiunt: quod Martialis quoque percenſuit in Xenijs.

Ne tibi pallentes moueant faſtidia caules.
Nitrata viridis braſſica fiet aqua.

Vel fortè ex raris illius plagè imbribus, aſſuefacta ſalſis illic terra vtcunque fruticat: quod idem ex Androſthene Plinius in Tylo Rubri inſula aſſeuerat, vbi oleas, virenteſq. frutices enaſci dicit. Cæterùm ſalſarum moles craſſa eſt, & aliquæ vnctuoſæ. Iam marinam enim diximus omnem oleoſam, teſte Ariſtotele; tales accidit aliquando reperiri fontes ſalſos: Natiui tamen ex ſalſis mineris ſunt merè ſalſi, & craſſæ ſubſtantiæ. Vnde ſiquis aquam ſale indito vehementer ſalſam fecerit, in ea ouum innatat: atque hoc indicio vtuntur in ſalſis aquis hi, qui artificialem ſalē è ſalinis decoquunt, aut cum foſſilem per aquas depurant.

Subſtãtia ſalis craſſa.

Talem ſe exhibet aqua maris, facillimè idcircò onera tam magna ſuſtinens: ſed quarundam maximè lacunarum, vt in Palæſtina Aſphaltites, quem adduci ad hoc propoſitum Ariſtoteles; alijq. ſimiles. Ex quibus intelligitur, quòd quanto clariores ſunt ſalſæ, tanto minus terræ, & minus fœcundæ ſalis. In aliquibus extranea accedit miſtio, aut terræ tinctæ, aut ſucci alienius; quomodo multiſariam coloratū ſalem prodidit Plin.

Color.

Rubrū quidem ad Memphim, ruſum circà Oxum, Croceum in Cappadocia, Centuripis purpureum in Sicilia: vbi non longè admodum, circa Gelam mirificè ſplendere, quas tamen omnes infectnras ſuperficietenus, ac adeo exiles habet quicunque ſal ita coloratus, vt cùm teritur eas amittat, planeq. albus omnis redeat.

Salis ſpecies colorati.

Odor.

Ac pariter odore nullo ſunt: etſi per alienam pariter mixturam aliquando oleant, vt ſal Cappadociæ quidam odoratiſſimus, ac trãslucidus Plinio.

Sapor.

Sapore ſunt ſalſo, & aliquibus locis magis ſalſo, quàm marinæ aquæ: quam ob rem vbi aut ſolis feruore, aut ignis artificio partes ſalſæ concreuerint; ex ſuper cæteras terræ mineras exactam ſeruant ſubſtantiam, fiuntq. merū ſal. Quod in ignem proiectum crepitat; quod miratur Plinius, vtpote ſal natura ignea, & tamen inimica ignibus: quare nihil faciliùs extinguit incendia. Cur crepitet autem, rationem dedit Ariſtoteles in problematibus; quia ſal multum obtinet humoris, qui ab igne tenuatus, & in flatum conuerſus, dirumpit fruſtū, & locum quærit. Contrà, in aqua, vel ſub aëre frigido, fathiſcit, ſoluitur totū, quaſi priſtinam humoris naturam recipiens, quem inter elixandum, comburendumnè amiſerat.

Sal crepitat in igne.

Quapropter ſalſæ aquæ valenter exſiccant, calfaciunt minus, adſtringunt, contrahunt, abſtergunt, repurgant, in proceſſu verò erodunt, vrunt, conſumuntq. intus præſertim vſurpatæ. Ex his tertio cutim abſtergunt, omnemq. excrementiam, ac putreſcentem humiditatem exſiccant, nimiamq. corporis craſſiciem longo vſu extenuant. Scabioſis, leproſis, elephanticis, maculoſis, vitiliginoſiſq. ſummè conducunt: papulas, ac manantia id genus vlcera emundant. Artuum extuberationes inhibent, inflationes, a cœdemata diſcutiunt, eiuſmodi podagricis, ac iuncturarum affectibus medentur.

Operationes.

Informem exſiccant hydropiſim in balneis; quo nomine intelligendum venit prouerbium, quod à Celſo citatur, atque Plinio, SALE, SOLE, & SITI CVRATVR HYDROPISIS.

Hydropis.

Hypocondriorum diſtentiones cohibent, ventris, inteſtinorum, atque vteri flatus diſcutiunt: quare colicos dolores ante acceſſionem mirificè alleuiant, etiam in clyſterijs inditæ. Lienes comminuunt, eoq. efficaciùs ſalſarum ipſarum ſmegmate illutato. Albas mulierum humiditates, locorum vlcera purgant, molam exinaniunt, verrucas, ac Thymos in pudendis exſiccant, intrà, extràq. prout ratio exigit, miniſtratæ. Omnem ſcabiem, ac prutiginem etiam pecorum ſanant; pedum clauos item, & perniones exterunt, Plin. auctore. Vlcera oris collutæ leniunt, ex Dioſcoride, gingiuarum tumores compeſcūt. dentium fœtorem auferunt, mundant, ac eos à putrefactione, & corroſione vendicant, & confirmant. Emanantes ex oculis humiditates reprimunt, & pterygia conſumunt frigidę adhibitæ. Super hæc, humida excrementa omnia ſiccando, carnes à corruptione conſeruant.

Sal cur ſit condimentum ciborum.

Porrò de ſalſis intrò aſſumptis, diuerſà operatio eſt, & diuerſa ratio, in cibis, & iure medicamenti: vno enim adſtringunt, alio modo laxant ventrem. In cibarijs, ſalſæ cibaria condiunt: quia ſal omnium ſaporum primus, excitat ex palato ſaliuam, ſine qua non fit bona præparatio cibi in ore.

Saliua ad nutritionem neceſſaria.

Siccant, atque adſtringunt, parcè, vel cum vino ebibitæ. Auctoritate quoque Hippocratis in libro de aëre, aquis, & locis: crudæ enim cum ſint (inquit) euinci non poſſunt à calore, quare magis conſtringunt, quàm eliquent aluum. Rhazes auctoritate Iaonnitij, Laxant quidem (inquit) aluum, ei qui ipſas bibere non conſueuerit, pungendo inteſtina: ſed cum vſus eis fuerit, retinent, ſiccando, & ſtipticando. Alij habendã eſſe rationē volunt de plus, & minus ſalſis: ſalſiores enim ſiccant impensè, minimè ſubſalſæ,

An adſtringãt, an laxẽt.

quæ irritant potiùs ad deiectionem. Sed hi errant,& Rhazes, ac ſtandum cum Hippocrate eſt,ſimpliciter ſalſam ſiccare aluum, nimirùm in potibus,& cum cibis ſumptam. Laxare contrà,vel abſtergere potius iure balnei, ac planis menſuris, ieiuno corpore ebibitas: vbi eas tùm acri ſua qualitate irritare vim expultricem oſtendimus; tùm quantitate compri-

Nocumẽta.

mere, ac deijcere aluum. Igitur, vbi in balnei dicebantur exſiccare frigidos humores, & omnem inde enatam ſcabiem ſanare; in eſculentis contrà, caput replent Dioſcoride auctore,ſalſas gignunt ſeroſitates,ad ſcabiemq. & pruritum diſponũt,& ſanguinem corrumpunt. Dyſenteriam porrò concitant,aut tabe afficiunt:quod pleriſq; nauigantibus, in aquarum dulcium penuria,marinam bibentibus contigiſſe accepimus,auctore etiam Galeno. Troe-

Troezene aquæ. An ſeruẽtur ſalſæ.

zene Cariæ oppido ſalmacidis aſſueti in potibus,& cibis,quia carent dulcibus, omnes, vel plurimi pedum vitijs laborant,Vitruuio,Syncera marina diu ſeruata (inquit Dioſcorides) ac nulli potabili aquæ commixta,virus ſalis vetuſtate amittet:quod idem euenit in multis aquis,quæ ſalis materia contemeratæ,amittunt dum reſident,corpulentiam. Alioqui naturales ſalſæ,quæ in origine merã,ac puram ſalis concipiunt qualitatem, ſeruantur integrum annum ſalſæ,cæterum limpidæ,& parum viſu differentes à cæteris aquis. Quales per Vrbes Italiæ,& extrà Italiam feruntur multæ,ſalſulæ montis Catini,Aquarij aquæ, Blandulæ Carpi,Porretanæ,Villæ,Viterbienſes,S.Caſſiani,& aliquæ aliæ.

De ſalſugineis aquis, & locis. *Cap. IIII.*

SALIS quidem vel hoc primum notiſſima ſit excellentia, atq; fœcunditas in natura rerum,quod vnum ex quatuor elementis mare,ſit ferè totum Sal. Itaque hunc primum terræ ſaporem diximus, quæ vt communicata eſt omnibus rebus materia, re-

Sales, & ſalaria.

ctè primum dicitur, ac neceſſarium vitæ alimentum,vnde tranſlata vox, ſales primæ elocutionis condimenta dicta ſunt,ac ſalaria dicuntur,conſtituta militiæ,ac laboribus præmia. Atq; idem tamen vnum ex his eſt,quæ ſui copia vileſcunt: quod norunt multæ orbis partes: quibus hoc donum nimium parcè natura elargita eſt; vt quæ ad Arctos ſubiacent, algido cœlo, ac marinis conglaciatis, non ſalſis, ſolaribus inde radijs ferè ſemper auerſis. Norunt & fœliciores aliquæ regiones, quæ magnos theſauros ex ſalis vſura congerunt, vt nullum vſquam largius vectigal regibus, nec minoribus impenſis inuenire ſit. Alma verò Italia hac quoq; gaudet prærogatiua,quæ ſub temperato ſolis calore,binis pelagis clauſa, littora hinc,atq; hinc ſalis frugaliſſima habet. Sed antequam ad terreſtrium cenſuram ve-

Marini ſalis ſpecies. Spuma ſalis.

niamus;ex marinis ſal ſponte inuenitur,& arte confectum. Sponte quidem,vbi elati fluctus in ſcopulorum loculis quieſcunt,in ſalemq. vigore ſolis coaleſcunt exilem,atq; albiſſimũ, quam ſpumam ſalis dicunt,in cœnis lautis electiſſimum. Arte autem fit, vbi ea littoris ſit humilitas,ac arearum ſpatium,quo marinæ corriuentur: quales perpetuæ ſalinæ ad Hoſtiã Tyrrheni maris,& altiùs ad Telamonium portum,itemq. Herculeum,ne dicã cæteras. Multis porrò in locis, quanquam idonea ſit corriuatio marinarum, ſal tamen non fit; propter grauem aëris, quem ſtagnantes marinæ concitant halitum, vnde multas conſtat maritimas ciuitates fuiſſe derelictas. Quales olim erant ſalinæ ad Senogaliam in Picenis; quæ ciuitas ob triſtem proptereà halitum iã derelicta,iuſſu hodie G. VBALDI VRBINI DVCIS, exſiccatis magna ex parte ſalinis,iam meliori gaudet aura, ac vrbs ipſa nouis mœnijs inſtaurata. Sed præter marinum duo alia ſalis genera reperimus, alterum quidem eiuſdem

Salis duæ aliæ ſpecies.

ferè cum prædicto naturæ;quale meminit Galenus in ſtagnis quibuſdam naſci ſolitum, qui ſalſugineas impreſſiones habent. Talis (inquit) eſt Tragaſius ſal,non procul à Smynthio, quod erat Apollinis templum ea ætate percelebre, ſub Pergamo Galeni patria. Et item

Tattæus ſal. Sal foſſile ſal Petræ, & ſal Gẽmeum.

Tattæus ſal,qui è lacunis eius nominis in Phrygia concreſcit, collyrijs oculorũ vtiliſſimus, Plinio. Et in Pamphilia ſalinæ ſimiles. Pariter exſiccatur æſtiuis ſolibus in agro Tarentino,totumq. ſtagnum in ſalem abit,altitudine genua non excedens,omnium ſalſiſſimus,ſuauitateq. & candore in re medicamentaria probatiſſimus. Tertium verò foſſile eſt,quod ſal Petræ dicitur,vtpote lapideum,Arabibus verò auctoribus à ſplendore ſal Gemmę,quod tamen à locis, vnde effoditur, nomen plerumq; acquirit, vt Thebaicus ſal,Indus, Tragaſius. Alioqui parum aut in ſubſtantia,aut in colore variant:niſi quòd præ marino,ac lacuſtri genere ſalis,Foſſicius ſal ſubſtantiam habet magis compactam, & vt dixi, lapideam; maiorem tamen partium tenuitatem, cum adſtringendi poteſtate, affinis admodum cum Nitro,& cũ

In Sicilia.

Aphronitro naturæ. Id genus ſalis cæditur in Sicilia in Agrigentino, vbi locus ad Borangium hodie dicitur, Fazelo teſte: hoc in igne ſoluitur (ob miſturam vt credo bituminis) in aqua denſatur, & crepitat. Ad Pelorum circà recuruum littus, violacei coloris fit, purpu-

Stagnum Cocanicũ

reum ad Centuripem Aetnæ, pellucidum ad Pachinum. Vnde non fontes ſolùm ſalſi in Sicilia permulti;ſed integri etiam lacus ſalſi,& viua flumina. Tale ſtagnum Cocanicum, ad

Aphri-

Aphricanam oram;& aliud ſimile iuxtà Gelam fluuium, qui & ſalſus idcirco appellatur, & huic ex aduerſo alter,qui mittit in Tyrrhenum, & Hymeræ fluminis riuus ſalſus. Cæditur porrò & in Calabria, è montium profundiſſimis cauernis, cryſtalli modo lucidum. Et in Germania apud Thuſam oppidum,& infrà in Valacchia, Ruſſia, Cappadocia, Armenia, vbi Halys fluuius græco vocabulo ſalſus,vt Straboni placet. Qui & Halis nomine ponit fluuiũ in Ponto,& ſalis foſſilis montes libro 12. Inter fines verò Galatiæ, & Cappadociæ lacum eſſe Tatta nomine, qui tantam gignit ſalis vim,vt immiſſo in aquas fune, ſalis educant coronas, concreſcit & alis volatilium,quæ eas contingant. In Meroe quoq; maxima Nili inſulæ foſſicius ſal,& in Arabia;quæ locas omnes auctores notant. Plura exempla natiui ſalis ponit Plinius,præſertim in India,vbi Oromenus ſal, qui è monte eius nominis lapidicinarũ more cæditur,maiuſq. vectigal regibus ex eo eſſe tradit,quàm ex auro atq; margaritis. Et item in Hircano mari circà portas Caſpias. Et in Carmania Indiæ parte: quos montes Indiæ M.Paulus Venetus, ac iuniores alij nouarum terrarum exploratores, ſe hodie vidiſſe confirmant,ſub magno Cham Indiæ partis,ac Tartarorum rege. Præterea apud ciuitatem Tingui ſalinas eſſe, in prouincia Cardiam nomine, & item in Tartaris ex putealibus aquis confici ſalem,magno quæſtu. Citerius autẽ in meridionalibus, Camaran Inſula Aerithrei ſinus ſalis ferax elegantiſſimi:& hinc per occidentalem Oceanum Aloyſius Cadamuſtus ſalem petreum commemorat in Nigritis extima Aphricæ parte, ad locum cui nomen Tagaza, quem triginta vſque dierum itinere conuehunt in mediterraneas terras, & maximè ad Mellitas gentes,quæ eo vtuntur cum aqua in medicamentis potorijs. Conſtat verò ſatis ex antiquis in tota Aphrica ſal paſſim ſub harenis reperiri, præſertim iuxtà Cyrenem mõtem in Lybia, vnde Cyrenaici ſalis celebritas, qui & Hammoniacus dicitur, circà Iouis ſcilicet Hammonis delubrum ſelectus,ſimilis colore alumini,ſed guſtui inſuauis,medicatus tamen præ cæteris,Dioſcoride,& Plinio teſtibus. Ob quam Solis,ac ſoli ariditatem, multa in his regionibus ſalſarum copia perhibetur, perraræ dulces: quæ calamitas valde vtili compenſatione ſæpè ipſas regiones ab alienigenarum impetu vendicauit. Durat quoq; hæc ariditas,ac aquarum penuria in ſuperiorem vſq; Arabiam,quæ deſerta exinde cognominatur:in qua Carrhe fertur nobile oppidũ,vbi domos ſale è montibus exciſo,ceu lapide conſtruunt, Plinio. Quare ſub Mecha metropoli,vbi Mahometi ſarcophagum,vnicus qui habetur dulcis aquæ puteus, S.Marci Euangeliſtæ nomine, religioſè etiamnum à barbaris cuſtoditur, aſſeruntq. ipſius ſancti miraculo ſiticuloſæ regioni elargitum. Dulces item perraræ,amaræ aliquæ in Perſis,ac ſpeciales ſalſæ inter Crermam,& Cobinam,quǽ ære participant, ac bibentibus aluum laxant. Præterea de ſalſis, Hippocrene, quod eſt latinè Caballinus fons in Helicone Bœotiæ montes, ſalſas & calidas) vt fama eſt) continent aquas: percuſſu creditus pegaſi equi ſcaturiſſe,qui Neptuni, hoc eſt maris filius idcirco fingitur. Salſulas in Prouincia Narbonenſi recenſuit Pomponius Mela, ſalſiores quàm marinæ. Cæterùm extimæ Aquilonales terræ,ob oppoſitas cauſſas Auſtralibus prædictis,ſunt maximè cunctarum mundi partium indigæ ſalis,in ipſo etiam mari,quòd habent perpetuò rigidum. Qui rigor glaciei ſi (vt accidit) tepidiuſculo ſole liquetur, liquatur in dulces, inferiùs cubantibus ſalſis; quæ tamen ob caloris languorem illius cœli, vix coguntur in ſalem. Adeoque Noruegiani (quæ meminit Olaus Magnus Archiepiſcopus Gothus) ſubiectas vndis ſalſas magnis impenſis coquunt, ſalemque vicinis quoque communicant regionibus. Idem fieri in Gothia, diœceſi Vpſalenſi. In Polonia Foſſicius habetur ſal, in profunditates montium quæſitus, ſpecialiter ſub Violiſca, & Bochna. Foſſicius quoque in Britannia. Item in Hiſpania citeriori, vbi amnes quoque ſalſos reperiri ſcribit Strabo, glebis ſalis inter harenas pellucentibus. Salſæ item in Germania quamplurimæ, vnde non fluuij ſolùm, verum etiam & loca ipſa, & oppida nomen inuenere: vt Hala per græcam à ſale etymologiam nobile oppidum in Hermunduris,Hala in Sueuia,Hala in Rhetijs. Et altiùs apud Saxones permulti fontes ſalſi, vt in Luneburgo, & Staphurdo, vulgoque alij ſalſarum putei, ex quibus ſalem in magnis ahenis decoquunt. In Bactris duo lacus imme nſi ſale æſtuant, Plinio; vbi quoq; Ochus& Oxus flumina,quæ ſalis deferunt ramenta. In Dacia aquæ ſalſæ foſſa Strabone ponitur, magni lacus ambita, ac altis clauſa ſupercilijs, quæ tamen manifeſtum non habet exitum, nec augeri videtur. Salinæ item frugaliſſimæ in Aphrica, ſeptentrionali parte, vt circà Vticam, Plinio; & circa Memphim in Aegypto. In Creta quoque Inſula fontes narrantur ſalſi, & proximè in Cypro apud Cittium. Et in Carnis ex Timaui fontibus, omnes ſalſi, excepto vno. Porrò quæ loca digna magis videntur hiſtoria, iam ſingulariter deſcribemus.

Halys flu.

Tatta lacus.

Indus. Oromes. Tattæus.

Sal Petreus.

Sal Cyrenaicus.

Sal Hammoniacus

AquaruM penuria.

Puteus S. Marci ſub Mecha.

In Perſis.

Fons Caballinus, & Pegaſeus.

Sal in Hyporboreis.

In Polonia.

In Britannia.

In Germania.

In Bactris

Salis

Salis lapidicinæ, & aquæ ſalſæ in Vngaria.

SINGVLARIA verò magis exempla tàm locorum, quàm aquarum ſalſarum habentur in Pannonia, Dacia, ac Polonia, ampliſſimis regionibus, è quarum auctoribus recenſebimus præcipuas aliquas. In Pannonia, quæ Vngaria eſt, complura ſalis foſſilis loca, qui lapidicinarum inſtar cæditur, meminit Georgius Vernherus. In primis in Maromaruſio, qui vocatur Monte. Montes verò, ac fontes exinde ſalſiſſimi ad fines Eperienſium, quam ob rem locus Souuar eo idiomate, quod eſt Salisburgum appellatur.

Fôtes Eperienſium.

Piſcinæ ſalſorum Piſcium in Tranſyluania.

MVLTAE quoque in Tranſyluania ſunt, quæ Dacia antiquis. Vbi & Piſcinæ ſalſæ noxiæ pecoribus, cum ſalſis verò piſcibus ſapidiſſimis; qui tamen ſi mittantur in dulces, paulo poſtea intereunt. Porrò ad ripam Maruſij fluuij ſcopulorum inſtar viſuntur ſalis petrei tumuli, cuius item fluuij alueus ſalſus eſt, non longè ab oppido Thorda, ſalinis in ea regione, percelebri. quos tamen exſcindere, niſi publicanis regijs vetitum eſt. Aliæ ad Vuzagnam oppidum, quod pariter eſt Germanicè Salisburgum. Aliæ ad oppidum Dees, prouentus regiæ cameræ inæſtimabilis: quas & à Georgio Reycherſdorfferi Tranſiluano accepimus.

Marubius flu. ſalſus.

Salis natura, quæ vegetatur, & creſcit in Tranſyluania.

SALIS verò ſciſſilis, ac montani naturam ex humore, aut ſucco id genus aliquo vegetari, ac creſcere, ſatis quidem fidem facit idem Vernherus; nec minus ex noſtris præclari aliqui teſtes. qui multa mihi hac in parte memoratu digna retulere, quæ referam. Inter alia vulgare ferè eſſe dum ſal exſcinditur, relicta elapſis annis inſtrumenta ferrea, ac ligna in eis reperiri. Quodam loco gallina cum ipſis ouis incubans reperta eſt, quæ eo obducta ſale ſeruata eſt, ac incorrupta etiamnum oſtenditur. Iam magna ex eis fodinis carbonũ vis erui ſolet cum ſale, & vetuſtiſſimæ roboris trabes. Sal gemmeus, qui lucidior eſt omni ſale, cùm in fundo reperitur, indicium fodientibus eſt inferius nullum eſſe ſalem, aut impuram terrã, ceu matricem reperiri. Abundat & vicina Polonia huius generis natino ſale ſaxeo, in ſyncero tamen, ac magis ſolido.

Salinæ in Polonia.

Salinæ in Comitatu Tiroli.

EX his autem exemplis de ſale in mediterraneis, iã non caret admiratione naturę conſiliumque, perinde ſollicita de re adeo neceſſaria ad vitam, regionibus tàm longinquis à mari, & propterea egentibus ſale, eis, vel montes natiui ſalis comparauit, vel lacus, vel fontes, forſan ex occultis à mari venis elargitur. Id genus ſalis frugifera natura eſt in Comitatu Tiroli in Germania, vbi plurimum coquitur ad Hals oppidum. Ac fluuius è proximis montanis ortus totus illius ſaporis eſt, quem Salza idcirco nominant, longè apud Bohẽmos in Danubium mittens. Ac recta per hunc tractum, Saſzeburgum ciuitas, atq; oppidum Salza. Hinc multis locis (ſcribunt noui auctores) ſtrumoſi fiunt homines, maximè verò mulieres, earundem (vt putant) aquarum vitio, quas bibunt.

Salza flu.

Salinæ in Burgundia.

SALINAE verò ex aquis natura ſalſis (vt ſcribit Bartholomæus Caſſaneus Burgũdus) ſunt in comitatu Burgundiæ, vbi Francię confinia cum Rhetijs, ad oppidum Salinas, quod & Salius dicitur. Elicitas enim mirãdis machinis è certis fontibus aquas ſalſas, longo artificum ordine in ſalem coquunt albiſſimum, ſapidiſſimumque, ac tanta copia, vt non Burgundiæ ſolum, verum etiam & toti Sabaudiæ ſuppetat, Sueuiæque, ac propinquis vndique alijs terris: quæſtu inæſtimabili, & qui in rem communem diſtribuitur, partim principibus patrijs, & partim eccleſijs.

Salſæ in Enna Monte Siciliæ.

PORRO inter Salſas, quas multas obiter tetigimus in Sicilia, ſingularem aliquæ in Enna merentur hiſtoriam. Eſt autem Enna, præter Aetnam flammigerum, prægltus in hac inſula mons, raptu olim Proſerpinæ fabuloſus, qui vaſtiſſimis ſalis fodinis vndiq; præruptus, permultis ſcatet fontibus, ac puteis ſalſis, hieme quidem tepidis, æſtate verò frigidiſſimis, vt cæteri ſimplicium aquarum fontes. Hæ aquæ recipiuntur communiter elixandis carnibus, leguminibuſq. coquendis ab ipſis incolis; ac gignunt aliquæ diuiti vena ingentem fluuium, qui à qualitate cognomento Salſus, ſuauiſſimis toto curſu in Africum, ſcatet anguillis.

Fontes, ac ſalſi putei

Salſus flu.

lis. In quo autem mira notatur naturæ prouidentia, cùm hic mons armentis, ac paſcuis ſit lætiſſimus, ac pro ſumma veluti coronide ſit oppido inſignitus, quod antiquis Enna, nunc Caſtrum Ioannes, à Rege olim eius nominis nuncupatur, habet in ipſo cacumine fontem aquæ dulcis vberrimum, ac ſaluberrimi potus tàm animantibus, quàm hominibus, & quod magis mireris, inuenies certis locis, vbi minus duobus paſſibus fontes emanant, hinc calidi, hinc frigidi.

Salſæ in Lesbo inſula ad Mitylene, Galeni.

De obeſis curandis loquens Galenus lib. 14. Methodi cap. 15. per breuem hanc ſubſcribit hiſtoriam. Magis verò ad rem pertinebit, ſi aquæ ipſi digerendi facultas inſit. Ac, ſi quidem talem aliquam ſponte natam habemus, ipſa vtemur. Cuiuſmodi in Lesbo viſitur à Mitylene ſtadijs quadraginta: quæ porrò viribus, & colore eſt, qualis vtiq; fiat, ſiquis florem ſalis aquæ marinæ miſceat. Hæc item aqua etiã hydropicis, & reliquis tumefactis idonea eſt, vtpote valenter deſiccans, ita profectò vt præpinguibus. Ac præcipuè ſiquis ipſos cogat in ea celerrimè natare, nec poſt largam lauationem protinus eſſe, bibereue, ſed ſomno interpoſito, aut omnino ſaltem quiete. Minera. Operationes. Vſus.

Salinæ in Volaterrano.

Mvltae quoq; eiuſmodi ſalinæ ſunt in Italia, eæ tamen perexiguæ, nec adeo diuites, quam natura marinis ſalibus ſupero mari, atq; infero ſatis expleuit. Tales extant in Volaterrano, vbi collecta aqua è puteis altiſſimis, & in cortinis plumbeis decocta, in ſalem paulatim denſatur, qui omnium albiſſimus, ac tenuis in lautis menſis eligitur: Vnicum hodie illi ciuitati vectigal. Raphaele Volatetanno authore.

Salinæ in Aemilia.

Ad viam Aemiliam, in agro Placentino ſalſæ habentur ſcrobes, è quibus ſimiliter ſal inſigne conficitur, Leandro Alberto authore. Et in Parmenſi, quæ in vſum medicinæ à quibuſdam probantur, per venas mixturæ tùm ſalſæ, tùm ferreæ, cum virtute manifeſtè calidæ.

Salinæ in Piceno.

Salsae item aquæ in Piceno aliquæ ſunt: Vna in agro Aſculano ad Mozzanum pagum tribus mill. paſſ. Altera in Firmano ſub caſtro S. Angeli, ſalis ex artificio candidiſſimi feræ: vbi per eam terram Salinus fluentum ſicut & alterum eodem nomine ſub Aſculo ad ciuitellam influit. Proximè lacuna alia ſalſa, non longè ab Apennino, vnde proximum caſtrũ Mons Aponus dicitur, quaſi ſalſas Aponi aquas æmulans: & Apenna oppidum, & hinc non longè ad decem circiter mill. paſſ. in agro Tolentinati ad Roſanellum vicum, fons ſcatet inſigni ſalſedine, quem in aluminatis retulimus. Salſulæ quoq; perexiguus puteus eſt in agro Vrbinati ad oppidum S. Conſtantij, aqua Sancta indigenis dicta: quam purgandis corporibus in potu, extenuandiſq. vtiliter expertus ſum. quas, vt alias ſalſas in dyſentericis probauimus. Salinus flu. Aqua Sancta.

Aquæ Virginis ad Montem Orthonis ſub Patauio.

Locorvm ergo, ac aquarum ſalſarum, aliæ ſumuntur ad vſum ſalis, quæ nimirùm ſynceriores ſunt; & aliæ quæ vel alteratæ ſunt mixturis, vel cum pauca virtute ſalis recipiuntur in balneis, quarum iam reſtat enarrare aliquos. Aponi quidem aquas ſub Patauio, & alia quæ ſunt in circuitu eorum montium balnea, vt exactè omnia ſint ſalſa, & plus aut minus calida, iam libro ſuperiore per ſingulares eorum hiſtorias oſtendimus. Ab Apono autem occidentem verſus, centum quinquaginta inſtar paſſuum ſpatio præaltus eminet collis, non ita amænus, cuius ad radices eſt templum MARIÆ VIRGINI dicatum, quod cùm multis ſplendeat miraculis habet in veſtibulo Cryptam, fornicis modo extructam, vbi deſcenſu aliquot graduum fiſtula eſt aquæ frigidæ, & potabilis; & ex aduerſo alia tepidæ, parumq. ſalſæ ſcatebra, quæ Virginis aqua vocatur, in potibus medicatis apprimè vtilis. De qua cùm plurima fecerint experimenta Patauini medici, præcipuè verò doctiſſimi Franciſcus Friſimelica, & Aloyſius Bellacatus; primus omnium conquiſitè admodum tractauit Fallopius, à quo hæc accepimus. Aqua eſt puriſſima, ſalſedinem vix perceptibilem habens, vnde temperatam aliàs diximus. Materia eſt ſalis pauciſſima quantitas, ſalque mitiſſimũ, quantum tamen valet ſummam aquæ frigiditatem, humiditatemq. obtundere. Vſus tãtùm in potu eſt iure balnei. Aduerſus hepatis feruorem, & quæ eius generis ſoboles ſunt vitia vtiliter bibitur. Nec non ad omnem calidam intemperiem ventriculi, renum aliarumque par- Qualitates. Minera. Vſus.

partium,& his ſpecialiter vtilis,qui patiuntur gnttam rubeam, facie ſcilicet rubicunda, & verrucoſa,vel qui tales habent manus,vel calentes æſtu noxio pedes,quæ manifeſta ſunt viſcernm caloris indicia , qui ſi nou ſemel, reiterato ſaltem harum aquarum vſu omnino extinguitur. *Electio.* Valent & aduerſus gomorrheam,vitio calidorum renum,atq; etiam hepatis, ad eoſdemq. haud ſecus fluores albos mulierum. Tota æſtate ſumendæ.

Balnea montis Orthonis.

PORRO vltrá ædem,præſcriptamq. Virginis cryptam, percelebre extat Auguſtinianorum cœnobium;quod pro loci olim aſperitate muro vndiq; cinctum,ac expurgata vndique vligine,cultuq. viridariorum ornatum,multam quoq; addit his balneis,quę continent,gratiam,atq; commoditatem . Intrá clauſtrum ergo ſcatebra primùm occurrit aquæ feruidæ, quæ in lacunam ad vſum balnei corriuatur ; è cuius alueo cœnum colligitur argilloſum & pingue,pro lutamentis;& in ſeceſſu duo ſudatoria medicatis,ac temperatis vaporibus, valde vtilia . *Minera.* Minerã dicit Sauonarola eſſe ſalſam,& á prædominio aluminoſam:Moutagnana ſulphuream, ſalſam & pinguem. De ſale (inquit Fallopius) non eſt dubium, guſtu ipſo, & quia concreſcit ſal circa canales æſtiuo tempore,& hiberno item,ob calorem mineræ proprium . Sulphuris verò continere vapores tantum,& non ſubſtãtiam, & minus quàm Aponi balneum: quicquid de alumine ſit, quod cùm Fallopius neget adeſſe, & nulla id comprobet ratione, equidem cum Sauonarola potius affirmauerim , has mineras non ſine aliqua aluminis portione eſſe,vtpote quod & terrę genus eſt ſulphuri,ac ſali congeneum,natiuumque his montibus : quod & ex inſigni adſtrictione tùm luti , tùm aquarum ipſarum depræhenditur . *Vſus.* Vſus olim balnei aduerſus neruorum duritias, articulorumq. dolores, ex frigida,humidaq. intemperie ortos. Nunc verò abſolutioni dumtaxat illutationum deſeruit, & quandoq; ad exſiccandam ſcabiem. *Sudatoria.* Sudatoria ſunt tepidiſſima,& ad emolliendum pariter induratos artus idonea , habentq. foueas membrorum particularium , ad contractiones id genus artuum,neruorumque,auxilij (vt quotidie videmus) certiſſimi. *Lutum.* Lutum verò,cuius item laus Sauonarolæ tempore erat præcipua,argilloſum eſt , imò ipſum argillæ genus , ex quo Patauini figuli ollas conficiunt;pinguius tamen hoc loco,ſalſumque, & cum quodam ſulphuris vapore , qui ipſum excoquit , virtutemq. illi communicat digerendi . Quare eo communiter vtimur ad digerendum,diſſoluendumque,& ad vniendum luxatas partes . Facit ad oedematoſas inflationes , tumoreſq. eiuſmodi laxos in cruribus , ac informes, quos elephantes vocarunt Arabes;& ad roborandum articulos ipſos,ac iuncturas debiles. Cæterùm hic lutum non apponitur calidum ; ſed primo concalefacta aliquandiu parte ipſa affecta in aqua balnei,mox lutum frigidum apponitur,& ſub Sole finitur,vt moris eſt illutationum aliarum. Aduehitur in longinquas partes,vtileq. ſeruatur . Omni tempore vtile;ſed per æſtatis potiſſimùm initia eligendum,atq; etiam Autumno,quando ceſſatis iamdiu pluuijs ſynceram magis conſeruat proprietatem.

Bal. domus nouæ ſub Apono.

SVB cenſu pariter aquarum ſalſarum,eſt aqua in Patauinis , quæ ad Domum nouam, iã noſtrorum auorum ætate nuucupata fuit,vnum ferè milliare ab Apouo,nec longè á S.Petri balneis diſtans. Eſt autem collis,vbi naſcitur dumis,ac vepribus, lacunoſiſq. valleculis obſitus:itaq; fit,vt ſtagnantes aquas,quæ hinc,& ex vicinis Aponi balneis exonerantur,non adeò ſalubris auræ, omnes cum Sauonarola,iuniores etiam exiſtiment . *Salinæ.* Sunt lacunæ plures aliæ frigidæ,aliæ calidæ,ac omnes inſigniter ſalſæ:quam ob rem iam á D.Carrarienſibus ad vſum conficiendi ſalem exceptæ,ac diu elaboratæ,ob ſitum tamen calcis,quem mittunt, & ob impenſam dimiſſæ fuerunt. Non inutiles in balneis,niſi in tanta hic aliarum balnearum copia negligerentur.

Aquæ ſalſæ Montis Catini .

CASTELLVM Montis Catini,quod confine eſt Piſtorio in Hetruria oppido,quibuſdam aquis celebratur,quas Salmacidas á ſapore cognominant , & tàm potu , quàm balneo vtiles. De quibus (vt ſcriptum reliquit Vgolinus hinc oriundus) cùm elapſis temporibus hic officinas conficiendis ſalibus conſtruxiſſent,eaſq. cum modica denſandi virtute reperiſſent, ac exigui fructus; ad vſum balnearum, ac potuum recepere . Mira verò reuelatio viſa eſt , quùm neglectæ ob paucam ſalis vtilitatem , qua via defluebat in agros,ac paſcua, viſæ ſunt beſtiæ,quæ ex illis riguis biberent,refici,ac pedum vitijs,tumoribus ventris liberari. Sunt autem exquiſitè ſalſæ, & ſiccantes guſtu.quare deſtillatæ exilem,albiſſimumq. deponunt ſalem . Multa vndique ſecus fontes adnaſcitur tamariſcus;quæ (vt author eſt Dioſcorides) amat paludes , ac ſtagnantes id genus aquas de natura ſalis : vnde vim modicè reſiccandi

ſubeſſe

ſubeſſe ſuccis,qnos ea terra alit,conijcitur. Sunt autem duæ ſcatebræ: primi verò meriti, maximè in potibus eſt Salmacida, quæ vulgo à Tettucio cognominatur. Altera,quæ Balneoli eſt, minus ſalſa, ac in potu minus purgando efficax. Per aluum vtræq; ebibitæ deijciunt,lubricamq, in poſterum reddunt,decem circiter aut quindecim diebus ſumptæ, certiſſimo experimento. Nec minus per vrinas;renum,ac veſicæ obſtructiones aperiunt, arenulas pellunt, lapidem frangunt, vermes interficiunt. Vſus verò earum hodie celebris eſt in dyſentericis, quos mirificè ſanant, etiamſi nomæ inteſtina corraſerint, ebibitæ ſingulis diebus à libra ad tripondium,pro tolerantia patientis. Quo nomine ſimiliter atq; ad vrinæ difficultatem,admirandas adeò videmus quotidie harum aquarum virtutes;vt verè ipſas cælitus in ſalutem hominum deſtinatas eſſe credendum ſit,cùm fermè homines ex acerrima dyſenteria,iam iam exhauſto cum ſanguine ſpiritu,reuocent ad vitam. Dignæ idcirco quæ veluti cœleſte quoddam auxilium continuè adſeruentur; & maximè quoniam pro exacto ipſarum temperamento cum ſale,ſynceræ,& quales omnino è fonte ipſo hauriuntur in longinquas multas hodie ciuitates,etiam extrà Italiam deuehuntur, ac toto anno (vt hic Romæ experimur) ſeruantur ad opportunos vſus incorruptæ. Cæterùm eadem balneoli aquæ potus præſtat,quãquàm imbecillior ſit,& languentibus iam viribus idcirco vtilior: & præterea lauant ſe in eo vtiliter,vt in aquis exſiccantibus alijs,atq; abluentibus. Tribus potiſſimùm diſpoſitionum generibus præſentiſſimum Sauonarola teſte, frigidis defluxionibus, inflationibus ventris, & exinde factis doloribus perutile. Nec minus, vbi opus eſt,cœnum ipſum ad illutationes vtiliter accipitur.

Salinæ. Aqua Tettucij. Aqua Balneoli. Vſus. Balneoli vſus. Lutum Mõtis Catini.

Reliquæ ſalſæ.

His verò non derogandi ſtudio,ſed quoniam propagandæ ſunt. Verum vtilitates, non diſſimiles admodum ſunt aliæ Salſulæ in his finibus, quæ è ſcopuloſo ſaxo emanant ad ripã Elſæ Fluminis,ſub Caſtello cognomento Florentino.ſapore admodum ſalſo,ſiccantes ſimiliter,ac per aluum purgantes,& abſterſoriæ. in quarum numero multas iam præſcriptas, & quas conſcribemus ſub alijs generibus ſalſas ponendas eſſe ſupponimus, ac ad eadem per occaſionem vſurpandas.

Salſæ ſub Caſtello Florẽtino

Aquæ ad aquarium oppidum.

Ad Aqnarium autem oppidum, inter Mutinam, & Rheginm Lepidi, qua Draco tranſit fluuius,ſcatet è rimoſo,ac ingenti ſaxo, perexigua vena aquæ frigidæ, vbi in potibus elicitur,ac paulo infrà decidua colligitur in balneis. Mirandæ in primis ſubſtantiæ, ac temperamenti cum mixturis ſuis,quando proditum ſit (Fallopio teſte) c x x. annos ſeruatam, ſeque eam bibiſſe incorruptã,ac ad longinquiſſimas idcirco regiones extra Italiam, & vſq; in Hiſpaniam comportari.Minera cùm Sauonarolæ tempore,qui harum primus ſcripſit hiſtoriam,incomperta fuerit; ex operationibus poſteà, ac ſummorum virorum, qui eam examinarunt, authoritate, præſertim experimentis eiuſdem Fallopij, egregij ſanè hac noſtra tempeſtate viri, ſalſa, & nitroſa inuenta eſt, ac marmoris quidpiam obtinere. Nam inter alia,ſi per noctẽ in capiſterio ligneo ſinatur,ſalis manifeſtè ramẽta in fiſſuris relinquit.Cęterũ aqua clara,& limpida,nec aliquid ſapit(vt inquit Menghus)& inodora. quãquã Sauonarola,ac alij non deſint,qui in ea odorẽ notauerint Camphoræ,quod non diſſimile veri videri poterit,ob ſoli communem ferè in tota ea regione naturam, quæ in Mutinenſi agro, & in Parmenſi pingui ſcatent bitumine, quod camphoræ odorem æmulari, maximè in aquis aliquando conſtat. Hanc naturam, & operationes ipſæ confirmant:aperiunt enim ebibitæ balnei more,aluum,atq; vrinas educunt,manifeſtè exſiccãt,ac mediocriter calefaciunt. Faciunt ad ventriculi intemperiem frigidam, appetentiam reuocant, à colicis vendicant doloribus, albas menſtruorum fluxiones inhibent, membra collapſa roborant. Harenulas haud dubiè,ac viſcoſitates, idque genus vrinæ impedimenta tollunt. Cæterùm cùm frigida aqua naturaliter ſcateat, alienum fore non arbitror, ſi in potibus præcalfacta ſumatur, atque his præſertim, quorum uenter minus actu frigidas ſuſtinet. Omni tempore anni, & prout ratio exigit, vtilis.

Minera. Operationes. Electio.

Aquæ Tranſcherij ſub Bergomo.

Sub Bergomo,in Cenomanis Italiæ,decẽ circiter mill.à ciuitate,nicus eſt,qui à ſubiecta nalle,ac flumine Trans Cherium dicitur,ubi eius nominis antiquus puteus, qui olim ex uſu (ut creditur) conficiendi ſalis,Salina dicebatur. Qnam tamen ſeu prauo ſulphuris odore deſtitutam,ſeu qnalibet (ut uſuenenit) temporum iniuria,ſiue hominum inſcitia,ac limoſo admodum alneo obſitam;iam auorum memoria,ſumptibus Bartholomæi Colleonis,Reipublicæ Venetæ militis ea ætate famoſiſſimi,in uſum balnearum, ac potuum medicatorum

Salinæ fontem.

rece-

Digitized by Google

receperunt, idoneiſq. ad hæc miniſteria hoſpitijs inſtaurarunt. Quo tempore, atteſtamur cum medicis Bergomenſibus, ac optima fide nunc HYERONIMI ALBANI Cardinalis ampliſs. Bartholomæum è patritia Albanorum familia egregium medicum de his balneis primùm ſcripſiſſe, ac extare etiamnum ſuo chyrographo hiſtoriam. quam poſteà & Guido ex Carrarienſi præclara olim medicis familia, & ex poſteris Zimalam, alijq. eius ciuitatis medici ſunt conſecuti. Quorum conſilio examinatis diligenter aquis, ac decreto publico balneis nouiter inſtauratis: Mineram varijs experimentis inuenerunt à prædominio Salſam, ac nitroſam, & quę ab occultis eius terreni mixturis non mediocrem ſulphuris obtineret partem. necnon Bituminis, quod rectè arguunt nobiles illi medici, tùm ex ipſo aluei limo, qui niger eſt, & cum lentore quodam, ac graui odore, tùm quia è vicinis lapidum ſalebris diruptis, ſæpè is liquor niger, ac nidoroſus exæſtuat. Quam ob rem ſelecta ad vſum è ſynceris fontibus aqua, ac aliarum abſtergentium aquarum more exhibita in potibus, per aluum nonnullis, & per vrinas, interdum per vomitum operari inuenta eſt, ac aucta optimi balnei fama, iam à vicinis quoq; terris, ac Ciſalpinis populis celebratur, vbi tàm viri, quàm fœmellæ diſcretis locis, ſe in tepidos immergunt fontes ad Sudationes ciendas. quos ad communia noſtra inſtituta remittimus. Prætereà & vſu ducciæ has aquas recipiunt, & item earum fimum in lutamentis, cum tanta in ſingulis vtilitate, vt auſint quidam vſu ipſo aſſeſterere, has Aponi balneis non eſſe poſtponendas. Nutritionis membra ebibitæ iuuant abſtergendo, ac ſiccando, inæquali, & tàm frigida quàm calida faciendo æqualia. Flatus diſcutiunt, & frigidos inteſtinorum mucores pellunt, colicæ doloribus, & iliacæ, vteriq. inflationibus bene faciunt. Vrinarias omnes paſſiones, & calculos, & difficultates vrinæ, & ardorem ſanant. Vnde non minori has vtilitate operari poſſe credimus, ſi medici experlantur, quàm quæ dictæ ſunt Salſulæ M. Catini, in dyſentericis potiſſimum, & nephriticis mirabiles, & in potibus, & clyſterijs vtendas. Sitim prætereà mendoſam corrigunt, remota acrimoniæ cauſſa, hydropem, obſtructa viſcerum, ac thoracis, & aſthmata digerunt. In Solijs iuuant podagricos, atq; arthriticos. Sub duccia autem faciunt aduerſus catarrhales diſpoſitiones, tàm quæ in capite hærent, ſurditas, tinnitus, ſtupor, dolor: quàm quæ ad ſubiectas capiti partes communicantur, ſpaſmus, neruorum reſolutio, tremor. Qui verò inueteratas, duraſq. in articulis defluxiones ſuſtinent, ſalutari admodum horum fontium cœno illutari ſolent, pro bituminis præſertim emolliendi facultate egregia. Scabiei communiter, ac omni ſubcutaneorum vitiorum generi medentur. Tota æſtate eliguntur, etiam ſub Sirio, cùm ob regionis iuxtà alpes algorem, tum ob remiſſam naturaliter ipſarum aquarum caliditatem. Quas nouiſſimè recognouimus, Curante Reu. P. Petro Nicholao Bergomen. Heremitanorum Vicar.

Minera. — Vſus. — Operationes. — Electio.

Salmacida Aſculi.

AD Caſtellum Triſſinum, quod Theſuinum à Plinio dicitur, in confinibus Aſculi cum Aprutinis, fons medicatarum aquarum emanat. Quæ limpidæ, ſubſlauæ in profundo, aſperiuſculæ guſtui, & mediocriter ſalitæ, etiamnum retento latino nomine, Salmacidæ vulgò nuncupantur. Nec deſunt qui dicant, argumento veteris aquæductus, qui hinc ad Aſculum tendebat, iam olim antiquos hunc fontem ſanitatis & deliciarum gratia intra mœnia conduxiſſe, qui nunc in Caſtellanum amnem diſpergitur, hoc à ſiniſtris, Truento à dextris ciuitatē abluente. Porrò eodem valent hæ aquæ vſu, quem in cæteris potulentis iam diximus: quippe ex vomitu deijciunt, aluum laxant, vrinarios meatus aperiunt, ac omnem intemperiem etiam calidam emendant. Nutritionis organa, hepar, renes, veſicam, lienem, vterum, inteſtina abſtergunt. Tota æſtate vtiles. Ad omnem vſum hanc, & Anticoli aquam commendamus, præſertim in Nephriticis.

Caſtellanum, & Truentum flu.

De nitratis aquis naturalibus. *Cap. V.*

NITRVM quidem (vt ſapientes omnes cum Galeno, & Plinio conueniunt) haud multum à ſalis natura diſtat. Nam & decoctione, & inſolatu nitroſarum aquarum perinde conficitur nitrum, ac ſal ex ſalſis. & in Macedonia vtuntur Calaſtrico nitro ſalis vice. Hoc tamen, de quo nobis in præſens ſermo eſt, à ſale nitro, quod vocant factitium, longè diſtat, partium ſubtiliſſimarum, vnctuoſitatis tenuiſſimæ, vehementiſſimi in occulto ſpiritus, de quo genere idcirco loquemur poſterius. Quibus ſanè partibus nitri pariter ſubſtantia conſtat; mitioribus tamen, vnde & ſubtile eſt, & gratius, quàm ſal percipitur. Nihil gignit, aut alit, Theophraſto auctore, cum in ſalinis interdum herbæ vireſcant, & in mari tot animalia gignantur, tantum algæ. Quod dixit Plinius, in nitrarijs calceiamenta his, qui nitrum factitant, breui ſpatio conſumi, multam indicat eius ſub-

Galen. 9. Sim. — Plin. 31. cap. 10. — Calaſtricū nitrū. — 6. de cau. Plan.

ſtantia conſtat;mitioribus tamen,vnde & ſubtile eſt,& gratius,quàm ſal,percipitur. Nihil gignit, aut alit, Theophraſto auctore, cum in ſalinis interdum herbæ vireſcant, & in mari tot animalia gignantur,tantum algæ. 6. de cau. Plan. Quod dixit Plinius,in nitrarijs calciamenta his,qui nitrum factitant,breui ſpatio conſumi,multam indicat eius ſubſtantiæ acrimoniam. Quæ confirmatur auctore Dioſcoride; vim (inquit ipſe) & vſtionem ſalis habet tàm nitrum, quàm aphronitrum. & Galeno,in medio eſſe nitrum aphronitri,& ſalis virium. Cæterùm in Italiam non conuehitur iam multis ſeculis nitrum:nec natiuum habemus, niſi aquarum alicubi venas,atq; has (vt inquit Plinius) ſine viribus denſandi. Ex deſtillationis autem experimento,quod de aliquibus infrà dicendis fecimus; ſubſidentiam deponunt exilem, & paucam,& pellucidam,quæ in ignem proiecta non exilit,vt ſal,nec calcinatur,vt alumen.

Aquæ nitratæ qualitates.

Hoc habet ſal petreus, qui in Calabria foditur, vbi pagus cognomine extat Alti montis: nam in ignem coniectus non diſſilit,neq; crepitat, ob affinem (vt credo) naturam cum nitro. Atq; hoc videntur à ſalſis aquis potiſſimum differre. Differunt etiam, quòd amarorem nitroſæ ſapiunt potius, quàm ſalſuginem, & quo magis ſyncerum habent nitrum, eo ſunt amariores.

Sapor

Quare cùm primo occurſu videantur ſenſorium demulcere, ob acres tamen, ac ſubtiles illas nitri partes, quas aquæ ſuſcipiunt in ſe,incidunt, atq; extenuant potentius multo, quàm ſalſæ (ex Galeni ſententia) deſiccant, ac digerunt,calfaciunt potentia ſuper aquæ temperatæ naturam,ac mediocriter adſtringunt: Ex operationibus, vim habent egregiè detergendi, viſcidos attenuant humores, laxant aluum,vrinas cient,ac ſudores euocant,his qui in alto concreuerunt,Dioſcoride.

Operationes in potibus.

Ex his renes mundant,nec parum roborant, ab obſtructis vendicant, arenulas pellunt, ac ad veſicæ calculos effatu dignam præſtant vtilitatem. Adhuc ſi ferro,aut adſtringenti aliqua alia mixtura præditæ ſint (vt raræ non ſunt mixtæ) inſtrumenta quoq; nutritionis, inteſtina, & hepar mirificè iuuant, in frigida primùm & humida intemperie, & deinde in calida:vacuando virtute nitri per aluũ, & per vrinas, & corroborando acceſſoria ferri qualitate. Hinc malum corporis habitum corrigunt; ac efficacius ſi aluminis quoq; mixturam ducant, vt Porretanæ aquæ ebibitæ. Præcipuam verò facultatem nitratis in purgationibus attribuit Vitruuius, vt ſtrumarum quoq; inflationes comminuant. Syncer æ perfuſæ,contrà quàm ſulphuroſæ faciant, iuuant oculos, lachrimas ſpontaneas inhibent, inflammationes reprimunt in principijs: vnde (quod notauit Plinius) in nitrarijs non lippiunt.

Perfuſionibus.

Eademque ratione ad oris,gingiuarum, ac pudendorum affectiones facient; firmant enim dentium laxitates, eroſiones gingiuarum compeſcunt, calidos adfluxus cohibent.

In baln.

In balneis, frigidis ſimpliciter vtitur Corn. Celſus nitratis aquis ſubcutilis ad ſtomachi robur, qui frigida fermè, ac ſicca intemperie ſit affectus. Vtiliores ſi alumine ſint admixtæ; ſiccant enim valentius, adſtringunt, ſcabiem, pruritum,crurum antiqua vlcera,& reliqua id genus,quæ intemperiei hepatis ſoboles ſunt, vitia ſanant. Vtiliſſimæ verò in ſingulis cum ſulphuris mixtura, qui cum actualiter calidæ tenuitatem inſignem,ac penetrandi,digerendiq; facultatem acquirunt. Tales intelligit Galenus vtiles in palpitatione, tremore, & rigore. Tales & vſu ducciæ probantur S. Philippi balnea aduerſus omnes capitis, ac neruorum id genus paſſiones, tetanis medentur,& opiſthotonicis, cephaleæ, ſurditati. Tales damnat Galenus, in balneis ſcilicet pariter, atq; ſulphuroſas, ac bituminoſas, cæteraſque medicamentoſas aquas in febribus, primo ad Glauco. & 4. Aphor. 2. plus enim (inquit educunt bilis, ſed multo minus proſunt quam potabiles aquæ.

De nitratis aquis, & locis. Cap. VI.

DE locis verò,ac natura nitri,ſemper Aſia ſuper omnes terras nitro abundauit,etiã ad hæc tempora, etſi ad nos non adeò deferatur. Nec minoris laudis,ac precij, quas ponit Plinius nitrarias in Macedonia. Deinde quæ in Aegypto circà Memphim habentur. Lib. 31. cap. 10. Vbi affuſa in aliquas lacunas aqua Nili conficitur. Deteriores tamen hæ ſunt,eodem teſte;nam lapideſcit ibi nitrum in aceruis,& multi ſunt tumuli ea de cauſſa ſaxei,ex quibus vaſa conficiunt. Proinde veriſimile fit quod nonnulli aſſerunt, nitri quandam materiam concreſcere in lapidem aliquibus locis,Alabaſtritem vocant,quem cauant,eodem auctore,ad vaſa vnguentaria, quoniam optimè ea,ſimiliterq. cadauera incorrupta ſeruare dicitur.

Alabaſtrites lap.

Einſmodi in Volaterrano lapidicinæ habentur,lapidis natiui ſcilicet ſubſtãtię tennis,ac niuis candore pellucidæ:ex quibus concinna vaſa torno,ac lenibus ſcalpellis conficiunt, materia adeò tractabili,;vt quidam ſolerti manu ſonora organa ex ea fecerint. Talem quoq; audio inueniri materiam in Belgis ad Herbern oppidum. quam indicaſſe videtur Plin.lib. 36.cap. 22. vel conſimile genus candidi lapidis,quem (inquit) in Belgica prouincia ſerra,qua lignum,ad tegularum,& imbricum vicem ſecãt,ac facilius quam

In Belgis.

Digitized by Google

Salſus flu.

Alabaſtrũ

lignum. Reperitur etiam eins naturæ lapis in Britannia apud Sabrinam fluuium,qui idcirco ſubſaliti ſaporis eſt. Cæterùm non eſt id verum alabaſtrum: quod probatiſſimum, ſolidioris ſubſtantiæ,& non adeò tranſlucidũ naſcitur in Carmania,mox in India,& circà Thebas Aegyptias: omnium verò candidiſſimum, quod in ſumptuoſis operibus probatur, ad Damaſcum Syriæ eruitur. Porrò nitrum quoq; optimum naſcitur in Lydia,Media,Caria, Pamphilia,Cappadocia,præſertim quod ex Buna oppido aduehitur, Dioſcoride. Ac optimum Philadelphiæ aphronitrum,quæ tenuior nitri pars intelligitur,ſpumæ inſtar, vnde illi nomen, leuiſſima. Quibus in locis omnibus ſynceras haud dubiè nitratas aquas quærere oportet; vnde Letis in Macedonia lacus percelebris eſt, nitri qualitate. Et in Armenia Arſchus,qui & Arethuſa dicitur,in quem influit Tygris. Reperiuntur etiam pluribus alijs locis,ſed hæ aut mixtæ plurifariam ſunt,quales iam in exemplis retulimus aliquas.Et quales in Phrygia nitroſæ perhibẽtur ab Atheneo iuxtà Menis pagum,ſed calidæ, vt credo,ob mixturam ſulphuris. Et item calidæ in Leontis pago. Aut ſynceræ nitri,ſed (vt inquit Plin.) ſine viribus denſandi:de quibus ſingularia iam aliqua ponemus exempla.

Aphronitrum.

Letis lacus.

Arſchus lacus.

In Phrygia.

Cutiliæ aquæ in Sabinis.

Inter nitroſas aquas, & quæ potionibus depurgent, frigidas commemorat Vitruuius in Pinna Veſtina. Frigidas item in Cutilijs, quas Cotylas Græci,vt Dionyſius Halicarnaſeus,& Subcutilas etiam vocant Plinius,& Celſus. Multæ quidem obſeruantiæ,ac ſuperſtitioſæ habitæ vſq; à primis Aborigenum temporibus. Erant autem Cutiliæ antiqua in Sabinis ciuitas,vt ex Liuio,ac Antonini Cæſ. Itinerario elicitur,ſeptuaginta ſtadijs à Reate; vbi etiamnum locus, qui nunc eſt citrà Ciuitatem Ducalem, Cotila dicitur, isq́ue multis veſtigijs magnæ olim ciuitatis conſpicuus,Saturni habet inter alia templum antiquiſſimũ, nec longè iſtarum aquarum lacum quatuor iugerum inſtar amplitudinis. Fuit autem is lacus apud Aborigenes,Saturni olim primi indigetis memoria Sacer,ac admirandi ſpectaculi,quod Plinius,ac cæteri auctores notant,quia fluctuantem in ſe contineret Inſulã,ac opacam iuxtà haberet Syluam,quæ nunquã die,ac noctũ eodem loco viſebatur. Quare meminit Dionyſius in primis rerum Romanarum commentarijs, Pelaſgos, cum circà Cotylam Aborigenum vrbem ſtatiua haberent iuxtà lacum Sacrum, ac in eo Inſulam circumagi aduertiſſent,recordati conſulto olim Iouis Dodonæi oraculo,vt Saturniam quærerent terrã, & vbi id ſpectrum fluitantis Inſulæ vidiſſent, fatale illis ſolũ futurum;in his locis,inito cũ Aborigenis fœdere,cõſediſſe,eiuſq. fœderis ergo decimas Phœbo dediſſe,Ioui capita,Patri hominẽ,in quorum poſteà memoriã templum quoq; ſacrũ,ac alia monumenta poſita fuiſſe videntur. Ipſam Inſulam Italię vmbilicum tradidit Marcus Varro,auctore Plinio. Et quod illis augere potuit admirationem,lacus immenſæ profunditatis,ac incompertę,ſemper plenus ſua aqua,quæ ſponte & clara emanaret,nec vnquam è margine flueret,agro alioqui vndiq; ſecus vliginoſo,ac paluſtri,vt notauit Dionyſius, exiſtente. Secutis verò temporibus, ob præclaras, quæ in his aquis repertæ fuerunt virtutes, in vſum quoq; medicinæ receptæ fuere,ac tanta celebritate (vt fidem faciunt tot ſcriptorum atteſtationes) vt pro vicinitate quoq; vrbis,atq; ſalubritate aëris,nec non agri amœnitate,conſueti fuerint ex Romanis ciuibus,ampliſſimi etiam ordinis pleriq; in Cutilijs,& circà Reatina rura æſtiuare quotannis. Sic eos maritima quærere,ac aprica loca hieme ſolitos diximus,ac hiemare vel in Baianis,vel Tabijs,vel Anxure. Scribunt Suetonius, & Dion Hiſtoricus Veſpaſianum Cæſ. in Sabinis aquis,quæ Cutiliæ appellantur,extremum obijſſe diem. Nec ſecus in eis Titum filium Cæſ. deceſſiſſe. Quas verò in re medica prærogatiuas hæ aquæ habuerint, Nitroſas ponit ipſas Vitruuius lib.10. cap.3. Purgationibus inquit, depurgant, ac per aluum tranſeuntes Strumarum minuunt tumores. Plin.autem lib.31. cap.6. Bituminata (inquit) & Nitroſa aqua qualis Cutilia,vtilis eſt bibẽdo,atq; purgationibus. Eodem lib.cap.11. Subcutilæ (inquit) aquæ in Sabinis gelidiſſimæ,ſuctu quodã corpora inuadunt,vt propè morſus videri poſſit.Aptiſſimæ ſtomacho,neruis,iuncturis,& vniuerſo corpori. Corn. autem Celſus lib.4.cap.5. Cutiliarum,& Subcutiliarum inquit balneas frigidas,ſalutare remediũ eſſe in ea ſtomachi reſolutione,qua cibi tenax non eſt,ſoletq. deſinere ali corpus,ac ſic tabe conſumi. Hæc omnia ex antiquis auctoribus de his aquis accepimus. Quarum cum elapſis tot ſeculis,mutatiſq. adeò rebus,vix aliquod veſtigium,aut nomen remanſiſſet;demum nos collatis vndequaq; penes auctores ipſarum notis,ſimulatq; adhibito multorum ex indigenis iudicio,præcipueq. Mariani Victorij viri ſanè in omni literarum genere eruditiſſimi,& tandẽ Epiſcopi Reatini,qui hæc exactiſſimè in libris,quos ſcribebat de origine Italiæ,pertractauit;hanc eis lucem dare ſtuduimus. Incolæ nunc ipſum lacum Puteum Ratinianũ appellant. quamquam alij quidem Putei,minores quidem,ſed eiuſdem naturæ, & profunditatis item immenſæ,in eadem ora habentur, quorum vnum puteum Clarum nunc Incolæ appellant,

Lib.10. cap.3.

Libro 2. cap.97.

Libro 3. cap. 12.

Natura, ac facultates.

Ratinianus puteus.

pellant,

pellant, alterum verò ſub idiomate Brutum. Iacet autem Pnteus ille Ratinianus ad radices montis, non longè à Paterno caſtro. In quo omnia prædicta reſpondent, ſitus loci, lacus profunditas, ſapor aquarum: præter fluctnantis illius inſulæ ſpectaculum, quæ amplius non apparet, ab aquis (vt creditur) ipſis abſorpta, ſeu potiùs ad tollendam illam antiquorum ſuperſtitionem, de induſtria obruta, atque ſubmerſa. quod in multis alijs id genus aquarum ſpectaculis factitatum obſeruauimus.

Aquæ in Valle Sancti Marini in apud viam Flaminiam.

APVD viam Flaminiam, ſub præruptis Apennini iugis, quæ inter Iſaurum flnuinm, & Ariminum interſunt, circites milliaria xv. à mari ſupero, medicatarum aquarnm ſcatebræ habentur, quæ à vico, valleq. vel interdum à caſtro Sancti Marini, quod ex eis ab aſpera ſummitate montis præminet, cognominantur. Patet à Septentrione, vbi in decliui agello per æſtatem hæ aquæ ſtillatim emanant. Terra miſta, glarea, creta, tophus, & ad ſententiam Theophraſti, vbi vel nitrnm, vel ſal, vel alnmen ſobeſt, infructifera. Sunt autem aquæ perexiguæ, & vt credo ſtillatitiæ potius ex altis illinc montibus, quàm aperta alicundè vena: quare per hiemem vim ſuam amittunt nimium dilutæ pluuijs, ac magnis ſub ſirio feruoribus è decliuibus loculis exudant, vnde ſolent accolæ defoſſis ad genua ſcrobibus paulatim ſtillantes colligere, itaque in vaſis ad vſum potionum accipere. Apparent autem vbi in alneis ſuls cubauerint, colore, & conſiſtentia limpidæ, odore fumoſæ, tactu frigidę, ſapore ſubacri in primis, acparum adſtringenti, cum ſedimentis ex deſtillatione, quam ob nouitatem vſus experiri volui, guſtui ſalitis, & quæ ſuper ignem partim in flammas abennt, partim exiliunt, nirri, ac ſalis indicio. Ad hæc collatis à poſteriori experimentis vacuandi per aluum, & per vrinas, ſtatuimus harum aquarum mineram, in primis nitroſam, ſalſulamq. cum modica ferri adſtrictione. Adeoq. abſtergendo, ac purgando idoneæ cùm ſint, ac frigidæ, potantur vigente ſole ſub canicula, manè diluculo: bibunt ſemel crateras à ſelibra ad ſexquilibram, mox ſe quiſque dat in pedes ad excitandam excretionem, rebibunt, eunt, redeunt, ſemper creſcente bibendi aniditate, donec limpidas, & quales è fontibns acceperant, reiectent; cum ſciam qui exportatas etiam non minus admodnm valere aſſenerent, ac ad ſcrobes ipſas ebibitas. Operantur autem ad deſcripta Nitroſarum aquarum communiter, ac tanto efficaciùs, quanto ex ſalis acritate acuuntur, corroborantq. ex ferri miſtura. Quapropter in qnalibet intemperie, ſunt omnium membrorum nutritionis vitijs vtiles, hepatis, inteſtinorum, ventriculi, Renes, vrerum, ac veſicam purgant. Neque vim faciunt, ſed tetros etiam ſudores quibnſdam eliciendo, tam ea quæ in alto hærent. quàm quæ in ſuperficie extimæ cutis ſunt vitia exterminant, ac vitam ſanam idcircò his, qui crebras incurrere ſolent ægritudines, conſeruant. In quarnm laudem iam hæxaſticon ad me ſcripſit Ioannes Baptiſta Clemens Fanenſis, non indignum quòd incidatur in marmore, & inſpectum ad hæc balnea exponatur. Sic enim habet.

Minera.

Electio.

Operationes.

Ad vitreos propera fontes, lymphaſq. ſalubres,
Quæ grauibus morbis languida membra leuant.
Interiora etenim ſi corpora laueris vnda,
Produces vitæ tempora longa tuæ.
Paſce vndas igitur, neüe exhorreſce liquentes
Hauſtus, nam longum qui bibit, ille valet.

Aliæ in Æmilia purgatiuæ aquæ.

PORRO in eo genere aquarum, quæ anniuerſariam videntur habere originem, nec diſſimilem à prædictis operationem, eſt quædam porabilis aqua ſub Meldula Aemiliæ oppido, quam quòd nocte Sancti Laurentij ſingulis annis oriri dicatur, eam ſibi nomenclaturam comparaſſe prodidit Menghus Fauentinus, qui parum antè hanc ætatem ſuper aliqua Italiæ balnea breues edidit cenſuras. Ad vſum potionum medicatarum hanc vtilem aſſerit, per quindecim dies. nam ebibiram mox ſe ſubducere, laxare ventrem, ac ciere vrinas. Idem quatuor millia paſſuum ſub Fauentia, quandam eiuſmodi aquam commemorat, Sancti Chriſtophori nomine, ad cuius feſtnm, xxv. Iulij freqnentari aſſolet: & vt mos eſt indigenis, calfacere eas, ac bibere pro ſolutionibus ventris. Eſt enim frigida guſtui ſalſa, & inodora. Stomachum mundare, obſtructa aperire, calcúlos frangere, ventoſitati, & colicis opitulari traditur. Omnino ſimilis in potibus aqua ad caſtellum Durantis nomine emanat in Vrbinati, quæ anniuerſaria eſt, nam æſtate ſiccatur in totum, quod ſignnm eſt, non eſſe eius perennes venas, ſed ſupernè influentes deſtillare. Ad finem autem veris, quando incipit ſiccari, factis circum ſcrobibus leniter per nqctem ſtillat, ſalſula, ac ſubacris ex ferrugineo, ac ſcabro ſaxo colligitur, itaque tepefacta in potibus medicatis

Aqua S. Laurētij.

Aqua Sācti Chriſtophori.

FonsSanctus ad Caſtell. Durātis.

excipitur. Laxans Ventrem, ſiccans etiam infuſa diſenterias, ac per vrinas de more abſtergens.

Aqua ſancta Pelicana ſub oppido Monticoli in Picenis.

VT conſueuit fama dignarum rerum honeſtæ laudis excitare æmulationem, poſt aliquas à nobis celebratas aquas in Picenis, & quæ ſingulares in poſterum promeritæ ſunt hiſtorias; noua altera ſalubris aquæ ſcatebra comperta eſt ſub nobili oppido Monticoli nuncupato, ſex milliaribus, vel paulo plus à ciuitate Maceratæ diſtans. Quæ in prædijs hodie ſcatens Illuſtriſſimi D. Ioannis Pelicani, patritij Maceratenſis, ac SIXTI V. gratia nunc almæ vrbis Senatoris digniſſimi, qui hanc tanquam theſaurum diu abſconditum, reuocandam curauit in lucem: vtq. eſt omnibus in rebus munificentiſſimus, eam nouo fonte excepit; merito ſibi Pelicani adſciuit nomen, quaſi Pelicani auis Aegyptiæ more (vt meminit Diuus Hieronymus) gratuitus omnibus, ac ſalubres præſtans vtilitates. Emanat autem (quod notabile eſt) ſub edito colliculo, qui eum ædiculæ veſtigio, à Iano antiquo nomine cognomentum ſeruat: vnde non rarò inter fodiendum per illos agros inueniri ſolent numiſmata, cum bifronti Iano, ac roſtrata à tergo naui conſpicuis. Ea autem cùm ex veterum traditionibus in aliqua extitiſſet opinione ſalubris aquæ, vt ſolent pleriq; hominum in diuturnis præſertim morbis, pro communi refugio, vel noua tentare, vel extrema aliqua experiri auxilia; fuerunt non multis ab hinc annis, qui inueteratis articulorum morbis oppreſſi, nec alio adiuti præſidio, ad has aquas delati, ac (vti moris eſt) partim in potibus, partim earundem balneis in ligno ſolio adhibitis, & illico ſub calenti ſole eius fontis luto, non multis poſt diebus incolumes, ac proprijs etiam pedibus ad ſuos remeauerint lares. Quod exemplum ſecuti complures alij patientes, qui ſimiliter vel articularij eſſent, vel paralytici, ac nonnullæ item mulieres, quæ vterinis, ac magnis circa ventrem inflammationibus tenerentur; aliqui vel ſolo eius aquæ potu, & per ventrem modicè, & per vrinas largius expurgati, alij & balneo ſimul, & luto adhibito, nullo alio opus habuere præſidio. Sic alijs longam alui ſtipticitatem hæ aquæ emendauerunt, alijs craſſiſſimam hepatis vitio perſanarunt ſcabiem, atque diuturna etiam in articulis, & in pedibus vlcera. Vt fuerit quidam inter alios, qui ex punctione (vt ſuſpicio fuit) venenoſa, iam inito de totius illius membri abſciſſione conſilio; ſed calentis primùm eius aquæ balneum, fotumq. expertus, repetitumq. conſanauerit in totum. In ſumma ad dolores quacunque ex cauſſa frigidos, ac tumores id genus extenuandos, inuenta eſt hæc aqua & potu, & balneo, & luto magnam habere efficaciam. Natura (vt ex relatis experimentis, diligentiq. ipſius aquæ examine compertum mihi eſt) non diſſimilis videtur à iam præſcriptis Sancti Marini aquis, de luto ad Sanctum Caſſianum. A primo circiter gradu exſiccans, modicèq. calfaciens; nam ſicco eſt in acrem inclinans ſapore, & cum aliqua (vt omnes putant) ferri adſtrictione, cæterùm nullo odore, nec actuali calore, aut vlla qualitate excedens, ſed colore, ac ſubſtantia limpida. Et quamquam potu his, qui ſimpliciter bibiſſent (vt meſſoribus vſueuenit, & operarijs) ſtomacho grauiuſcula ſentiatur; ex imbibita tamen aliqua vel Nitri, vel Chaleanthi materia, quam ex reſiduo decoctæ aquæ ad extremam conſumptionem agnouimus ſalſuginoſam, tantæ tenuitatis ſubſtantiæ eſt, ac abſterſoriæ virtutis, vt ex inſtituto ſimilium aquarum medicatarum ebibita, & per vrinas, & per aluum egregiè purget. Quare, pingues extenuat, vrinarios tergens meatus, atque vterum, per inteſtinaq. præuias deijciens ſuperfluitates, à calculo, ac arenulis hominem vendicat. Vtilior ſi medicamenti vice, aliarum abſtergentium modo præcalfacta, à libra ad tres libras, vel amplius bibatur. Nec ſecus in balneis, niſi calfacta poteſt eſſe vtilis, præſertim in frigidis affectibus, & quæ non magnam alioqui obtinet calfaciendi virtutem. Ac lutum ſimiliter ſub calenti ſole adhibendum, tota æſtate vtile.

Origo, & Inuentio — *Collis à Iano.* — *Minera, & temperamentũ.* — *Operationes. Vſus, & electio.*

Potulentæ in Baianis.

IN Baianis autem, ac Puteolanis, præter communem, quam narrauimus ex incendijs calamitatem, vnde pluri ex parte derelicta ſint, quæcunque ſit vel inuidiæ quorundam, vel negligentiæ cauſſæ (parcant aures eorum qui melius ſentiunt) non ſunt adhuc qui ea balnea, inſtaurari curauerint. Nec mirũ, cùm neq; à iunioribus, antè nos recognita ſatis illa loca legamus. quare nos ſecuti nunc quas Ioannes Eliſius, & Franciſcus cognomento Lombardus Neapolitani medici ſcripſerunt, de ſuis balneis Paraphraſeis; exactam ſingulorum recognitionem, aut integram hiſtoriam relinquemus his, qui propriam quorumcunque ſuſceperint tractationem; ac in compendium dumtaxat recenſebimus præcipua. GIBBEROSI quidem, quæ vocatur aqua, potabilis quidem, ac ſuper aliam quamque in renibus iuuandis efficaciſſima perhibetur: meatus vrinarios aperiens, abſtergens, firmans, arenulas, muco-

Communis Puteolanus & Baiana rum cenſura. — *Gibbero. ſi aqua.*

mucoreſq. in his locis hærentes extrudens. Fluores muliebres ex locorum imbecillitate mirificè ſiſtens.

Bracchula.

Bracchulæ item fons in nitratis ponitur, qui tamen ære ſimul atq; ſulphure non mediocrirer participet. Quam ob rem non adeò ſoluit, ob ſulphuris tenacem ſiccitatem, temperatè calfaciens. Ex natura æris groſſas fances ſubtiliat, broncocelas vocant, raucam vocem ebibita claram reddit, oculis, & cæterorum ſenſuum vitijs opitulatur. A longis ſebribus præter hæc liberare creditur, quo tamen in caſu cautè admodum, ac opportunè miniſtranda veniet.

S. Georgij aqua.

Nitroſa item eſt Sancti Georgij nuncupata aqua, ac lapidem frangens.

Pugilli aqua.

Eſt & alia huic proxima Pugilli nuncupata, quæ vel eo nomine inſignes meruit laudes, quòd ſolutum quapiam alia ex cauſſa ventrem adſtringere valet, ac hæmorrhoidarum fluores. Calidam nimirùm, aeremq. intemperiem remouendo: quare nec fortaſſe à ferro abſoluitur, quemadmodum ſunt ad ea confina Solis & Lunæ, & Imperatoria vocata balnea, quorum inter ferratas mentionem faciemus. A longis pariter febribus liberat.

Succellaria.

Succellaria autem aqua, quæ ad margines emanat Auerni lacus, diluta viſitur, & ſubalbida, ſapore brodij. Vrinas prouocat, arenulas pellit, lapidem frangit, renes mundat, ac roborat. Omnes faciei, cutiſque vniuerſæ delet maculas, dentes & gingiuas confirmat, appetentiam excitat, pulmoni, iecori, & lieni accommodat. Exhilarat, ac lentas febres perſanat.

Electio.

Aeſtate omnes communiter eliguntur, minus ſub Canicula ob nimiam eius regionis calorem.

Potulentæ in Puteolanis.

Crypta fons.

SVBINDE in Puteolanis, Cryptam vocant in hoc cenſu fontem, non longè à radicibus Gauri montis, quem barbarum hodie nominant. qui vt natura ſoli arida, vegeta tamen ob ſulphureos, quibus ſcatet halitus, Gauranum olim nuncupatum vinum producebat Falerno proximum; ita nunc aquas habet in potibus medicatis perutiles. Hæ ſapore dulces ſunt, limpidæ, inodoræ, operationibus Nitroſæ, ac gelidæ, quamobrem excalfactæ commodiùs ſumuntur. Refrigerant potentia, thoracem leniunt, pulmonarios iuuant, tuſſim mitigant, iecori, ventriculo, ac omnibus viſceribus benefaciunt: niſi quis aut de malo habitu, aut de Hydrope ſuſpicetur: replent enim breui temporis proceſſu, atq; impinguant, calidis ac ſiccis potiùs affectibus, quam frigidis, aut laxis idoneæ.

Iuncaria.

Iuncaria porrò, quæ haud longè à Crypta ad oram maritimam inter iuncos emanat, pariter ebibita impinguat: viribus nimirum non languidis, ac cibis boni ſucci exhibitis. Vnde & Venerem iuuare dicitur, renes confortare, chronicas febres decernere.

Fontanalis.

Fontanaliã verò aquam, quam ſub nullius mineræ cenſura, definiunt, Nitratam quoq; à poſterioribus conijcimus. Qua propter eadem ferme auxilia præſtat, quæ Crypta, ac Iuncaria: nam ventrem laxat ebibita iure balnei, nec ingrata vllo eſt aut ſapore, aut odore. Fit autem vulgo celebrior, quòd lac mirificè multiplicare perhibetur, impinguareq. corpora, ac ſoporem inducere; bituminis (vt arbitror) participatione aliqua, vt tales ſunt multæ in his locis, ac mirabiles.

Petræ aqua.

Quæ verò à Petra cognomentum habet, hanc ſibi præcæteris mirandam prærogatiuam vendicare viſa eſt, quòd harenulas ebibita pellit, & calculos confringit. Partium valdè ſubtilium, ex aliqua æris portione cum Nitro, quam ob rem oculorum caligini, ſuffuſionibuſq. auxiliatur.

Plaga aqua.

Proximus huic, nec virtute diſſimilis fons Plaga.

Balneolũ.

Multo autem vſui hodie eſt Neapolitanis Balneolum: ſanè ob præclaras virtutes, quibus viſcera roborat, & caput, & ſenſoria omnia. Et quod maius eſt omnem chronicarum febrium materiam paucorum dierum potionibus diſpergit.

Aqua S. Anaſtaſię.

Ad Monaſterium S. Anaſtaſiæ, defoſſa ſcrobe in harena ipſa littoris, aqua erumpit limpida, ad eoſdem vſus celebrata, quos in proximis Plagæ, & Petræ fontibus diximus.

Adintorij bal.

Olim hic Adintorij balneum.

In horto Domini.

Vltima in horto Domini Epiſcopi, quæ & ad Sudationes, & in balneis ſumitur. Omnes media æſtate eliguntur, cùm aliquæ ob regionem adeò ſub ſole apricam, verè etiam ipſo idoneæ ſint.

Succellaria aqua in Aenaria inſula.

IN Aenaria autem inſula, vbi multas aquarum ſalubrium venas recenſuimus, Succellaria altera, prædicta iam in Baianis valde ſimilis reperitur. Quippe aqua limpida, & ſuauiſſima, ad omnem veſicæ affectum, qui præſertim obſtruendo cruciare ſolet, efficaciſſima.

Nitroſum

Nec procul Nitroſum cognomento aliud dicitur balneum: quòd calorificæ alicuius materiæ copiam, præter Nitrum ipſum, obtinere: illud planè indicio eſſe poteſt, quod tactui valde calet. Ventrem ſoluit in potibus, ac vias vrinæ abſtergit. Vt de his exiſtimem, intellexiſſe Plin. lib. 31. cap. 1. & Strabone lib. 5. quippe aliquas in Aenaria aquas Nephriticis, ac hyſtericis mederi, calculorum vitia, ac arenulas tollere.

Operationes.

Sicut & Plaga aqua, qui cum Nitroſa hæc naſcitur, inter ferreas enarranda.

Bal. Paganelli in Viterbien.

Paganelli autẽ aquæ ſecundas obtinent in Viterbienſibus laudes:ſanè quę à Grot-
ta celeberrimæ aquæ tùm naturã,tùm virtutes æmulentur,ex Nitri natura limpidæ, iucun-
dæ,& potulentæ, & quæ prima earum prærogatiua eſt virtutem habent inſignem ſoluendi,
ac prouocandi vrinã. Ob quæ tria indicia Nitroſas eas à prædominio Sauonarola poſuit.
Minera. Menghus Fauentinus Nitroſas pariter dixit, cum ſerri tamen admixtione, atque aluminis.
Operationes. Alij æneas. Membra nutritionis præcipuè iuuant in potibus, deiectam appetentiam inſtau-
rant,adeoq. ventriculi villos corroborant,vt Hectica etiam laborare incipientem,earum
vſu perſanari poſſe exiſtiment, auctor Sauonarola. Aluum (inquit) laxant, viſcidas hu-
miditates educunt, menſes pariter, ac vrinam mouent, vterumq. glutinoſo phlegmate
expurgant. excitant hæmorrhoidas, interna apoſtemata curant,& matricis præſertim vi-
tia; vermes interficiunt, & craſſas purgant ſuperfluitates. Vtiles in potibus poſt aquas à
Tritolæ aquæ. Grotta prædictas,& in clyſterijs. Porrò hoc etiã in cenſu Tritolæ ſub Viterbio aquæ com-
memorantur, harennlis, calculiſq. extrudehdis comprobatæ. Quarum tamen nunc locum
me vidiſſe non recolo. Eliguntur per æſtatis initia, atq; autumno.

Aqua Borra in Senenſi.

Est autem aqua Borra in Senenſi agro apud vetus cœnobium S.Sani,ſuper Arbiam am-
nem,vbi è fiſſo,rimoſoq. ſaxo,pluribus veluti fiſtulis ad vſum potationum excipitur. Aqua
limpida quidem, potui tamen primo hauſtu iniucunda, ſtomachum ac ventrem inflans,
Minera. vnde ſibi apud vulgus Borræ nomen acquiſiuiſſe viſa eſt. Vel potius,quoniam excitata ve-
hementi exercitio aqua (vt moris eſt) valenter aluum expurget,ſubinde vrinas,& nonnul-
lis etiam vomitum excitans. Quam ob rem rectè à Sauonarola Nitroſa ponitur,& ſoluti-
ua;partes tamen habet bituminoſas;quas purgando vtiles commendant veteres,quod & ſa-
pore magis reſiccante, atq; odore deprehendimus,& ex ſegni operatione: vnde aſſolent qui
ea vtuntur,alternatis eam diebus ambulantes accipere,& antè ſolem, ſub diebus caniculæ.
Electio. Vſus olim erat & in balneis modicè ſcilicet exſiccans,ac ſubcutanea delens vitia. Sed non
eſt hic locus balnei,niſi ad priuatos uſus deferatur,ac calefacta in domeſtico ſolio adhibea-
tur, ſicut & in potibus delatam quidam exhibendam laudant, quanquam non modicè exui
Operationes. naturali oirtute compertum ſit. Omnino in potibus operationes præſtat quales cæteræ
mediocriter abſtergentes,utiles idcirco & mulieribus,& ſenibus,& conualeſcentibus. qui-
bus præſertim lentæ ſuperfluitates ex aliqua redundant infirmitate,circa nutritionis mem-
bra,& inteſtina,quæ leniter ebibita abluit, ſicut & urinarios terget meatus, appetentiãque
reuocat,nauſeamq. ac uomitiones compeſcit. Sanis, & quos uidi plurimos ad huius aquæ
potiones accedere per æſtatem,facit ad tuendam ualetudinem,poſt mediam noctem ebibi-
ta,nam ſole aduentante (ut aiunt) deficit uirtute, quando noctu concentrata, largiùs per
aluum, per uomitum, & per ſudorem operari experti ſunt. quæ laborioſa tamen purgatio
eſt,& non niſi ſtomacho ualidis concedenda.

Aqua Borra altera in Florentino.

Altera aqua Borræ nomine,& eadem facultate eſt in agro Florentino 24.mill.ad op-
pidum naſcens M.Varchij.Quę à Mengo tãtùm Fauentino deſcripta,ut fuit tamen antiquio-
ribus,& in uſu etiãnum medicis Florentinis percelebri;id certum argumentum eſt, dignio-
res hanc,quam prædictam in Senenſi obtinere in ſuo genere facultates,& fœlicis magis, ut
ſum expertus,operationis. Itaq. uix hodie quempiam,à longa præſertim infirmitate con-
Vſus communis. ualeſcentem,& præſertim mulieres præclari illi medici relinquerent, quibus, ritè peractis
cæteris purgationibus, non aquæ Borræ ſubinde pocula per quinque uel amplius dies de
more bibendam exhiberent. Quam in mulibribus affectibus, in colicis, ac nephriticis ha-
bent pro familiari præſidio,quod laudo, ſi cui præcipuè opus eſt,uel Tettucij aquæ, uel ali-
cuius eiuſmodi curriculum præbibendum detur,quæ magis ſcilicet abſtergendo ſit.Proinde
Minera. de Mineris, conuenit mecum cũ Mengo, ſalſilaginem quandam ex harum aquarum elam-
bicatione relinqui: & quales in omni ferè minerarum aquarum genere ſubſidentiæ appa-
rent, eam tamen non tàm ſalis, quàm tenuiorem potius nitri ſubſtãtiam continere cum ſa-
lis atque aluminis aliqua participatione. Quare neque hæc, neq; altera Borra aquis mon-
tis Catini comparanda: quæ apprimè ſalſa eſt, ac maiorem haud dubiè obtinet abſterſoriã
facultatem: nec Caldarianæ, quæ calidior uel ipſo nomine eſt, ac ferri magis cum ſulphu-
re naturam(ut ipſe fatetur)ac ſuis locis poſteà dicetur,participat.Sed hanc ſui generis de-
cernimus,primò Nitroſã,deinde ſalſam,& cum modica uel aluminis,uel potius bituminis,

unde

unde Borra dicitur,adſtrictione.Ideirco maior in hac,quàm in Senenſi uiget abſtergendi facultas,tàm per aluum,quàm per vrinā:& quod huic ſingulare eſt,cùm ſine vlla ſenſibili corporis læſione operetur,non mirū,quin eam conualeſcentibus experiamur idoneam. Mundare promittit vias communes, ac inteſtina, & renes,& corroborare mediocriter nutritionis membra ad ſuas functiones, & hepatis præcipuè arq; ſtomachi permutare complexionem, in melius,etiam plus æquo calidam. Tota æſtate vtilis,& in priuatis,vt vſueuenit, balneis attemperata,omni tempore conueniens. Facultates. Operationes. Electio.

Nitroſæ aquæ in Volaterrano.

AD Lecciam Caſtellum in Volaterrano,Nitroſæ quædam emanant aquæ,quæ, præter id genus aliarum virtutes, hanc ſingularem habere perhibentur, vt quæ ſteriles mulieres eas ebiberint, efficiantur in poſterum fœcundæ. Nec mirum (vt de Paganelli aquis iam diximus)humiditates vteri digerendo, abſtergendo, ac membra ſubinde ipſa alia quapiam facultate confortando. Ventrem inaniunt ebibitæ,vrinā ducunt,hydropicis,œdemaroſiſq; tumoribus vtiles.

Nitroſæ aquæ in Germania.

DE Germaniæ autem balneis,laudatiſſimum eſt inter nitroſa balneum Antegaſtam, iuxtà Opponauam oppidum,non procul ab Argentina. Habet autem tùm Aluminis,tùm Sulphuris quidpiam commixtum, ſimile admodum noſtris Albulis. Quocirca, (vt aſſerunt) vrinas ducit, aluum ſoluit, renes ac vritides meatus aperit, abſtergitque, quam ob rem ad infeſtantes in his locis paſſiones multam efficaciam habet. Capiti,& omnibus ſenſorijs auxiliatur,abſceſſus,ac vlcera antiqua perſanat: Niſi quia occultā cum ſtomacho repugnantiam habere videtur,nam ipſum non iuuat admodum. Operationes.

Reliquæ nitroſæ.

NITROSAE inſuper ſunt in Ducatu Vuirtembergenſi ad Martianam ſyluam. Et item Vuisbadenſes aquæ in Sueuia, cum aluminis, atq; etiam ſulphuris mixtura. Laudatiſſimæ porrò ad Tigurum, de quibus inter æneas faciemus mentionem. In Alſatiæ aliæ, & aliæ ad confinia lacus Podamici. Tungri quoque in Gallia Belgica aquæ, Nitri admodum participant natura. Qua propter ſubſtantia ſunt tenuiſſimæ, ac valde abſterſoriæ. Purgant corpora (vt de eis ſcribit Plinius libro 31. cap. 2. quod & nos vſu comperimus) calculorum vitia ſanant, febres diſcutiunt. Sunt autem ferruginei ſaporis, quam ob rem de eis ſermonem inter Ferratas diſtulimus. Porrò in Italia, ferè potabiles quæcunque balnearum aquæ,Nitri aliquam obtinent portionem. quales aliquas iam recenſuimus in Salſis, & alias dicturi ſumus in ſequentibus,& Atramētoſis, Aeneis, Acidis. Porrò ſub Nitroſarū cenſu deſcribi poſſunt multæ aliæ,plus minusuè abſtergentes,& etiā ſub ſalſis comprehenſæ, & quas addidimus cum ſulphuratis ad Pruſas Gal. aquas in Bythinia, nunc apud Turcas,& Conſtātinopolitanos purgandis verè corporibus celebres quāquam & antiqui vſus.

De Salnitratis aquis. Cap. VII.

NVNC de Salnitratis aquis loquemur: quarum tractatio haud quidem extrinſeca hic reputari debebit, & quæ forſan opportunè magis ad artificialium conſiderationes relinquenda eſſet. Conſecutione enim ſaltem nominis, poſt Salis, & poſt Nitri aquas,de Salnitratis dicendum erat: præſertim quia in his non modica eſt naturæ dignitas, & aliqua etiam ad vſum noſtrum neceſſitas. Eſt enim aſſecla ipſius naturæ ars,& veluti adminiſtra illius operibus:vnde niſi aquas ex Sale nitro meras naturales habeamus;parum tamen abeſt,quin Salnitrum ipſum natiuum dicamus, ſicut Sal, & Nitrum. Scribunt nouiter Germani quidam, reperiri terreni genus apud Saxones, quod ad ſuperficiem ſolo farinæ inſtar conſperſo albicat, ac eiſdem infra venis luxuriat, ex quo faciunt ſalnitrum. Quanquam equidem non credo hanc ſyneeram eſſe ſalis nitri materiam; ſed aut putrefactam quampiam bituminis ſobolem; quo maximè tota Saxonia abundat. Aut potius fimi genus,qualem vidi propè Fabrianum oppidum in penitiſſima crypta,quam obſcuram vocant, ſub Apennino; vbi noctuarum myriadibus pernoctantibus, ex congeſto ibi,ac antiquato multis annorum centeſimis earum ſtercore,theſaurum ſalis nitri colligerunt inæſtimabilem. Tali fimi genere, ac fœcunditate ſcatere audi immenſam cryptam propè Vulturenæ fines, quà ad Rhetios tranſitur, patentem quidem longiſſimè, ſed ex noctuarum multitudine inacceſſam,vt extinguant etiam luminaria. Ac talis fortaſſe ea albicans, Salnitri materia. Crypta obſcura.

cans, ac putris materia apud Saxones. Vel alium ſcilicet ſtercus, vel quadrupedum aliorum, quæ ibi diutiſſimè pernoctauerint, vel magnæ forſan alicuius ibi cladis cadauera, quæ eam terram hoc pingui tabo fœcundauerunt, adeo natura nihil tandem finit eſſe inutile. Quo loco operæpreciũ eſt ob artificium ſalis nitri nouum, & ob qualitates eius non adeò exploratas, nec ſcriptas adhuc in aquis, perſcrutari eius naturæ aliqua, & quidem admiranda.

Salis nitri ars.

Fit ſalnitrum hodie ex acerrimo lixiuio, quod excolatur ex fimo eiuſmodi, ſtercoreùe antiquato, vel putri etiam cæmeteriorum macerie, terriſq. ſimul ſtudio quodam computreſactis, affuſa pluries in tinis ligneis eadem aqua: coquitur hoc lixiuium in magnis caldarijs, fitq. ſalnitrum longis ceu ſalis ſtirijs in fundo vaſis concreſcentibus. Hoc autem guſtui acre eſt primo ſenſu, mox acerrimum, ſtomachum ſubuertens, ac inteſtina erodens.

Salis nitri vſus.

Quod vſu quidem iam nimis eſt notum in bellicis tormentis, ac bombardis, quibus iam vana facta eſt Iouis Tonantis ſuperſtitio, ac antiquorum bellica inſtrumenta ridicula. nam incomparabili huius pulueris impetu, ac fragore plus, quàm fulgurante Ioue, didicit gigantea huius ſeculi ſæuitia, nõ inuictà ſolùm vrbiũ propugnacula demoliri, nulla valent turrium munimenta, non ferrum, non ſeptemplices loricæ tanto turbini obſiſtere: immò anſit iam vel metallico etiam montes diſſipare, mari, ac terra viam inuenire.

Puluis bõbardicus.

Qui mirandus quidem Salis nitri effectus eſt: illud verò admiratione dignius, ac ſcrutatu difficile, quod Salnitrum contrarios adeo & cum aqua, & cum igne prodet effectus. In puluere enim bombardico, quod ex ſalenitro conficitur, ſulphure adiecto, & carbone, adproximato dumtaxat igniculo accenditur. ac non tàm ardet ipſum, quàm diffunditur repente in flatulentum, ac vehementem ſpiritum: quæ ipſius ignis facultates ſunt, eæque conformes iſtius pulueris miſturæ. Contrarij tamen effectus viſuntur in aquis: nam adfuſo ſimpliciter in aquæ peluim ſalnitro, aqua ipſa breui ſpatio frigidiſſima fit, ſuper omnem gradum frigiditatis.

Aqua ſalnitrata frigidiſſima.

Cuius diuerſitatis aliquam nobis viam, ad indagationem cauſſarum, præbet conformis ex plumbo effectus, quem ponit Galenus 11. de Simpl. med. fac. Quippe aquam frigidam ex plũbo agitatam in vaſe item plumbeo, frigidiorem multo fieri: ita oleum, vinum & quemcunque liquorem. quod nimirùm Plumbi naturæ tribuendum eſt, aqueæ, ac terreſtris ſubſtantiæ, frigidi, ac humidi ſecundo gradu.

Aquam plumbo agitatam fieri frigidiorem. oleum, vinum.

Maius verò hoc Salis nitri miraculum eſt, quomodo tam cum igne, quàm cum aqua, actiones, præſtet adeo contrarias, & in extremo, vt cùm in igne ignis fiat, cum aqua verò aqua frigidiſſima. Pertinet autem problema ad ſympathiam, & antipathiam rerũ, in quibus tamen rationes dare conabimur naturales.

I Omninò inquam non videtur dubium, fermè omnia contrarijs qualitatibus eſſe prædita. Itaque idem poteſt haud dubiè diuerſa operari; quod in medicinarum Simplicium operationibus infinitè patet, Galeno etiam auctore.

II Et præterea

III vnum & idem non habet eandem rationem in agendo, & patiendo ad vnam rem, quam habet ad aliam: vtrarumque enim actio, ac reactio fiet, fed diuerſa; vt ſalis nitri ad ignem, & Salis nitri ad aquam. Et in his tribus ſuppoſitis conſiſtit tota ratiò diuerſitatis horum effectuum Salisnitri. Quæ ad leniendam difficultatem, plana fiet aliquibus experimentis rerum, & ſanè cauſſa manifeſta in oleo, in quo triplicem ad propoſitum noſtrum experimur diuerſitatem. Oleum cum aqua nunquam commiſcetur; cum vino melius; cum lixiuio fit vnum corpus, & illud acre, & calidæ facultatis: ob ſubſtantiæ nimirum conformitatem vel diſſenſionem, quam habet cum vno, & non cum alio.

Oleum quibus admiſcetur.

Sed de Calce magis conſona ſunt ad rem noſtram exempla; quæ actu frigida, potentia tota eſt ignis. Calx aqua infuſa diſſoluitur, ac ſummo ebullit feruore: oleo admoto, vel infuſo non miſcetur; immò ſi tandè diſſoluatur, ſeruat ſuas vires, & à medicis cum oleo vſurpatur pro cauſtico.

Calx cũ aqua, oleo, & albumine.

Si verò Calx cum albumine oui adhibeatur, repentinam, videbis fieri inuicem aglutinationẽ: calx enim adeo in ſe totum abſorbet albumen, vt illico adurat ipſum, fitq. ſi ipſo momento temporis adhibeatur, glutinum coniungendo confracto vitro, ſiue teſtaceo vaſi, tenaciſſimum. Quorum omnium cauſſas tùm ad contrarias eiuſdem rei qualitates referenda eſt, tùm ad diſſimilitudinem, diuerſamq. rationem, quam idem habet cum vna re, & non cum alia in agendo, & patiendo.

Calx cur aqua diſſoluitur.

Si quidem calx, infuſa, vel admota ſubter aqua diſſoluitur, ac incaleſcit, ob diſſimilitudinem ſubſtantiæ, inquit Fracaſtoreus. Adde manifeſtam & immediatam cauſſam, ob pugnam, quæ excitatur inter hæc duo contraria, aquam, & calcem, ſiue (melius) inter igneas calcis partes, & frigidas aquæ qualitates. Nam aqua incaleſcens à parte ignea calcis, ſtatim vaporat: vapores multiplicati dilatant, impulſuq. ſuccedentis aquæ, pellunt quem proximè attingunt aërem: ſic pars partem pellit, aër facillimè euolat, aqua ſuccedit in poros, & vſquequaque per minima ne detur vacuum. Hinc aqua incaleſcit, incaleſcit, & Calx educta calorifica qualitate eius de potentia ad actum. Calx diſſoluitur ſeiunctis propter humiditatem introductam eius particulis, ac aqua, & aquæ vapore penetrante totam. at verò Calx cum oleo non excitatur ad vllam actionem, & pugnam, quia habent inuicem

Oleũ cũ calce cur vnitur.

aliquam

aliquam communionem : vnde oleum quia non eſt vaporabile, & facilè cum calce vnitur, ſeruat illi ſuas qualitates,& In ſua acritate viſcoſitatem. At albumẽ eſt & ipſum viſcoſum, & non vaporabile, ſed ob oppoſitas calci qualitates ſuas frigidas, atq. humidas, admotum facit exalare calcem, in cuius potos non ſuccedente albumine, quia albumen non vaporat, calx repente ſe totã immergit,& concorporat in albumen, ne detur vacuum. atq. ipſo momento temporis trahit quoque ſecũ, agglutinatq. in ea forti vnione partes contracti vaſis.

Calx cur albumini adglutinatur.

Per hæc exempla, iam de citrarijs Salis nitri facultatibus, minor videri poterit difficultas. Primùm quidem videtur Salnitrum in genere ſalſugineorum eſſe, vne facilè in aqua ſoluitur. hoc non eſt dubium. Potrò ex effectibus adeo diuerſis cum aqua, & cum igne, planè patet Salnitrum tranſire, ac ſolui in aquam ſimpliciter : conflagrat autem non ſimpliciter, ſed mediante ſomite ſecum, quod eſt ſulphur, totum ſubſtantia, ac virtute igneum ; & mediante carbone, qui exſiccat nimiam Salis nitri humiditatem, attemperatq. puluerem ipſum, vt conflagret facilè. Ergo fatendum eſt Salnitri ſubſtantiam partib. conſtare contrarijs, aqueis quidem plurimis, frigidiſq. in actu, vnde totum ſathiſcit in aquis, & partibus ſubinde igneis, atque acribus, vnctuoſiſq. quas ſibi ex fimo, & eius acrimonia coutraxit, & per quas eſt in potentia ad ignem. Penes hanc naturæ Salis nitri conſtitutionem, reddenda eſt ratio ad illas difficultates. Primùm vnde eſt, quòd Salnitrum ardens tàm magnam faciat violentiam, ac vaſtum impetum. Deinde cur affuſum in aquam, eam refrigeret tam repente, immò frigidiorem ſtatim reddat ipſam, quàm ſi glacies affunderetur, quod videtur contrarium, cùm glacies ſit ſummum frigidorum, & Salnitrum conſtet partibus igneis.

Salnitrũ eſt in genere ſalſugineorum.

Natura.

Ad quæſtiones.

Ad has difficultates, præter Salis nitri naturalem diſpoſitionem ad ignem, & ad aquam, vtrobiq. quædam violentia intercedit, & vtrobique intelligitur maxima. Quantum ad primam, violentia fit, eaq. incomparabilis, niſi in fulgure, fitq. ex parte ſubſtantiæ aqueę, ac frigidæ Saliſnitri, quæ non eſt apta nata ardere, ſed coacta vi ignis ſuperantis, repente vertitur, ac exilit in naturam mediam aquæ,& ignis, ideſt in flatum. Ergo in Salenitro fit violentia, ſed effectus eſt totius pulueris ſimul. Nam ſulphur arripit ignem, ignis in Salenitro violenter excitat flatum, flatus vrget, ac dilatat incendium, incendium quia vi excitatur, & repente, facit impetum & fragorem. Vbi ad extremam illam, quam edit ſtragem triplex concurrit violentia: prima eſt ipſamet ignis, altera vrgentis flatus, & tertia ex anguſtia loci, vnde vehementia ignis non inueniens exitum, nec locum vbi ex ſui natura diffuſiſſimè dilatetur, aut frangit vas, aut totam vim conuertit in obicem globum, quem expellit tanto impetu naturæ, vt montes frangeret etiam metallicos. Ad alteram, Salnitrum fathiſcit in aquam, nam aqueæ naturæ eſt: infrigidat ipſam, quia actu frigidum; citius denique, ac fortiùs infrigidat quàm glacies; ob violentam antiperiſtaſim, ac extinctionem partium calidarum ab ambiente aqua, ac prædominante in ea humiditate. Hæc mihi videtur Saliſnitri, ac ſalnitratæ aquæ natura.

Ad primã

Ad alterã

Vſus ſalnitratæ aquæ ad infrigidandum.

NVNC cuius vſus ſit : Sanè quoniam hæc aqua exactiſſimè frigida eſt, nulli idcirco functioni naturæ eſt vtilis, & vix vlli medicationi idonea. Niſi fortaſſe alicuius ſit vſus extrinſecùs adhibita : quo tamen modo neque occurſus eius humano corpori abſque noxa fit, ob exactam frigiditatem, inimicam naturæ calidæ. fortaſſe minus incommoda videri poterit hæc aqua, vbi per inſtrumenta quædam ſummè refrigerare eſt opus, vt alimenta, vel pocula. Qualis nouus vſus, idemq. laudabilis eſt apud nauigantes, qui vt comites, nauium, ac duces, inter æſtus nauigationis ſuauius bibant, vina concuſſa motibus, ac ſub cæli ineuitabili calore concalefacta, ſtannatis œnophoris in magno aquę labro, dilutæ ſalnitro infundunt, frigidiſſimumq. vinum ſubinde diſcumbentibus propinant. Quem morem iam primarij quoque in vrbe Roma, ac Neapoli cæperunt, traxeruntq. in abuſum, qui in lautis menſis vix viderentur ſuaue bibere, niſi vinum ex amphoris, ac phialis cum nitro huiuſmodi prægelidum paraſſent.

Vinum ſalnitrata aqua refrigeratũ

Infrigidare vinum cum glacie, modus antiquior eſt, quem vſque a Neronis tempore inuentum apud Suetonium legimus : nunc per hanc aquam ſalnitratam celeriùs (vt dixi) infrigidant, ac bibunt ſuauiùs. Quare cùm non deſint Romæ qui hunc morem damnent, ac minus ſcitè accipiant (nullo enim ſaliſnitri vitio deteſtabilis eſt) quis tamen vim prænimiam frigoris illius ſuſpicabitur, ne quidpiam detrimenti exinde vinum corripiat. Mihi verò non maius hinc detrimentum videtur timendum quàm quod à conglacialibus, frigidiſq. alijs aquis contrahi videtur; quædam ſcilicet meri illius ſaporis in vino mutatio, pro introducta illi frigiditate. Veruntamen inconciliata quorundam cupiditas diſſimulari non poteſt, qui dum pulmonum ſiccitati indulgent, ac auidæ frigidos cyathos generoſi alicuius vini ingurgitant, parum crudæ illius frigidæ qualitatis nocu-

Infrigidatio cum glacie.

Nocumẽta potuũ frigidorũ

nocumenta timent. Quæ inimica naturæ eſt, teſte diuino Hippocrate, inteſtinis aduerſatur, thoraci, hepati, neruis: vnde Colicæ gignuntur paſſiones, cruditates, lapides, iunctorarum dolores, vrinæ difficultates, aliaq. id genus vitia, quæ audini imperitum medicorum vulgus in adulationem principum, Tyberinarum aquarum potibus imputare, Qui manifeſtæ potius eorum culpæ admonendi eſſent: cùm ſint maximè qui ex mala hac conſuetudine, non vina ſolùm, & fructus, & fercula aliqua ſalnitrata aqua, vel glacie infrigidant, media etiam hieme; verùm quoq; & pocula medicinarum. Qui intolerabiles ſunt pro medicinæ ſeueritate errores, atque hoc in totum periculo ſunt deteſtandi, quòd frigiditas, etſi non lædat aliquandiu, pro conſuetudine, ac forti calore ventriculi aliquos; ſuo tamen exceſſu, atque abuſu non poteſt niſi abbreuiare vitam. quæ & maiora frigidarum potionum diſcrimina commodiore loco explicuimus.

Frigidas abuſu, atque exceſſu abbreuiat vitam.

De aluminatis aquis naturalibus. Cap. VIII.

Lib. 5. c. 89.

ALVMEN quoque ipſum quędam terræ ſalſugo intelligitur. Simile admodum naturali Nitro: vt commune videmus alumen, album, ſplendidum, roſeo foris colore, & ſpongioſum; quibus item notis à Dioſcoride Nitrum deſcribitur. Simile & artificio, quo diximus Salnitrum noſtrum hodie confici: foditur enim lapis aluminis ſcabroſus candicanſq. æruginеis intercurſantibus venis, exſcinditurq. in rudes glebas, mox in fornacibus aliquot horis coquitur, exinde inſolatur vltrà menſem, aquis immaceratur, quandiu in leuorem argillæ modo ſolutus ſit, tùm in feruentis aquæ alueo per miniſtros in albiſſimum liquamen ducitur, hocq. corriuato in magna capiſteria lignea tenacior pars addenſatur ligno, excuditurq. vbi ſiccatum fuerit alumen. Qui modus quidem conficiendi longè antecedit, bonitate forſan, & copia, antiquorum alumina. Nam ſecus, ac pauco negotio apud eos parabatur: quando (vt teſtis eſt Plinius) corriuatum hieme in areas liquidum alumen, vt in ſalinas ſal, æſtiuis ſolibus maturabant, quodq. vaſibus adhæſiſſet, excudebãt. A quo ars didicit per fornacem, & ignẽ præparare ſibi multã liquidi materiam (vti diximus) ſicq. maiorem aluminis conficit copiam, & maioris bonitatis. Cæterùm hæ aluminis communis perfectiones, etſi parum videantur facere ad noſtrum propoſitum; indicandæ tamen erant preinde ſpecimen quoddam, ac exemplar dicendarum impreſſionum in aquis. Quicquid enim aquæ naturales concipiant ob iter aluminis, tales in eis qualitates, aut clariùs, aut obſcuriùs reperiri neceſſe eſt, quales in artificialibus id genus aluminis ſpeciebus planè comperimus. Quæ erunt in ſumma, quædam primo guſtu ſalſitas, quæ ſuctu quodam linguam carpit, ſenſorio ipſi tandem perquàm adſtringens ac ſtyptica, quare & στυπτηρίαν ipſum Græci à ſingulari ipſa adſtringendi proprietate appellarunt. Poſſunt autem variari hæ impreſſiones penes ſpecies, quas aquæ obiter offenderint aluminis, quæ (vt naturaliseſt ſpecierum omnium terreſtrium permixtio) aut ſynceræ, aut degeneres, aut miſtæ plurifariam inueniuntur. ac ſingulare idcirco poſtulant iudicium.

Lib. 35. cap. 15.

In totum antiqui ponebant tres ſpecies, Dioſcoride auctore lib. 5, cap. 82. & Galeno 9. Simpl. liquidum ſcilicet ipſum: quod diſtinguebant, album, nigrum, fuſcum, atque hæ tamen exiguæ differentiæ. Et concreti duas alias ſpecies, ſciſſile; quod Σχιστὸν, Gręci dicunt, idemq; Τριχῖτιν, quia in quædam veluti capillamenta caneſcentia dehiſcit. Et tertium rotundum quod matricem habet aluminis lapidem, in quo globuli ſpecie concreatur, ſeu natura, ſeu ſole aſſiduo, aqua depluta, ſeu caſu; bulloſum Dioſcoride, ac modicè candidum, adſtringentiæ inſignis. De quibus, aptiſſima videtur hiſce aquarum commixtionibus liquida materia. Immò, vt hoc commune eſt ſeminarium omni generi aluminum, ita quæcunque aluminis impreſſio in aquis hanc materiam participare videtur. Cùm ſit enim liquidum, facilè ſoluitur. Cùm ſit limpidum, lacteumq. aquas exquiſitè albidas reddit. Et, quod omnes auctores ex Dioſcoride notant, cùm ſit cum quodam igniculo caloris, idcircò lactei eas teporis, ac temperamenti efficit, quales merè aluminoſas nos videmus Albulas, teſtaturq, eſſe Aëtius ex Galeno, lib. 11. cap. 53. Nam ea verba in textu Dioſcoridis, πυρῶδες ἀποπνέουσαν, quod eſt igni quiddam ſimile expirans, vel cum igniculo caloris, vt vertunt Plinius, & Marcellus Virgilius; haud videntur ad odorem referenda eſſe, vt innuit quidam nouus rei metallicæ auctor: nam alumina nullum habent odorem. Minus ad colorem longè gentium, habet enim πυρῶδες, ideſt igni ſimile. Sed referenda ſunt haud dubiè ad proprium, exilemq. quem in liquido alumine aſſignant fomitem. Quod confirmatur ex alijs Aluminatarum notis: nempè quæ ob eandem mixturam, eundemq. calorem lapideſcunt, vt calidi natura eſt limum obdurare in aquis, teſte Empedocle. Exemplo ex eiſdem Albulis manifeſto, quæ calorem obtinent lactis tepori adſimilem. Succi verò huius ſunt pleniſſimæ, qui idcirco quacunq; hæ aquæ decurrunt, gignunt candidi lapidis genus,

Aluminũ prima genera. Liquidũ. Sciſſile alumen. Σχιστὸν, & Τριχῖτι. Rotũdũ. Liquidi impreſſio

Locus Dioſcoridis.

quod

quod Tyburtinnm à ſoli cognomento priores quoque noſtri appellarunt. Quin aſpergines quà illidunt hæ aquæ, varia ſpecie conglobantur, ac planè aliquæ dulciaria, ex ſaccharo confecta referunt. vnde his ſæpè indigenæ aduenarum facilitatem decipiunt. Exactè ergo Aluminatas aquas reddit Alumen liquidum. Porrò cæteræ ſpecies aluminis, vt contumacioris duritiei ſunt in mineris ſuis, ità minoris impreſſionis. Inter aquas, quæ è ſalebris lapidum Aluminis Rochæ ſcaturinnt ad Tulpham, qui totus huius materiæ eſt in agro Romano, paucæ venæ ſalubres ſunt in potibns, quæ ſiccam etiam guſtui præſeferunt qualitatem. Ac nonnullæ calidæ iuxtà oppidum, vbi aliqua viſuntur balnearum veſtigia, ſunt in vſu etiamnnm in balneis. Facilioris ſolutionis, poſt liquidum, Sciſſile eſt in aquis, quod & ſuperat tenuitate omne alumen Gal. 6. localium. niſi quod in mineris, vnde quaſi flos lapidis abraditur, ſuperficialis eſt. nec vbiq. reperitur. Porrò in Amianto lapide incipit alumen degenerare, & quaſi non alumen: qnippe ſciſsili valde ſimilis, vnde alumen de plumis apud ſeplaſiarios vocitatur. Minoris tamen adſtrictionis eſt, tantæ verò tenacitatis, vt ex eo telas ſe vidiſſe Plinius adfirmet, ęqu inter ſpectacula in ignem coniectæ non comburrentur, ac linum viuum idcirco tum vocari ſolitum. Inter hæc, vel his ſimilia ſunt alumen ſquāmoſum, & talcum: quanquam ſunt hæ potius gypſi ſpecies, nec multæ ob glacialem conſiſtentiam impræſſionis. Niſi arte comburantur prius: quo modo aquas hodie ex Talco vnguentarij conficiunt, in pigmentis mulierum apprimè nobiles. In mixturis verò terreſtrium rerum alumen infinitè propagatur, nam omnibus in metallis, quaſi baſis venarum reperitur: quare inuento alumine fodientibus metalla, finis ſpei eſt, vt Plinus eſt teſtis. Relinquo commixtiones ad caſum in ſingularium iudicijs. Ex quibus colligere licet alumen, & ſuas aquas qualitatibus conſtare contrarijs: calidis, ſcilicet mediocriter, ac ſiccis admodum, frigidis prætereà, ac valenter adſtringentibns. Quapropter ſaporem aluminoſæ adferunt in primo guſtu ſubdulcem, ac tenuem, pungentem linguam. Siccas præterea qualitates, atq; aridas, vnde ſapor in amarulentum deſinit, atque inſigniter adſtringentem. Indicat diſcordia cum plantis: vt enim mineræ ferè omnes ſunt plantarum ſteriles, ita nec aquæ ipſæ (Theophraſto auctore) quæ vel alumen, vel nitrum, vel aliquod ſimile conuehunt, plantas alunt, nec gignunt. Ex his aluminatæ aquæ cùm valenter exſiccent, haud multum tamen calefaciunt, immò refrigerare eas fatendum eſt, duplici ratione. Tum quia omnia adſtringentia frigida perhibentur, & terreſtria, Galeno teſte 4. Simpl. exceptis id genus metallicis quibuſdam, quæ contrarijs (vt dixi) prædita facultatibus calida, ac valenter nilhilòminus adſtringentia eſſe experimur I I I I. ſecundum genera. Tùm ex aquæ prædominio in mixtione ipſa, in qua præuincnnt aqnæ qualitates aluminis partes, quo fit vt refrigerent, ac mediocriter exſiccent, atque adſtringant, quales dicentur Albulæ. In quibus verò aluminoſis calor ſupra hominis temperiem percipitur, in his haud dubiè (vt plurifariam admixtas omnes reperimns aquas) præter aluminis materiam, maioris caloris ſuperacceſſit cauſſa: quemadmodum in Porretanis aquis videre eſt, quæ ex mulra ſulphuris mixtura non modicè calent, & in multis alijs ſimilirer; quas narrabimus. De ſecundis verò qualitatibus, duas inuenio primas in alumine virtutes, inſignem adſtrictionem, & inſignem penetrationem, ſine qna inualida adſtrictio, & ſuperficialis eſſet. Qua penetrat enim corpora, miſceturq. ad minima, eius ope adſtringens virtus quaſi intimè vnir partes, firmatq. tenaciſſimè. Tenuitatem oſtendit guſtus, vt diximus; & igniculus ille caloris, rutilnſq. in noſtro alumine ſplendor, qui ſtatim ex elambicatione, vel etiam attritu amittitur. Indicant & operationes; nam hæ aquæ penetrant ebibitæ in balneis, attenuant, aperiunt, per aluum educnnt, vrinas cient, ſudores prouocant. Adſtrictionem verò oſtendunt tùm pariter guſtus, qui ex aluminis natura ſuctu veluti quodam contrahirur; tùm reliquiæ terreſtres, quæ per experimentum ad ignem ſequeſtrantur ex aquis, & calcinationem inconſumptæ expectant. Immò & repellunt ignes, exemplo notabili Archelai præfecti militum ſub Mithridate, qni (vt meminit Gell.) turrim ligneam in Pyræo Athenarum obliuerat alumine, quam nunquam Syllæ milites quiuerunt incendere. Adſtrictionis ergo opus hoc primum eſt in aluminoſis aquis, quòd quas partes corporis tenuitate ſua exonerant excrementis; eaſdem firmant, reddnntq. magis robuſtas. Hinc tertio tot alia, quæ videmus iuuamenta præſtant. Sanguinem cohibent vndecunqne manantem, muliebres fluores, rnbros, pallidos, & diſcolores compeſcunt, genituræ inuoluntariam amiſſionem, vrinæ ardores mitigant, veſicæ, ac vrinariornm meatuum obſtructiones aperiunt, Aëtius ex Archigene, Sorano, & Galeno. Purgant eodem teſte veſicæ vlcera, & relaxatam renum retentiuam corroborant. Omnem ventris fluxum, vbi ſuperflua expurgauerint conſtringunt. Crebrum abortum quibus vulua parum tenax imputatur, in poſterum corrigunt, expellendo ſimiliter qui iſthic firmantur lentores, cotyledones abſtergendo, ac roborando. Eaq. tenus ventriculi laxitatem emendant, quæ ex humido pendeat, ac inde enatam nauſeam, vomitioneſq;

Confecta lapidea.

AquæTolphæ.

Sciſſilis impreſſio.

Amiātus lapis.

Linum viuum.

Alu. ſquāmoſi, & ex Talco aqua.

Qualitate aluminis an cal. vel frig.

Sapor.

6. de cau. plan.

Operationes.

Vſus in potibus.

Lib. 11.

neſq;ſiſtunt,appetentiam conciliant. Heparis obſtructiones ex frigido, ac innexo illi viſce-
ri phlegmate leuiter diſcutiunt. Calidas verò non admodum intemperies, etiam aliorum
viſcerum, emendant. Malum corporis exinde habitum, hydropemq. incipientem, corpo-
re exangui, & ſqualido reſtaurant. Flatus diſcutiunt, vnde colicos iuuant, atque iliacos.
Lienis refrictiones, tumoreſq. reprimunt. Capitis morbis ex conſenſu aliorum mēbrorum
medentur. Atq; hactenus in potibus aluminatæ vtiles; quæ porrò vtiliores purgandis cor-
poribus, ſi aut nitri, aut æris, aut alterius eiuſmodi valde purgatorij mixtionē ſuſceperint,
Vſus in balneis. quales ſæpennmero balnearum aquæ à natura ſagaciter comparantur. Porrò vſu balnei,
haud minus vtiles, ad exteriores maximè affectus, nam aduerſus ſcabiem ſumuntur in bal-
neis, ad pruritum, & ad lepram. Vlcera crurum etiam antiqua, & maximè fluida ſanant, &
corroſiua. Faciunt ad aphtas, & alia oris vitia frequenter collutæ, & gingiuas, tumentes qui-
dem diſcutiunt, liquentes verò confirmant, tonſillas, & hæmorrhoidas compeſcunt. Nec
ſecus pudendorum vlceribus medentur, vteri gangrænæ, atque herpeti. Polypos narium
irroratæ, ac ozenas ſanant, licheuas faciei, varuloſq. omneſq. id genus maculas abolent.
Artuum, & carnoſarum partium tumores compeſcunt, præſertim lentos, recentes, & non
Vſus ducciæ. admodum rebelles. Deinde ſi tantiſper caleant, ad vſum quoq; ducciæ erunt idoneæ: præ-
ſertim ſi pro mixtura aliqua vel nitri, vel etiam ſulphuris tenuiores factæ ſint, quo in cenſu
Nocumēta. plures narrabimus in Italia. Alioquì ſyncerè aluminoſæ inutiles ob adſtringentiam vſu
ducciæ ſunt, quales Albulę. Cum enim nihil ſit quod ſuis contrarijs carere poſſit, nocent
thoraci adſtringentia omnia, & balnea præſertim, quæ aut ſulphure, aut alumine prædita
ſint Gal. teſte VII. loeal. med. cap. I. Non in potibus ſolum, ſed & in balneis. Aſthmaticis
idcirco, peripneumonicis, & amiſſæ voci incommodant. Calidis item, ac ſiccis natura cor-
poribus aduerſantur, hos enim præ nimis exſiccant. Cæterùm coarctando corpus, & op-
plendo meatus, ſolent Aluminoſarum balnea his particulariter obeſſe, qui per inſenſibilem
tranſpirationem ſolent multum fuliginoſorum, acriumq. excrementorum euentare. Exan-
8. Metho. gui item corpori, & infirmo, exemplo eius, de quo meminit Galenus, qui Albularum bal-
neis vſus, ac illas ob cauſſas malè affectus, vix defuit quin periret.

De aluminoſis aquis, & locis. Cap. IX.

SVNT autem aluminatæ aquæ in Italia, & in Europa permultæ, quanquam raræ
nominentur: aut quia non deſcribuntur à quoquam auctore, aut ſi legantur aliquæ,
ob neglectum tamen balnearum tot ſeculis elapſis, eæ nomen, & vſum amiſere, do-
nec reuocentur in vſum. Vt Albulæ propè Romam, quas adeò omnes ſcriptores
affectaſſe inuenimus in ſuis exemplis; vt etiam Labanæ aquæ, & quædam aliæ. Alias,
quæ non deſcribuntur ab aliquo auctore, ſed nominantur duntaxat, vel ipſis operationi-
Lib. 5. c. 4 bus conijcitur obtinere aluminis naturam. Quales proponit Cælius Aurelianus antiquus
medicinæ auctor: Ad tardas veſicæ paſsiones. Eligendæ ſunt (inquit) ſpecialiter aquæ
quæ aluminis habeant qualitatem, vt ſunt in Italia Albulæ apppellatæ, & Nepheſinæ, &
Cotiliæ, & Auguriæ. Similiter; quas vitiligines emendare aſſerunt, vt lacus Alphonis
aquas, Varro. Fluuij Alphei aquas, Strabo. Et idem, fontem meminit ad amnem Ani-
griadum, & item Tyberis aquas, quæ cùm Albulas admittant aluminoſæ naturæ, nec
longè ab Vrbe, manus, ac faciem lotione dealbant. Aliæ prorſus nouæ inuentionis, ac
noui nominis ſunt, quales in Italia dicemus Porretanas aquas admirandarum virtutum,
& multas alias. Immò permultæ in tota Italia, & præſertim circa vrbem Romam, quæ
ſapore inuentæ ſunt aut ſubacri, aut acidulo, aut lacteæ ſubſtantiæ, aluminis pluri ex par-
te abluunt aliquam ſpeciem, quæ anteà ignorabantur. Immò nec alumen ipſum genuinum
Italico ſolo, multo ante hanc ætatem agnouimus: nam antehac Barbaris, Turciſq. grandi
vſura aduecto vtebamur, vbi copioſum naſcitur in Ponto, in Armenia, in Paleſtina, in
Aphrica. Præcipuè verò ex Aegypto ferebatur, cuius fodinas omne genus aluminis pro-
ducere ſolitas Dioſcorides teſtatur. Et item ex alijs locis, Lybia, Macedonia, Hiera-
poli Phrygiæ, Melo Inſula, Noricis, Bohemia, Saxonia, multis Germaniæ partibus,
necnon Hiſpania. Et ex noſtri maris Inſulis, non adeò longinquis aliqua portio eruitur
Sardinia, Strongylæ, Liparaque, vbi laudatiſſimum perhibetur, etſi paucum. Poſtre-
Alu. innētū Italia. mo tandem, iam centum ab hinc annos PIO II. PONTIF. MAX. inuentum eſt
vtili induſtria Ioannis de Caſtro, apud ciuitatem Vetulam, in monte Tulpha, qui totus
eius materiæ eſt, ac ærarium S. R. E. inæſtimabili theſauro auxit. Ad cuius mineræ exem-
plum, inuentum quoque eſt paucis poſt annis ſub Puteolis, vbi plures aquarum ſcatebræ
eius natura participant. Inuentum & in agro Senenſi, primùm ſub Maſſa ciuitate: noſtris
poſteà annis ſub Plumbini ditione, ad Vallem, quæ dicitur Monteoni: quæ mineræ partim
elabo-

Digitized by Google

elaborantur, & partim poſitis conditionibus à Principibus, ceſſant. Et ad confinia Volaterræ, ſub caſtello Montis Eretunni, quæ iam diù pariter demiſſæ ſunt. Sunt autem in illis partibus multæ naturalium aquarum lacunæ, quæ aluminis qualitate ſunt præditæ, neglectæ tamen per incuriam, aliæ putidæ, aliæ craſſæ, aut luridę, aut alia parte horribiles, nec vtiles in balneis. Porrò quendam aluminis lentorem cum ſulphure ducere videtur Velinus lacus in agro Reatino, qui propterea & lapideſcit vbi adhæret, & iumentorum vngulas indurat, quod in admirandis ſcripſere Cicero, & Plinius. Alioqui vix differrę hanc aquam ab alijs aquis diceres. Sed multæ ſingulares aluminatæ aquæ particularem mereantur conſiderationem: & primùm albulæ.

Lacus Velinus.

Aquæ albulæ, qui & albunea fons, ſub Tybure.

ALBVLAE aquæ, ac fons albunea, quæ iuxtà viam Valeriam ad XXII. lapidem ab Vrbe Roma habentur, eædem intelligi debent, etſi aliquam hactenus habuerint difficultatem. Sanè apud auctores veteres vtroque nomine celebratiſſimæ ſunt. Albuneæ quidem dictæ, ac ſacræ habitæ, quando primis ſæculis vana illa vigebat ſuperſtitio oraculorum; eædemq; poſtea Albulæ primæ aquæ, quæ ſub maieſtate Imperij Romani, Medicorum inſtituto, & Galeni quoque cenſura in vſum venerint medicinæ. Vſitatæ ſæpius ab Auguſto Cæſ. & à Nerone, ac mirandis propterea ædificijs, quorum extant veſtigia, decoratæ. In primis autem Albuneæ nomine, cùm vetuſta illa Latinorum Regum memoria colerentur, ac Fauni oraculo eſſent illuſtres; præclarè à Virgilio in VII. Æneidos monumentis relatæ ſunt, ac proprijs fermè notis deſcriptæ, illis verſibus.

Albularũ antiqua, ac digniſſima inſtituta.

At Rex ſollicitus monſtris oracula Fauni.
Fatidici genitoris adit, lucoſq. ſub alta
Conſulit albunea, nemorum quæ maxima ſacro.
Fonte ſonat, ſæuamq. exhalat opaca Mephitim.

Virgilij locus.

Vbi, quod ad hiſtoriæ veritatem animaduertiſſe eſt opus, exponens hunc locum Seruius, SVB ALTA ALBVNEA, hoc nomine (inquit) & nemus, & fontem extitiſſe, atque hactenus rectè expoſuit. At ſubiungens, IN altis Tyburis montibus; hic manifeſtus eſt error, idemq. videri poterit, fuiſſe potiſſimam cauſſam, vt & præclari poſteà quidam alij ſcriptores errauerint, qui de varijs mundi rebus, ac de regionibus ſpecialiter Italiæ conſcribentes, exiſtimauerint ab vno errore, ſcripſerintq. vnus poſt alium, Albuneam Virgilij fontem, in altis illis montibus reperiri. Quin etiam ad hanc vſque diem, cùm iuniores noſtri aliqui Albulas ipſas in ſubiecta Tyburi planicie inuenerint, nequaquam in montibus, haſq. vndique apertas, haud nemore, lucove circundatas, vt videtur ipſas deſcripſiſſe Virgilius; nouo iterum errore duas diuerſas putarunt aquas, has quidem Albulas medicatas in Anienis planicie, Albuneam autem ſacrum fontem, quam altam ex illa interpretatione intelligunt in montibus (quanquam id nunquam inuenerint) debere eſſe. Equidem verò, cùm in hac ambiguitate aliquandiu fuerim, diligenterq. poſt ea cùm egregijs ſanè viris, diuq. per hos ſaltus verſatis, quamque horum montium partem luſtrauerim; nec vllas vſquam inuenerim, niſi perexiguas aquæ venas frigidiſſimas in medijs paſcuis; eaſq. ſine nemore, ſine vllo putore, & ſine vllo veſtigio antiquitatis, ſed ad vſum paſtorum dumtaxat, ac pecorum exceptas; communem hunc tandem animaduerti errorem, aquas Albulas, fontemq. Albuneam adeò famoſum (parcant Seruij manes, & qui eum imitantur in hoc) vnam, & eandem eſſe aquam, & in planicie, vbi ſanè eſt, fonte altiſſimo, profundiſſimo ſcilicet vti eſt, & non in altis montibus, vt Seruius credidit, vllo vnquam tempore extitiſſe. Cui noſtræ expoſitioni, atque ſententiæ iam omnes conſentiunt: eoq. faciliùs, quòd conſideratis Albularum conditionibus, collatiſq. ad eas, quas in illis verſibus exprimit poëta, Albuneæ notis; omnes examuſſim quadrant Albulis altitudo aquæ, putor, color, oraculi veſtigia, nemorum caudices, nihil repugnat. Quippe alta, haud dubiè immenſæ profunditatis intelligendum eſt (vt ipſa ſonat vocabuli proprietas) & ſine vadis (vt inquit Vitruuius) & vt iam quiſq. atteſtari poterit, quando experimenti gratia, demiſſo in mediam lacunam fune longiſsimo, non attinget vadum. immò ſi projcias in eam lapidem; longa, ac præter expectationem interpoſita mora, videbis tandem commotas ab imo centro exilire bullas, ſimulatq. craſſum lentorem fæcis inſtar ad ſuperficiem coaceruari. Porrò grauem exhalat Mephitis odorem, vt dictum eſt, hoc eſt ſulphuroſum, & grauem; tùm ob ſulphuris, quam hæc aqua vnà cum ſucco aluminis obtinet materiam, Seruio etiam idipſum atteſtante; tùm quia denſo olim nemore circundata eſſet, & ſuffocato halitu. Quæ tamen nemora iam non adſunt, quia his iam multo tempore excīſis, quacunque hæ aquæ pertigerunt, alto marmore occuparunt planiciem: ac nouiſſimè cum vada ipſa aquarum à lacu in Anienem vſque reficerentur ingenti foſſa, peruetuſti paſ-

Seruij interpretatio falſa.

II. erratum Recentiorũ.

Albuneã in planicie eſſe.

Albularũ notæ.

Profunditas.

Putor.

Nemora.

ſini arborum caudices inuenti ſunt, illorum nemorum reliquiæ. Congruunt & nomina rei, ideſt candori iſtarum aquarum, Albulæ, Albunea, & Græcis Leucothea ſimiliter, atque ſylua dicta, vt Seruius inquit. Qui & iuxtà aſſerit Fauni oraculum extitiſſe priſcis illis Latinorum, Regibus, & (vt putant) Sibillæ etiam Tyburtinæ ſacrum, quæ idcirco & Albunea ipſa, & Leucothea fuerit nuncupata. In quorum honorem videntur veteres, has aquas tam nobili (vt poſteà dicetur) ædificio ornaſſe, ſaetaſq. eas multis ſæculis (quando iam non erat veræ religionis cultus) reputaſſe, ac multis ægritudinum generibus ſalutares. Qua de re præclarum etiam teſtimonium ex veteri marmore legitur, quod ad has aquas reſtitui fecimus, his verbis inciſum. PROCVLVS SACERDOS M. D. M. IGIAE SAC. AD AQVAS ALBVLAS DD. Nec de loco deſunt atteſtationes: In hac planicie (inquit Strabo libro v.) Anio fluit, & quas nuncupant Albulas frigidas aquas, multos ad morbos ſalutares, cùm potu tùm lauationibus adhibitas. De minera, poſuerunt eas multi ſcriptores ex ſulphuris halitu, quem vndequaque mittunt, ſulphureas: quæ tamen materia (vt iam anteà notauimus) quampauxilla etiam in quacunque terreni mixtura percipitur, grauiterq. exhalat. Sulphureas pluries has nominat Plinius, & cum aliqua laude. & Martialis.

Albedo aquæ.
Leucothea ſylua, ac aqua.
Oraculũ, & Sybillæ ſacrũ.
Locus.
Minera.

Itur ad Herculei gelidas qua Tyberis arces,
Canaq. ſulphureis Albula fumat aquis.

Sulphureas item eas vocat Seneca in quæſtionibus naturalibus: Silius item Italicus, & ex Græcis Pauſanias, alijq. ac vulgò etiam hodie appellantur ſulphuratæ. Galenus autem, ſingularis obſeruantiæ vir omnibus in rebus, quæ ad rem pertinent medicam, & qui has aquas, vtpote quæ in ſuburbijs Romæ erant, adeoq. ſuo tempore celebres, ſæpenumero examinauit; mineram planè teſtatur aluminis. Aluminoſas item eas ponit Cœlius Aurelianus, & item Scribonius Largus auctor medicus, quem eximiè Galenus commẽdant. Paulus item, & Aëtius, & alij, quos dicam poſtea. Hodie verò nos, qui multa adhibita diligentia has aquas recognouimus; ex inhærentibus rebus deſtillationiſq. experimento, ac operationibus, Aluminoſas ſimiliter eas ſtatuimus, cum partibus ſalſis, ac abſterſorijs, vnde, & per aluum ebibitæ purgant, & per vrinas. Nec non ſulphuris obtinere partem, quæ planè ipſo odore deprehenditur. Eſt autem minera ipſa exterior, vnde ſcaturiunt, ſynceri potius lapidis materia, quam mineræ ſpecies: liquidum tamen alumen ab intimis venis conducunt. nam aquæ eo dilutæ liquamine, & quaſi lacte, albiſſimæ emanant, & quæ facilè adeò ſequeſtrantur, vt quamcunque rem attingant, ſeu terram, ſeu ſtipitem, ſeu herbam, lapideo, alboq. cortice obducant: vnde Tyburtini lapidis materia, quo iam tota fermè Roma ornatur, harum aquarum ſobules eſt. Pro igniculo autem caloris eius materiæ cum ſulphure, odorem primo ſenſu ingratum habent, adflatu præſertim ventorum inde occurrente. Sapori tamen, vt etiam vſui gratiores, marinarum tranquillitati in lacu adſimiles, ſalſulæ, ac ſubadſtringentes. Admirabilis verò caloris temperaturæ: nam, vt fermè omnes aquæ balnearum ab intima naturæ diſpoſitione ſalutares ſuas acquirunt virtutes; exterius hæ frigidæ ſunt, mox ingredientibus mirificè calidæ ſentiuntur, & quo magis ſubſident, magis calidæ. Quam rem omnes auctores notant, ac veriſimile ſit quod ſcribit Vitruuius VIII. libro, has aquas intimè calidiſſimas eſſe, non peruenire tamen calorem ad ſummam ſuperficiem, ob altitudinem, ac copiam aquarum, niſi limpidiſſimis bullis, elaboratiſſimiſq. à natura ſpiritibus igneis, in quibus haud dubiè continetur omnis virtus iſtarum aquarum. Emanane enim è medio lacunæ gurgite profundiſſimo (vti dictum eſt) & copioſiſſimo; in tantum, vt per alueum manufactum, vnde in Anienem exonerantur, iuſtum amnem diceres. Lacuna autem clauditur congeneo ſuo lapide trecentorum inſtar pedum ambitu, aquis supernè blandiſſimis, præſertim manè, nam ſub ſole lactis inſtar craſſeſcunt in eam lapidis materiam, quicum fæces illæ, ac innata paulatim ſuper eas vligo, in paruas tractu temporis coeunt inſulas, quæ virentes, ac viſu admodum iucundæ, vario hinc inde ventorum impulſu, nauicularum inſtar innatant lacu, ac plurium hominum capaces ſunt, ac fortes, vix cuneis ferreis expugnabiles. Hæc omnia de harum aquarum natura comperta habemus, ac certa. Vſu porrò conſtat has aquas fuiſſe in balneis percelebres: ex antiqua enim illa populi Romani conſuetudine, qui ſingulis diebus ſolebant ſe varijs corporis exercitijs oblectare, & ab exercitio lauare, atque vngere, vbicunque extra vrbem aliquam inueniſſent ſponte manantis aquæ commoditatem, eam ad honeſtos illos ritus Thermarum vrbanarum recipiebant. Itaque partim ex ritu communi, & partim ex antiqua celebritate illa oraculi, ac vicinitate ad vrbem; & præter hæc, quoniam in his aquis lauationes habebant cum aliqua ſalubritate coniunctas; veriſimile mihi videtur has in primis recepiſſe Populum Rom. in balneis. Quod planè confirmat, cum medicorum illuſtrium auctoritas, quos ex eo tempore legimus Albulas habuiſſe pro norma, ac exemplari cæterarum

Gal. 7. Metho. & 5. Simpl.
Marmoris materia.
Subſtãtia aquæ.
Qualitates.
Caloris temperies
Inſulæ natantes.
Vſus
Albularũ Primum inſtitutũ in balneis

rum

rum balnearum, ob idq. eas (vt diecemus) ſummis etiam Principibus miniſtraſſe. Tùm antiqua præcipuè ædificij forma, vbi partim corriuatæ infrà aquæ è viuo ſtatim lacu ad vſum potuum excipiebantur, & partim ſupernè ad vſum balnearum diſtinctis alueis, quos cingebat amænißima porticus, ac baſilica: quorum omnium veſtigia, ſubterranei ductus, aluei, ambulacra, lythoſtrata, & tandem nobile ipſum columnarum genus, viridibus ex albo, ac nigro varium maculis, quod Tyberiacum à Plinio dicitur; cuncta exactam præ ſe ferunt magnificentiam, æterniq. operis ſtructuram, niſi vim quoque tempori dira belli pernicies addidiſſet.

Forma operis.

Nec facile dixerim, qui nam ad has aquas tàm regales fecerit impenſas: auctorem tamen exiſtimo M. Agrippam, qui Auguſto imperante Tertiùm Coſ. vt in admirabili templo Pantheon inſcriptum legitur, idemque CVRATOR (vt ſcribit Iul. Frontinus) Aquarum perpetuus; Vrbem æternis operibus magnificare, eamq. fœcundare aquis præcipuè profeſſus eſt teſtimonio Suetonij præclariſſimo, qui Auguſtum Cæſarem meminit, neruorum cauſſa, & quia coxendice, ac fœmore, & crure ſiniſtro non perinde valebat, vt ſæpè etiam inde claudicaret, Albularum aquarum balneis calidis vti ſolitum, atque hoc (inquit) contentus erat, vt inſidens ligneo Solio, manus ad pedes alternatim iactaret. Nec minus Neronem lautiſſimum eas vſque Romam quandoque ad ſuas Thermas per aquæ ductum Anienis adducere ſolitum.

Author.

Auguſti experimẽta in Albulis.

Medicorum cenſura.

Medicorum verò, qui diuerſis temporibus eas ad plurimas ægritudines comprobarunt, & tàm potu, quàm balneo, illuſtris cenſura eſt. In primis verò eſt Antonius Muſa Auguſti medicus; cuius conſilio hunc Imp. his balneis vſum fuiſſe veriſimile fit, indicatq. Horatius ad Valam, ac alij ſimiliter auctores, qui ipſum Muſam commemorant fuiſſe Thermarum naturalium ſtudioſiſsimum. Andromachus item Neronis medicus, Aſclepiades, Archigenes, ſpeciali verò nota Cælius Aurelianus Albulas, ad tardas veſicæ paſſiones, pro ſolutionibus ventris mirifice laudat.

Galeni.

Quos poſtea auctores Medicos ſecutus Galenus, cùm nullas alias in Italia commemoret medicatas aquas, multa ex his experimenta ſe feciſſe oſtendit: præſertim in primo. Simpl. cap. VII. vbi eas aſſerit vtiles ad vlcera perſananda, ea præſertim quæ defluxionibus tentur VIII. item Methodi, & de rigore, & palpitatione, & tremore, & alijs locis. Quos ſequuti poſtea alij medici, explicatè magis Albularum vſum, ac operationes deſcribunt: quos inter Aëtius ex Archigene (vt ipſe atteſtatur libro XI. cap. 30.) ad veſicæ vlcera perſananda; Conferet (inquit) & Albularum aquarum potus (ſi adſint) & conſimilium aliarum. Vbi & operationes ipſarum deſcribit, & modum ſimul bibendi omnes Thermales aquas, earum exemplo proſequitur, quem nos propterea inter vniuerſalia Thermarum inſtituta retulimus ſecundo libro. Idem affirmat Aëtius eodem libro cap. 33. ad feminis profluuium ex Galeno, vbi eas lactei teporis, ac temperamenti appellat. Et infrà ad fluxus muliebres, Sorani auctoritate. Idem & Paulus Aegineta, qui ſub generali cenſu, aluminoſas id genus aquas ad ſanguinis vomitiones inſtituit, ad nauſeam cohibendam, ad menſiumque fluores, & propterea his mulieribus, quæ crebro abortiunt, eſſe idoneas. Tot quidem prærogatiuas in Albulis aquis veterum teſtimonio comperimus.

Albularũ obliuio.

Cæterùm ſexcentis iam elapſis annis, cum iſtæ aquæ ex varijs rerum mortalium caſibus deſtitutæ eſſent (aucto ab eis vndique marmore, ac oppleto tractu temporis in Anienem vſque meatu) totam planiciem quatuor milliariorum ambitu occupauerant, ac ita alto intexerant marmore, vt vix aliquo nomine eſſent ſuperſtites.

Albularũ inſtauratio.

Tantum æui (vt poeta inquit) longinqua valet mutare vetuſtas.

Verùm neglectu hominum aliquando excitato, ac à viginti hinc annis; refectis in Anienem meatibus, reſiccataq. palude; redierunt in conſpectum Albulæ, quæ noſtra ſubinde celebritate recognitæ, cum multa indies laude inſtaurantur: Curante Vincentio Mancino Tyburtino, Ciue Romano, ac legum Doct. egregio.

Operationes.

Longo verò vſu, ad præſcriptas omnes ægritudines, multa in eis vidimus experimenta: tàm in potibus abſtergendo, per vrinas, ac per aluum; quàm in balneis exſiccando, modicè digerendo, ac roborando. Confortant ſtomachum humida præſertim intemperie debilem, ac excitant appetentiam. Ardorem vrinæ compeſcunt, veſicæ vlcera ſanant, viſcoſitates pellunt, callos, arenulas, ac lapides extenuant. quidquid lapideſcant extrinſecùs, quæ alia ratio eſt, vt in primis diximus commentarijs. Sanant recentia vulnera in balneis, vt Plinius, ac Stabo atteſtantur. Aduerſus calidas viſcerum intemperantias, præſertim hepatis, vnde craſſis totũ corpus, & crura ſcatere ſolent puſtulis, orta etiam ex Gallico affectu intemperantia ipſa, vtiles admodum nouimus, & quod maius eſt, innoxias ei morbo eſſe, tàm in balneis, quã in potibus. Frigidis tamen affectibus, non adeò efficaces ſunt, nec frigidis inflationibus, quanquã vſu balnei excalefactæ præcipuè, inſignem obtinent exſiccandi qualitatem; reprimendis ideirco tumoribus, ac vlceribus, quę ex defluxione fiunt perſanandis vtiles, vt ex Gal. probauimus.

Lib. 3. de Renum affectibus.

Electio.

Semper incontaminatæ in proprio fonte habentur; extrà inefficaciter bibuntur, quippe citò ſubſidentes,

 ſalu-

ſalubres quos diximus, amittunt ſpiritus. Inimicæ & qui ſomno non penitus abſtinent diurno. Principio æſtatis, ac medio Autumno ſumuntur, quanquam in priuatis balneis ſunt omni tempore vtiles.

Anio fluuius.

Anio dulcis.

Anio inſtauratus.

Nymphæu mirabile.

AVGET autem hodie Albularum, ac Tyburis dignitatem Anio fluuius. Qui varia habet apud auctores prærogatiuas; primum ob ſitum loci altiſsimum, vnde præces ex amœniſsima conualle aſſumens Albula, in Tyberim delabitur. Deinde ex aquarum bonitate, quæ ex Galeni cenſura, præter exiguam cruditatem, omni vacant malitia. ac dulcis Anio propterea ſæpè à ſcriptoribus cognominatur. Et demùm illuſtris hic fluuius eſt, quòd duplici emiſſario, eoq. opere altiſsimo, vt Frontinus ſcribit, Romam fuerit perductus, primùm quingenteſimo circiter vrbis conditæ anno, Spurio Garbilio, L. Papirio COSS. & deinde Claudio Cæſ. imperante. Pleniſsimè verò hodie cumulauit huius fluminis dignitatem, ac laudem Ampliſsimus Antiſtes HIPPOLYTVS Eſtenſis Card. de Ferraria: qui aute eius lenitate, ac ſalubritate delectatus, ſicut in ornando, ac magnificando Tybure Auguſtos illos æmulatus eſt, Cæſares, Adrianos, totq. alios antiquos, quorum hic opera viſuntur aliqua, ſuiſq. etiamnum nominibus celebrantur, villa Vopiſci, Quintilij, Caſsij, Piſonis, Horatij: haud minus ipſe auguſto animo complanatis montibus, æquatiſq. vallibus, Nymphæum amœniſsimum, ac domum in medio Tybure condidit, ad quam perfoſſo ciuitatis iugo aſperrimo, Anienem totum perduxit. In quo haud ſcio quid mirandum primùm, an magnitudinem operis ad illorum Principum imitationem; an ipſius potius deducti fluminis ſpectacula, qui cum Albuneæ ſimulachro atque Tyburti, ingenti cratere emergens, tantam vim circumfundit aquarum, vt præter fontes, ac lacus, ac piſcinas, quas implet; ſeptingentas habeat fiſtulas, quæ deductæ circùm viridaria, atque hortos, & in atria, & in triclinia, atque in ipſas cameras ſalientes fonte; mira artis ſolertia per ſyphones ſuos vbi auium cantus æmulantur, vbi animalium diuerſorum voces, vbi Tibiarum ſymphoniam, incomparabilem omnia amœnitatem oſtendunt, & gratiam. Alia parte ſcaturigines ipſæ bombardarum videntur torquere bombos, dracones referunt cum aquis igniuomos, inſignia bellica, vela nauium, diademata faciunt ſtatuis, caduceum formant Mercurio, tridentum Neptuno, Ioui fulmina. quin mira artis in naturam audacia, vt compluentes ſupernè aquę in magnam piſcinam, ſub repercuſſu ſolis cæleſtis arcus referat varietatem. Sed non eſt hic locus, nec facile eſſet deſcendere ad particulares deſcriptiones, & quas nouiter in his parat delicias nobilis Aloyſius Card. Eſtenſis. Verùm ſi cum his computentur requiſita alia, vniuerſi ædificij moles, ornamenta ædium, muſæa fontium varia, tot opera pictorum, tot ſtatuæ, ac ſigna ad opportunitatem aquarum diſpoſita, & inſuper quæ parantur hic fieri balnea, quæ Thermarum Vrbanarum inſtar, immenſam aquarum, quæ ſpontè caleant, copiam effundant; magnifica profectò omnia, ac regali animo digna videri poterunt. Sed quæ idoneo magis loco enarranda cùm ex communi rerum, ac temporum labe caduca putentur, & fluxa, haud hic aliena à naturali ſtylo imputari debebit deſcriptio, & quæ hoc breui carmine, quod olim luſimus, concludantur.

Qui fons tam celebris, vel annis extat
Aut arte, aut ſuperum nitens fauore.
Quem iam non Anio decore vincat?
Tot digna encomia, inclytaq. Thermæ
Iam cedant Anieni, & antè Baiæ,
Et mollis Sinueſſa, & altus Anxur,
Parnaſſi, & ſi Helicone fonte maius.
Pro cunctiſq. Anio canatur vnus
Amnis. Qui ancipiti iugo refundi
Gaudebat Tyberi, Albuliſq. ſacris.
Nunc antro latices nouo ſerenos
Plus mille irriguis profundit vrnis.
Oſtro purpureus, choros & inter
Muſas, ac Dryadas, Deos Marinos,
Tyburto comite, auſpice & Sibylla,
Lautas iam Tyberi patri dat vndas;
Antiquo renouat decore Tybur.
Autor HYPPOLITVS Eſtenſis Heros.

Laba.

Labanæ aquæ in agro Nomentano.

SIMILIMAS vero Albulis ſubiungit Strabo, eſſe aquas Labanas in agro Nomentano, qui Tyburtino côterminat, ab Albulis quinque millia paſſ. Scatent autem ad confinia nunc antiqui Ereti, quod deducta exinde voce montem Eretunnum appellant, quæ ſemiſepultæ ex neglectu vligine, ac marinam quandam ſalſedinem æmulantes, aquæ à Grotta marozza vulgo cognominantur, vbi has mihi indicauit Vir Illuſtriſs. D. CAMILLVS Nomentanus, vrſinæ familiæ, reiq. militaris hac ætate ſplendor eximius. Dirutis enim lapſu temporum illarum alueis, quos facile eſſet ſub lacunis *illis* reperire, ac ad priſtinos balnei vſus reſtituere, antiquam exiſtimationem, non ſolùm nomen amiſere. Ad illas cauſſas in poſterum recipiendæ, quas in Albulis iam diximus, ſi reſtituantur fonte, nam ad tria milliaria, quà mediam incurrunt viam, ferè exutas omni qualitate agnouimus.

Porretanæ aquæ.

PORRETANAE autem aquæ, quæ tantam ſibi laudem, & in Italia, & apud finitimas Italiæ nationes compararunt, ſunt in Appennino in finibus Bononiæ atque Piſtorij, ac iam annos ducentos in vſum balnearum venere. Celebrantur autem vt ſacra medicina; cùm & ſanos conſeruent, & valetudinarios iuuent, & infirmos ſanent, etiam à febribus, & deſperatis tandem in aliqua ægritudine, nil, niſi ſumma ope dicantur proficere; nam aut ſanant, aut auitum finem imponunt laboribus, quod vulgus iactat in prouerbio. LA PORRETTA ò ti ſana, ò ti netta. Fuerunt autem (vt de multis vſu euenit balneis) caſu inuentæ. quippè bos iam fermè tabeſcens, & derelictus, ſuopte ductu, aut potius fatali quodam inſtinctu has aquas bibens, breui dierum ſpatio viſus conualeſcere, in tantum apud indigenas venit oſtentum, vt auſi fuerint aliqui prima in ſeipſis experimenta tentare, eaſq. prædicare mirabiles. Quo euentu explorata ab eius temporis medicis earum natura, ac minera; fauore omnium, ac ære publico Bononienſi, commoda ad vſum parari cæperunt apud eas ædificia, quę aucta in dies celebritate, breui tempore in caſtelli formam accreuere. Sunt qui colles hinc ipſos occultis noctu facellis adfirment elambere, ac præſertim prægreſſis algoribus, vnde aquæ ipſæ poſſunt fomites caloris concipere. Quare è fixo naturaliter ſaxi cuniculo erumpentes calidæ ſunt, ſapore mediocriter ſalſo, odore fumoſo, nec admodum grato. Taxantur ad ſecundum gradum calidæ, ac paulo minus Sauonarola: mineræ aluminoſæ penes varia experimenta, ac Nitroſæ, cum mixtura ſulphuris.

Prouerb. in Porret.

Qualitas.

Minera.

Vſus ipſarum præcipuus & in potibus & in balneis eſt, eodem etiam die, in quo & Tura de Caſtello, & Vgolinus mons Catinus, qui primi de his aquis ſcripſere, conſentiunt. Alij bibunt primum, ac ſequenti die lauantur, Sauonarolæ inſtituto. Alij (quos maximè laudo, & eſt vſus communis in balneis) exactis in totum potibus, per aliquot ſubinde dies intrant balneum, & quantum opus habuerint. De operationibus hæc ſcribuntur. ebibitæ Porretanæ aquæ calfaciunt, ac digerunt actuali, ac potentiali calore; incidunt, attenuant, abſtergunt tenui parte aluminis, ac nitro; modicèq. adſtringunt virtute prima aluminis. Hinc tertio vrinas ducunt, meatus aperiunt vrinarios, ſeroſas, excrementiciaſq. ſeminis & menſium ſuperfluitates pellunt, arenulas, lapidemq. comminuunt. Vlcera ſanant veſicæ, abſtergendo, ſiccando, ac adſtringendo partem. Mundant vterum, laxant aluum, lumbricos enecant, inteſtinorum dolores leuant, etiam in clyſteribus; hepatis, lienis, viſcerum reliquorum obſtructiones reſerant, aquamùe intercutem per initia ſanant. Nec minus adſtringendo proſunt: nam ſanguinis fluxum cohibent, hæmorrhoidas, menſes, fluores quoſcunque mulierum compeſcunt. Et quod mirum habent, vtero quoque gerentibus, ac aſſiduè nauſeabundis, nec cibum ferè ſentientibus, citrà omnem noxam appetentiam reuocant, nec fœtui quicquam interim nocere affirmant. Nec ſecus vtuntur eis aduerſus frigidas, humidaſq. capitis paſſiones, & tàm quidem ſi caput ipſum primario affectu affligatur, quàm ſi ex infirmarum partium aliquo vitio compatiatur. Ad Hemicraniam ſcilicet, ad paralyſim, ad aurium, oculorum, & totius deniq. cerebri morbos, & qui nares, aut fauces infeſtent. Vlceribus oris collutæ medentur, raucedinem ex defluxu multæ humiditatis ſanant. Suſpirioſis alia quadam prærogatiua in tantum conueniunt, vt exhibitæ aliquandiù equis, ac iumentis alijs ita affectis, ac pulmonarijs, Sauonarola teſte, mirificè proficiant. Porrò quibus ex affectu non adeo valenter vrinas promouerint, fomenta eis ex eadem calida aqua & parietaria circà pectinem vtiliter adhibentur. Tempus eligitur quod minimè algeat, ac durante præſertim Caniculæ feruore: regione nimirum in montanis per æſtatem quoque rigentibus.

Vſus

Operationes.

Fomenta.

Electio.

Bal. S. Bartholomæi ſub Patauio.

QVOD autem vſu luti hodie celebre eſt in Patauinis balneum ſub inſignibus ac nomine S.Bartholomæi, 12.milliaria diſtat à Patauio, continuis vndiq. rupibus, hiſque aſperis, & pumicoſis circundatum, vbi templum olim, ac hoſpitale erat pro pauperibus, quæ diſiecta hodie, ac deſtituta ferè eſſent, niſi ex harum balnearum vſu celebrarentur. Occurrit autem antè veſtibulum Fonticulus, in quem defluentes hinc inde à vicinis riuulis aquæ dulces frigidæ, paulò poſteà è ſubiectis in fonte ipſo vaporibus caleſcunt, & adeò intensè, vt ferè exurant. Eſt enim alueus ipſe fontis, ſi tangatur, ad tactum perinde calidus, ac ſi fornacem intrà haberet. alioqui ſimplex aqua, nec vllo in vſu, niſi ad abluendum partes, quas ipſo luto ægri obliuerint. De hoc Fonticulo nulli ante nos mentionem fecere, præter Fallopium: quandoquidem quæ balnei nomine à veteribus noſtris deſcripta habentur, ſunt quidam in ipſa valle perexigui receſſus, conceptaculaq. aquarum mixtarum quidem, & calidarum, ſed quæ lutum ipſum in fundo continent, cuius luti ſimul, atq; aquarum ipſarum habendus ſermo à nobis eſt. De minera aliquam inter auctores inuenio controuerſiam. Aluminoſam ponit Sauonarola, cum ſulphuris momento, nitri item atq; cineris: ſulphuream, & aluminoſam Menghus: ſulphuream, & bituminoſam Montagnana; nam ex bitumine (inquit) molliunt, neruorumq. contractionibus medentur, & contingenti apparent molles, mediocriter calfaciunt. Fallopius contra omnes, negat aquam eſſe mineralem, ſed congeſta hiemalibus pluuijs in hos receſſus, partim ſuperueniente calore æſtatis, & partim è ſubiecti luti vaporibus agitata mediocriter incaleſcat. Negat & luti ibi naturam eſſe mineralem: quippe perbreue id ſubeſſe & paucum, nam ſuper glaream ac ſaxa, quo modo iam in Fonticulo ſupradicto ferueſcere aquas diximus, ipſum reperiri, & colligi ad vſum; idque nil aliud eſſe quàm cœnum, ſmegmaq. ex diuerſis rebus illuc per pluuias adunatum, arundinum corruptione, vligine, terraq. argilloſa commixtum. Quo cœni genere tota idcirco ea vallis ſcatet: ſpecialiter tamen illud, quod in his duobus receſſibus, concoquendi vim illàm, ac molliendi acquirit; ob ſubiectos hnc ſolùm vapores, qui cœnum ipſum toto anni ſpatio fermentant, reddun tq. vaporibus calidis, ac bituminoſis qui infernè iugiter eleuantur, medicatum. Verùm equidem citrà omnem controuerſiam, duo inuenio in his balneis manifeſta, & certa de natura eorum indicia. Primùm Euganeos ipſos montes tàm interiori parte, qua latiſſima veluti coronide ſubiectã cingunt vallem, ac tot faciunt balnea; quàm extra, vbi peracto ad meridiem colle, ad hanc vallem S.Bartholomæi deuenitur; omnes, inquam, hos montes mineras continere varias, ſulphur, alumen, ſal, cinerem; quibus naturis negari non poteſt tàm aquas ipſas naſcentes, quàm influentes, immò & terram omnem, ac ſaxa, ac lutum ipſum conſequenter participare. Plus vno loco, minus in alio, maximè verò in his receſſibus abundare, vt æquè omnes fatentur. Alterum, video operationes ipſas, in quibus, experientia ipſa rerum magiſtra, omnes conueniunt; mirum in modum per hæc balnea, & per ipſum lutum, artuum tumores, ſolutuq. contumaces duritias emolliri, contractos neruos reſolui. Ob variam nimirum mixturarum (vt vſueuenit in his balnearum mixturis) terrarum ſubſtantiæ & mineralium, vnde impensè exſiccant: & caloris actualis, vnde calfaciunt, ac digerunt: & pinguis tandem alicuius mineræ halitus cum ipſo calore, ſiue is halitus ſulphuris ſit, ſiue bituminis, ſiue argillæ, quæ minimè omnium eſt halituoſa. Modus autem quo (inquit Fallopius) hoc luto vtimur, eſt: imponere lutum ipſum actu calidum ſuper artus: verùm haud quaquàm artus ipſos ad ſolem exponimus (vt alijs in locis mos eſt) luti enim illius virtus in inſita conſiſtit, propriaq. eius lacunæ caliditate. extrà, exhalantibus quamprimum è luto illis ſpiritibus, qui tàm mirificè emolliunt, reſiduum reſtat inualidum, vnde vel parum operatur, vel nihil. Planè tamen conſtat Illuſtriſ. COSMVM MEDICEM MAGNVM Hetruriæ Ducem, ac obſeruantiſſimum rei medicæ; lutum hoc in vaſe aqua calida perpetuò confotum, deferri iuſſiſſe, ac ad vſum contractionis cuiuſdam neruorum, ac non modicam ſenſiſſe vtilitatem.

Fonticulus frigidę, qui caleſcit.

Minera.

Propria opi.

Operationes.

Vſus.

Electio.

Bal. S. Helenæ ſub Patauio.

SIMILE prædicto tàm natura, quàm etiam vſu luti, eſt balneum S. Helenæ, quod diſtat 8.millia paſſ. à Patauio, S.Helenæ ſacrario inſignitum, quòd (vt fertur) primò inuentum, S. Crucis veluti ſignaculo homines à diuerſis infirmitatibus liberaret. Porrò fontes ſunt in eo colle complures: feruidi; Stuphæ ſatis commodæ, ac venuſtiores quàm cæteris locis: & quæ Foueæ vocantur. Infrà ſtuphas eſt balnei ſolium, ac tectum, de quo tantùm veteres balnearij ſcribunt. Subinde ducciæ duæ, altera feruida, altera calida, & vltimò lutum. Mineram eius balnei ponit Montagnana ſulphuream, atq; cineream, quod & odor, & ſapor (inquit) & operationes manifeſtant, necnon & caloris qualitas ſatis intenſa. Quicquid

Minera.

tamen

tamen alij (inquit Sauonarola) eam pouant ſulphuream;aluminoſam equidem arbitror,nitroſam,ac cineream,cum ſulphure . Cui & Menghus aſſeutit,ac cæteri hodie medici Patauini,præter Fallopium,qui curioſus admodum noua proponere,mites admodum huius balnei qualitates aſſeuerat,cum aliquo ſalis ſapore,ac Argillæ quadam mixtura Ochræ adſimilis,coloris intenſè lutei, ſubadſtringentis tamen, & vaporis valdè ſulphurei . Balnei veterum temporibus erat vſus frequentiſſimus, ad frigidam ventriculi intemperiem, ad hydropem ſiccandam,ad neruorum,iuncturarumq. frigidas affectiones Sauonarola.

Vſus.

Lutum S.Helenæ in balneis Patauinis

NVNC & lutum admodum in vſu eſt Patauinis medicis:quod (vt Fallopius teſtatur) nō adeo cœnoſum eſt, ſicut S.Bartholomæi prædictum lutum ; nec ita argilloſum ſicut montis Orthonis:ſed inter vtrumq; medium,vt etiam virtute eſt mediocre. Nam vbi M.Orthonis lutum impensè exſiccat,& lutum S.Bartholomæi ſummopere emollit,hoc vtriuſq; particip virtute , partim exſiccat ac reſoluit , & partim emollit, atq; membra ipſa corroborat. Vtile ad proprium balneum:nam longiùs exportatum exoleſcit.

Electio.

Lutum in balneis Porretanis.

TALE quoque lutum habetur ad balnea Porretana, quod ſumptis à lacuna aquis , cui à Scarpetta cognomentum, vnà cum minerali eius loci luto commiſcetur . Idque minerale cùm ſit,& de natura balnei,aluminoſum,ſulphureumq; ac ſalſum,egregie ſiccat,ac digerit. Tumefactiones inhibet ,reprimit fluxiones,artuum dolores lenit, contractiones emendat . Luxata quoq; firmat,ſolidat oſſa fracta,membra confortat debilia; quæ ſubinde abluere in balneo oportet,vt aliarum illutationum artis eſt .

Scarpetta aqua.
Operationes.

Bal: de Corſena ſub Luca .

AD pagum Corſeni,qui eſt mons 15.millia paſſ. à Luca,nobili ciuitate Hetruriæ,quatuor in totum balnea hodie habentur . Primum quidem, quod nomen obtinet principaliter de Corſeno;alterum Rubeum dictum, quod iam olim dirutum ac ſordidum omniuo deſijt:duo præter hæc alia à iunioribus tantùm deſcripta,alterum S.Ioannis,& de duccijs alterum. In quibus deſcribendis , cenſuras vltimò adhibuimus Antonij Minutoli , medici Lucenſis hac ætate peregregij,ac diu in his balneis exercitatiſſimi,vt iam ad fidem hiſtoriæ,cui maximè ſtuduimus,nihil ſit deſiderandum. Primum ergo Corſeni balneum, calidiſſimum quidem, adeoq; celebre olim extitit, vt ſpeciali ferè quadam diuina gratia donatum, ad contentionem vſq; dimicarent incolæ, qui primi ipſum prima die veneris Martij, tanquam probaticam piſcinam intrarent . Aqua eſt clara,nec ſapori ingrata,nec odori,adeoque (vt Vgolinus de monte Catino eſt teſtis)pani conficiendo,coquendiſq. edulijs vſurpatur;etiamſi maniſeſtè in his ſitim inducat,nec mihi veniat approbanda. Qualitate alioqui calida eſt à ſecundo gradu in tertium , Sauonarola : qua propter primò occurrens cum vix toleretur, ſubinde ob ſubſtantiæ tenuitatem remittit calorem . Conuenit autem inter omnes veteres , hanc aquam aluminoſæ in primis naturæ eſſe cum aliqua Nitri portione,vel ſalis gemmæ, quod foſſile diximus,atq; ſulphuris intimo vapore,quo in occulto concaleſcit tantùm, non contemerata ſubſtantia. Quam mixturam planè deſtillata oſtendit hæc aqua:ſedimentum enim relinquit,calcis inſtar extinctæ albidū,& ſubacre, quod ſanè lapidis aluminis ramenta eſſe,iam in Albulis,ac Porretanis, ſupradictiſque id genus alijs oſtendimus . Ex quibus omnibus valenter caleſacit, exſiccat , ac digerit,& in ſumma non minori virtute in affectibus neruorum operatur,quàm cætera Italiæ balnea;immo ſi cum his computetur loci commoditas,atq; amœnitas,aëriſq. temperies,nulli cedit . Circa vſum; non bibitur,ſed habet in balneo locum ad vſum ducciæ deputatum;& tàm duccia,quàm balneo in materijs,naturiſq. humidis frigidiſque,cerebri,ac neruorum egregiè operatur. Nam valet in omni antiquo capitis dolore,reſolutis, tremulis, ſurdis,caligantibuſq. oculis medetur. Porrò habet quoq; in receſſu, vnde riuulus à fonte ipſo ad vſum mulierum deducitur, ſudatorium valde calidum,ad omnia quæ diximus ægritudinum genera vtiliſſimum . Itaq; ſoliti ſunt aliqui , qui iuncturarum præſertim affectibus detinentur , & balneo ſimul, & ſudatorio vti; vel hoc ſaltem quatuor ſingulis diebus intrare , vtpote quod contumaciores reliquias , aut emolliat , aut diſſoluat in totum . Cauenda hæc balnea pueris imbecilliſq. naturis,& quorum caro facile digeritur: Cæteris æſtate atq; autumno eligenda.

Baln.Rubeum.
Qualitates.
Minera.
Operationes.
Vſus.
Sudatorium.
Electio.

Bal. S. Ioannis ſub Luca.

ALTERVM verò, quod paulò ſuprà prædictum balneum eſt, S.Ioannis nuncupatum, calidum cum actu ſit, aliquam non dubiè cum eo participare mixtionem pro vicinitate fatendum

tendum

Minera. tendum eſt. Cæterùm aqua eius adeò remiſſæ actionis vſu ipſo reperitur, vt cùm vix ſub-
ſtantia, ac ſapore differens ſit ab aqua cocta; non mirum arbitrati ſunt quidam, vel no-
bilem quampiam in ea eſſe mineram, auream, argenteam, æneam: vel certè, præter ſynce-
Qualitates, & vſus. rum cuiuſdam caloris fomitem, quem negare non poſſum, vix ſpecialem vllam dixerim
in ea contineri mineram. Quapropter puriſſima aqua eſt, & optima ad cibaria quæque
conficienda, ad diluendum vinum, ad omneſq. alios vſus, in quibus dulcis, communiſq.
aqua recipitur, quod in aquis naturaliter calidis exemplum eſt ſingulare, ac rarum. Pue-
Operationes. ris ideirco tam potu, quàm balneo vtilis. Addit Minutolus, & hecticis, nempè quæ non
vires excedat ſimplicium, & temperatarum balnearum: præſertim quia in arbitrio eſt,
pleno ſemel balneo, vel ſecludere, verſo modulo aquam, vel nouam admittere, & balnei
temperiem ad condecentias patientis, quod in hecticis requiritur moderari. Subeuntem
alioquin calidam intemperiem hepatis, renum, vteri cohibet, ſcabiem ſanat pruriginoſam,
& acrem, etiam pueris, ac fœcundius, vt dictum eſt, omnibus temporibus, & pro occa-
Electio. ſione vtilis.

Bal. de duccijs ad Corſenum item ſub Luca.

Ducciæ inferiores. BALNEVM verò de Duccijs ſub balneo iam prænominato de Corſeno exiſtit, vnde
inferiores Ducciæ nuncupantur. Sulphuris virtute, Nitroq. & marmore combuſto parti-
cipant; quod nos propriè Aluminis ſobolem (vt complura id genus alia) diximus, affir-
mamuſque. Vbi duo narrat admiratione digna Fallopius, qui hæc balnea, ducciaſq. in
ſe ipſo fuit expertus: vnum, quòd aqua iſta ſcateat feruentiſſima, & tamen nihil ſulphu-
ris præ ſe ferat; nimirùm (vt iam diximus) altè harum venarum curricula vapore ſyncero
Qualitas. ſulphuris, ſubſiſtentiſq. ignis ſubeunte. Et alterum quòd vna hic inter omnes Duccia ſit
feruentiſſima, Deſperatorum cognominata, non quia deſperatis dumtaxat à quopiam ma-
Duccia deſperatorum. gno ac contumaci affectu ſit relinquenda, ſed ob validam ſic dictam actionem, vt in ma-
gnis eiuſmodi affectibus, viribus non proſtratis. ac ritè purgatis patientibus hæc maximè
idonea habeatur, vel poſt alias duccias tentanda: hoc inquam in ea mirandum eſt, ob
feruorem hæc aqua depilet pullos, ſi ſubijciantur; humanis tamen capitibus innoxia ſit,
Ordo, ac temperamentum ducciarũ. nec depilans, nec veſicas excitans, ſed ſenſum dumtaxat ignitæ virgæ ferreæ inſtar, vbi
percutit, inducens. Sunt autem hic hodie Ducciæ ſexdecim numero, ac ex ordine collo-
catæ, quarum principales quidem quatuor fontes ſunt hac mira naturæ ſolertia diſtincti,
vt cùm ab eodem mineræ genere, ac intimo caloris fomite ducant originem, plus tamen
ac minus & actu, & potentia caleant, nec æquè ſinguli ſiccandi qualitatem obtineant. Im-
mò ex vno, ac primario fonte aqua emanat calidiſſima, alia impensè calida, alia minus, &
alia ex oppoſito illi primæ tranquilla, ac mitis, quæ vulgaribus propterea nominibus ad
vſum notatur, Tranſtulla omnium ſcilicet blandiſſima, Corona à meritis eius, Corouata,
Deſperata. Ex quibus poſteà aliæ Ducciæ, ex ordine ſunt deductæ, tùm vt pluribus ſimul
perſonis poſſint eſſe vſui, tùm etiam vt ad vſum, quantum cuique opus eſt, deductis ex
communibus primis fontibus aquis & calidis, & minus calidis attemperari poſſint, quo
artificio, ac temperamenti modo nihil video excogitari potuiſſe melius nec commodius.
Vnde merito in vſu habentur ex tota Italia frequentiſſimo tùm ob prærogatiuum illud,
quod iam tanti momenti eſſe diximus in balneis, commoditatis, & amœnitatis: tum etiam
Operationes. ob miram illam caloris, puritatiſq. aquarum temperiem; vnde mediocriter calfaciunt,
ac ſiccant, & digerunt, ac robur partibus ipſis adiungunt. Frigidis, humidiſque, & non
nimium calidis capitis affectionibus medentur: idq. genus ægritudines oculorum, aurium,
neruorum, ac iuncturarum, quæ cerebri ac catarrhi vitio contingere ſolent, perſanant.
Ducciæ ſuper ſtomachum. Singularem preterea egregij illi medici experti ſunt in his duccijs vtilitatem, ſi reſupino
homine ſuper ventrem, his qui imbecillum habent, duccia recipiatur nempe vbi vel ſto-
machus dolore vexatur, vel craſſis, frigidis, atque humidis ſcateant excrementis, & non
minus à flatibus. Præmiſſa enim ſemper purgatione, citrà venam lenis ille ducciæ inſul-
tus, ventrem calfacit, ſiccat modicè ac roborat, ſumitur, vel ad fundum, vbi fit coctio,
vel ſuperſit circà os eius magis ſenſibile. Spatio decem, vel amplius dierum. Eligun-
Electio. tur tota æſtate, & etiam ſub calenti Syrio, præter illam feruidam vtiliſſimæ.

Balnea Sancti Iuliani montis in Piſano.

AD confinia autem Lucæ, in agro Piſano, extat S. Iuliani mons, eiuſq. cognomento
balneum, quod olim iam dirutum, atque deſertum fuit proximè inſtauratum. Eſt autem
Minera. aluminoſum, ac aliqua ex parte ſulphureum, vt inter veteres balnearios conuenit, calfa-
ciens, ſiccans, digerens. Propriè verò colicæ, ac iuncturarum morbis confert Sauonarola.
Quanquam eſt vt agat aliquando languidius, quod infeſto ſæpè aliarum aquarum influxu
dilui-

Bal. vetus. Bal. domi narum. Balb. ſano rum. Baln. Reginæ.

diluitur: Porrò tria alia balnea, quæ ad radices huius montis pauco inter ſe ſpatio extiterant, balneum vetus, balneum Dominarum, & balneum Sanorum (vt Vgolinus eſt teſtis) aluminoſæ pariter; ac ſulphuroſæ plus minus naturæ ponuntur. Cæterùm diruta etiam cùm ſint, ac pauciſſimi hodie vſus; iam non alia indigent hiſtoria. Eſt & Reginæ balneum tribus milliaribus à Piſis, quod ferratæ ponitur naturæ, ac ſuo loco poſteà deſcribetur.

Blandula aqua ſub Carpo.

Minera. Vſus & operationes. Electio.

BLANDVLA appellatur quædam medicata in agro Carpenſi, milliario 24. iuxtà Apenninum, quæ iam primùm inuenta Anno Domini M. CCCC. XLVIII. iumenta quædam ſanguinem mingentia curaſſe traditur, & ex eo experimento veniſſe in vſum. Eſt autem actu frigida, ſapore non inſuaui, ac viſu blanda & perſpicua, vnde illi nomen, & vicino oppido. Mineræ autem (Sauonarola authore) aluminoſæ eſt: deinde Nitroſæ atq; Sulphureæ, remiſſarum tamen in cunctis qualitatum; à ſecundo gradu exſiccans, minus calfaciens, ac valenter ex aluminis virtute adſtringens. In vſu bibendi eſt, nonnunquam item in balneis, & ſub duccia vſurpatur. Epota frigidam, humidamq. ventriculi, & hepatis intemperiem emendat, renum complures paſſiones, atq; veſicæ ſanat: imbecillitatem ſcilicet præſertim retentricis virtutis, dolores, laxitatem, vlcera: nam plures (inquit ipſe) nouimus, ab vlcere in collo veſicæ huius aquæ potibus fuiſſe perſanatos. Seſſio in ea calida vteri frigiditatem emendat, fluores albos cohibet, ſteriléſque ob eam cauſſam fœcundas efficit, necnon artuum ex frigida humidaq. intemperie doloribus, atq; podagræ medetur. Conſperſa autem vſu docciæ, id genus affectiones, quæ catarrhi alicuius ſoboles ſunt, diſcutit, facit hemicraniæ, cephaleæ, neruis, oculis, auribus, dentibus, raucedini, ſpirandiq. difficultati, tollendo cauſam. Et, quod non modicè in ea commendandum eſt, operari hanc aquam certum eſt non minus longè, quàm in fonte ipſo, competenter exhibita. Defertur Romam, Venetias, Mediolanum, Lugdunum vſque, & in alias partes. Tota æſtate, & per caniculam vtilis.

Baln. ad aquas in Liguria vbi nunc Monferratum.

Vſus varij. Frigida vena cum calida.

EODEM verò Apennini tractu, vltrà Alexandriam Pontificis 16. millia paſſ. eſt ciuitas Aquæ Statyellorum Plinio, ac Liuio teſtibus: quæ vt ab aquarum ſuarum perennis vſus primam cæpiſſe videtur originem, ita ipſarum adauget dignitatem mirifica natura, ſynceritas ſubſtantiæ, & multiplex ad omnem vſum ſalubritas. Si quidem aquarum natura limpida, adeoq. ſimilis aquæ ſimplici, vt vix ſciuerit eam Sauonarola ſub aliqua mineræ ſpecie determinare. Antonius verò Guainerius, qui primus de his aquis conſcripſit hiſtoriam, pluribus aſſerit experimentis, præſertim ex elambicatione; eas tres ſalis partes continere, Nitri vnam, aluminis parum, ſulphuris verò ſuperficietenus quidpiam, quamquam & odore, & tactus qualitate ſulphuratas admodum atteſtetur. Viſu enim cùm limpidæ ſint, ac ad alueum vſq; conſpicuæ; cæterum tactu admodum calent, vt vix in proprio fonte ſint tolerabiles, ſapore ſicco, ac ſubſalſo, ſed magis ingratè odore, vt corrupta nonnullis referant oua. Ad margines, vnde transfunduntur, herbas gignunt, ac enutriunt, ſynceritatis indicium, relinquuntq. ſecus vndiq; incruſtamentum ſalſuginis inſtar: quo tamen effectu haud mihi ſanè arridet Nitroſas idcirco eſſe, vt quoſdam tradunt ex Medicis eius ciuitatis ſenſiſſe. Nitrum enim ſine viribus denſandi in Italia eſſe conſtat, Plinio teſte: ſed Albulis noſtris potius eas ſimiles iudico, Aluminoſas, ſcilicet atq: ſalſas cum multo ſulphure. Quod confirmant, tùm calor ipſe actualis in his aquis vix tolerabilis: tum odor ipſarum ſulphuratiſſimus ac putidus: non enim ſulphur ex elambicatione, aut aliatenus melius deprehenditur, quàm odore ſuo (vt toties diximus) atq; calore aquarum, & præter hæc adſtringentia ipſa, ſalſitasq. planè aluminis: quo mineræ genere tùm tellus ipſa, tùm aquæ balnea rum, quæ extrà ciuitatem exiſtunt, ex communi omnium conſenſu abundant. Videntur autem diuiti admodum vena ab origine. Scatet enim fons primarius in media platea ciuitatis; à quo aquæ, cùm impensè ſint calidæ, diuerſis locis corriuantur ad balnea, alia viris, alias mulieribus, & alia ad diuerſos vſus conſtituta, vbi balnea faciunt, vbi vſu docciæ accommodantur, & vbi valido ex ipſis aquis æſtuante calore excipiuntur vapores ad ſudationes; vt nec priuatæ ædes, nec loca publica, nec ſacra ſuis careant balneis, quin & lauactis quædam ſeruiũt fœminarum, ac fullonum, & quæ caducæ ex pluribus riguis colliguntur in communem lacunam medendis equis, ac pecoribus ſunt vtiliſſimæ. Amplius hoc mirum in eis naturæ ſtudium (quod & in multis alijs locis contemplabile eſt) vt non plus duobus palmis à calidiſſimo fonte, alteram natura deſtinauerit venam frigidæ, & ferè ſimpliciſſimæ aquæ, vnde quaſi pro cuiuſcunq; arbitrio attemperari poſſent. In vſu quidem potus ſunt ad pro-

pro-

prium fontem:vbi ſtudeant bibentes,vt quoad eius fieri poterit, ſynceras habeant, ac dum hauriunt,bibuntque,ſe quopiam circà nares odore defendant, quo nihil melius aceto , donec ingrato ſœtori poſt primos dies aſſueuerint. In quo valent omnium antiquorum teſtimonio,aperiendo,attenuando,digerendo,ac firmando. Arenulas ducunt,calculos frangunt, renes,ac veſicam corroborant. Vſu verò balnei cùm plus ac minus temperatæ haberi poſſint,frigidis naturis,ac paſſionibus opitulantur: capitis præſertim, iuncturarum,ac articulorum doloribus; ac ex his qui ſolutu magis difficiles,aut inueterati extiterint, ſudatorijs maximè diſſoluentur,aut vſu ducciæ. Cæterùm tardè harum aquarum operationes percipi
Electio. ſolent,Sauonarola teſte,ac nonnullis vix ad annum vſq; cognoſcuntur: tota æſtate, ſed non adeò magnis caloribus eliguntur.

Aquæ eædem ad flumen Burmidam.

Porro eadem aquarum natura, quæ tot facit ſalutaria balnea in ciuitate Aquarum; ad fluuij planiciem,qui hac influit,transfunditur, ac æquè in balneis vſurpatur. Cuius eadem minera,eadem qualitas,idem vſus:niſi quia hæc ſubſtantiam eo tranſcurſu craſſiorem, ac terream magis acquirit,vnde colore efficitur ſubuiridis,ſapore terreo magis,magisque adſtrictorio,iniecta numiſmata ſubinde inficit.Neque actu adeo calet. Accidiſſe verò narrant quibuſdam annis,Guainerio teſte,quùm diuino quaſi miraculo omnes balnearum,quę in ciuitate erant, facultates in has exteras aquas tranſlatæ ſunt, ac illæ fuerunt aliquandiu
Vſus & illutatio. derelictæ. Semper tamen in his externis illutamenti vſus fuit præcipuus:ſedimento nimirùm leniſſimo, ſubruſo, (vt tota vndiq. tellus ſubruſa, ac figulinis vaſis vtiliſſima) admodum calido,cum aluminis ac ſalis adſtringentia ſingulari. Vtile ad defluxiones , artuumq. tumentias:contracta extendit etiam ex vulnere,indurata emollit, ventris ac hydropiſis inflationes diſcutit , iſchiadiq; impacta vitia ex alto attrahit, Eruitur autem lutum non ex fontibus ipſis, qui plures è Salebroſa rupe erumpunt, ſed ex profunda inferius lacuna, quæ quamquam tota paſſim ſcatet bullis feruentibus ſalientium aquarum , operoſiſſimis tamen laboribus ad id deſtinati homines,ſe totos in eas immergunt,donec ex imo alueo oppletis eo calenti luto lacernis , natantes ex altiſſimo gurgite , ac delibuti limo rubro ſmegmatis
Luti vſus. inſtar,emergāt.Ex fontibus verò aqua,tàm ebibita,quā conſperſa,ac in balneis vſurpata,rectè à Guainerio ad quaſdū fluidas paſſiones cōſulitur,pro adſtringenti facultate.quales hęmorrhoides,ac menſium fluores locis madidis,ac concipiendo in vtero ineptis. Pro multa verò eius aquæ adſtrictione communiter non probatur in potibus. Bibitur tamen vtiliter, & tanto efficacius,quanto actu calens adhibetur,& ſub ſole,in arenulis,& rumpendo calculo,& etiam aſthmati. Facit ad vteri procidentiam in embrochis. Subcutaneas,ac extimas omnes trahit ſorditias,ſiccat,abluit:quæ ſi cutim exaſperet,ablutio ad leniendum eam vlti-
Electio. mis diebus in limpidis ciuitatis aquis conſulitur. Nocent vapores concluſo balneo, caputq. adgrauant:cæterùm eadem vtriuſq; electio eſt.

Balneum Roſanelli in agro Tolentinati.

Pertransit ex agro Tolentinati Cluentum amnis , qui hac dignus memoria , ex amœniſſima cōualle Apennini ortus,breui quadraginta milliariorum ſpatio, multis auctus
Cluena, & Cluentum flu. riguis,ac torrentibus aquarum,à Cluana antiqua olim vrbe,nunc meo ſolo patrio (quæ in ora Piceni, hoc eſt ad mare,Plinio teſte) rapidiſſimus influit. A dextera amnis parte, vbi Vicus cognomento Roſanellus,nec plus à Tolentino nobili oppido tribus mill. paſſuum , fons ſcatet eius nominis aquæ,quæ & ſubſtantia ipſa,odore,colore,atq; ſapore plurifariam admixta , vſu potus, ac balnei,& item luti , digna eſt quæ & inter has medicatas referatur. Adhibito ad fidem recenti teſtimonio Valterij de Valterijs egregij Medici Tolentinatis,ex cuius longo vſu,ac ipſarum aquarum diſtillatione, varijsq. experimentis hāc contexuimus
Natura aluminis. hiſtoriam. Non dubium præbet harum aquarum naturam ſpecierum hinc non longè inuenta foſſicij aluminis,quam Talcum (ni fallor) dixere poſteri, quæ ex edito ad meridiem colliculo magnis ac digitum altis laminis eruitur,ſiccæ ac adſtringentis qualitatis. Et pro quadam intimi ſoli eius natura,quam ſcatentes aquę præ ſe ferunt,non mirum vel bituminis obtinere indicat,vel aliquam etiam ſulphuris mixtionem. Scatent aquæ ipſæ è ſuo fon-
Qualitates. te mediocri copia,ac frigidæ,primo aſpectu quā tranſeunt,ſubſtantia craſſæ,& tamen exceptæ vaſe vitreo (quod non multam arguit mixtionem) vix à ſynceris aquis diſtinguerentur. Odore aliquantiſper graui,ſapore ſicco,ac adſtringenti, & qui ſuctu quodam (vt aluminis eſt) guſtatum ipſum afficit , graueolens admodum in fundo , & fecus riguum relinquentes ſedimentum. Quare diſtillationis experimento, vel etiam decoctione cùm manifeſtum mittant ſulphuris,vel bituminis,quæ affines naturæ ſunt, nidorem; cæterùm his per halitum vaneſcentibus,ſedimen in imo vaſis contemplari eſt,aluminoſum,modicè ſalſum , & ſub-

Digitized by Google

& ſubadſtringens, nec ardens, nec crepitans, ſi igni adhibitum ſit. Vrinas verò cùm ebibitæ, iteratis præſertim poculis cieant, ac minus tamen ſubducant aluum, abſterſoriam præcipuè obtinere indicant facultatem. Qua propter intemperiem hepatis, ac renum calidam, nec non ventriculi ex bilis redundantia debilitatem corrigunt, & quæ eorundem, ac ſanguinis vitio redundant ſubcutaceas affectiones, pruritum, & ſcabiem ſanant. Vel quæ interiores afficiunt meatus, vrinæ ardorem temperant, renum vlcera ſiccant, purulentas cohibent excretiones, gonorheamq. & arenularum extrudunt recrementa. Iuuari admodum earundem potibus mulieres compertum eſt, cùm ſcilicet ob redundantes ex vtero humiditates non concepiſſent, poſteà abſterſis, corroboratisq. ſic locis concepiſſe. Bibuntur ſub calidiori cœli ſtatu, meliores verò (vt de multis alijs frigidis potui idoneis diximus) ſi in duplici vaſe concalefactæ habeantur, quo nomine, vt ſtomacho minus validis, ita & alijs temporibus, ſi opus ſit, vtiliter exhiberi poterunt. Vtiles non dubiè & in balneis, ſaltem priuatis concalefactæ ad prædicta omnia cutis vitia, & ad artuum tumores non minus, doloresque ex humiditatum affluxu compeſcendos. Luti verò eius ſubſtantia cùm cęmentoſa dicta ſit, ac mixta aluminoſis, ſalſis, ac bituminoſis partibus; adhibita (vt artis eſt) concalefacta, & ſub æſtu ſolis ardentiori, tàm artuum tumores, quàm etiam inueteratas extenuabit duritias, neruosque ex vulnere etiam contractos iuuabit. Cæterùm aqua, quæ ex oppoſito eiuſdem collis iugo, ac ſixo lapide ſcatet, exiguo, fonte, frigida item, ac limpida; puriorem quidem ſuſcipit ſalis impreſſionem, ac tantæ ſalſedinis eſt, vt guſtanti linguam abradat, vtiliſſima idcirco vſu enematum, valenter abſtergens, ac ſiccans, ſi præſertim cum prædicta minus acri aliqua parte, & vt occaſio poſtulat, attemperetur. Vt exiſtimem in Colicis, & in dyſentericis tergendis, ac ſiccandis, non minus quàm montis Catini aquas fore vtiles.

Operationes. Electio. Bal. vſus. Luti. Aqua ſalſa.

Balnea olim vrbis Saluiæ, & Caldarola in Picenis.

HÆC, vbi leni aſcenſu frugiferi erga Apenninum ſe extollunt colles, non obſcura habentur monumenta balnearum, ac vetuſta aliqua, quæ etiamnum extant Romanorum rituum veſtigia vrbis Saluiæ. quas antiqui (vt aiunt) Theatri forma equidem palæſtras potius cum balneis, Vrbanarum imitatione fuiſſe exiſtimo, quando ſub frequenti illa coloniarum in Picenis celebritate, militaria in eis exercerent ſtudia. Eodem verò collium tractu, qui ad Cluentum amnem pertingunt, Caldarola eminet oppidum peramœnum: quod quamquam à Caldarola familia ex Neapolitanis patricijs, qui hæc diu tenuerint loca, nomen traxiſſe quidam aſſenerent; antiquioris tamen huius nominis coniectura ſit, à calidis aquis dictum, quæ in propinquo colliculo de Caruſum nuncupato, ad duo ferè extrà oppidum ſtadia emanant. Quæ olim balnea S. Antonij nomine inſignita, ac multæ (vt ſeniores tradunt) frequentiæ, cùm non differre admodum videantur à Roſſanelli, iam prædicti in Tolentinati aquis, quæ vix quindecim hinc abſunt ſtadijs; Sulphureæ tamen in primis, cum aluminis mixtione habentur: Ex quibus manifeſte calfaciunt, atq; exſiccant: ob quandam verò adſtrictionem, quidam addunt & ferri eas, nec non fortaſſe auri participare naturam. Morbis idcirco frigidis probantur, ac inflationibus diſcutiendis vtilia: ſanant & cutis vitia, ac contractos ex vulnere neruos, ac ligamenta extendunt. Proinde cùm digna ſint, vt à craſſa vligine, qua iamdiu obruta manent, reſtituentur, id proximè ſperandum eſt, tùm diligentia, ac virtute ſpectabilis viri D. Euangeliſtæ Pallotti, qui hinc oriundus SIXTO QVINTO Pont. Max. à Secretis, ac Datarij hodie Sedis Apoſtolicæ dignitate illuſtris: tùm conciui ſuo curante Gregorio Picca I. V. D. ex quorum cenſuris, ac multorum experimentis hanc dignam huic loco adnexuimus hiſtoriam.

Vrbis Saluiæ Theatrum. S. Antonij bal. Natura.

Aluminatæ aquæ in Germania.

NONNVLLAE verò, ac nobiles balneæ inter Aluminoſas in Germania perhibentur. Sunt in finibus Lacus Podamici, quem Conſtantienſem vocant, quædam Embs dictæ aquæ; quæ aluminis mixtura (vt illi Medici atteſtantur) atque nitro participant. Adde his, & cùm in cauſſis frigidis ſummè conferant, capitis, ſcilicet affectibus, neruorum reſolutionibus, iuncturarum debilitati, colli doloribus, vlceribus malignis, ac alijs à diuturna defluxione morbis medeantur; facilè equidem venio in ſententiam Illuſtriſs. Domini ab Altaemps, has balneas non mediocriter quoq; ſulphure participare. Sicut etiam ijdem auctores Empſenſes, quæ ſub diœceſi Treuirenſi habentur, Aluminatas ſimpliciter dixere, quia ſalſiuſculas illas inuenerint, vſu etiam mulieribus innoxias, ac blandiſſimo calore præditas. quo certè inditio & ſulphure eas quadam tenus participare non eſt negandum. Præſertim quia & morbis catarrhalibus experti ſint vtiles: modicè, ſcilicet diſcutiendo, & membra ipſa non minus, à recipiendis defluxionibus præſeruando, ac roborando. Ob quam ſimiliter facultatem,

Embſaquę. Empſenſes.

tem,& quia blandiſſimæ in balneis ſunt,ad conceptionem tàm mulieribus, quàm viris, qui minus potentes ſint ad rem Veneream vtiliter commendantur. quibus in caſibus & ego eas recipiendas conſulo. Alias item celebres tradunt in Alſatia,aluminis,nitri,ac ferri præterea virtute participes: lienoſis, nec non quartanarijs ob egregiam temperiem vtiles, mundant cutim omnibus vitijs,vlceribus,plagiſq. ſordidis, atq; ſcabie. Aluminoſæ porrò mixturæ recenſuimus alias in Belgis,in agro Taurino in Heluetijs,& in Auſtria ad Bada oppidum:ne alia hic recenſeam balnea à ſubdominio aluminata.

Alſatiæ aquæ.

De aquis naturalibus ex Gypſo, ac cæterorum lapidum generibus. Cap. X.

Alu.ſquãmoſum.

NON eſt autem poſt Aluminoſarum aquarum cenſuras; differenda natura Gypſi, quod & ipſum aluminis modo contumacis mineræ eſt crudæ,& ſicciſſimæ. In montanis, ad conſpectum viæ Flaminiæ, Squammoſum alumen coquunt in Gypſum, quem Specularem Latini vocarunt σεληνίτην Græci, quòd noctu ſub luna fulgeat; ex quo optimum fieri gypſum affirmauit Plinius. Variat enim hoc lapidis genus ſecundum loca non parum; nam colore reperitur cineraceo, liuido,pallido, ſubrubro. Et materia,alibi ſyncerè natiuum,hoc eſt quod ſtatim erutum,gypſum eſt tenaciſſimum,quale in Cypro naſcitur,Plinio. Alibi verò lapis prædurus eſt: qua propter calcarij lapidis inſtar, coquitur aliquandiu in fornace,mox ad vſum contunditur in puluerem. Cuius modi multi ingas paſſim venas Apenninum montem videmus in tota Italia. Quod notant authores; gypſi materiam vbiq; naſci. Sed hic plana magis opus eſt explicatione. Singula lapidum genera venirent in hanc conſiderationem aquarum, prout incurrentes aliquam ex eis concipiunt impreſſionem,quæ habentur,& ſpecie, & permixtione ſimul generum innumera. Ex omnibus verò tria hic computamus extrema. alia ſunt duræ ſubſtantiæ lapides,vt ſilex,pyrites,molaris,minutæ glareæ, & quædam marmora; quæ maturiores ſuo occurſu. ac minus crudas efficiunt aquas,nullas alioquin impatiuntur qualitates. In altero extremo quædam alia ad naturam terræ accedunt,quæ vel emolleſcunt,vel fathiſcunt influente aqua, Gal.teſte 9.Simpl. Vt tophacei,arenoſi,ſabuloſi,pumicoſi, cinerei. Alij lapides mediocri inter illa genera ſubſtantia,ac duritie, mediocrem in aquis obtinent conditionem, vt aluminoſum genus calcarium,vitrarium,gypſeum;qui vt aliquam præbent aquis qualitatem; ita ſi igne ſubterraneo,vel calentibus vtrumq; aquis afficiantur,non modicè ipſas inalterant, ſapore, calore,ſubſtantia,& item qualitate plus minus exſiccante,& terrea. Hoc verò in his differt gypſum à calce;quod lapis calcarius præuentus igne,exoleſcit totus,ac fathiſcit in aquas. quod proprium idcirco facit genus,de quo poſteà loquemur. Gypſum hoc habet propriũ, vt quanquam ignem patiatur, non ſoluitur tamen igne, vt calx; ſed concipiens partes igneas, minus denſum fit,ac redactum in puluerem, vt gypſi artis eſt,ſuctu adeo acri in ſe attrahit aquas, vt glutinum euadit lapideum, tenaciſſimum. Pati verò gypſum contingit igneum;aut arte,qua nimirùm lapis coquitur,ac comminutus ſic venit in artem; aut coquitur natura,attenuaturq. terreſtri calore in tantum; vt non adhibita etiam igne,ſtatim è fodinis erutum,ac comminutum,venit in opus,fitq; in cæmentis tenaciſſimum. Itaque gypſi materiam,dictum eſt,vbiq; naſci,ac innumeras diuerſis locis,ac terris ſortitur differentias. Induſtrij hac in parte ſcriptores,& nos in libris terreſtrium rerum,varias admodum obſeruauimus differentias,vt è lapidicinis ſuis eruitur. Candidiſſimum omnium Cyprium, vt ex Plinio propoſitum eſt; alabaſtrite dictum ad vnguentorum vaſa, & ſimile quod ex Germania fertur,in Thuringis naſcens, quo ſoluto in aquis nitidiſſimas plaſtæ formis ſuis, fingunt imagines. Cinereum,& gleboſum,grauiſſimumq. in Italia,vel è lapide ſpeculari adſimili,& Talchi laminis combuſtis;alibi ſubrufum,alibi melleo colore. Omnino vſtum, & non vſtum intelligitur,ſeu coctum,& non coctum. Nec dubium hoc gypſi genus, quod non indiget artis coctione, ac terreſtrem paſſum ſit ignem, vt affatim influentes aquas combibere eſt idoneum,ita inſignes admodum in eas imprimit qualitates. Ergo diuerſos impreſſionum gradus in omnibus ex gypſo aquis eſſe neceſſe eſt. Aquæ enim quæ crudo occurrunt primo generi gypſi, crudæ ſimiliter, & grauiſſimæ euadunt, vel ipſa frigiditate noxiæ corporibus. At maturum, & quod aliquatenus calorem ſenſerit intimum, albidas reddit, materia ſcilicet non adeò contumaci, ac domita calore, vnde facile ſe in aquas diſſoluat. Quales, & in exemplis gypſearum dicemus noſtras Albulas, quæ manifeſtè lapidem intimè concipiunt calcarium, idemq. fermè vel gypſi genus, vel affine, & qualitates ſimiliter aluminatarum more habet conſtipatiuas. Atque hoc magis,quòd mineralia omnia etſi vim plus minus obtineant emplaſticam;ideſt quòd tenaciter corporis meatibus illita inhæreãt: hanc habet gypſum valde inſignem,terrenæ,ac ſicciſſimæ ex natura ſubſtantiæ, iuxtà atque viſcidæ,tenacis,nec adeò acris. Quas omnes impreſſiones facilius aquæ contraherent,ſi ex

σεληνίτην.

Ex generibus lapidum communes impreſſiones.

Gypſum quid differat à calce.

Gypſi multæ differentiæ.

Variæ ex gypſo impreſſiones.

Qualitates.

com-

combuſto in vitrinis lapide transfunderentur, quales ex cinere lixiuium, qui cum etiam multam habet gypſum affinitatem. Styptico ſapore, ac ſubacri, diluta albedine craſſas, ac graues. Cutim extrinſecus adhibitæ contrahunt, meatus opplent, excrementiciam ſubter cutim humiditatem conſumunt: & quæ præcipua in eis vtilitas eſt, ſudores cohibent. Ebibitæ autem non poſſunt eſſe ſalutares: habet enim gypſum vim præfocatiuã, atq; admodum exſiccantem: quare nonnullis cordis humidum abſumere putatur, ac inter venena à Dioſcoride ponitur, quod genus dixerim duras, ac frigidas, & grauiſſimas. Viſcera enim aggrauãt, vrinarum difficultates gignunt, vt cænoſæ omnes, ſanguinem coagulant, vim generatiuam lædunt, meatus occludunt, noxiæ thoraci, & omnibus organis reſpirationis. Reliquæ ac dilutæ cum aluminatis computandæ.

Qualitates.

Ex Gypſo aquæ potu noxiæ.

Loca aliqua, & aquæ ex natura gypſi in Italia.

PRO exemplis autem, aquas quę gypſi obiter elambant materiam, non paucas habemus in montanis Italiæ: ſed quæ tamen non notantur, vtpote parum vtiles, vel ſiccæ inuentæ in potibus, vel fumoſæ. Aliæ fallunt ſenſum ex prædura gypſi ſubſtantia, quæ non facile ſoluitur in aquas, ſed quę plurifariam lædunt: vt quæ ad Callim bibuntur apud Camertes, quarum vitio (vt ego exiſtimo) gutturoſi omnes fieri viſuntur indigenæ, præſertim mulieres. Similes in Equicolis ſunt, & alijs locis. Similis naturæ ſunt aliquæ ſcatebræ ad vrbem Romam extrà Portam S. Sebaſtiani, quas inter vepreta erumpentes latiſſima planicie, haud differre claritate ſubſtantiæ à potulentis alijs diceres. Limpidæ, frigidæ: cæterùm ſaporis aciduli, & quæ per ebullitionem cinerem deponunt non paucum, albiſſimum, gypſi, vel calcis inſtar. Quare eas in potibus omnino prohibui, etiam prælatis viris. Bononiæ puteos ob ſolum natura gypſeum, tradunt inutiles, ac bibentibus vrinarum gignere difficultates. In Germania autem gypſi mineram elambere ſcribunt noſtri recentiores, quæ ad montem Albium, ſub Eugeſta Heluetiorum emanant. Alias ex eis non habui notas, niſi quòd exſiccando vtiles ſint, ac refrigerando: & hinc abſtergunt, opplent, ac glutinant. quibus planè facultatibus valere eas aduerſus antiqua vlcera perſuaſum eſt.

Aquæ ad Callim.

Acidę ad vrbem.

Bononiæ putei.

Aquæ ad Eugeſtã.

Stygos hydor in Arcadia.

GYPSEAM naturam, vel quid peius tenere fontem, ſeu flumen Stygos quidam putant iuxtà Nonacrim, qui eſt Arcadiæ mons. Nam lapideſcere eius aquam tradit Plinius, ac nimio frigore noxiam, fortè quia argenti quoq; viui occultè concipit virus. De quo Seneca in naturalibus, ſumma (inquit) celeritate corrumpit (ſcilicet corpus) nec remedij eſt locus, quia protinus aqua duratur, nec aliter quàm gypſum ſub humore conſtringitur, & alligat viſcera. Item Vitruuius lib. 8. Hanc neq; argenteum vas, nec æneum, neq; ferreum ſuſtinere poteſt, nam diſſilit, ac diſſipatur, niſi (dictu mirum) mulæ vngula. qua narrant Alexandrũ ab Antipatro, per Iollam filium fuiſſe necatum. Aeliani hiſtoria fluminis meminit lib. 10 de Aſino Scythio. Stygis fluminis in Arcadia aquam Scythici aſini cornu Maximo Macedoni delatam, cùm vaſa diſrumperet, etiam ferrea, ac illud propterea cornu Apollini Pythio in Delphis dicaſſe, quod Stygis robur ſuſtinuiſſet.

Ex Puteolano aquæ.

AD hanc porrò ſpeciem pertinent aliquæ in Campania aquæ, quæ nullam manifeſtè mineram niſi Puteolanum puluerem elambere viſuntur. Subſtantia eius media eſt inter lapidem & terram. Nam quod putauit Vitruuius, congeneam hunc puluerem naturam habere cum pumice, non ſatis conuenit eius effectibus. Nam non eſt dubium, quòd pumices non redundant, niſi vbi terræ ardent, vt in Aetna, ac Veſeuo monte: vnde ſpuma potius videtur eſſe ex viſcida vligine concreta, quàm terra, leuis, ac ſine robore. Hic autem puluis mineralis eſt, in Campania tantùm natiuus, & in latio propè Romã, cuius fodinas intellexit Cicero pro Cluent. d. In arenarias quaſdam extrà portam Eſquilinam productus occiditur, vbi multum etiamnum foditur. Roboris eſt in cæmentis duriſſimi, Vitruuio ipſo, atq; Plinio teſtibus: vnde portus Puteolanus ex eo primùm factus, Strabone; nomen pulueri acquiſiuit Puteolano. Quare ad gypſi naturã potius videtur accedere, ac ferri: minera Tophi gleboſa, grauis, ſcabra, ferrugineis intermiſta ſquãmis, vel albis, ac gypſeis pullacei coloris, vel nigri tenacior. Pro inexhauſta autem ariditate, vbi aquis interluitur eas affatim videmus imbibere, nec retinere tamẽ in ſe, niſi quantum in cæmentis excipitur, ac paucæ ob id impreſſionis. Quare per hunc tractum Campaniæ vſq; Neapolim, permultas ex huius pulueris materia excurrentes inueneris aquas, quæ in potibus, ac eſculentis ſumũtur, ac raræ vllam referunt qualitatem, niſi nomen, quod communiter habent prauæ aquæ.

Pumicis, nat.

Arenariæ fodina.

Aqua ferrata ſub Tybure.

Talis aquæ ſpecies ex eiuſmodi tophaceis ſcatebris emanat ſub Tybure, non longè ab Hadriani Cæſ. villa, quæ ferrata dicitur, ac iam toti illi viciniæ, ac vineis cognomen ferratæ videtur indidiſſe. Hanc in fluxibus ventris, vt chalybeatas arte aquas, vſurpaſſe aliquando accepimus Angelum Leoninum Tyburtinum, qui Leonis X. Medicus, & poſteà Archiepiſcopus Turritanus. Non ſine aliqua tamen acutæ, ac abſterſoria parte eam cognouimus ex ſedimento, quod decocta relinquit ſciſſilis aluminis modo ſalſugineum, atque albiſſimum.

De aquis atramentoſis naturalibus. Cap. XI.

χάλκανθον.

Aqvarvm autem ex atramento eadem eſt cum Aenearum natura: quod Græca voce planè exprimitur, χάλκανθον enim appellant, quaſi æris florem, ac ſuperficiarium materiæ æris recrementum. Vnde Plinius lib. 34. cap. 22. Græci inquit cognationem æris fecerunt nomine, & atramento ſutorio, appellant enim chalcanthum. Eſt enim hæc tertia quædam natura, quæ per aquas ſeu naturaliter, ſeu arte affuſas in materiam æneam coaleſcit, veluti ſal, vt declarabitur. Ex quibus hoc primũ manifeſtum eſt, quòd omnis atramentoſa aqua tenet æris naturam. Eſt alterum (quod aliquam facit differentiã atramenti atq; æris) vbicunq; ænea materia eſt, & ibi & chalcanthi aliqua productio eſt, non è contrà. Hoc enim excrementum eſt, illud ſeminarium. Ex perfectis quippe æris metallis producitur & chalcanthum, ſi aqua (vt dixi) affundatur, eaque aut ſponte naturæ in cauernis, aut igne adhibito coaleſcat. Ex imperfectis autem multis emanare quidem videmus aliquã atramenti portionem; cæterùm æris ſterilem. Atq; id commune eſt in metallis terræ, vt alia minera imperfectior, & minus fœcunda alia minera ſit. Gratia verò exempli, nullis in locis (quantum apud varios auctores legere potui) perfectior æris, atque chalcanthi ſimul natura reperitur, quàm in Cypro. Vbi auctore Galeno lib. 9. Simpl. mons eius metalli erat, totus chalcyteos, Soryos, Miſyos, ex qua maſſa in fornacibus fiebat æs, cadmia, pompholix, Spodium, Diphryges. Chalcanthum verò ſic: ex pertuſo colle deſtillabat quotidie guttatim aqua viridis, ac tepens; quam aquam vincti quidam in piſcinas fictiles efferebant, in quibus paucis diebus concreſcebat, fiebatq. chalcanthum, quod propterea σταλακτικὸν, ideſt Stillatitium à Dioſcoride vocatur. Ex quibus, & hoc rurſus intelligitur, quod idem ferè eſt dicere Chalcantoſam aquam, ac ex chalcyti, Soryo, Miſyo, atq; ære admixtam, qualem in Cypro eſſe diximus abſolutiſſimam. Ad Cyprij Metalli perfectionem proximè accedit quod poſteris ſeculis repertum eſt in Dacia, ære pariter fœcundum, atque chalcantho. Poſteà quæ in Germania ſunt, ad Perzenum & Sbozzum: poſtremæ ſunt quæ in Hiſpania mineræ, & in Italia: quæ vel hoc nomine deficiunt à perfectione chalcanthi, quod vbi in Cypro quæ ſponte deſtillabant aquæ in cauernas, ipſiſſimam conuehunt ſubſtantiam chalcanthi; in his alijs regionibus iuuari naturã opus eſt arte, quæ eius ſuppleat defectum. Ratio enim parandi apud Dioſcoridem & Plinium, & quæ hodie ſeruatur, hęc eſt. Effodiunt minerã apertis vndiq; ſcrobibus; ob noxium halitum eius; inſolant per ſex menſes, ſinuntq. eam ſubdialibus pluuijs, ac vdo noctis aëre irrorari; mox macerant in magnis alueis, deductis in eos puris aquis, quarũ ſubinde lixiuium in ahenis plumbeis decoquunt, cætera enim metalla ab ea aqua eroduntur. Neq; hactenus hæc aqua acquirit Chalcanthi perfectionem: verùm addita certa portione aut ęris, aut ferri condiunt, conditasq. ſinunt in alueis ligneis refrigerari, tranſuerſis virgis inſertis, vbi reſſes chalcanthi concreſcunt, vitrumq. eſſe creditur, vt Plinius inquit, vnde noſtris poſteris dictum videtur Vitriolum. Additur ferri, aut æris portio; nimirùm ob defectum aliquem partium Miſyos, Soryos, & Chalcyteos, quarum chalcanthum ipſum ſoboles eſt, ac ſine eo additamento (quod tanquam coagulum eſt, aut magiſtra, quemadmodum eã vocant) non perficeretur chalcanthi natura. Ergo planè conſtat eius perfectionis mineratum, magnam eſſe latitudinem, atq; itidem ipſarum aquarum. Abſolutiſſima enim eſt quæ totã continet æris naturam, atq; chalcanthi, quæ mixta eſt quaſi diuerſis ſeminibus, Chalcyteo, Soryo, Myſio, ac Melanteria, quę ex eiſdem montanis, ac fodinis eruta illa inſula dictum eſt. Aqua colore viridis, ſubſtantia craſſa, odore (vt materia quoq; ipſa eſt) graui, ac toleratũ difficili, guſtu chalcytidis atq; æruginis mordaci, nõ adeò in balneis vtilis, vtpote quæ cum vehementi adſtrictione apprimè calfacit, actu tepida: quæ omnia de Cyprijs aquis narrat 9. Simpl. Gal. quanquã inuenio hodie ab ipſis, eas minus obſeruari. Harum portò naturam conſequuntur quædã mineræ atq; aquæ eius generis in Italia, Germania, atq; Hiſpania, quæ mediocres ſunt; ex his enim æs quidem non fit, ſed quodã additamento chalcanthum; ac hæ certis in caſibus haud inutiles ſunt in balneis. Præter has

Aeris, & atramẽti affinitas.

Atramentum naturale.

Aqua ex Chalciti, Miſyo, & Soryo.

Ars atramenti.

Vitriolũ chalcanthum.

Syncera chalcãthi aquã.

Participans chalcantho aqua.

autem

autem tertium genus eſt aquarum huiuſmodi, quæ neq; æs,neq; chalcanthum mittunt;ſed omnino ſteriles ſunt, ac aliquam dumtaxat eius naturæ elambunt qualitatem; quod genus præcipuè in balneis idoneum eſt. Si quidem ſuſcipiunt hæ aliquam è materia chalcanthi impreſſionem,aut ſaporis,aut coloris,atq; etiam caloris;vix vllam tamen determinate,niſi acenitatem quandam cum inſigni adſtrictione. Variam eam tamen pro diuerſa diſpoſitione,ac mixtione mineræ,& aquarum ipſam incurrentium proportione. Quare alio loco acidæ ſunt,qui tamen ſapor haud proprius atramentoſæ aquæ eſt:nam multæ ſunt acidæ ex aliqua alia mixtura. ſicut albulæ,quæ aluminoſæ ſunt, ac multæ acidæ in Puteolano, nitroſæ. Alio loco elambunt quidem aquæ chalcanthi materiã,acres tamen,aut ſubacres ſunt,quas fortes appellant,aut fumoſas. Operæ precium ergo eſt(vt toties ex Galeni auctoritate monuimus) veram notitiam quarumcunq; aquarum in particularibus ipſis venis, ac fontibus inquirere,easq. per experientiam cognoſcere. Prima ergo,& quodammodo propria atramenti impreſſio videtur eſſe(eodem Galeno teſte)vehemens adſtrictio cũ inſigni calfaciendi virtute. Quam ob rem veræ,ſinceræq. atramentoſæ aquæ potentia calfaciunt ſi quæ aliæ minerales aquæ,& quædam actu in altum penetrant. Nec minus exſiccant,conſtipant contrahunt. In potibus inutiles(vti diximus)nam ſtomacho aduerſantur,corroſinæ,atq; vlcerantes ſunt,parcè in quocunq; medicinæ vſu recipiendæ. Niſi in pauca doſi, aut dilutæ, ac temperatæ admodum ſumantur: ſicut drachmæ pondere ad lúbricos necandos ſumitur ipſum chalcanthum;ac pro portione idem præſtabit chalcantoſa ipſa aqua. Quemadmodum etiam his qui ſuffocationis periculum ſubierint fungorum eſu, ex aqua potum chalcanthũ conſulitur,ad prouocandum vomitum,Dioſcoride auctore.Extrinſecus autem adhibitæ velociter digerunt,laxam,frigidam,ac tumentem carnium miſcellam extenuant;nec non ſanguinem fluentem ſiſtunt, non aſtrictoria modò facultate, ſed cauſticæ quoq; virtutis ratione. Oedemata diſcutiunt,& craſſam ſcabiem abſtergunt, elephantiaſimq. à radicibus corrodunt. Vtiliter fiſtulis rumpendis induntur, vlceribusq. ſupercreſcentẽ carnem exedunt; qua vi chyronijs, cachoëticisque, quæ difficile curatù dicuntur vlcera, ſeu mali moris, ac fluidis medentur. quo loco ex vitriolo ipſum oleum neoterici practicantes vſurpant. Tineã ſanant factis embrochis,ex experientia. Carnibus prætereà condiendis,ſeruandiſq; Galeno teſte,ſunt commodiſſimæ: à putrefactione enim præſeruant ſuper cæteros ſales, manantem exinde humiditatem aſſiccando,ipſarumq. ſimul ſubſtantiam contrahendo, ſolidandoque, condimentum idcirco inſepultorum corporum ſingulare. Porrò aquarum, quæ ſuſcipiant, non exactam ſubſtantiam atramenti, ſed terram quampiam atramentoſæ naturæ abluant,multi ſunt gradus mixtionum;ita,vt vix aliquæ differre videãtur ab aqua ſimplici, niſi maiori quadam tenuitate; vt de multis dicemus,quæ nec in cibis ac potibus refutãut. Et quo magis aquæ repeĝiuntur diſtare ab exacta illa natura chalcanthi, eo minori efficacia in ſuo genere operantur. Proinde quæ mediocriter atramentoſæ ſunt,eadem per omnia poſſunt, quæ aluminatæ, atq; acidæ. Penetrant verò promptiùs, abſterguntq́ue, ac epotæ (quales multæ habentur temperatiſſimæ acidæ) per vrinam,ac per aluum egregiè purgãt, arenulas pellunt,lapides conterunt,vrinarios meatus dilatant,omni ſublata, quæ iſthic generari aſſolet viſcoſitate. Quæ verò imbutæ dumtaxat eius naturæ vaporibus ſunt, in potibus ac cibis vtiles. Immò ſic aliquæ longo vſu confortant ſtomachum ac viſcera aliqua; obſtructiones aperiunt,obeſos emaciant diu ebibitæ. Vt particulares quarundam hiſtoriæ docebunt. Et aliquæ acidæ.

Atramentoſæ in balu. vtiles.

6. San.tu.

9. Simpl.

Operationes ſynceræ aquæ atramentoſæ.

Vtilitates in balneis.

Acidularum ex chalcãto natura.

De atramentoſis aquis,& locis. Cap. XII.

ATRAMENTI natura haud ita vulgò reperitur, quemadmodum ſal, ac multa alia genera minerarum. Immò cùm raris in terris propagetur, haud mirum ſi pauca loca in toto orbe memorentur,ac primas obtinere Cyprium dicatur, deinde noſtris temporibus Dacicum,tertio loco Italicum. Inualuit tamen vſus quodammodo loquendi noſtrorum veterum, vt electiſſimum cognomento Romanũ appellent. Vbi duplex error detegitur. primum quia hoc non excellit neq; Cyprium, neq; etiam Dacicum. Deinde quia in agro Romano nullum neq; à Plinio,neq; ab alijs ſcriptoribus claſſicis ponitur:quam ob rem(vt equidem puto)barbari id cognomen à famoſiſſima omnium vrbium regina Romanum indiderunt pro Italia,in qua repertum eſt certis locis. Primùm in ora iſta maritima Campaniæ 28.circiter milliario ab vrbe,in pago, quod ab æris natura Montæranum dictum videtur, & aëris iuxtà fluentum. Quæ vena perexigui eſt fructus, ac rarò elaboratur:extẽditur tamen hæc natura ad totum agrum Viterbij,vbi tot balnea ſunt, ænea aliqua:& quibuſdam locis fit vitriolum,ſed (vt dixi) paucum. In Senenſi nouiter reperta eſt chalcanthi minera ad montem Fullonicum,via Romana ſiniſtrorſum 8.mill.paſſ.&

Vitriolũ Romanũ.

Aeris flu.

in Maritima, vbi mons æris pagus dicitur, terra mixturæ diſcoloris, luteæ, rubiginoſæ, atræ, ſubuiridis; craſſorum verò adeò vaporum exhalatiua, vt luminaria inter fodinarum latebras extinguant, vnde multam ex eis Cupparoſam collegimus. Sunt & in Volaterrano, quas dicemus, aquæ. Porrò in Hiſpania puteos id genus aquas habentes ponit Plinius, ex quibus (inquit) atramentum fit colore cæruleo, per quã ſpectabili nitore, vt vitrum credatur. Et in Germania, vbi celebre eſt, quod in Saxonia apud Goſelariam conficitur. & infrà in Miſena pluribus locis. in Bohemia quoque, & in extima Pannoniæ parte, quæ Tranſyluania dicitur.

Libro 34. cap. 12.

Aquæ ex chalcantho in Cypro.

Gal. 9. Sim.

SYNCERAS autem chalcanthi aquas in Cypro, ita deſcribit Galenus ex pluuijs deſtillare. Specus erat in continentem collem, ea latitudine, vt tres ſeſe viri in eo contingerent: tanta verò altitudine, vt viro ſummè procero recto liceret incedere. Specus hic decliuis quidem erat, non tamen præceps ac præruptus. Porrò ad finem eius quaſi in ſtadium porrecti, lacus erat aquæ viridis, & craſſæ, tepidæ plenus. At in toto deſcenſu calor ſimilis qualis in primis balneorum ædibus percipitur; quas, quòd in eis corpora præmolliri ſoleant, Promalacteria appellare conſueuerunt. Aqua verò quotidie guttatim ex percuſſo colle deſtillans, quatuor & viginti horis totius diei ac noctis colligi aſſolet ad amphoras Romanas quaſi octo. Eam vincti quidam in piſcinas quaſdam quadratas fictiles, in domo ad ingreſſum poſita ſitas efferebant, in quibus paucis diebus concreſcebat, fiebatq. chalcãthum. Mihi verò, vbi ad terminum effoſſi ſpecus deſcendiſſem, vbi videlicet tepida hæc, viridiaque aqua colligitur, aëris odor viſus eſt ſuffocans, & toleratũ difficilis chalcytin, æruginemque redolens. Et aqua quoq; guſtu præferebat qualitatem eiuſmodi. Ea propter & nudi, & cũ ſumma feſtinatione amphoras vincti exportabant, nec longiorem illic moram perferre poterant, ſed celeriter recurrebant. Accenſi autem erant mediocribus in ſpecu interuallis lychni, qui nec ipſi longo tempore durabant, ſed celerrimè extinguebantur. Hunc ergo ſpecũ pedetentim excauatum multis annis ab eis tunc didici: Hæc enim, inquiebant, aqua viridis, quam vides ex colle in lacum manantem, ſenſim ſeipſa minor effici ſolet. At vbi propè adeſt vt deſinat, rurſum vincti, quod continens eſt ipſius collis perfodere pergant. Euenitq. aliquando olim, vt ſubitò quicquid perfoſſum eſſet, concideret; omnesq. ad vnum occideret, ac totam viam corrumperet. Id vbi fit, alio foramini fodiendo eouſq; inſiſtunt, quoad rurſum aqua illis adſit. Hæc habui quæ tibi de chalcãtho exponenda cenſerem, & ſanè fortaſſe non neceſſaria, cæterùm quæ ſcire præſtaret, quàm ignorare. Memineris autem, quòd ad ſiniſtram manum ingredientibus, conſpectum nobis dixerim Metallum Soreos, Chalcyteos, & Miſyos: vt ex his conijcere liceat, aquam pluuiam totius collis terrã illam colluere, atq; abluere, ex qua ſponte quidem fiebat Sory, Miſy, & Chalcytis; & in fornacibus æs, cadmia, Pompholix, ſpodium, & Diphryges. Hæc omnia Galenus.

Lacus aquæ viridis.

Promalacteria balneorũ pars.

Chalcanthoſa, & pluuia aqua.

Atramentoſa aqua in Pannonia.

DIGNVM porrò de atramentoſis aquis exemplũ, hisq. Cyprijs ſimile ponitur à Georgio Vernhero regio Pannoniæ conſiliario, his ferè verbis. Ad Zepuſium in Smolnicio ſunt aquæ, quæ & ferrum erodunt. & lapideſcunt: animantes verò epotæ enecant. Eruuntur autẽ ex his montanis metalla, ferrum præcipuè atq; æs, iniectaq. in eas aquas equi ſolea ferrea, ſiue fruſtum ex montis ipſius ferrarijs erutum, viginti quatuor horarum ſpatio exeditur: cæmentiq. ſpecie eliquatum excoquitur in fornace, fitq. idipſum cuprum nobiliſſimi generis. Participãt autem ea Montana ferro, ære, pyrite, lapide, ac atramenti (vt ratio dictat) natura, Soreo, Miſyo, atq; chalciti, nam & vitriolum inde duplex conficitur, naturale vnum, atque alterum artificiale. Nam aquæ pluuiæ, ſeu quæpiã de induſtria collectæ aquæ, ac ipſis collibus corriuatæ, paulatim ab ipſa terra combibitæ, certis ſpecubus in longas ſtirias pyramidarum modo concreſcunt. Foditur & arte metalli terra, quæ vbi de more macerata fuerit, coquitur, fitq. purum Vitriolum, ſine ferri aut æris mixtione, quod in Italicis noſtris, atq; Hiſpanicis mineris, ob defectum naturæ aliquem facto opus eſſe iam diximus.

Ferrũ mutatum in Cuprum.

Aqua Neuſolæ in Dacia.

SIMILEM porrò naturam, atque acrimoniam ſcribunt Metallarij quidam Theutones habere aquam ad Carpathium montem in Dacia, quæ Tranſiluania hodie dicitur. Has enim è puteo eductas, ac in canales quoſdam ad hunc vſum transfuſas, fruſta ſolidi ferri coniecta erodere, donec in lutulentam tabeſcant materiam, quæ ſubinde in vſtrinis (vt artis eſt) in ſubſtantiam puri, ac perfecti æris decoquitur. Eandem, vel ſimilem aliam ponit nouiter idem Vernherus de rebus Pannoniæ, vbi ſic habet. Ad oppidum Baſtriciã, Germani Neuſolam vocant, vbi fodinæ ſunt æris, Regiæ dictæ (nam Regis decreto elaborantur)

tur) ex cuniculo quodam aqua emanat viridis, ex qua, vbi ſubſedit, chryſocolla multa colligitur.

Atramentoſæ in Volaterrano.

Ex Italicis autem noſtris, atramentoſæ naturæ aquæ complures in Volaterrano agro habentur; ac inſignes præcæteris ad caſtrum montis Catini, vbi & chalcanthum ipſum adhibita ferri certa portione conficitur. Terra hinc tota Soryo commixta videtur, Miſyo, & chalcytide; varia nimirum, liuida, maculoſa, veneta, glebuliſq. intermixta varijs, albis, cęruleis, luteis, quæ omnia de mineris chalcanthi redundant. Aquæ verò ipſæ, quæ hinc in lacunam colliguntur, ob inſuauem, acremq. ſaporem, aquæ fortes vulgò appellantur, non vulgaris quoq; vtilitatis in balneis. Lacunæ autem, ſub caſtro nouo, quas in ſulphuroſis retulimus, haud dubiè atramenti quoq; naturam cum ſulphure participant; vnde illa egeri corpuſcula veriſimile fit, quæ Volaterranus ſcribit, noxij vaporis omnibus tùm beſtijs, auibuſque, tùm etiam hominibus. Craſſiſſima verò eſt aqua, & atri coloris; tùm ob craſſos tetroſq. eiuſmodi vapores, qui eam continenter exagitant; tùm quia ſolatibus radijs exuritur. Qualem & in Auerni aquis occaſionem oſtendimus.

Aquæ fortes.
Lacunæ.

Balnea Volaterrana ad Caſtrum nouum.

Porro vt veniamus ad balnea, cùm in tota hac regione, ex mineris eiuſmodi diuerſa ſcateant aquarum genera; alię quidem chalcanthi frugiferæ, aliæ noxiæ, ac prorſus inutiles, nonnullæ propriè recipiuntur in balneis, ijsque extructis intrà parietem, atq; arce etiam à veteribus Volaterranis, ob loci ſolitudinem, communis. Has balnearum aquas balnearij noſtri communiter omnes ſulphuratas ponunt, ſalſas, atq; aluminoſas. Nos verò cum iunioribus, qui exactè magis hanc minerarum naturam examinauimus; eas quidem mixtas, cæterùm pluri ex parte chalcanthoſas dicimus. Tùm argumentis, quæ ſuperius diximus terrarum, diuerſarum, ac minerarum, ex quibus chalcanthum conficiunt; tùm ex ſordibus ipſis, ac acri omnino ipſarum aquarum qualitate. Quamobrem quod iuxtà arcem primi olim meriti, ac validiſſimæ operationis erat, Balneum ad morbum vulgo dicebatur, vtpote quod atrocem quemcunque & incurabilem morbum perſanare diceretur, Vſus erat primo ſtatim à fonte exiens ducta, calidæ, & digerentis virtutis. Subinde balnea varia; inter quę calidiſſimum, quod Caſeum coctum forte ab odore vulgares nuncuparunt; & contrà balneũ planiciei temperatum, ac limpidæ ſubſtantiæ, nec minorum virtutũ (vt Sauonarola inquit) quàm balneum de villa, quod inter Aeneas aquas deſcribetur. Quod verò S. Michaelis cognominatur, in affectibus cutis eſt præſtantiſſimum.

Minera.
Baln. ad morbum.
Bal. caſei cocti.
Bal. Plan.
Bal. S. Michaelis.

Crathis, ac Sybaris flumina in Calabria.

Habeo autem ex antiquis auctoribus in Italia Chratim, ac Sybarim Calabriæ permagna flumina, ob fontes, quos recipiunt quoſdam, atramentoſæ naturæ. Horum aquas in memorãdis poſuit Theophraſtus, à quo Strabo, multifariam eas medicatas dixit. & item Ouidius, qui hos fluuios ex perſona Pythagoræ inter admiranda computauit illis verſibus 15. Metamorphoſeos.

Crathis & hinc Sybaris veſtris conterminus oris
Electro ſimiles faciunt, auroq. capillos.

Atteſtatur Plinius Theophraſtum, in Thuris ad eius nominis oppidũ in Calabria, Chratim candorem facere capillis, Sybarim nigriciẽ bobus, atq; pecoribus. Vbi poſteà ſubdit Plin. quin & homines ſentire differentiam eandem: nam qui Sybarim biberint nigriores eſſe, durioresque, & criſpo capillo; qui ex Chratide verò candidos, molliores, ac porrecta coma. Quibus auctoritatibus præclarè conſentiunt cauſſæ naturales. Certum eſt totã eam Calabriæ regionem, vnde hæc flumina ex Lucanis ac Thurijs in Adriaticum decurrunt, varias, & chalcanthi præſertim habere mineras. Vt mihi verò atteſtatur hodie Gabriel Francuanus amicus meus, qui de rebus Calabriæ accuratiſſimè ſcripſit, nõ longe ab his rigui, ac duo alia flumina eiuſdem perhibentur proprietatis. Muconium iuxtà Coriolanum, nobile oppidum, in quem propterea ſi morbidæ ſe immerſerint oues, curantur. Et Cotilem alterum, qui ambo in Crathim mittunt, ſicut & Laniſium è ſuperiori conualle influens, vbi Chalcanthum naſcitur. Ex qua natura, medicatas etiam qualitates participare horum fluminum aquas, ſatis demonſtrat, quod Strabo ſubdit, ſi equi ex aqua biberint, ſternutamenta cientur. Et quod mihi affirmant ex indigenis quidam, ab omni illa vicinia cùm morboſi habentur greges, ad illa paſcua, & illas aquas bibendas adigi, ac ſanari. Vnde & in potibus, quod meminit Plinius aliquam eiuſmodi habere poterunt vtilitatem. Nec mi-

Muconiũ & Cotilis, & Laniſiũ flu.
Medicatæ qualitates.

Ad decorationes. rum tingendis hodie lanificijs, ac sericis reperiri admodum idoneas; & chalcanthi qualitate, nam & quæ in Coſmeticis, hoc eſt, in ornamentis, ac decorandis capillis, quæ ex antiquis meminit Galenus l. I. de med. ſecundum loca, ex huiuſmodi metallicis etiamnum parantur. Ex lythargyro, vt plurimum, ſcoria; & ſquamma æris, ex aceto, vel lixiuio, illitis ſub ſole capillis.

Quæ lanas tingunt in Thracia, ac Phrygia.

Ad prædictarum probationem, duo alia habemus exempla. Amnis proditur in terra Aſſyride Thraciæ, agro Chalcydico; qui nigros ſimiliter facit fœtus pecudibus ex Chalcanthi, vt agri nomen dictat, natura, aquis tamen frigidis. Psycros flu. Vnde & Pſychrum eum vocant. Hierapoli fons. Simili modo lanas tingere fontis aquas ad Hierapolim Phrygiæ, meminit Strabo: quã regionem abundare multis aquis mixtis, ac balneis omnes hiſtoriæ naturales commemorant. Tyberinæ & Vrbanæ aquæ. Veſtigium mixturæ alienius, ad certum diſcrimen expetimur hic Romæ in aquis Tyberinis, ac aduentitijs: nam Tyberinæ limpidæ manus dealbant, ac faciem; Virginis autem, ſic nuncupata aqua, & puteorum rugoſas longo vſu reddit, ac rudes. Cæterùm non paucas alias, quæ habent ad colores animalium aliquam proprietatem commodiore loco narrabimus.

De Bituminoſis aquis naturalibus. Cap. XIII.

GENEROSÁ admodum fuit natura in ſpeciebus bituminis, & in differentijs ſuis, quod Græci ἀσφαλτὸν vocant. Qua propter non minora ex eo narranda veniunt exempla in ignibus, & in tota natura aquarũ, quæ de ſulphure habita ſint. quippe liquidum reperitur in marinis naſcens, & alijs aquis, gleboſum, terreum lapidoſum. Vnde quod dixit Galenus in xi. de ſimplicibus, bitumen vnum ex ijs, quæ in mari- Galeni locus. nis proueniunt, & in alijs quibuſdam aquis, quæ marinis ſimiles ſunt: hęc ſpecialis quædam bituminis origo eſt, non complectitur vniuerſam eius naturam quæ multas alias habet differentias, in his etiam aquarum impreſſionibus perſpicuas, ac varias. Nec mirum, ex antiquorum traditionibus, Galeni, Plinij, Dioſcoridis, præter communes ipſas facultates, non ſatis exquiſita habetur omnis, bituminis natura: quorum tamen non tam decet nos arguere induſtriam, quin potius eorum debemus amplificare poſitiones. Ergo ab origine Origo bituminis. primum, naſcitur bitumen (vt dictum eſt) in marinis, in lacubus, in fontibus, fluuijs, cretis, Genera. & lapidibus congenitum. Plura item ſunt genera, liquidum, concretum, piceum, cæreum, melleum, vinoſum, oleoſum, aquoſum, ſpumoſum, terreum, lapideum. Substantia aliquida. Et ſubſtantia pariter varia: liquida enim ſubſtantia ſunt, Naphta, Petroleum, oleum de ſaxo, manna dictũ, liquoris genus. Cõcreta. Concreta verò intelliguntur, Gluten iudaicũ, Pyſſaſphaltum, & quoddam ambaris genus. Terrea. Terrea ſubſtantia ſunt, ipſum Pyſſaphaltum, Carbones Saxoniæ, & gleba lapidoſa, qualem in Sidicino prope Nolã meminit Plinius. In lapidea verò ſubſtantia concluditur Gagates lapis, Iudaicus lapis, Thracius, Myrrhites & obſidiana Gemma. Differentiæ. Sunt & aliæ differentiæ communes bituminis complures, manifeſtæ in calore, nam nigrum propriè reperitur, gemmeum, aqueum, aureum, tranſeo ineffabiles alias, & occultas, quę tamen omnes ſuam, ac variam in aquas imprimunt qualitatem. Ergo has ſingulas in quaque ſpecie aquæ, quæ bituminis referat naturam, oportet ſingulis locis contemplari, & à ſubiecta ac propria illis locis, ac aquis bituminis ſpecie, proprietates ipſas, ac impreſſiones decernere. Verùm nos ad doctrinæ vſum, certa magis differentias, ac impreſſiones percurremus. Dubium non eſt Primum genus. cum Galeno, quòd vnum genus eſt, quod in marinis prouenit, & in alijs quibuſdam aquis, quæ non admodum marinis diſſimiles ſunt. Quale celeberrimum naſcitur, ac ſcatet ad ſiniſtram Hadriatici maris in Apollonia Epiri, in Aſphaltite etiam Iudææ lacu, & alijs locis. Innatat autem aquis id genus liquaminis, ceù ſpuma quædam, quod reſiccatum pice durius Gluten iudaicũ. fit. Hoc propriè veteres illi intellexerunt bitumen, quod poſteris Gluten iudaicum dictum eſt, ſplendens quidem, ac nigerrimum, ponderoſumque, ac proprio bituminis odore, graui ſcilicet, & nidoroſo. Babilonij porrò Aſſyriæ vocarunt alterum bituminis genus, tùm candidum, tùm nigrum, ſuo idiomate Naphta: II. genus Naphta. liquidum quidem ceù oleum, ac tantæ trahendi ad ſe ignem virtutis, vt eum ex interuallo quodam corripiat. Hoc in fodinis, ac puteis ſuis incendia quandoque, vt ſulphur edit admiranda. Et quod præterea nulli aliarum rerum conceditur, aquam ſimul & ignem in quibuſdam fontibus compatitur. Neutrum tamen id eſt ei proprium, neque neceſſarium (vt iam foſſoribus eius compertum eſt) nam nec vbique, aut ſemper ardet neq; ſcatet vbiq; ex fontibus cum aqua ſimul, vt Galenus putauit. Immo cum multa huius generis ſit copia, quod prouenit in Italia multis locis, id vel nullam habet aquam, vel habet paucam, ceù vehiculum, vnde exiliat. Hoc verò, quòd

non

non ſine aqua videatur ſcaturire, hanc apud me habet rationem, quoniam bitumen oleoſum eſt, ac viſcidum: Vnde vel ineptum eſſet ſcaturigini, vel ob iter in terræ poris combiberetur, per aquæ verò vim emanat ad exitum. Atque hæc prima bituminis neceſſitas cum aqua eſt. Alijs locis vbi dilutum eſt, aqueo ſimpliciter exilit ſucco, quod manna quidam appellant. Alibi inter cretæ fibras ſcatere reperitur, ceu oleum: Vel è rimoſo ſcatet lapide, quod vulgo idcirco Petroleum, vel oleum de ſaxo nuncupatur. Vel tandem pro naturali quodam cum aquis temperamento, aquis ipſis præſtat cognomentum, vt bituminoſæ dicantur. Vtiles idcirco in balneis, vt dicemus. Inſyncærum incipit fieri, vbi cæreum, quale prædictum eſt Carthaginenſe. Magis verò in ſyncerum, quod nigro colore, ac terra ſordeſcit, quale apud Medos ingentum, Oribaſio teſte. Vel quod ex fibris con naſcitur lapidum, quale ex Plinio propoſuimus in agro Sabino, ac Sidicino, quod lapillis inter mixtum eruitur, nigro vnguine agglutinatum, nidore necans pulices, ac culices, ac ſerpentes fugans, in vnguentis idcirco contra vermes iam venale. Tale eruitur in Seneuſi ad Roccam ſtratam, & in montanis Calabriæ, conſpectu Hadriatici multis locis. Vel Carbonariæ terræ materia eſt, qua multis locis abundat vlterior Germaniæ pars, ceditur que in rudes glebas ad vſum ignis. Maximè ad Brunonis Vicum in Saxonia, quod Carbonum ſpecie cædunt, ac vtuntur lignorum vice in ignibus. Fuſcum magis ad cænobium Sueuiæ, cui Degere nomen. Et in Iuraſſi montis Valle. In Miſna verò iuxta Muldam fluuium, vbi ipſi agri ſæpè incenduntur. Similem terræ ſpeciem reperiri in Aeolide Thraciç meminit Theophraſtus, quæ ardet. Et, vt gradatim natura, ſenſimq. tranſit in alias ſpecies, Gagates lapis quædam bituminis ſoboles eſt, qui in terris bituminoſis prædictis reperitur, & quæ vtiles ignibus. In Cilicia fluuium meminit Dioſcorides lib. 5. 103. nomine Gagatem, in cuius faucibus, qua influit in mare, ij lapides inueniuntur. Frequens, & in Belgis habetur, Germaniæ parte, & in Britannia globoſus, nigricans colore, & ſqualidus, per quam leuis Dioſc, & qui celerrimè accenditur, ac odorem reddit bituminis. Lapides ſubinde cruſtacei, quos refert Galenus ſe detuliſſe ex Cœlo Syriæ oppido, ſuprà lacum Aſphaltitem, ex bituminis haud dubiè vaporibus conflantur, exili in igne ardentes flamma. Iudaici lapides dicti à poſteris, glandis effigie circumſtrijs conformati, ac duri, colore flaui. Molaris quoque lapidis natura bituminoſa eſſe videtur: in quo mirum aliquid (inquit Plinius libro 36. cap. 23.) Poſtquam arſerit accendi aquis. eſt autem ſubſtantia pinguis: Quam ob rem & Pyritem hunc quidam vocant, quod plurimus ei inſit ignis. Hinc fortè perſuaſus auctor ille de Aetna. pro perpetuo quodam ignis illius pabulo, molarem poſuit lapidem. Maius miraculum prodidit Auguſtinus libro de ciuitate Dei 21. Pyritidis lapidis genus in Perſia reperiri, quod ſi vehementius prematur, adurit manum. Item Myrrhites lapis, & Thracius, vel eandem, quam diximus Thraciæ terram, bituminis naturæ participant. Vel vt Gagates inter glebas nigri bituminis, ſic lapidis genus in terra Thraciæ coaleſcit, de cuius mira proprietate digna ſunt ſpeculatione, quæ Nicandri verſibus traduntur.

Bitumen cum aqua naſcens. III. aqueũ. IV. oleoſum. V. genus terreũ ni grum [...] Carbones bituminoſi. Gagates la. Iudaicus la. Molaris la. Pyritidis genus. Pyrites ardens. Myrrhites, & Thracius

Si lapis vratur candenti Thracius igne, &
Poſt madefiat aqua, flagrabit totus, at idem
Mox oleo affuſo protinus reſtinguitur.

Quòd hic lapis conflagret aqua, in hoc naturam agnoſcimus bituminis amicam aquæ, & igni. Aqua, vt calci affuſa excitat feruorem; ſic ex ignito hoc lapide excitat vaporem, alioqui ſopitum, & flammam ex amicitia. At quòd oleo reſtinguatur, hoc maius opus eſt. Certum eſt, quòd idem agens, ignis; non habet eandem actionẽ, ad diuerſa, ſed agit penes aptitudinem ſubiectæ materiæ. Aptiſſimum bitumen igni eſt, nam ignẽ etiam ex interuallo arripit: minus oleum, quod immiſſa etiam face, niſi paulatim alteretur, ac diſponatur ad ignẽ, non ardet. Quare oleum affuſum lapidi ignito, retundit vim illam bituminis ſubitam ad ignem, poſt ſpatium flagrabit & ipſum oleum. Tot itaque modis naturam bituminis propagati inuenimus in differentijs ſuis; quas ſatius eſt ſecundum loca, ac per ſingulares hiſtorias aſſerere.

Cur bitumen aqua cõflagret. Cur oleo reſtinguatur.

Aſphaltites Iudææ lacus.

BITVMINOSISSIMVS verò eſt, ac ſua idcirco cenſura dignus, Aſphaltites lacus Syriæ Paleſthinæ, bni ampliori excurſu in meridiem ab Arabia Iudæam diuidens, ſub Hieroſolymis 12. mill. paſſ. longitudine centum milliaria excedit Plinio teſte, latitudine verò maxima 25. implet, minima ſex. Perpetua verò, ac per omne æuum celebris à ſcriptoribus huius lacus mentio fit: nam ortũ teſtantur ſacræ litteræ à mundi primordijs, ex memorabili Sogdomæ, totiusq. eius regionis euerſione, propter peccata illius populi. Depluiſſe nimirum à tremenda Dei iuſtitia flammam cæleſtem, ac ſulphur, quod cuncta conflagraſſent relictum

Incendiũ Syriæ Palæſtinæ. Vallis ſyl ueſtris vbi mare ſalis. Sogdomæ, & aliarum ciuitatũ euerſio. Iordanis flu. Lacus ſeu Mare Galilææ, & Mare Tyberiadis. Mare mortuũ. Lacus ſiue ſtagnum Sogdomenum. Qualitates ex Gal. Belus, & Iordanis flu.

ctum verò poſteris diuinæ illius vltionis veſtigia vaſtum hoc ſpatium, ex cuius barathris ſcaturiſſe has aquas ſterilitatem circumquaque tetro putoris halitu inducentes, ac ſalſos quoſdam ſcopulos ex uſtione illa induratos. Vallis autem Syluestris (ſunt uerba Geneſis 14.) quæ nunc eſt mare ſalis, puteos multos habebat bituminis. Cui teſtimonio haud multum aliena eſt Poſſidonij, & quorundam Phiſiologorum ſententia, qui ultimas dumtaxat ponunt naturæ cauſſas, bitumen, ſulphur, terræmotum. Cæterùm in primis commentarijs eſt demonſtratum, maxima id genus exitia terrarum, diuino fieri iudicio, quanquam aliqua interdum ſuſiſtat cauſſa materialis. Vt hic, ubi conflagrante terra, ac abſorptis igne quinque illis ciuitatibus, Sodoma, Gomorrha, Adaman, Seboim, & Balam, (x i i i. hoc loco habet Strabo ciuitates fuiſſe abſorptas) factus eſt tam ingens lacus. Aut quia ſubterlabentes ex abruptis uenis aquæ omnem expleuerunt uoraginem. Aut potius influente in ipſos hiatus Iordane flumine: qui (ut Corn. Tacitus, & alij auctores ſcribunt) pelago non accipitur, ſed ſitu ſeptentrionali è monte Libano admodum niuoſo exortus, duos lacus integer, perfluit, quorum primus Paludoſus, æſtate ſiccatur: alter in Galilæa eſt, qui ob magnitudinem dicitur Mare Tyberiadis. tertio, qui bituminoſus ille eſt, retinetur, occultis nimirum latebris ſe in Arabicum ſinum exonerans. Iuſtinus Hiſtoricus ex Trogo Lacum hunc prodidit propter magnitudinem, & aquæ immobilitatem, & quæ piſces non alit, mare mortuum appellare conſueuiſſe: nam neque uentis moueri, reſiſtente turbinibus craſſicie bituminis; neque nauigationis patiens eſſe, quin omnia uitia carentia demergi, nec materiam ullam ſuſtinere, niſi quæ alumine illinatur. Galenus autem Sogdomenum hunc lacum nocitatum teſtatur, alijs item Mare mortuum, alijs Putidum, alijs ſtagnum bituminoſum. Eſſe autem aquas fuliginoſi coloris, ac bituminoſæ ſulphureæq. naturæ unctuoſum, ſapore ſalſiſsimum, plus quàm marinæ aquæ, & ſubamarum. Itaque ſubſtantiæ eſſe craſſiſſimæ, ac ſalſæ in tantum, ut ſi quis ſe in eam aquam mergat, ceù ſale tenuiſſimo conſperſus exiliat, attollaturq. ad ſummum, etiam demergi enitens. Nullum inquit in eo lacu animal, neque planta innaſcitur, præter fructeta circumſecus quædam terroſa, & ſalſitate inſuauia. Immò cum duo in eum fluuij confluant maximi, Belus ſcilicet, & qui ſecundum Hieroſolymas adfluit, quem Iorhanem nominant; nullus omnino piſcium fluniorum oſtia excedit, ac ſi captos quis in lacum inijciat, celeriter mori conſpiciet. Vis eius de natura ſalis (ut idem ait Galenus) non modò exſiccatoria eſt, ſed & externuare nata: quia ſcilicet plus quàm ullus alius exaſſatus eſt, licet pro glutinis illius mixtura, mollitoria quoque ſit, atque abſterſoria. Hæc planè eſt lacus Aſphaltitis hiſtoria. Sed quoniam hic lacus optimum, ac primi meriti bitumen egerit in toto ſuo genere, ideo pro exemplari omnium, quæ breuiter de eo memoriæ prodidit Corn. Tacitus Annalium ſuorum lib. xxi. hic percurremus: habet autem in hunc modum.

Bituminis Iudaici natura. ex Corn. Tacito.

Bitumen quomodo colligitur. Belus flu.

LACUS Aſphaltites immenſo ambitu eſt ſpecie maris. Sapore corruptior, grauitate odoris accolis peſtifer. Neque uento impellitur, neque piſces, aut ſuetas, aquis uolucres patitur: incertum unde. Superiacta ut ſolido feruntur, periti, imperitiq. nandi, perinde attolluntur. Certo anni tempore Bitumen egerit: cuius legendi uſum, vt cæteras artes, experientia docuit. Ater ſuapte natura liquor, & ſparſo aceto concretus, innatat: hunc manu captum, quibus ea cura, in ſumma nauis trahunt. Inde nullo iuuante influit, oneratq. donec abſcindas: nec abſcindere ære, ferroue poſſis; fugit cruorem, ueſtemq. infectam ſanguine, quo fœminæ per menſes exoluuntur. Sic ueteres auctores. Sed gnari locorum tradunt, undantes bitumine moles pelli, manuq. trahi ab littus: mox ubi uapore terræ, ui ſolis inaruerint, ſecuribus, cuneiſq. ut trabes, aut ſaxa diſcindi. Haud procul inde campi, quos ferunt olim uberes, magniſq. urbibus habitatos fulminum iactu arſiſſe; & manere ueſtigia, terramq. ſpecie torridam, vim frugiferam perdidiſſe. Nam cuncta ſponte edita, aut manu ſata ſiue herba tenus, aut flore, ſeu ſolitam in ſpeciem adoleuere, atra, & inania velut in cinerem vaneſcunt. Ego ſicut Iudaicas quondam urbes igne cæleſti flagraſſe conceſſerim; ita halitu lacus infici terram, corrumpi ſuperfuſum ſpiritum, eoq. fœtus ſegetum, & autumni putreſcere reor, ſolo, cœloq. iuxtà graui. Et Belus amnis Iudaico mari illabitur, circà cuius os conie&tæ harenæ admixto uitro, in vitrum excoquuntur. Modicum id littus, ſed egerentibus inexhauſtum. Hactenus Tacitus.

Limneaſphaltites Babiloniæ lacus.

Lib. 8. c. 13.

LYMNEASPHALTITES appellatur (inquit Vitruuius) latiſſimus Babilonicæ lacus, in quo pariter liquidum, copioſumq. ſupernatat bitumen: quo intrito cum pice,

hare-

harena, ac latere teſtaceo, pro inſigni eius tenacitate, muros Babilonios regina Semiramis fecit inexpugnabiles. Hinc Naphta, quod diximus bituminis genus, tùm candidum, tùm nigrum eliciunt. Et campus iugeri magnitudine (teſte Plinio) inter diu flagrat.

Campus Babilonię ardès

Incendia antiquiſsimæ famæ in Perù noui orbis.

Ignis terreſtris manatio à cælo.

IAM verò alia, quæ leguntur id genus exempla terreſtrium ignium, faciunt apud me rationem demonſtratiuam, aliquas terrarum, quæ etiam num ſpectantur conflagrationes, à cæleſti igne emanaſſe. Nempe qui diuino quopiam iudicio ſæuiret in populos, proque æternæ diuinæ vltionis memoria, in intimia terræ viſceribus hæſerit, vnde etiamnum horrenda mittat incendia, lacuſq. ingentes ſulphure, ac graui putore ſcatens ediderit. Tales atteſtantur in ſacris literis fuiſſe antiquiſſimum illud Syriæ, Paleſtinę incendium, quod nephanda illarum vrbium vitia expiauerit, lacumq. (vt diximus) prodidit bituminoſum. Nec iam fabula videtur, quum protulit eadem vetuſtas de Ætnæ incendio, gygantes olim in Sicilia bellaſſe cum dijs, illoſq. ſub Iouis fulmine detruſos, dehiſcente ibi terra, barathrum Aetnæ exantlaſſe, indeq. perpetuo flammam, fumum, atque ignem in antiquum illum terrorem emanare. Nam hiſce iudicijs recentiores conſentiunt hiſtoriæ, in quibus nouarum terrarum inuentores vno ore omnes adfirmant eſſe perpetuam apud illas gentes famam, appuliſſe olim ad litora Perù iunceis (vt tradunt) remigijs gygantes vaſtiſſimos homines. Qui poſt ingentes regni illius, ac terrarum direptiones, ac ſtupra, & neces hominum miſerabiles, tandem ad extinguendam ſuam libidinem, qua traditum eſt eos fuiſſe inſatiabiles, nepthandam alterum cum altero venerem, & quaſi in Dei contumeliam exercentes, diuinam in ſe iram conſciuiſſe. Nam apparuiſſe conſpicuè è medio cælo Angelum (ita enim ferunt) qui vibrato ceù gladio fulmine, ignem in illas terras coniecerit, qui vniuerſam regionem, ſimul atque gygantes conflagrarit: relicto inter illas ruinas bitumine, quod ab imis puteia perpetuò æſtuat. Cui rei multa atteſtantur: primum quia adhuc illam regionem Perù maritimam gygantum nomine ſuo idiomate accolę appellant. Deinde quia illorum oſsa multis in locia oſtenduntur pro ſpectaculis, crurum tibiæ vaſtiſſimæ, ingentes cranei, dentes ſinguli decem vnciarum. Nec non operum verè gyganteas veſtigia, montium euerſiones, puteorumq. in viuo ſaxo penitiſſimæ ſcatebræ. Et ipſi tandem bituminis fontes, qui bitumen egerunt nigerrimum, ac tenaciſſimum, picandis propterea nauibus à noſtris habitum hodie vtiliſſimum.

Incendiũ Syriæ.

Gygantes in Perù.

Ignem è cælo.

Bituminis fontes in Perù.

Flumina Bituminoſa.

SVNT autem præter hos lacus, multi alij fontes, atque amnes, qui bitumen ducunt. Iordanis fluuius, quem apud Hieroſolymam in lacum Aſphaltitem influere diximus, ſatis quidem clarus miraculo eſt in ſacris litteris, vt qui ſub Heliſeo propheta Naaman Syrum, ſpecies in eo lauari iuſſum à lepra mundauerit, quem effectum alias non præſtitiſſe, excesſum declarat naturalium cauſſarum. Alioqui potu eſt iucundiſſimus, ac ſaluber etiam in balneo, ob quandam terreni illius glutinoſi proprietatem. Recipit & Callyrhoëm fontem qui ex eiuſmodi ſimiliter fomite, auctore Plinio, calidus iuxta Taberiadem emanat. Lyparis verò fluuius in Cilicia, à fonte quem recipit iuxtà Solos oppidum adeo pinguis redditur, vt innatãtes ſemper eo vnguine peruncti emergant. Spuτa, lacus in Media, Strabone teſte, bituminoſus putatur, quia & infuſas commaculat veſtes. In Media quoque Ecbatanis fluuius, in Trogloditica regione ad Charambim, in Auſtagenis Parthiæ, in Diarbis Scytharũ gente, & Eurotas in Theſſalia, fluuij cum bitumine omnes. In Sogdiana regione amnes eſſe penes Caſpium mare, & Coſum montem meminit Strabo, apud quem fontes inueniri, qui oleo pingueſcerent, bituminis, haud dubiè materia.

Iordanis flu. & Gallirhoë fons

Lyparis flu.

Ecbatanis flu.

Eurotas flu.

De locis, & aquis ardentibus ex bitumine. *Cap. XV.*

EX tot itaque demonſtrationibus naturæ, ex experimentis ſimul tot incendiorum terreſtrium, pro certo viſu & comparto habemus, quò quæcunque ardent in terris loca, aut ſulphur habent pro materia, aut bitumen, non datur tertium. Aliquibus locis vtrumque, in ſyncerum tamen ſubijcitur: ſunt enim vicina (vt inquit Plinius) ac ſymbolum habent in genere, cum vtriuſque natura pinguedo terræ ſit ſpecialis, & inflammabilis (vt dictum eſt) igni. Indicium ſulphuris merus odor eſt inſeparabilis: bituminis verò & nidor, & flammæ tenor, quæ (vt dictum eſt) nec aquam abhorret, abhorret cætera combuſtibilia, ſtipulam, fænu, terram. De his quæ in hiſtorijs tradidit Plinius, Flagrat (inquit in Phaſelide Lyciæ mons Chimæra, & quidem immortali diebus, ac no-

Sulphur, & bit. qd̃ obueniãt aut diſſerant.

Chimæra mons ardens.

ac noctibus flamma, quam (ex notis bituminis) accendi aqua, extingui verò terra, ac fœno meminit Cteſias Gnidius. qui mons, quoniam ad radices aſper, ac niuoſus Leonibus, ac ſerpentibus incolitur, ad ſummum verò verticem ignes, quaſi è draconis gurgite euomit, & ad medium niuoſus; dediſſe hinc materiam creditur fabulæ de chimæra triformi, quæ Homeri carmine ita exprimitur.

Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα.

Quam ad verbum latinè reddit Lucretius.

Prima leo, poſtrema draco, media ipſa chimera.

Epheſti montes igniferi.

Campi in Media. Babyloniæ.

Eadem in Lycia (ſubdit Plinius) Epheſti montes, quaſi Vulcani dicuntur, qui tæda flammante tacti flagrant: adeo vt lapides quoque riuorum, & arenæ in ipſis aquis ardeant. aliturq. ignis ille pluuijs, Baculo verò ſi quis accenſo ex eis traxerit, ſulcos inſequi narrant riuos ignium. Flagrat in Media, & Caſtia gente, ſordido ac nigro (vt notauit Oribaſius) bitumine. Et interdiu Babyloniæ campus, quadam veluti piſcina iugeri magnitudine: Et in Zacyntho Ionij maris inſula, quæ nunc per ſyncopem Zanthes dicitur, flagrant campi, vt Strabo. Item in Phœnice Vitruuius.

Funtium ardentium ratio.

Notatur Agricola

Ignis, & aquæ cũ bitumine diſsidium

Inualidus ex bitumine calor.

Campi in Megapolys. Aquæ Scantiæ ardentes.

Campus, & aquæ in Cilicia

Exempla bituminis ardentis in Italia.

AVGENTVR verò miracula ardentium terrarum, incredibili ſpectaculo fontium, qui cum bitumine aquam ſimul egerunt, & flammas. Quam ob rem ex recentioribus quidam terreſtrium interpretes, cum de cauſſis calorum, ac feruore fontium, ignem in terris, & in ipſis aquis poſuerint actualem: huic bitumen pro pabulo, ac materia dixerunt proprium. hac ratione, quia bitumen ſolum ignem ſimul cum aqua compatitur. Quod quidem admittitur: cæterum qui inferat, ergo aqua illa fit ignea, aut calorem concipit; abſurda deductio fit: quoniam ſcilicet non eſt neceſſarium, vt quæ vni tertio conueniunt, eadem conueniant, & agant inter ſe. Immò ex aqua, & igne cum bitumine fit vnum aggregatum (vt aiant) merè per accidens. Subiacet aquæ tanquam ſtragulum, ac vehiculum (vt dictum eſt). ſupernatat ei bitumen, ceù oleum: conflagrat in eo ignis, ſi fortè contingat, qui tamen ſubiectas aquas non alterat. Dicimus ergò, ſolum bitumen ardet in aquis, verum eſt. At cauſſa calidarum aquarum calor eſt interior. Quare omnes auctores planè atteſtantur in eiuſmodi fontibus, qui aliquatenus conflagrent bitumine, aquas alioqui gelidas eſſe, ac flammas exiles ſuperne elambere, quæ nec incumbẽtes ſuprà ſe arborum frondes valeãt incendere. Plinius in primis libro 11. cap. cix. Flagrat, inquit, locus in Megapolytanorum agro, tametſi iucundus ſit ille ignis, frondes ſupra ſe nemoris non adurens, & iuxtà gelidum ſontem ſemper ardens. Et alio loco exire flammas ad aquas Scantias, meminit, inualidas tamen, vt conſitam in margine fraxinum, non valeant comburere. Et in Æthyopia campos iuxtà Heſperium montem, qui ſtellarum modo nocte nitent, non comburunt. Campus in Cilicia Strabone ponitur, ac ſolum igne incenſum per multa ſtadia, ac loca ſimul gelidis aquis ſcatere, & cum nec aqua, nec ignis ad ſummam extent, noctu tamen quibuſdam locis elambunt flammæ. Idipſum viſitur aliquibus locis in Italia; tum in montanis, quà ex Hetruria Bononiam itur, calore, ac noctu facellis emicantes. tùm hinc non longo tractu ad Porretanas aquas, in quibus collibus noctu lenes viſuntur, ceù fauillæ ſcintillare. Tota ea fermè Appennini pars fœcunda videtur eo vnguine bituminis, quod tamen in agro Mutinenſi proprijs emanat fontibus, quos poſteà deſcribemus, ne alia nunc ſubiungam exempla. Cæterùm notãtur & aliæ differentiæ fontium ex bitumine ardentium

Campi in Thracia.

In Apoloniatis.

Cur bitumen accenditur imbribus

Cur terra & ſtipula extinguitur.

Cur ſal extinguit incendiũ.

quæ flammarum eius indicant lenitatem; quia ſcilicet ardent ad caſum, ac igne vt plurimum in ſuperficie adhibito. Et nec aqua extinguitur, vt reliquarum rerum ignes, ſed aut terra, aut ſtipula, aut ſimili. De campis in Phaſelide Thraciæ dictum eſt, qui flagrant tacti flammante thæda, ac fæno, aut terra extinguitur Plin. in Apoloniatis nymphæi crater, cùm flagrat, ſemper quiddam ſuis incolis dirum portendit. Augetur eius flamma (inquit) imbribus, egeritq. bitumen temperandum illo fonte inguſtabili, alias omni bitumine dilutius, ſtipulaq. ac terra tantum extinguitur. Rurſus verò diuerſitatis huius hęc videtur ratio: quia cauſſa extinctionis verè conſiſtit in fomite; non in flamma, nec in igne. qui ergo non ſupprimit fomitem, nec vetat ardere, non extinguit incendium. Modo aqua ſuper iniecta bitumini, vel pluuia, non ſupprimit, nec vnitur bitumini, immò, vt ab vnctuoſis reliquis, ſtatim elabitur à ſuperficie, ac ſubſidet, ſinitq. eleuari flammas. Vnde nec olei incendium per aquam facile ſupprimitur. Res verò iniecta magis grauis, & quæ bitumini concorporetur, vt terra, ſupprimit haud dubiæ flammas, diſſipando, & commiſcendo. ſecum fomitem. Sicut & ſal, quia inimicum ignibus eſt, extinguit incendium ſi conijciatur, interponens ſe fomiti, ac crepitu ſuo diſſipans ignem. Nec minus ſtipula, vel fœnum, vel linteum, vetant flammæ pabulùm, itaq. extinguitur. Cur verò

per aquam non modo extinguatur, ſed augeſcat flamma imbribus? An quia imber, & frigus faciunt antipariſtaſim, vniuntq. magis in ſe flammas, & ſubſident, non commiſcentur. Terra verò, ac lapides combibunt ipſum, vetantq. flammas.

Curincē dium augetur imbrib.

Fontes intus ardentes.

PORRO pro ratione fontium, qui ſubditas etiam ex bitumine foueant flammas, quædam alia adducuntur exempla. Fontem meminit Strabo ad lacum Sputhæ in Media Atropatia, in quo veſtes demerſæ vruntur. quicquid ſit cauſſæ, non meminit. In ipſo fonte ſubſidere cum aqua ignem non eſt poſſibile. Sed putandum cum fomite eius caloris ſubeſſe acerrimam materiam, vel calcis, vel chalcanthi, vel nitri, quod & in nitrarijs calciamenta abſumit, teſte Plinio. Eandem, vel ſimilem materiam inuenerint, ſi animaduertant, qui hæc ſcribunt Germani, in fonte inter Strapelam, & Seburgum, in quo aſſerunt piſcatorum retia, ſi altiùs mittantur, aduri. Declaraſſent ipſi, an aqua illa ſit alioqui frigida, in qua retia piſcatores committant, cum interno feruore: an potius aqua tota feruida ſit, vt bullicanum; quod equidem non credo, nam quid piſcari, vel immittere rete in aquam feruidam? Porrò ignes fontis Dodonei, (vt Mela eſt teſtis) flammas edunt. Vrit quoque flamma (vt Plinius) gurgitis fluuij Bithyni, qui Olachas dicitur. Cæterùm, quod ſcribunt ijdem iuniores, in lacu, qui eſt prope Denſtacium Turingiæ oppidum, ſi lapis inijciatur, teli ardentis, dum delabitur, ſpeciem præ ſe ferre; id pertinet ad perſpectiuam, ob apparentiam innaſcentium herbarum, vel ob repercuſſum ſolis, vel aëris, vel loci.

Lacus ſputhæ.
Aqua cōburens apud German.
Fonꝰis Dodonei flamma.
Olachas fiu.
Telum ardens in lacu.

Fontes olei.

PLVRES id genus fontes leguntur apud varios auctores, è quibus id liquamen bituminis deſtillat, quod varia ſpecie alijs oleum appellatur, alijs mel, alijs manna, vt dicemus. Id liquamen (inquit Plinius libro II) Medeæ oleum Græci appellant, quod eo (vt fingunt) ſuam pellicem Medea in ſacrificijs eremauerit, adflante igne illius coronam, quam prius ſaga eo vnguine illiuerat. Et Strabo, pro huius rapidæ ignium naturæ exemplo, ſcribit, Alexandrum experimenti gratia in balneis puero affudiſſe Naphtam, & ſubinde lucerna admota conflagraſſe, ac minimum defuiſſe quin periret puer, niſi miniſtri protinus extinxiſſent incendium. Eodem Perſæ tela illinunt, ipſiſq. incenſis, ac lentè miſſis hoſtium tecta cremare recenſuit Ammianus. Illiniri quoque contrà ferruginem: ac Saxones fertur hoc ædificia lignea ab imbrium iniuria defendere. Nidorem eius, dum comburitur, ſerpentibus inimicum tradunt, authore Plinio; ac maximè Nigrum id efficere: liquidum enim, & quod denſatur, ob multam humiditatem non adeo fætet. Quod genus bituminis vulgò lucernarum loco vſurpant: ceù fons in India, Theophraſto, qui ſereno cœlo oleum vberi vena effundit. Similis in vſum lucernarum extat vena in Aethiopia: pariter, & circà Dyrrachium, & Apolloniam, & in Zanthe Ionij Inſula. In Apolloniæ nymphæo (inquit Strabo) Petra eſt ignem vomens, ac fontes qui aqua tepida, ac bitumine ſcatent. nimirum verò inquit Poſidonio auctore, quod exciſum foſſa, ac exaggerata terra transformetur in bitumen. Apud Niſſam ciuitatē, in Megarenſi ſcribit Athenæus, fontem eſſe adeo pinguem, vt neminem oleum emere oporteat. & huiuſmodi eſſe fontes in pago Daſcyli. Præter hæc in Cilicia, in Ecbatanis, in Suſis Perſidis Cyri regia, in Sicilia, & in Armenia. In Armenia hodie fontem Olei notauit M. Paulus Venetus in ſuis itinerarijs, propè Arzingam; ac id conditure quidem inutilis eſſe, cæterùm tantæ copiæ, vt plurimæ hinc quotannis onerariæ naues ad alienas terras perſoluant, pro luminarijs. Illud verò in Sicilia commemorant ſub Agrigento Strabo, Dioſcorides, & Solinus; quod hac etiam ætate haberi ſcribit Fazelus Siculus, non tam ad lucernarum vſum, quàm ad varia morborum genera percuranda. Fons hodie tantùm vnus; olim in plures colligebatur piſcinas: atque has forte intellexit Strabo lib. VI. in Agrigento lacus, in quibus grauia ſupernatare, ac iniecta lapideſcere, cæterùm guſtu maris eſſe. In Italia autem habetur quibuſdam locis: alibi dilutum maximè aquis, vt ad Baias, & Puteolos, & alijs locis, quas aquas vſurpant in balneis, vt dicemus. Alibi inſyncerum ac mixtum, vt quod repertum eſt noſtris annis in Senenſi agro ad montem Fullonicum vulgò dictum: vbi viſa eſt primùm conflagrare tellus cum vicinis lacunis, ſeù ſcrobibus potius luridarum aquarum, vnde hodie vitriolum conficiunt. Liquidum olim magis ad Petroium in maritimis, terreum ſub Rocca ſtrata, aquoſum in Peruſino, & in Firmano, quæ narrabimus. Syncerum autem emanat oleum ad Aternum amnem, quem Peligni, ſeu Abrutij Peſcaram hodie appellant, atque Oleum de Tocco nomine oppidi vocant, temporalis tamen ſcaturiginis, & paucæ. Siue Oleum de Saxo, & Petroleum, quod à petra ſcateret, vt in Apolloniatarum nymphæo Plinius, quale electiſſimum ac dignum hiſtoria ad Mutinam

Medeæ oleum.
Alexādri M. periculum.
Nidor Bituminis.
Appolloniæ nimphæum.
Venæ olei lucernis idoneę.
In India.
In Aethiopia.
In Zāthe
In Suſis.
In Armenia.
In Sicilia
In Italia.
Oleum de Tocco
Oleum de Saxo.
Petroleū

Petro-

Digitized by Google

Petreolum Mutinenſe.

IN hoc liquidi bituminis genere, celebre admodum hodie eſt Mutinenſe, quod ſpecialiter Petroleum, atque oleum de ſaxo nuncupatur. Eſt autem huius naturæ ager 12. millia paſſ. à Mutina, qui longo tractu ad iuga vſque Apennini montis totus eo vnguine luxuriat, atque certis locis per tempora ardet. Cuius rei inter miracula antiquæ ſuperſtitionis meminit Plin. lib. 11. cap. 110. In Mtuinenſi agro inquit, ſtatis Vulcano diebus ignem exire ſolitum; Cùm naturalem hic habeat ſubiecti huius fomitis cauſſam, quę ſiue ſponte, ac impetu flatuum concluſorum, ſiue caſu adhibitis ignibus frequenter incenditur, ac horrendis modis montes ipſos ſubuertit, concutitq. omnem regionem. Quod ſemel accidiſſe in portentis narrat idem Plin. L. Martio, Sex. Iulio Coſſ. quùm duo inter ſe montes in agro Mutinenſi, crepitu maximo concurriſſent, flamma ſimul, ac fumo confertiſſimo cælum, ac terram, nec ſine multorum mortalium interitu conturbante. Cuius exitij, vt frequenter accidit, non contemnendum hac noſtra ætate vidimus exemplum. Quippe anno abhinc trigeſimo, ex naturæ ſponte, portẽtoſum id genus incendium accidit apud mõtem Gibium, qui cauernoſus admodum eſt, & plenus bituminis. Nam prægreſſis aliquandiu intrà cauernas mugitibus, ac terræ motibus in tota ea regione frequentibus; tandem flamma dirupto ſummi collis hiatu, Aetnæ inſtar plures dies exarſit, donec conſumpta incendij materia, eiecti cinerum, ac terrarum, & lapidum globi, alium iuxtà fecere collem, qui extat priore deleto, ac abſumpto in flammis. Nec minus ad caſum excitati quãdoq. ignem, teſtis eſt codẽ loco citato Plinius, vbi ſubiectis inquit Ariciæ aruis, olim ſi carbo decideret, ardere terram: quod proximis annis hic docuit experientia. Nam apertis nouiter quibuſdam ſudinis pinguiſſimis, quæ ſub Monfeſtino oppido habentur, ac luminarijs imprudenter admotis; ſubcenſa repente materia operarios partim vis flammæ abſumpſit, & partim miſeris modis extrà cauernam propulſauit. Nec ceſſant adhuc hiatus non parui aſſiduè fumum, cineres, ac ſæpè flatus vario rugitu euomere, quos idcirco Bombos indigenæ appellant, horrendiſſimi vſque adeo fragoris interdum, vt bombardæ inſtar ad finitimas quoque ciuitates contingat. Eſt locus in montanis tricesimo milliario à Mutina, Barigactium vocant, vbi fumus interdiu, fauillæ noctu viſuntur elambere: quem locum intellexiſſe Plinium ardere ſolitum, arbitratur Franciſcus Caualcrinus medicus Mutinenſis ſingularis iudicij vir, ex cuius relatis, ac fide ciuium, hanc hiſtoriam ſcripſimus. Hinc regio tota vndiq; graui redolet halitu, & terreni qualitas paſsim arida viſitur, ac ſterilis, ſummis præſertim colliculis, & quaſi exuſta cinere, tophoq. concreta, ſurculoſos dumtaxat frutices, eoſq. breues progignit. Cæterùm tellus interno velati ſubagitata calore, certis locis ebullit, crepitatq. ac pluuijs inſtantibus maximè, quando ex antiperiſtaſi diuerſos ex improuiſo eructat humores, alibi liquorem varium, alibi ſalſam aquam, alibi ſyncerum bitumen. Hæc enim materia bituminis in intimis terræ conceptabulis æterno veluti ſeminario propagata, vt conſonum rei ſit: quaqua magis vegetat, modò ad vnam ſcaturit partem, modò ad aliam; ac temporaneas idcircò videtur habere venas, non perpetuas, fonteſq. vt mutant originem, alios nouos appellant, alios veteres. Præ cæteris autem locis iam ducentis annis abundauit hæc materia ad pagum montis Gibij, quod eſt hodie ſub ditione Illuſtrium Piorum oppidum. Vbi cùm à ſuperficie iam cœpiſſet deficere, perſecuti per induſtriam venas, in viſcera vſque montis penetrauere, vbi mellis inſtar ſcaturit liquor, ac iuxtà aqua emanat violacea, quicum colligitur, ac facto in fundo vaſis foramine aqua paulatim exhauritur, ac remanet supernè ob craſſiciem, oleum. Quod melleum, vel vinoſum potius, pingue, nidoroſum, ſaporeq. in amarum vergente, flammas corripit ardentiſſimas, quæ neque tactu tolerantur, neque aqua extinguuntur, niſi pannis aqua madefactis. Copia variæ vena alias ferax erat quadraginta librarum ſingulo die, alias paulo minoris, hodie ad ſummum non tranſit octo libras: vt exiſtimem venas, quantumuis hodie frugiferæ ſint niſi quorundam metallorum more terra obruta claudantur, donec nouam fermentent materiam, fere olim vt exuleſcant in totum. Odor in fodinis grauis, & qui intranti paulo poſt lædit caput. Glebæ, quas vidi vnde emanat erutas, ipſa creta eſt, craſſæ tamen hoc vnguine, ac ſubuiridi, violaceoque conſperſæ nitore. Vtuntur hoc limo medici ad inueteratas iuncturarum duritias emolliendas, aliarum terrarum more, & balnearum quarundam. Olei verò ipſis vſus, qualis cæterorum calfacientium valde, atque exſiccantium: nec non vt quædam naturæ Theriacæ, illitu maximè ad venenoſas qualitates probatur.

Ager in Mutinenſi ardens.

Incendiũ fodinarũ Mutinæ.

Bombi in Mutinenſi

Natura.

Qualitates.

Copia venæ.

Vſus.

Vſus.

Fontes mellis.

TOT ferè genera propriè bituminis ſunt: atque liquidum vbi denſius, vbi aquoſius,

quod

quod dilutum dixit Plinius, vbi roris ſpecie luxuriat. Accidit verò quibuſdam locis, vt is liquor ob concluſum in terræ poris calorem extemporariè foras exæſtuet; curritq. illicò rumor in vulgus, aut mellis, aut olei fontem ſcaturiſſe: itaque rem ſuis cauſſis perſpicuam & naturalem, imperiti ponunt in admirandis. Ceu fontem, quem prædicat Arrianus iuxtà tabernaculum Magni Alexandri, oleo ſcaturiſſe: Naphtæ inquam, vel aliquod aliud id genus liquaminis; vel fabuloſum ipſi etiam auctori. Plura enim eiuſmodi has habent, cauſſas ordinarias.

Olei fons ad tabernaculum Alexandri.

Fontes olei, & mannæ admirandi.

DVBIVM tamen non eſt, quin ſuper cauſſas ordinarias rerum, aliquos interdum effectus natura ſuapte virtute producat: vt aliquæ ſunt id genus terreſtrium liquorum ſcaturigines, quarum miracula non minus decet hic nos aliqua veneratione proſequi, quàm naturalium generum ipſorum exarare hiſtoriam. Narrat Euſebius, & ex eo deinde Paulus Oroſius, & Eutropius, Auguſto Cæſ. Imperante, apparuiſſe Romæ trans Tyberim in templo Rauennatibus dicato, quæ nunc ædes Deiparæ Virginis eſt, fontem admirandum, qui tota vna die oleum electiſſimum fudit: quod aliam non videtur habere cauſſam naturalem, ſed ſignum quoddam fuiſſe creditur diuinæ gratiæ tunc mortalibus elargitæ IESV CHRISTO naſcente mundi Redemptore. Diuus autem Auguſtinus in ſermonibus recitat, Epheſin ſepulchro, quod B. Ioãnes, adhuc viuens ſubijt, nihil inuentum eſſe, niſi Manna ſcaturire: quod ſignum habet miraculi, atq. reſurrectionis illius Euangeliſtæ. Et apud nos in Italia quædam alia ſunt eiuſmodi obſeruationis exempla. Emanat Melphi ciuitate in Picentinis, in Eccleſia cathedrali liquoris genus limpidũ, ac ſubdulce; quod S. Andreæ manna appellant, ex cuius exilit ſepulchro, mirãdis modis patera argentea ſẽper eo ſacro latice plena, nec vnquã effluente: ad multas infirmitates vtiliſsimo. Nec diſſimilis liquor, qui Salerni in eccl. S. Matthæi extillat, qui & religioſè idcircò ſeruatur. Et itẽ in Apulia, qui è ſepulchro S. Nicolai de Bario exilit cõtactu ſolo vtilis, ac multæ obſeruãtiæ. Nec procul ad Polidanũ oppidũ, s. Viti mãna celebre eſt, ꝙ ſignaculo crucis à rabido cane demorſis opitulatur.

Fons olei Romæ miraculo ſus.
Manna S. Ioannis
Manna S. Andreæ
Ol. S. Mathæi.
S. Nicolai.
S. Viti.

Fontes ambaris candidi.

DECET autem ſpecies rerum; quarum propriæ differentiæ ſunt obſcuræ, vel innominatæ, affines connectere, ſaltem ad diſciplinæ ordinem. Vt proximè de mannæ fontibus diximus, & nunc de Ambari dicemus. Cuius quidem ſimilis origo cum bitumine eſt, ſed re vera dignior materia. Quanquam enim non ſatis conſtet, an naturales in certis fontibus Indiæ habeat venas, an fungi genus ſit potius, an quoddam piſcis excrementum, quem Azelum incolæ vocant; in hoc tamen conueniunt omnes, quod aliquid maris ſit, ac in Indiæ regionibus naſci. Arabes, quorum ſtandum eſt auctoritati, pro vicinitate, & commercio cum Indis; liquorem hunc tradunt, bituminis modò è fontibus marinis egurgitari, quod concretum à candore Ambar canum appellant. Commendat autem in medicinis cordialibus, & in odoramẽtis, quæ ad decorem, & gratiam parantur. Non diſsimile autem veri ſit, quod relatum ab Indis audiui à viro principe; Ambar piſcis quoddam eſſe excrementum, vt Zibettũ Catti indici, & Moſcbus, & caſtorium, qui quarundam adnaſcentium herbarum pabulo ſatur, gignat aliquandiu abſceſſum in ventre intimo. Quo dirupto, tria habentur ambaris genera: aut liquor emanatus ſupernatat aquis, idq. optimum: aut à piſce ſponte euomitur, quod vilius, nec ſatis digeſtum: aut piſce mortuo, ac eiecto ad littus, inueniri promiſcuum, partim candidum, partim nigrũ. Hæc merita planè diſtinguit Simeon Sethi è recentioribus Græcis: probatur enim inquit, quod ipſo abſceſſu rupto, ſponte in cinereo candidum emanat. quod ad Senchrim, maritimum fælicis Arabiæ oppidulum plurimũ inuenitur. Prꝙſtantius eo ſubluteum, quod è Selechita Indiæ adfertur. tertium verò, quod nigrum eſt, minus probatur, ac vili precio emitur. Cæterùm hunc liquorem (vt ego arbitror) intellexit Plin. lib. 37. cap. pro Succino odorato, quod ſcribit thure gratius, proditum apud indos. Et quia vocum apud diuerſas nationes poteſt eſſe aliqua differentia, hoc idẽ (ni fallor) intellexit Auerroes in v. quodlibet cap. 56. pro Camphoræ genere maritimo. Naſci hoc inquit, ac inueniri in maris alueo, quod deinde aquis ſupernatet, laudatiſsimum, quod Arabibus Aſcap dicitur.

Ambra cane.
II. opi.
Tria genera.
Merita.
Succinũ odoratũ.
Camphora maritima.

Ambræ coronariæ maria.

AMBRAE verò, quam hodie vulgus in coronis precarijs vſurpãt, ac monilibus; quodque Græci Electrum, & Latini Succinum, appellant; diuerſum admodum ſucci genus à prædictis eſt. Ac mare Germanicum multum eructat, aliud ceræ, aliud mellis decocti, & concreti ſpecie, aliud falerni colore. Verſatur in dubium de natura, an minerale ſit, an arboris quoddam gummi. Scribit ex vna parte Plinius, in Aphrica Cratim eſſe vocatum flu

Natura Ambræ coronariæ.
Cratis flu electri.

pium, è lacu in oceanum mittentem, in quo excalfacto à ſole limo Electrum fluitare. Adfirmant idipſum noſtri, qui ſeptentrionales oras penetrarunt, flumina in illis partibus ducere electri magnas moles, ac vulgarem eſſe indigenarum opinionem, natiuum id eſſe illis fluminibus. Ex altera parte ſunt hodie qui in dubium vertant hanc naturam, negentq. electrum aliquid maris eſſe, nec illorum fluuiorum, ſed arboris illarum regionum populneæ, aut pini inſtar ſuccum, qui ceù gummi deſtillans ex denſiſſimo nemore in inferius pelagus deuoluitur, ac perperam opinari alios id marinæ eſſe naturæ. Id primum aſſeuerat Plinius, compertum Nerone imperante, auctoritate Germanici Cæſaris, & Iuliani magiſtri ludum, Caſſiodorus idem affirmat in Epiſtolis: & Corn. Tacitus. Et nouiſſimè Olaus Magnus, natione Gothus, Archiepiſcopus Vpſalenſis, qui res patrias, ſeptentrionaliumq; illarum regionum ad fidem ſcripſit, vixitq. Romæ noſtris diebus; rem iſtam ſe vidiſſe adfirmat, ac omnino arborum gummi eſſe. Cæterùm in occidentalis oceani inſulis nouiter

Electrum in inſulis occidentalibus.

repertis, Quiqüeia, & Cuba, præter auri, atque gemmarum, quam producunt copioſam ſobolem, Electrum quoque foſſile inuentum narrant. de quo non pigebit hùc noſtri Gambaræ adducere carmina q.

Effodiunt hac electri regione metallum,
Quod graue, quod ſolidum, atque ſonans, fuluoq. colore.
Succinaq. his etiam naſcantur montibus, ipſiſq.
E ſpecubus ſtillat flauus color,

Ambra nigra. Gemma Obſidiana.

An ergo propriam Electri naturam adhuc relinquemus ſub dubio, an potius hanc diuerſam à maritimo dicemus ſpeciem? Cæterùm ea, quam nigram dicunt Ambram, itidem coronariam, diuerſum multo magis genus eſt: nam neque Ambar eſt, neque electrum, neque bitumen aliquod. Sed potius eſt Plinij gemma, quam ab Obſidio primo inuentore Obſidianam appellat. Coloris quidem eſt ceu bitumen, nigerrimi, ac ſciſſa, ſeu leoigata, vitri inſtar ſplendida. Legitur in Aethiopia: & item in Hiſpanico Oceano, vnde hodie coronas, ac imagunculas ex ea peregrini à Sancto Iacobo de Compoſtella Galeciæ in pileis adportant. Hæc peruſta cornu potius fœtet, quàm gummi, aut bitumen, cui non aſſimilatur niſi nigricie, & nitore materiæ. Legi & in hiſtorijs Calabriæ id genus lapidis in illis montibus reperiri, qui & ſcateant certis locis piceo bitumine.

De balneis bituminoſis. *Cap. XVI.*

Aquæ craſſi bituminis.

EX prædictis omnibus bituminis differentijs, ac mixtionibus, duæ fiunt ex eis impreſſiones in aquis manifeſtæ. Vna eſt, cùm id liquamen in lacubus quibuſdam innatare ceù ſpuma reperitur, in quibus aquæ ipſæ ceù connatæ ſubſident, craſſæ idcirco ſubſtantiæ, ac guſtui non modò ſalſæ, ſed plus etiam quam marinæ graues, ac pro aſſidua reſiccatione amaræ. Quæ ſyncerum quidem obtinent bitumen; cæterùm ipſæ non admodum vllo vſu, nec in balneis idoneæ eſſe poſſunt, niſi quiſpiam his in genere valde ſalſarum vti malit.

Aqua liquidi bituminis.

Alterum genus eſt tenuis quidam aquæ liquor, qui è fibris lapidum, ac terrarum, liquidum ipſum egerit bitumen, colore cum ipſa terra (vt dictum eſt) violaceo: qualis in fodinis Petreoli frequenter emanat in Mutinenſi agro, in Apolloniatis, & alijs locis. Atque hæ pariter inutiles, liquantes potius è terra humores videntur, quàm naturales aquæ, & quæ ſub ſole reſident, putreſcuntque.

Aquæ bituminoſæ vtiles.

Ergo neceſſarium eſt, vt quæ verè bituminoſæ ſunt aquæ, & quas auctores, ac Medici bituminoſas vocant in balneis, & in potibus medicatis; diuerſum ab his, ac tertium genus ſint. Operæprecium vero eſt animaduertere quas antiquiores nominauerint bituminoſas.

Bituminoſæ antiquis incertæ.

Ob primam enim, nec adeo exploratam, quam illi habebant rerum terreſtrium, ac mixtionum aquarum naturam, poſt ſulphureas aquas (quas vel ipſo halitu ſulphuris habebant notiſſimas,) cæterùm ob quandam cum ſulphure bituminis cognationem, calentes reliquas, & vnctuoſas, & etiam abſtergentes, appellabant bituminoſas. Quin imò cùm perrarò aquæ, quæ bituminis prædominium habuerint in mixtione, potabiles ſint, vel nullæ, melius tales aquas vel Nitroſas dixiſſent, vel ſalſulas, vel alias, quæ in poribus abſterſoria

Vitruuij.

polleant facultate. Tales non mirum commendabat Vitruuius bituminoſas in potibus ad interiora corporis vitia, inexplicato tamen modo, quæ non erat eius profeſſio. Nec minus

Archigenis.

Archigenes Neronis tempore, & ex eo poſteà Aëtius, & Paulus Aegineta bituminoſas commemorat aquas in antiqua tuſſi, dicebantq. eas eſſe efficaciſsimas in affectibus inteſtinorum, atque veſicæ, nec non ad mulliebres præfocationes, ad ſcyrrhum vuluę, ad ſiccanda pudendorum vlcuſcula, & ad ſtillicidia menſium, quæ omnes quidem nitroſarum. &

Ex Gale.

aliarum abſtergentium per vrinas, & per alnum, ſunt proprietates, non bituminoſarum. Similiter quas eodem nomine ijdem auctores conſulunt ex Galeno, ad nephriticos, ad Ilei dolo-

Digitized by Google

dolores, & veſicæ calculos in potibus daudas, quoniam dolorem leniant, cachexiæ, & cutim iam ſubeuntibus aquis ſint vtiles; haud dubiè abſterſoriæ intelligendæ, & Salſulæ potius, quàm bituminoſæ. Porrò quas meminit idem Galenus in IIII. de Sanita. tuenda, in purgationibus vernalibus vſurpari ſolitas ſuo tempore; indefinitam in his videtur habuiſſe qualitatem, quibus inquit aut Sulphuris, aut bituminis, aut nitri vis ineſt, & quas in VI. eiuſdem libro bituminoſas nominat, vel ſulphureas, vel aluminoſas, eadem communi æſtimatione cenſendæ ſunt, & quarum non exactam Galenus haberet notitiam. Aut potius quoniam aquis naſcentibus liber in terris eſt curſus, dicendum eſt, quòd abſtergentes eiuſmodi aquæ, poſt proprias illas qualitates, ac mixturas; aliquam quoque participarent naturam bituminis, non in totum bituminoſæ eſſent. Atque has tertium genus demus bituminoſarum. Vt ſcilicet ſpeciales fontes ſint; qui (quemadmodum in aliorum mixtionibus viſum eſt) naturalem ſuſcipiant in venis ſuis mixtionem ex aliquo vapore, vel veſtigio dumtaxat bituminis. Quo in cenſu nonnullæ in Baianis referendæ ſunt, & in alijs hiſtorijs; quæ ſcilicet non exactè bituminoſæ, nec craſſæ emanant, ſed dilutæ dumtaxat eo vnguine videntur, & cum nidore, vel veſtigio bituminis, vnde nec abhorreantur in potibus. Quam ob rem cùm ex eius naturæ mixtione vim aquæ ipſæ acquirant modicè calfaciendi, ac ſiccandi, & pro partibus aëris, quæ in ipſo vnguine manifeſtæ ſunt, & facile inflammabiles, & molliunt; induratis idcirco neruis, frigidiſq. eiuſmodi paſſionibus comperiuntur vtiles. Siccant id genus tumores, glutinant, ac coniungunt vlcera, vulneraq. recentia, breui ad cicatricem perducunt. Leuia verò ex eo ſunt nocumenta, vt repleant caput, lenemq. inducant ſoporem, & quod ſenſoria lædant, atque oculos, Galeno, Paulo, & Rhaze teſtibus; quæ balnearum vapori communia ſunt. Quales differentias cum aliquo bituminis temperamento, ſingularibus nonnullis explicabimus hiſtorijs.

Purgantes Galeno indefinitæ. — *Bituminoſarum tertiū genus* — *Nocumenta.*

Bituminoſæ in balneis vtiles, ex Theophraſto.

MEMINIT obiter Theophraſtus de aliquibus medicatis aquis, quarum res digna memoratu viſa eſt, vt inter ſuas plantarum hiſtorias referrentur. Tres verò ex bitumine aſſignat fontes. Vnum quidem haberi iuxtà Tralleis. alterum iuxtà flu. Charamenem. & tertium iuxtà Niſſam oppidum. In quibus inquit, qui lauantur, quaſi multo oleo delibuti exeunt. quo indicio manifeſtum fit, in his fontibus haud quaquam bitumen ſupernatare, vt in ſupradictis lacubus dictum eſt: immò bituminis genus in eos confluere ſordidum, ac item graue, vt demerſis partibus eius grauibus, ac terreis, totam ipſam fontium occupet ſubſtantiam, ac ita pingues illas reddat aquas.

Lib.

Bituminoſæ quæ apud veteres intelligantur bibendo vtiles.

QVAE verò apud veteres auctores purgando vtiles, bituminoſæ interdum pro quodam appellationis abuſu leguntur; eam facultatem videntur potius ab origine obtinere, ac toto temperamento abſterſoriæ dicendæ ſunt, non ex ſimplici bitumine, quod ſui natura à Galeno ponitur tenax, exſiccanſq. ac adſtringens: in aquis verò inſuaue potius exprimur, quàm abſtergens. Quæ loca idcirco ſunt cum iudicio legenda. Vt apud Vitruuium libro VIII. cap. 3. Aquarum (inquit) mixtarum aliæ in potibus vtiles ſunt purgando corpora, vt bituminoſæ, ac nitroſæ. Et ſimiliter Aëtius auctoritate Archigenis lib. XX. cap. XXX. In purgationibus Veſicæ proximo loco ab aluminoſis ſunt bituminoſæ, & nitroſæ. quas indiſtinctæ, & bituminoſas, & nitroſas videntur nominaſſe, dum planè ſubiungitur. Quæ late ſcilicet ad guſtum ſe diffundunt, nec vllam guſtui malam repræſentant qualitatem.

Bituminoſæ non veræ. — *Vitruuij* — *Archigenis.*

Herodis balnea in Iudæa, ac Syria.

HERODES (vt meminit Ioſephus) cùm in amicitiam ſuſceptus eſſet Augusti Cæſ. & Agrippæ inter multa, quæ in illorum gratiam in toto ambitu ſui regni extulit ædificia, tam opere, quàm omni deliciarum genere admiranda, ad Tripolim Syriæ, & Damaſcum, & Ptolæmaidam, quas ciuitates in ſuam ditionem dono acceperat; publicas balneas, quæ Gymnaſia dicunt, vrbanarum ſcilicet Thermarum more condidit. Necnon ad Sydonem, & Biblim porticus, fora, templa, ac theatra addidit. Aſcalone verò Nymphæa, ſiue lacus ornatiſſimos, & balneas: ad exhibitionemq. Thermarum redditus annuos, ac perpetuos delegauit, ne quando beneficiorum gratia deficeret. Sic habet Ioſephus.

Ioſephi.

Callirhoe aquæ calidæ trans Iordanem amnem.

EX naturalibus autem in Iudæa, Callirhoë cognomento fontis, aquas calidas ex bitu-

Plinij, & Ioſephi.

mine meminit Plinius iuxtà Tyberiadem. Et Ioſephus in primo de bello Iudaido; quibus vſus (inquit) Herodes, cùm intolerabili prurigine vexaretur, collo diſtento, & inflato ventre, ac pedibus, tanquam ex aquæ intercutis vitio tumentibus. quæ aquæ in lacum feracem bituminis influentes, qui Aſphaltites vocatur, pro dulcedine potui vtiles ſunt, At vermiculis circà teſticulos diu vexatus, & morbo pediculari interemptus eſt.

Balnea Petrolei in Italia.

Aquę borræ bituminoſæ.

Petroiũ oppidum

Petreoli, ſiue balneorum.

Porro quæ ex Petroleo in Italia nominantur, quanquam aut nitroſæ, aut alterius naturæ ſint, omnes participare intelliguntur bitumine, aliqua portione, nullas dixerim ſyncerum continere bitumen. blandè purgantes, ſubamaræ, ac graui parum odore, vel fumoſæ tantùm. Quales ſub nitratis Borræ nomine cenſuimus, alteram in Senenſi, non longè ab Arbia fluminei alteram in Florentino ad M. Varehij. quas à modo purgandi, antiqui & Archigenes dixiſſent bituminoſas, cùm fortè aliquatenus participauerint bitumine. Eſt & in Senenſi ad viam maritimam Petroium vulgo caſtellum, vbi Petrolei ſcatebra, non adeo abundans. Et non longè ſub Rocca ſtrata, vbi nigrum ſcatet, ac admixtum lapillis picem dicunt naualem, pro odoris ſimilitudine, & necans vermes. Nec diſſimilis altera aquæ borræ ſub Viterbio eſt, quæ non procul à fonte aquæ Grottæ percelebri, calore ad tactum, & eſſentia temperata eſt. vnde & à Petroleo id balneum appellant, vel balneolum, vtile idcirco pueris, ac fœmellis, & delicatis naturis,

Bal. Petrolei, Culma, & quædam alia in Baianis.

Culma bal.

Erant in Baianis hoc in genere, ac Petrolei nomine permultæ aquarum ſcatebræ, quæ vt Tripergulanæ, Solis, & lunæ, & Ciceronis aliqua balnea, ſub recenti, quod iam narrauimus incendio ſubmerſæ iacent. Siquando tamen earum inſtauratio, aut aliqua fortè à nobis facta mentio incidat, hæc communis earum erit cenſura. Quæ vel diluta bitumine, vel liquore eius generis pernatante ſit aqua, hac præcipuè pollet virtute, quod abſterſoria eſt, omneſq. cutis maculas, pruriginoſas ſimul, ac ichoroſas exſiccans, contracta emollit, diſtenditq. conuulſos neruos, craſſa extenuat corpora, refrigerata vero calfacit, ac digerit. Fluxiones ſiſtit, grauedines, ac raucedines, rheumataq. id genus epota corrigit. Huis porrò naturæ proditum eſt balneum Culma, quod ad Auernum ipſi balneo Petrolei erat in culmine, cum maiori tamen portione ſulphuris idcirco exſiccando valentius, minuſq. emolliens. Porrò inferiùs ſub Puteolis aquæ, cui nomen Fontanalis, & item Petra, atque Plaga, hoc fomite bituminis participaſſe, feruntur; quamobrem multifariam eas vtiles in potibus, aliarum nitroſarum, & abſtergentium more eſſe diximus. Nec minus permultę alię tam ex Puteolanis, quàm Baianis aquis eodem imbutæ videntur vapore, præſertim quæ vel ſoporem inducunt, vel vteunque grauant caput, ſenſuſq. paulisper obtundunt, quæ bituminis vtplurimum ſunt operationes.

Bal. Petrolei in Picenis, & alia.

Vrbs Saluia, cum Ther. & Caldarola.

Extat in Picenis Petroleum oppidum, quod haud dubiè à ſcatebra eius generis, mutato parum voce dictum eſt à Petroleo. Quo tractu ad radices Apennini montis fuit antiqua Vrbs Saluia, cum veſtigijs adhuc Thermarum Vrbanarum, & Romanæ illius lautitiæ admirandis, Et infrà Caldarola oppidum, à calidis, quæ hic extabant balneis ſic dictum, quarum aliquando recognoſcenda melius erit natura. Illi verò à Petroleo deductum nomen planè veterum tamen confirmat, quam mihi indigenæ veluti per manus traditam referunt, fontes olei quondam in eo agro ſcaturiſſe. Sunt autem hodie perexiguæ venæ, quæ ad cliuum collieuli vnde corriuãtur, in manufactis lacunis emanant, nidoroſi odoris, ſiccæ, ac ſalſulæ ad guſtum, & tepentis caloris. Quare cũ hactenus non adeo ſint notæ, niſi paucis, qui eas in balneis exſiccantiũ aliarũ aquarũ more vſurpant: non difficile equidẽ exiſtimo, ſi adhibita aliqua impẽſa veſtigia parietũ, quæ apparent, perquirantur, intimæq. ineantur venæ, poſſe eas aliquem præbere fructum, tam aquarum ad vſum balnei, quàm etiam Petrolei.

Bal. Montis Alti ſub Peruſio.

Simile his fontibus balneum proditum eſt, quod bituminoſum vocant ſub Auguſta Peruſia, ſub vico montis alti, cuius aquam bullòſam nigricare, vteunque fœtidam, hieme frigidam, æſtate verò ſolaribus radijs dumtaxat calentem ſcribit Sauonarola, equidem non vidi. Nec audio eſſe adeo celebrem, niſi equis, ac iumentis à ſcabie ſanandis, quare aliàs fortaſſe à nobis abſolutè magis enarrabitur.

LIBRI QVINTI FINIS.

DE THERMIS ANDREAE BACCII, ELPIDIANI, MEDICI, ATQVE PHLOSOPHI CIVIS ROMANI,

Et in Almæ Vrbis Gymnaſio olim Profeſſoris.

LIBER SEXTVS.

In quo de hiſtoria Aquarum ex Metallis agitur.

De communibus Metallorum impreſſionibus in aquis naturalibus.

CAPVT PRIMVM.

METALLORVM autem quales fieri poſſint impreſſiones in aquis naturalibus, iam explicabimus; ſi quæ prius intelligenda ſit natura metallorum in terris hic breuiter declaratum ſit. Quod hac potiſsimnm ratione proponendum eſt, quòd cætera ferè mineralia prædicta reperiuntur aliqua ex parte, ſi non in totum perfecta in mineris ſuis: vtpote purum ſulphur in ſulphurarijs, ſal in ſalinis, immò totus alicubi mõs exquiſitè ſal eſt: ita & alumen, & chalcanthum, & bitumen, & reliqua, quæ diximus media Mineralia quæ ipſiſſimas ſuæ naturæ qualitates iu aquis imprimunt. At Metallorum, hoc non eſt dubium, quòd vix milleſima pars reperitur exquiſitè talis naturæ in quoq. metallo; ſed vt plurimum vel lapis eſt, eaq́. inepta res aqnarum impreſsionibus, aut ſuccus diuerſus admodum ab eo metallo; aut lutum, aut terra & aqua, aut ſulphuris, ſalis, ſimiliumq. id genus miſcella. Itaque haud immerito dubitatur de harum impreſsionum natura, qualis ſtatuenda ſit; vt auſi ſint quidam hodie ob eam ſubiecti indiſtinctionẽ ſcribere, nullus reperiri in aquis metallorum impreſsiones. Qui propriam hac in parte ignorant vocem: nam ſi eſt metallum in terris, & ſi eſt aquis liber excurſus in quamque terræ ſpeciem, aut venam, aut metallum incurrerit: neceſſariò alicubi aqua naſcetur metallica, vt reuera naſcitur, ſicut ſulphurea, & ſalſa aliqua; ita & aliqua ferrea, aliqua ænea, & aliorum metallorum. Erroris ergo iſtorum, qui negauerint ſenſum, hæc fuit cauſſa, quod non diſtinxerunt, quemadmodum diſtinguendum eſt, quid nam intelligendum ſit earum impreſsionum ſubiectum in metallis ipſis: an metalla ipſa ſolida, & perfecta; an ſoluta potius ipſorum principia. Et rurſus de his principijs, vt ſunt diuerſæ, eædemq. veriſimiles omnes auctorum opiniones, an quatuor ipſa elementa intelligenda ſint, an aqua potius, & terra, an cinis & aqua, an ſulphur, & argentum viuum, an fortaſſe huius naturæ ſpecialis mixtura; quorum omnium impreſsiones in aquis poſſunt eſſe diuerſæ, & plus & minus,, vel nullatenus metallicæ. Nam ſi bas ex metallis ſolidis impreſsiones intellexeris, eo ſcilicet modo per naturam fieri, quo noſtra opera interdum aquam ex chalybe candenti conficimus, aut ex auro, aut ex argento; hoc quidẽ modo perexiguas admodum ex quoque metallo fieri impreſsiones in aquis inuenies. Nam, ſi quæ ſolidæ alicuius metalli glebæ in ſuis mineris reperiantur (vt quæ argenti fruſta, auriq. atq; æris alicubi dicuntur eruta) ea paucisſimæ reperientur, ac planè ob contumaciam ſubſtantiæ, vix vllam aquis, quæ ipſas naturaliter incurrant, impertire valent qualitatem. Ac eo minus, quòd in

Contra negantes impreſſiones metallicas.

Materia Metallorum alia propiqua alia remota.

Digitized by Google

Calorum temperamenta in mineris.

mineris terræ non poſſunt eæ partes perfectæ, ac ſolidæ lapidis inſtar, vehementiam ignis experiri, itaque intimas aquis communicare qualitates, vt ex arte chalibeatas reddimus aquas: quinimò vt plurimum mineræ ipſæ caliginoſum potius obtinent halitum, quàm ignem, in multis calorem temperatum, in alijs exiguum, in alijs nullum. Atque hactenus fortaſſe intellexerunt hi nullas reperiri metallorum impreſſiones in aquis: quæ res alioqui dictu eſt abſurdiſſima; quandoquidem vel nulla ſunt in natura perfecta metalla (quæ ſcilicet non artis indigeant aliquo ſupplemento) vel certè pauciſsima eorum pars, eaq. extrà propoſitum diſputationis noſtræ, qui impreſsiones quærimus ex mineris prout reperiuntur in natura ſua.

Soluta metallorum principia.

Solutorum ergo principiorum impreſsiones in aquis dicemus eſſe intelligendas, non metallorum perfectorum. At ſi per hæc ſoluta principia, elementa ipſa cœperimus, vt quidam ſentiūt; remotam nimis cauſſam dabimus. Nam ſicut quatuor elementa perhibentur tam metallorum, quàm cæterarum rerum principia; ita quidem hæ impreſsiones communiter alijs mixtis, non metallis ſolùm venient meritò referendæ. Nec eo magis aquæ & terræ, aut ex cinere mixturis, quæ quidam veluti ſapores admixta, inaccuratè de ſententia Ariſtot. metallorum principia ponunt.

Methe.

Ac abſurdius dum hoc ſuum lutamentum ex aqua & terra, omni exutum faciunt intrinſeca virtute: quæ tamen tam neceſſaria eſt, quàm id vnde motus principium, ſine quo materialia ipſa in mineris nec cogi, nec digeri poſſunt in metalla. At ſi ex ſulphuris atque argenti viui mixturis, tanquàm proximis metallorum principijs, eas fieri impreſsiones intellexerimus, fortaſſe non ita abſonum: nam hæc duo communiter immediata omnium metallorum ponuntur principia. Vel quæ ipſa ſtatim conſequantur principia. Veruntamen ſi id nudè intelligas, dubio procul, ſicut in multis mixturarum naturis retulimus, quarum formulæ erant mixtæ, Sulphureæ & ſalſæ, ſalſæ, & aluminoſæ, & ferreæ, & pluriſariam variæ: haud aliter in his impreſsionibus quæque ſulphurulentæ, ac argenteæ ſimul nuncupandæ eſſent: quod falſum reperitur. Quare

Speciales mixturæ metallorum.

neceſſarium videtur metallorum quoq; ſpeciales mixturas ex omnibus his ponere in quaque minera, atque harum intelligendas eſſe impreſsiones. At de his ſanè mixturis non eſt hic locus omnem explicare rationem, quæ propria metallorum conſideratio eſt; ſed certas dumtaxat partes noſſe oportet, quarum præcipuè impreſsiones aquæ ipſæ concipiunt.

Virtus mineralis communis.

Sunt autem hæc tria potiſsimum vapor agentis virtutis metallicæ; materia neceſſaria metallorum; & terra parens quæ ipſa continet. In primis autem negari non poteſt, quòd omnium metallorum vna eſt generalis natura, ſiue originalis virtus, quam Albertus mineralem appellat, quæ nimirum tanquam virtus in ſemine formatiua, metalla omnia producit. Vnde aptiſsimè apud Græcos μετὰ τὰ ἄλλα dicta prodidit Plinius, quia ex ea

Alchimiſtarum ratio, & metalla ſint inuicem trāſmutabilia.

omnium affinitate, ac virtute, vbicunque inuenta vnius vena eſt, non procul inuenitur & alia ſeu μεταλλευτὰ Ariſto. ἢ ὀρυκτὰ quia ſcilicet infrà terram inquirantur, ac fodiantur. Subrogant & Chymici Philoſophi aliud maius arcanum in ea voce, Metalla, contineri: quod vt metallorum vna ſignificatur communis natura, ita inuicem omnia ſint traoſmutabilia per artem. Et ſicut ex ferri metallo adhibitis per artem alijs materialibus, ac eo repurgato fit æs; & auricalchum ſimiliter ex ære, & Cadmia colluſtrato; ita non mirum dari affirmant aliquod metallum, quod ſymbolum habeat vel cum auro, vel cum argento. quod eſt maximum ſecretorum, & vnicum deſiderium alchymiſtarum. Quæ res, ac permixtio omnium inuicem metallorum diligenter in cunctis mineris, & in his aliqua ex parte quæ dicenda ſunt de metallis animaduertenda eſt: ſicut enim promiſcua eſt, vel affinis omnium inuicem mineralium natura: ita quoque impreſsiones aquarum poſſunt aliquo loco ſimplices fieri, & vnius naturæ; aliquo loco promiſcuæ, vbi plus, vbi minus pro portione

Virtus Mineralis ſpecialis.

fibrarum in ipſis venis, & influentis aquæ. Efficitur autem vt frugi magis ſit vnius, quàm alterius metalli vena, penes ſpecialem inſitæ virtutis mineralis facultatem, quæ ita ferrum ex materialibus diſpoſitis producit, quod non aurum, vel ita æs, quòd non plumbum. Alioqui per generalem inſitam ſolum virtutem, omnia vbique metalla promiſcuè gignerentur. Vel hac negata virtute, alterum duorum; aut nulla prorſus naſcerentur, deficeret enim agens cauſſa propinqua; aut ſi generarentur, magis ad caſum vbi fierent, naſci dicerentur, quàm quæ ex putri materia fiunt animalia, in quibus diſpoſitionem ac virtutem propriam, reſpondentem virtuti quæ eſt in ſemine, ſummi ſapientes coguntur aſſerere.

12. Met. 13.

Nec concedendum quorundam nouis aſſertis, hoc nomine agentis cauſſæ, ſolis dumtaxat influentem calorem ponere: quod eſt, & tollere principia naturæ. nempè quoniam non ſolus ſol, ſed ſol & homo, inquit Philoſophus, generant hominem.

1. Phyſ. lib. ic. 22

Ideſt ſol & virtus, quæ in quoque ſemine generant cuncta. Præterea ſed ſol neque lumine ſuo, neque calore penetrat admodum intrà terram. minus ad altiores pertingit metallorum radices, quod alio loco demonſtratur. ergo cæli virtutem, à quo eſt, conſtruit eſſe, fieri, & viuere omnibibus, ineſt mineris quoque virtus quæpiam operans ſpecialis.

Atque

Spiritus minerales ſemicæleſtes in aquis.

Atque hæc multam ſanè habet prærogatiuam in hiſce aquarum impreſsionibus per hanc enim vapores quidam fœcundi eleuantur è ſubiecto metallo: qui in aquas influentes intimantur (vt ita dicam) eiſque ſemicœleſtem aliquando virtutem communicant, pro qualitate ſcilicet ac dignitate ſubiectæ materiæ, vnde eleuantur. Atq; hanc idcirco ſecundo loco obſeruandam diximus: nam etſi materia propria, ac immediata metallorum diuerſa aliqua plus minus habeat accidentia in vno ac in alio metallo; communiter tamen nihil aliud eſt in principijs philoſophi, niſi vaporoſa exhalatio in terræ partibus concluſa, eaque ętcrogenea, & diuerſarum admodum partium congeries, quæ planè patent ſi vrantur metalla, aut ſoluantur, reſolui pœnè tota in ſubſtantiam ſalis, cineris, atramenti, ſulphuris, & argenti viui. Quæ, ac intercidentes cum his aliæ obiter mixturæ, ſiue naturæ illius metalli præparando deſeruiant, ſiue per accidens ipſi exhalationi commiſcenda veniant; clarius aut obſcurius incurrentibus per ea aquis impreſſiones ſuas communicant. Sulphuris verò, ac argenti viui natura potiſſimum concomitatur materiam metallicam; non propterea, quia hæc ſunt immediata, ac propria eorum principia (ſicut nec ſanguis, quo ſcatent cuncta animantia, eſt principium animantis, ſed ſemen) ſed quia ipſa exhalatio metallica his maximè duabus ſcatet partibus, nam quid eſt aliud primigeniæ illius exhalationis ſubſtantia, niſi vaporoſa quædam, ac indigeſta ſublimatio, viſcido eiuſmodi humore, ac terreſtri fuligine prægnans? Vbi plus, vbi minus, & hinc tertio, ſui ipſius, vbi impreſſio fit, & vbi metallũ continetur, diſpoſitio notãda eſt: telluris ſcilicet ipſius, quæ vt in ſui gremio omniũ principio tàm cæleſtium, quàm elementarium impreſſiones ſucipit; ex quibus quæ continet in ſe rerum ſemina alit, propagatque, atq; parturit: ita quæ multa ſuperabundat, ſæpè tanquam menſtruata mulier expurgat, atq; in aquas, ſi occurrant, tranſmittit, illiſq. concorporat. Ex quibus concluditur, terram metallicam in vniuerſum, mixtæ admodum eſſe ſubſtãtiæ, pluriumq. in ſe mineralium ſemina, impreſſaſq. qualitates, ſaltem refractas obtinere. In primis verò ſulphuream eſſe, ſubtilibuſq. argenti viui ſpiritibus participare, calidæ idcirco, ac ſiccæ qualitatis. Craſſæ porrò caliginis generatiuam, grauis odoris, ſaporis ingrati, acris, vſtiuique, Salſugineam, ſiccamque, ob ſalium, aliorumq. ſuccorum quos inde generat, mixturam: luridam ac ponderoſam ex rubenti fœculentia argenti viui. Specialiter autem variè diſpoſitam, pro diuerſa quadãtenus vnius ab altero natura, ac partium proportione diuerſis locis. Ac pariter in promptu eſt, aquas quæ metallicas incurrant terras, communiter omnes eſſe admixtas, ac diuerſæ in ſe naturæ. Terreas, ſulphureaſq. vtcunque, nec minus argenteas, ſalſas autem, aſtringentes, ſiccaſque, pro vario materialium concurſu, terrarum mixtarum, ſuccorum, calidorum vaporum, excrementorum: quæ generalis erunt materia omnium iam dicendarum impreſſionum. Siccant omnes, deinde calfaciunt potentia, atq; actu permultæ, deinde adſtringunt, atq; corroborant, in balneis principaliter vtiles. Multa verò his prætereo de principijs metallicis; quæ proprijs demonſtrantur argumentis, in libris de Terreſtrium rerum natura, & in quarto de Metallis; quorum has ſupponimus concluſiones.

III. Meteo.

Natura metallorum.

Libri de terreſtriũ natura.

De ferratis aquis. Cap. II.

Metalla ſex.

A Ferri autem impreſſionibus ordiemur. Metallorum enim cùm ſex genera, penes artis traditiones habeantur, aurum, argentum, plumbum, ſtannum, æs, & ferrum; hoc ipſum communius eſt, Plinio teſte, & poſt ſulphuream vulgatiſſima minera in balneis. Obtinet quoq; & hæc ipſa minera multum ſulphureæ ſubſtantiæ, eam tamen immundam, & quæ matrix ponitur, ſeu potius conſequens quędam ſoboles omnium Metallorum, cum impura item argenti viui mixtura. Vnde molem videmus ferri lapidis aſperam, inæqualem, grauem, rubiginoſam: tantæ verò partium contumaciæ, vt vix in vnionem conueniant: tumq. per ignem fuſionem minimè ſuſtinet, ſed depurationem ſubſtantiæ, quam per malleum, & incudem in magnos vectes, quas dicunt virgas, extendunt, quas plus, aut minus puras, ac duras efficiunt, etiam pro mineræ genere. Nam hæc prima, propriaq; Ferri perfectio eſt inter cætera metalla, vt ſit omnium duriſſimum, in quo maiorem habet Ferrum perfectionem, ac maiores vſus præſtat ad vitam, quàm Aurum. Genus ergo communiter Ferrum eſt, lentum etiam, & ignobile. Minus verò excrementicium, ac arte defæcatum, factumq. durius (vt docet Ariſtoteles in 4. Meteor. στόμωμα Græcis eſt, quod ipſum & Chalybs cognominatur, quaſi ferrum Chalybum à regione Chalybum in Ponto, vbi puriſſimum, ac duriſſimum gignitur. Nec minus apta appellatione à noſtris idipſum Aciale dicitur: vt enim Stomoma Græcis dictum videtur à στόμα, hoc eſt ab ore, quòd eo ſcilicet ora gladiorum, hoc eſt acies, ac mucrones telorum muniri ſoleant: ita appoſitè noſtris Aciale dictum eſt, quia in ſubtiliſſimam ducitur aciem. Quæ genera & in aquis medicatis,

Ferri prima proprietates. Genera.

στόμωμα.

Chalybs, Aciale.

& in

& in aliarum rerum remedijs,aliquam pariunt differentiam, vt dicemus. De qualitatibus verò communibus. An ferrum calidæ ſit,an frigidæ impreſſionis,multas audiui doctiſſimorum quorundam controuerſias. Quæ vt plana res fiat,nos partim experientia vtemur magiſtra,partim autem diuini Ariſtotelis auctoritate. Qui breui capitulo in 3. Metheororum abſolutè adeo metallorum naturam complectitur,vt recentiorum aliquos,qui iudicio tanti philoſophi contradicere audent, balbutire potius videantur,ac obſcurare veritatem, quàm definire.

Ferrũ an calidæ naturæ, an frigidæ. Ca. vltimo. Ferrũ frigidum. Ferri principia calida.

Ferrum,vt ferrum,ac arte elaboratum,dubium non eſt eſſe tactui frigidũ. Frigidum & lapidem in mineris ſuis,vnde eruitur, experimur. Sed nobis in aquis (vt iam propoſitum eſt) reſpicienda ſunt principia. Hæc autem conſtat nihil aliud eſſe quam vaporoſam exhalationem,ac ſiccam (vt inquit philoſophus) quæ concluſa in terræ viſceribus in lapidibus denſeſcit. Quocirca & terram (ſubdit ipſe) habent in ſe,& vruntur,quia ſiccam habent exhalationem. Eius autem ſiccæ exhalationis reliquias experimus nos in mineris ipſis,vbi craſſus,ac fuliginoſus exhalat halitus,vt niſi apertis fodinis, ſæpenumero ſuffocet operatios. Atq; hoc igitur debet eſſe manifeſtum,vbicunq; metallum ſit, ſubeſſe in fundamento caloris fomitem,à quo vt vnde motus principium,exhalatio incipiat. Plus verò ac minus, vel etiam nullum in ipſis fodinis calorem ſentimus, qui fortaſſe in intimo metalli ſeminario exæſtuat.

Calores in metallis occulti.

Quam rem poſt cæteras coniecturas, apertiſſimè nobis oſtendunt ipſæ aquæ:quæ in admirationem vſq; ſapientum,cum neq; vicinia, neq; tellus ipſa, neq; locus caleat;è profundiſſimis tamen terræ viſceribus,manifeſtos profundunt calores. Plus verò,ac minus calidos, alibi etiam feruidos; pro qualitate & copia ſubſiſtentis fomitis;pro vicinitate uenæ;& prout ſors inuicem aquæ & caloris tulerit. Perraro autem in metallis calores exæſtuant:quæ nimirum non tàm uehementia caloris per naturam elaborantur,quàm aſſiduitate,ac temperie naturali. Nec ulla metallorum principia compatiuntur fortes calores: nam præter ſulphuris materiam, cæterum terra, aqua mineralis, ſales, atramenta, ac id genus alia concurrentia in naturam metallorum, ſunt inimica ignibus.

Aquarum ferratarũ. Qualitates.

Ac raro ex ferri metallis aquæ teporem excedunt ob dictam cauſſam: plures frigidæ, ubi uerò excedant, acceſſoriam indicant, & plus quàm ferri naturæ conueniat, copiam ſulphuris ſubeſſe. Quales in primis narrabuntur ſub Auinione aquæ,quædam in Piſanis, & quædam ad Viterbium,& alijs in locis, quæ omnes ob multam ſulphuris copiam, non mediocriter ſunt calidæ. Sunt ergo calores in aquis metallicis quandoq; inſignes:haud tamen certi iudicij, cùm non adeò eſſentiam metalli indicare poſſint, quàm exceſſum calorificæ materiæ. Certiora indicia præbent terræ, ac recrementa quæ uaria ſpecie ab intima metalli ſubſtantia per aquas excernuntur;Lutum, rubigo,cinis, exquiſitæ interdum illius metalli glebæ, quæ aquas uarijs inficiunt modis, liuore, craſſitie, odore graui, ſapore ſicco.

Aquarum ſtillicidia côuerti in lapides.

Quas & ipſi margines, ubi coaleſcunt, impreſſiones oſtendunt. Vel ubi penſiles deſtillent aquæ,pro rubigine illa,quam ducunt glutinoſa,guttæ uaria ſpecie condenſantur. Vel adnaſcentibus adhæreſcunt herbis,uel longo in antris ſtillicidio in ſtyrias coaleſcunt,quibus in delicioſis fontibus etiamnum Romæ utimur. Tales meminit Plinius in Macedonia,pendere guttas in antris Coryceis, denſatas in ipſis cameris. Et in Corintho decidentes in quibuſdam ſpeluucis,unde columnæ ſolent fieri. Eadem fermè indicia rerum, terrarum, colorum,ſaporum,ex deſtillatis ipſis aquis naturaliter ferratis haberi ſolent;& quandoque prò uirtute ignis digerente,magis exquiſita.

Facultates.

Porrò quia facultates ſequuntur eſſentiam, & eſſentia mixturas;idcirco cum Galeno dicamus 9. de Simpl.Med.facul.quòd quemadmodum in terræ differentijs plurima ineſt eſſentia elementaris terræ,paulum verò aëris; ita in metallicis plurimum immixtum eſt igneæ ſubſtantiæ. At quoniam in aquis habenda,præter hæc,eſt ratio refractionis partium calidarum cum qualitate frigida aquæ, neceſſe eſt vt aquæ ex ferri metallo remiſsè caleant. Imò (ſicut anteà diximus) niſi aquæ ipſæ ex accidenti copia fomitis calorifici naſcantur actu calidæ, ad humanam temperaturam erunt facultate frigidæ. Siccæ verò magis quàm frigidæ, ob partes terreas, cum adſtringentia, ac roborandi virtute ſingulari.

Aqua chalybeata.

Aſſerunt Auicennã & Rhazes, prima lumina medicinæ inter Arabes, Aquam Ferratam inter minerales habere aliquam laudem in quotidiano vſu (niſi admodum in aliqua qualitate excedat) quia confortat viſcera. Meliores verò priuatis potibus,quę ex Chalybe parantur,puriori ferri genere:ideſt in quibus ignitus chalybs ſit pluries extinctus,quo enim magis reiterata fuerit extinctio,etiam vſq; decies,eo fiunt Chalybeatæ vtiliores. Quem vſum inter antiquos reperio primum apud Scribonium Largum, apud poſteros verò communiſſimum.

Vſus chalybeatarũ

Vtimur communiter eis in membrorum omnium nutritionis affectibus, à calida præſertim intemperie ortis;& in quibus tùm moderato refrigerio,tùm maximè robore opus eſt. Id enim primùm chalibeatis aquis prærogatiuum tribuitur,vt imbecilla ac relaxata tàm membra, quàm viſcera confirment. Bonus Meſues in ſputo ſanguinis,aquam ex minera ferri bibendam conſulit,aut roſaceam,aut ex candenti

ferro

Digitized by Google

ferro dilutum, aut roſarum decoctum. Candens igne ferrum (inquit Dioſcorides libro 5. cap. 53.) Si in aqua, vinoue demergatur, vtile in potibus eſt, contra inteſtinorum tormina, lienoſos, & bilis profluuia, quam choleram dicunt, diſſoluto ſtomacho, item lib. 6. cap. 7. Ad Aconiti venenum, conferet, inquit, vinum, in quo aurum, ferrum, argentumuè candens fuerit reſtinctum. Porrò Galeni auctoritate ex Aſclepiade 2. de Antido. in fin. ad aquam timentes ex canis rabidi morſu. Si quis aquam (inquit) in qua Fabri ferrum intingunt bibendam præbuerit, valde mirabitur. Vt autem quis iam aquam timere incipiens cogatur id potum, pannum ſuper imponas poculo, qua parte poſſit bibere. Is verò vſus aquæ ex ferro candenti, vel chalybe cùm hodie communis ſit, quæritur tamen ratio; quo modò Ferratæ aquæ obſtructis, ac ſplenicis opitulentur, cùm adſtringentes ſint & ſtypticæ. Non quia graues proculdubio; nam ſic & plumbeæ, ac cœnoſæ, cæteræq. quem concipiunt à ferro fomitem? Veri magis ſimile ſit (vt ſapientes teſtantur) Ferratas aquas, cùm contrarijs prædite ſint qualitatibus, aperire ex accidenti: nimirùm quia exſiccando iuuat, ac villos denſando viſceris, innatumq. calorem vniendo, facilè quod reliquum eſt excrementi digerunt. Ex recrementis, ac ſpuma ferrea, quam ex vſtrinis ſuis ferrarij abijciunt, ſi candenti igne conſpergatur aceto, vel generoſo vinum fotum parare conſueuimus ſaluberrimum, quem æger circumtectus pallijs ex ſubiecta tina excipiat. Sudoees enim excitat confertiſſimos, artuū vbicunq; dolores, & ſciaticam, & hemicraniam, ſeruatis communiter ſeruandis, excutit, ac membra ipſa debilia mirificè corroborat, quemadmodum in VII. docebimus. Mirifica verò aqua, quæ arte fit ex limatura chalybis præparati; combuſti ſcilicet, ac loti aceto, quandin ſedimentum impalpabile remaneat ſubnigrum, & quod tangenti non inficiat manum. Huius pollinis ſumito vnc. quatuor, aquæ cōmunis lib. quatuor: infūdito per tres dies, ſæpe ſæpius vas agitando, ac confundendo, ſecretū habebis mirabile lienoſis, ac ex malo habitu ſam in hydropam cadentibus, ſi per menſem, & amplius ea aqua vel turbata, vel vbi reſederit vtatur, trium ad minus vnciarum pondere; ſynceram mane diluculo bibendam, admixto pauxillo vino in cibis, quotidie eandem quam biberit portionem aquæ refundendo. quam nos probauimus communem, & fontanam, alij ſtillatitias affectui propriam malunt aquas. ſed nos totam vim in atoma qualitate chalybis corpori imbibitam putamus conſiſtere. Cæterùm vt mediocriter ferro dilutæ aquæ hactenus laudantur in alimentis; ita de naturalibus, quæ inſignem conceperint ferri impreſſionem, medicamenti vice probantur: & tàm in potibus, quàm in balneis. Quæ enim abſterſotia pollent facultate, ſanè vacuantes per aluum & per vrinas, quales in Italia dicentur multæ; hæ vtiliter ſumuntur in hepatis, renum, ac veſicæ intemperantijs, & tàm calidis, quàm frigidis. Vomitioni obnoxium ventriculum firmant, inteſtinorum leuitatem, ac omnem fluxum emendant; lienis vitia ex cauſſa plerumq; calida ſanant, icteritiamq. ex bilis peraſſatæ redundantia reſtringuunt. Hepatis tàm potu, quàm etiam balneo attractiuam virtutem confortant, inexhauſtamq. hepatis vitio ſitim in diabete reprimunt, vnde extenuati harum vſu reficiuntur. Valent ad Hydropem incipientem firmando viſcera: ac eo ſunt efficaciores (auctore Paulo) quo alumine participauerint. Valent & in fine, item confortando. Nec minus menſium muliebrium diuerſos fluores inhibent, inuoluntariam ſeminis excretionem, nocturnaſq. pollutiōnes corrigunt, albidam, & quæ laxis renum habenis continuè effluit, diabetē firmant, retinentque. Hypocondrijs deſides matronis humiditates reſiccant, veſicæ vlcera; lepram, pruritum, ac ſcabiem, cæteraq. id genus excrementicia hepatis, ac cutis vitia exterminant. Mulieres autem, quæ recidiuos abortus paulo poſt imprægnationem pati conſueuere, maximèq. tales iuuenculas ſuper omnia iuuant: locos ipſos confirmando, ac tenaciores reddendo. Per embrocham, quæ in balneis à noſtris veteribus Duccia dicitur, minus quidem diſcutiens, niſi quæ valde actu caleant. In totum tamen fluidos, ac ſubtiles cerebri catarrhos ſiſtent, tremulos, tetanicos, & alios paralyticos iuuabunt: necnon podagricos nō confirmatos, iſchiadicos, articulariosq. id genus affectus ſuſtinentes, & circa virtutem motiuam imbecilles ſanabunt. Ad eadem porrò omnia valent in balneis, quanquàm non eadem efficacia, quæ non tàm adeo purgando operantur, quàm firmando. Quare ſedendo quis in earum balneo dumtaxat, in qualibet ventriculi debilitate, inflatione, ac ex ea cauſſa doloribus iuuari ſolet. Reſtituunt lapſam appetentiam, vt ſæpè in balneis Auinionis vidimus. Strumas diſſipant calentes adhibitæ. Ad vlcera antiqua, ac ſordida, cùm repurganda, tùm glutinanda vtiliter adhibentur. Oſſium fracturas ſolidant, luxationes, ac dearticulationes repoſitas firmant, ſuccedenteſq. ex ea cauſſa tumefactiones iuncturarum inhibent. Porrò ſunt loca in Baianis, quæ propter inclitam Magnetis virtutem attrahendi ferrum, non ſolùm perſanant vulnera, ſed infixa quoque de ferro iacula, vel globulos id genus ex tormentis, archibuſijſque vocatis inflictos, mirificè extrahunt. Cæterùm minus tutæ ſunt aſthmaticis quæ ferro vtcunque participant aquæ: horum verò minimè ſtrictum pectus habenti-

Ad aquā timentes mirabile.

Quomodo ferratæ aquæ aperiant.

Vſus naturaliter ferratarū

Operationes in potibus.

Vſus Duccia.

Vſus in balneis.

Ex magnete aquæ.

bus

Nocumenta. -bus. Malè item faciunt his, qui alnum ſtrictam ex natura habent, ſcirrhos item, & conſimiles duritias ſolutu difficiles patientibus. Nec appetentiæ ex earum potu indulgendum, multifariam noxiæ.

De ferratis aquis, & locis. Cap. III.

FERRI mineram ſcribit Plinius, metallorum omnium eſſe largiſſimam, & vbiq; propemodum reperiri. Verumtamen (vt eſt poſteà diligentius obſeruatum) aquiloniam plagam videtur magis diligere. Nam rara ferri metalla in tota Aphrica à ſcriptoribus memorantur, rara in Indijs, partibusq. infimis Aſiaticis niſi quòd ſteriles metallis habeantur. Ferrum pluiſſe. Narrat Auicenna cùm pluiſſet apud Lurgeam in Arabia moles ferri ingens, tentaſſe ex ea regem Toratem enſes fieri; nam vſq; ad hæc tempora orientales pro hac forſan inopia, merces ſuas cum ferro commutant. E diuerſo ſub aquilone, quę tellus tàm valde omni metalli genere abundat, ſtatim Magnetis natura luxuriat; Magnetis natura. qui lapis adeò cum ferro amicabilis eſt, vt admirabili, ac penè inexcrutabili quadam virtute ferrum, & quæcunque ferrum habent, longè attrahat. Quare connaſcitur ſæpè Magnes cum ferro, ac intrà ipſius lapidem interdum reperitur, durior, ſeu potius Vitri modo fragilior. Proprias verò mineras habet in Magneſia regione Aſiæ, vnde illi nomen quandoque tribuitur, ſeu ab inuentore ita dicatur (vt Nicander cecinit) primò in India repertus. In Macedonia item, in Bœotia, & circà Troadem Alexandriæ. Summæ verò laudis Chalybs Aethiopicus proditur ad Zimiri, quæ ita regio quædam harenoſa vocatur, Plinio. Aziminus chalybs. Neſcio tamen an hinc ſit Aziminus chalybs, cuius hodie precium apud Turcas, & Damaſci mercatores, æquo auri pondere ſit. An potius ex Aſſyria, vbi Azimia oppidum, & regio vulgò Agiambina, optimi chalybis feraciſſima. Vel quod optimum omni æuo memoratur apud Chalybas, qui ſunt nudi populi in Ponto, quam regionem & Virgilius hoc nomine celebrat in Georgijs.

—ſola India nigrum fert ebanum,
At chalybes nudi ferrum, viroſaq. Pontus, &c.

Eſt & in Aſſyria Chalybonitis regio, & Chalybo oppidum, quod haud procul ab Euphrate ponitur à Ptolemæo. Quas non minùm partes, & aquis quoq; ferratis abundare conſonum eſt. In Ferrarijs verò mineris habetur Magnetis natura apud Cantabricos in Hiſpania; & vt de nouiſſimis narrant quidam Germani auctores, in mineris Germaniæ naſcitur, Calamita inſula. in Bohemia, in Miſenis, vbi Calamita locus dicitur, & in Franconia. Fœcundius verò in glacialis Oceani inſula, quæ exinde pariter Calamita cognominatur: quæ quoniam ſub extremo aquilonari cœlo, integros habet Magnetis montes, ad hanc partem nauticam directionem inclinare creditur, quæ Tramontana poſteris inuentoribus eſt dicta. Ferri porrò mineræ frequentiores habentur; vt in Oſtrogothis, & in Noruegia, & altiùs in Gothia ad lacum Veneris, Lacus Veneris. vbi duo oppida, Lidecopia, & Tinguellia, quæ electiſſima minera ferri, & chalybe, & alijs metallis ditiſſima. Lacus Meler. Et ad lacum Meler ſimiliter: quæ loca demum meminit Olaus. Proximè verò ab hac Britannia ferro abundaſſe inter multi iugas metallorum venas tradidit Strabo, In Britannia. quas hodie accepimus eſſe ditiſſimas in Salopia, Sinthſexia, ac nonnullis Vualliæ locis. Deinde Germania multas habere ferri fodinas, in Cattis, in Bohemia, in Ligijs, & Votlandia, quas longum eſſet per nomina recenſere. In Ligijs ſingulo decennio repullulare venas, ſicut & in Ilua inſula proditum eſt. Balnearum autem nomine Leucenſia apud Valeſios celebrantur, quæ ferro participant. Et item Fabaris balnea in Rhetijs, & in Heluetijs quædam agro Tigurino. In Hiſpania. Permultis item abundat Hiſpania ferri mineris, quæ primi hodie meriti habentur, ſuperiori maximè ac maritima parte, vbi Cātabria, & ex ea mari quoq; nomen Cantabrico. Nam inter alias huius generis terras, mons fertur prærupte altus Plinio, qui totus ex ea materia eſt. In Galatia celebrat Iuſtinus lib. vlt. Ferri mineras cum aquis ad eius temperationem valde idoneis, Bilbilis flu. Bilbili, & Chalybe fluuijs. Chalybe flu. Bilbilis verò Martialis inferius eſt in Celtiberis; cui abblanditur ipſe multis locis in Epigrammatis, & nominatim lib. 4. illis verſibus.

Sauo Bilbilim optimam metallo,
Quæ vincit Chalybasque, Noricosque,
Et ferro platea ſuo ſonante;

Sunt autem Norici in Pannonia populi iuxtà Danubium, vbi nunc quoq; ferrarię ampliſſimæ, & balnea valde ſalubria. In Italia. Chalybes verò quos diximus in Ponto. Paucis verò terris, in hac quoq; materia cedit Italia: Fodinas enim ferri, etſi non adeò nobiles, habet permultas. Antiquæ verò memorantur ad Alpes in Agro Taurino, in extima Venetiæ parte, in Placentino, ac Parmenſi, & magis frugiferæ in Brixienſi, ac Bergomenſi. Citeriùs item in Ca-

Ilua inſula.

Igilium inſula.

Calabria, quæ funduntur; in Apulia ad montem Garganum, qui à Sancto Angelo nuncupatur, & in Piceno olim. Ilua verò Inſula decem millia paſſuum à continenti Hetruriæ, ſemper fodinas habuit ferri fœcundas: nam exhauſtam aliquam occulunt præiacente terra, ac ſpatio decem aut quindecim circiter annorum, virtute intus metallica vegetante, ac ſole cooperante, repullulat minera, ac foditur cum maiori vtilitate. Nimirùm quæ communis eſt omnibus metallis natura, fæcunda, ac ferè vegetabilis, vt planta. Nec caret Ilua natura Magnetis, in pago, qui idcirco Calamita vulgò appellatur. Nec Chalcantho caret, nec ſulphure, cuius ſyncere propagines & radices colliculi, cui Arcus cognomen, apparent. Tellus alioqui Inſulæ hactenus ſterilis: cæterum ſub fœlici hodie tutela MAGNI COSMI Florentiæ, ac Senarum Ducis, cultu ornari incipit, portu, & claſſe muniri. Et proxima huic Igilium breuis Inſula ferri metallo abundat, quod vtilis quidem operæ, niſi auctoris deeſſet impenſa. Prodita quoq; olim inter metallares terras Euboea, quæ nunc Morea dicitur, Sicilia quoque, & aliæ huic adiacentes inſulæ. Maximè Corſica, vbi ad partem, quæ Hetruriam reſpicit, Iluamque, noſtris quoq; diebus venæ quæſitæ, ferri tamen dulcis, & quod ſine quodam condimento non coaleſcit igne. Telus quoq; hetruſca hiſce inſulis vicinitate, ac natura minerarum reſpondet; immò in reliquo Italiæ non habentur tot alia genera. Ferrum eruitur ad oppidum Plumbinum, quem Traianum portum Geographi adſcribunt, id tamen non adeò probatum. Sicut nec adeò frugi non procul ſub vetuſta Capilia cruitur; quod in globos bombardarum fabricant. Ac ſimile ad Boccheianum caſtellum. Tota denique hæc Hetruriæ pars, quæ ad maritimam auſtralem ſpectat; aliqua paſſim minera luxuriat, à Piſano inquam agrò, longo tractu in Volaterranum vſque, & in Senenſem: in quibus propterea multæ nominandæ venient aquæ minerales, ac ferro dilutæ nonnullæ nobiliſſimæ.

Aliquæ ferrugineo ſapore aquæ potabiles.

Salo flu.

In eo autem genere Ferratarum aquarum, quas cum nulla admodum excedant qualitate, vtiles in quotidianis potibus ad viſcera confirmãda, Auicennę auctoritate probauimus, non deſunt venæ aliquæ naturales. Quæcunq; enim hoc metalli genere abundant terræ, & quæ aquis non careant naturalibus, eaſdem & hac ferri qualitate participare neceſſe eſt, vbi plus, vbi minus, vbi oſcurè adeò, vt vix differre videantur à dulcibus. Quales à Martiale ſui fluuij Salonis aquæ celebrantur.

Salone breui qui ferrum gelat.

Pulueris Puteolani aquæ.

Chalybeatæ arte aquæ.

Et quales audio venas aquarum in Ilua Inſula, quæ bibuntur communiter. Tyburc Ferrata aqua cognominatur à Sapore, alioqui haud diſſimilis à cæteris aquis, vt ſint qui aſſerant has in fluxibus ventris, & vbicunq; robur viſceribus eſſet opus, chalybeatarum aquarum vice vtiliter vſurpaſſe. Porrò bona Latij pars, atq; Campaniæ ſi qualitatem ſoli, ac venarum quarundam reſpiciamus, huius naturæ eſt: quæ ſanè tota puluere illo puteolano ſcatet, nigro, ſicco, ac ferri metallo quam ſimillimo. Et ex aquis perraras idcirco hæc tellus obtinet ſynceras, & quæ non ſint aut acidæ, aut ſalſæ, aut ferrugineo ſapore. Nec ſecus de his, quam balnearum nomine iã enarraturi ſumus in hoc genere, nonnulæ erunt venæ adeò attemperatæ cum aliqua natura ferri, vt in quotidianis cibis, & potibus vſurpari poſſint. Talis Fontanalis Aenariæ inſulæ aqua: & cui Plaga Romana cognomentum eſt. In Baianis plures eiuſmodi venæ, Ferruginea dicta, Succellaria, & quæ olim cognomento Solis, & Lunæ erant inſignes. Mediocres, & limpidæ in Piſano aquæ dictæ: & item Caldanæ aliæ, in quibus Piſces degunt, ac ranæ, Sin minus tales aderunt, ad priuatos vſus aquas candenti chalybe præparatas vſurpare licebit, ſicut ex Dioſcoride propoſuimus. Nunc veniemus ad balnea.

Bal. Auinionis in Senenſi.

Orcia flu.

In agro Senenſi, vt non minor eſt balnearum præſtantia, quàm copia, nobiliſſimum ſanè balneum eſt, ac ferrugineæ naturæ, quod in pago Auinionis, iuxtà viam Romanam 20. lapide reperitur. Vbi quod antiquam indicat obſeruantiam, in medio ſacello balnei encomiũ extat græcis litteris iam exeſis, & item in ſuperiori frontiſpicio marmoreum alterum inciſum legitur, NYMPHIS SACRVM. Nempè ſignificans id balneum in delicijs quoque habendum, pro mediocri qualitatum, ac plurium ſimul venarũ temperie, proque amœnitate aëris, ac rerum omnium, quibus balnea carere non debent, commoditate, nec minus deniq; commendandum pro grata ibi ciuium Senenſium hoſpitalitate, ac nobilis pręſertim Amerigorum familię, quorũ dum Senęnſia equidẽ perluſtrarem balnea anno M. D. XLVIII. multam agnoui munificentiam. Eſt autem locus à Septentrione latè patens, ab occidente verò, ac oriente, qua media conualle Orcia fluuius tranſit in meridiem, prææltis collibus tegi-

Digitized by Google

tegitur: inde ſub alta arce eſt Sancti Philippi duccia, hinc verò octo circiter milliatiorum ſpatio, ad mediam iugi planiciem, hoc Auiuionis balucum habetur. Extat autem prælarga in quadrom lacuna, quam complura circumdant hoſpitia ſatis commoda. In lacunam verò variæ confluunt venæ, ac duæ inter alias, quarum ob diuerſos (vt veri ſit ſimile) locorum tractus, altera frigida eſt, altera calida intoleranter. Cæterùm aliæ ſcatebræ vtiliores, vndique ſecus in particularibus alueis excipiuntur, aliæ viris conſtitutæ, aliæ mulieribus, aliæ contagioſis, & quæ molli inuicē canaliculo, vt vſueuenit, temperari poſſunt, & tàm in bal- Sacellum in baln. neis, quàm ad ducciæ vſum. Ad caput huius lacunæ, (quod in cæteris ſanè balneis eſſet faciendum) extat ſacellum ad conſpectum vndiq; balnearum patens, ſacris celebrandis tempore balnei. Porrò has venas è diuerſis mineris emanare, ipſæ pariter aquarum diuerſæ qualitates oſtendunt, frigidæ, craſſæ, tenues. Nec minus id ſordes ipſæ, quæ iuxtà canales indurantur ſignificant, partim rubiginoſæ, & duræ, partim viſcoſæ, virides, & liuidæ. Aequa tamen portio à veteribus noſtris poſita eſt ferri, atq; Aluminis in his balneis, cum æris quadam mixtura, & copia Sulphuris non mediocri. Ab operationibus autem cùm ſtipticent magis, quam abſtergant bibendo quidem haud ita vtiles habentur, balneo autem magis idoneæ. Deinde ſub duccia; quanquam vt ſunt craſſæ ſubſtantiæ, non tàm adeò di- Minera. ſcutiunt (hanc enim prærogatiuam, præclaris S.Philippi balneis videntur reliquiſſe) quam inhibent, ſiccant, atque adſtringunt, non ita duris affectibus ob eam cauſſam conſulendæ. Vſus. Porrò in balneis ſunt hæc præcipua facultate inſignes, quod præ humanæ tēperaturæ qualitate ſunt, & ipſæ medij temperamenti. Vnde valenter affectibus interaneis, præſertim ventriculi medentur, atque his maximè conueniunt qui aut debili ſunt virtute ſtomachi, etiam conualeſcentes, & ſani, aut doloribus ventris ex intemperie frigida ſine materia, vt non multum calida tentari ſolent. frigidis tamen melius auxiliantur, quam calidis, & Operationes. flatuoſis, vt coli doloribus, inflationibus ventris, atque vteri. Squalorem ex malo corporis habitu emendant, incipientemque hydropiſim, varios vteri fluores compeſcunt, eóque vitio iamdiu ſteriles mulieres fœcundant. Articulorum doloribus, fluidis maximè catharris benefaciunt, tumores exinde inhibent, luxata firmant, ſolidant oſſa fracta. Se- Electio. roſas hepatis humiditates, & inde natam ſcabiem; lepramque ſanant. Vlcera antiqua, ac fluidas, fœdaſque id genus cutis gemmas abolent; à lue etiam gallica cnēmptas, ſi competenter hoc eſt ad finem adhibeantur. In vſu tota æſtate vtiles ſunt: magnis tamen æſtibus minus probantur: nam etiamſi non admodum caleant, verenda tamen in his pororum coarctatio eſt, & maximè his, qui multum fulliginoſis abundant excrementis, & qui pectoris ſunt anguſti.

De balneis S.Caſſiani.

SVNT etiam in Seneſſi agro S.Caſſiani balnea: quæ ad confinia vetuſti Cluſij, atq; vrbis Cluſina bal. veteris, Cluſina prius dicta antiquis fuiſſe videntur. Quo nomine ea indicaſſe arbitror Horatium, qui dum Baianas incolebat balneas, adeoq. amœnas, iuſſus ab Antonio Muſa Auguſti medico, mutare locum (vt ipſe ait) ſe inuitum ab earum amœnitate ſecedere ad frigida oſtendit, illis verſibus ad Vallam ſcribens.

—vicus gemit inuidus agris,
Qui caput, & ſtomachum ſupponere fontibus audent
Cluſinis, Gabioſq. petunt, & frigida rura.

Frigida nimirùm hæc innuit præ Baianis calidis, & ob loci pariter earum ſitum, qui ſub aſperis montibus inter occidentem, ac Aquilonem vergens, vbi molli cliuo hæc balnea Situs S. Caſſiani. vſque in imam ſcaturiunt vallem, vix media æſtate aliquo ſolis illuſtratur, atque fouetur aſpectu. Cæterum mira ſalubritas eſt tàm aëris, quàm ipſarum aquarum, commodaque tùm foris, tùm in oppido ipſo hoſpitalitas. Nec minor autem antiquis earum obſeruantia fuiſſe videtur, ex vetuſto (vt cernitur) marmore, quod olim dirutum miſerè ac neglectum, ex rudi illic macerie in conſpectum reſtituit his annis vir illuſtris, ac nobiles antiſtes FRANCISCVS BANDINEVS Archiepiſcopus Senenſis; in qua hæc peruetuſta adhuc apparet inſcriptio. PRO SALVTE GAII, ET POMPONIAE N. LIBER. MAR. VERO IMP· ÆSCVLAPIO ET HYGIÆ SAC. EPHESTAS LIBER. V. L. M. S. Etalia, quæ litteris exterioribus iam exeſis, vix à peritis leguntur. Et auctoribus autem Medicis, qui ſcripſere de balneis, cōquiſitè quidē pro eo tempore de his tractauit Sauonarola, & poſt ipſum Menghus Fauentinus. Verùm ad hanc ætatem, cùm multa equidem inuenerim mutata, ac omiſſa aliqua, vel falſa, dedi ſanè operam ad fidem hiſtoriæ, vt complurium ſubinde ex oppidanis teſtimonio vterer: ac præcipuè manuſcripto vſi ſumus Ioannis Baptiſtæ Medici olim Cæſarienſis in his balneis exercitatiſſimi: adhibito vbi minus illi iuxtà Thermarum principia locuti fuerint, noſtro iudicio, atque

etiam

Digitized by Google

etiam correctione. Extrà igitur caſtellum S.Caſſiani, quod è ſublimi eminet colle, plures ad cliunm medicatarum aquarnm emanant fontes. Quornm vt varia plus minus natura, eſt,ac varia tẽperies caloris:ita diuerſa fiunt balnea,ac octo in ſumma hodie ſunt frequentiſſimi vſus,tria nimirum ad ſiniſtram caſtelli, quorum primum idcirco balneum de la Terra nuncupatnr: Buſſeti alterum, qui & Aquæductus, & Caldaia. Quatuor autem alia dextrorſnm ad dimidium ferè milliaris, parum inter ſe diſtantia habentur, Duccia ſcilicet, quæ & Caldaia cocta à Sauonarola dicitur S. Georgij, balneum S.Mariæ, & Ficuncellæ dicta aqua nobiliſſima cum ſuo balneo, & Luti tandem ſeorſum à cæteris, vbi ſcilicet luto, atque etiam balneo ipſo vtuntur. Auæ omnium (quo non mediocrem ſibi pariunt gratiam) calidæ, & minus calidæ certis fontibus: cæterùm limpidæ,nec vllo ſapore,aut fœtore ingratæ. Minera autem communiter aluminata, ac ferrea ponitur à Sauonarola: verùm nos, vt ex operationibus, ac diligenti ſimul aquarum ipſarum, ac adiacentium minerarum examine cognouimns, plures ferri eas inuenimus obtinere pattes, nec ſine aliqua, (vt Caſſianenſis aſſerit) æris mſxtura in certis fontibus. Et præter ea (quod miror ab aliјs fuiſſe prætermiſſum) cum manifeſta ſulphuris portione, quæ quamquam perexigua ſit, vt nullo neq; ſaporis ſenſu, neq; odore moleſta ſit; vel ipſo planè caloris gradu aquarum perſpicua ſit,nec non terrarum ipſarum, quæ metallicæ cum ſint,ac Pyritidis ſpecie ſplendentes,ipſiſſimum combuſtæ ſulphur exhalant,relicto cinere rubiginoſo ac ſicco: qui ferri ſcobem, ſiue antimonij, ſiue combuſti æris apertè refert. Alienius ergo caloris ſunt communiter harum balnearum aquæ, ac purioris quidem temperaturæ omnes quàm prædictæ ad Aninionem:quare citius operantur,ac aliqnas quidem operationes à qualitate, aliquas verò à tota ſubſtantia præſtant mirificas. Clementiùs porrò agunt ad vſum Ducciæ, quàm S. Philippi vicina balnea,magisq. confortant ob multam ferri mixturam quàm Porretanæ, quarnm illas quidẽ in ſulphuratis,has verò in aluminatis libro ſuperiore retulimus. Communis porrò electio tota æſtate eſt:cùm fontium aliquorum vſus in potibus ipſo etiam Sirio ardente præcipuus ſit, quorum idcirco iam ſingulares hiſtorias, ſingularesq. electiones deſcribemus.

Balnearũ S. Caſſiani cõſideratio in comuni.

Operationes.

Electio comunis.

Ficuncellæ aquæ.

I.

SVPER cæteras autem S.Caſſiani aquas,celeberrima eſt extrà etiam Italiam aqua, quæ in potibus medicatis ex fonte, cui Ficunçella nomen, ſeu Figatella vulgò à proprietate, quam habet in iuuando hepate,hauritur. Eſt autem actu temperatè calida,limpidiſſima, ac guſtui non ingrata,niſi ferrugineo quodam ſapore,ac ſicco. Minera ferri pluri ex parte eſt,quod & ſapore,& reliquijs æruginoſis,Ochræ inſtar,vbi incurrit aqua,percipitur:cum aluminis prætereà,ſeu nitri potius (vt ego arbitror) abſterſoria qualitate,ac ſulphuris puro fomite,vnde incaleſcit,ſine vlla impuritate ſubſtantiæ. Quam minerarnm mixtionem & operationes ipſæ manifeſtant,nam purgat hæc aqua per aluum,ac per vrinam, alteratq. ob mediocritatem quandam naturæ & calida frigefaciendo,& frigida calfaciendo:vnde ad omnem hepatis,renum,cæterorumq. viſcerum intemperantia vtiliter bibitur. Facit enim in frigidam cauſſam,quia actu calida eſt,ac proportione partium temperatam. Nec minus tamen probatur vbi lapſus intemperiei ad calidum ſit,ex natura ferri frigida, quæ & ſicca cũ ſit,& ſtiptica,adſtringit inſuper,ac membra ipſa præſertim nutritiua vnit, atq; corroborat. Vel etiam refrigerat ex accidenti,quippe eductis humoribus calidis,qui in promptu ſint, ac ſolutù faciles;vt facit exempli gratia Rhabarbarum educendo choleram,ad ſententiam Auicennæ,atq; Ioannis Meſuæ. Porrò ex ſecundis operationibus aperit,atq; attenuat,tum quia actu calida eſt ex ſulphure,tum ob ferri partes ſubtiles aliquas atq; acres,ac ipſa ferri virtute propria,quam ſupra diximus hac in parte mirificam. Quicquid ſit de alumine, atq; abſterſoria admodum vel æris,vel nitri qualitate. Confert ſtomacho,non admodum frigido,qui promptius gaudet calidis,ac vtilius idcirco per primos dies hic in balneo Magno fouetur. extinguit ſitim,& excitat appetentiam. In hepatis verò morbis incomparabiles habet prærogatiuas: vt labefactatas iam ferè penitus eius virtutes, quindecim circiter,aut viginti dierum ſpatio ebibita reſtituat. Vendicat ab hydrope non confirmata, eachexias,quæ ei præuia eſt,emendans. Efficacius quæ cæterorum viſcerum vitio fiunt,inflationes diſcutit. Nam lienis aperit obſtructiones,duritias inhibet,phlegma viſcoſum,arenulasq. è veſica,ac renibus pellit,lapides conterit,renum laxitatem firmat,gonorrheam ſiſtit. Sic menſes vel ex eadem tenacitate retentos, vel ob expultricis debilitatem ciet,in circuitusq. ordinarios reſtituit,ac ſteriles ob eam cauſſam ad concipiendum promouet. Confert ſpeciali virtute pectori,anhelitus difficultati,aſthmati,& ſputo ſanguinis. Et quæ ex humoribus aduſtis emanant cutis vitia,ſcabiem,lepram,ac pruriginoſa id genus vlcera ſola perſanat potatione. Ad omnium deniq; membrorum debilitatem, ad omneq. vitium, tàm in-

Operationes.

traneum quàm extraneum miras præſtat vtilitates: vt quæ ſi non primaria ratione iuuet, confortet ſaltem naturam contrà morbi contumaciam: vt viderim equidem, qui hanc aquā hic Romæ biberint, extenuatos, ac fermè omni ſalutis ſpe deſtitutos mirificè conualuiſſe, ac mutato naturæ habitu pingues, ac robuſtos in poſterum extitiſſe. *Vſus.* Bibitur (vt Caſſianenſis conſuluit) ad minus diebus tribus, & prout ſingularis exigit ratio infirmitatis, ita vt ad extinguendam penitus intemperantiam alicuius viſcerum calidam, ad x x. vſq; diem vtiliter prorogetur, de more, atq; ordine, quem inter communia potationum inſtituta lib. 2. exegimus. *Electio.* Electiſſima ob mediocrem eius temperiem durante canicula, quo tempore defertur ad priuatos vſus in longinquas regiones, & ſi minus tunc efficax reperitur, vtilis, & toto anno, vbi ad vrgentes caſus ea vtendum Medicorum conſilio.

Aquæductus, ſiue balneum de Buxo, & de Grotta.

PER eandem viam ab aqua Caldania, altera occurrit aqua, quæ quoniam ſub leni cliuo oritur, *Baln. del Poggio.* balneum del poggio ab antiquioribus nuncupatur. Sunt autem duæ ſcatebræ parum diſtantes, prima à buxo, quæ ibi multa prouenit, cognominata: Et parū infrà altera à Grotta, ſiue Aquæductus, vnde perduci putatur, quæ ad vſum dumtaxat potuum è duabus fiſtulis hodie excipitur, non inutilis, etiam, ſi miniſtraretur, in balneis. Cæterùm Aqua quidem mediocriter calida eſt, & limpida, minoris quidem acuitatis, ac ſecundi meriti poſt Ficuncellam, de qua dicetur. Minera eadem, ac ferrea, cum minori tamen portione, & (vt quibuſdam videtur) non ſine aliqua mixtura auri, quòd canales, vnde aqua incurrit, fuluo inficiuntur colore, ac lapides vndique fecus cruſtacei eruuntur, Tutiæ inſtar cineracei ac duri, qui auri emicant ſcintillis. Quod non difficile videtur: nam vt multis experimentis diligen- *Operationes.* ter eas mixturas, ſcilicet atq; aquas examinauimus ego, & Alexāder Cæronius vir ingenioſus, ac in his iudicijs admodū exercitatus, etſi neq; auri ſubſtantiam in eis, neq; argenti inuenerimus; ipſa tamen cruſtacei lapidis ſubſtantia, Pyritidis lapidis ſpecie eſt, quę planè certiſſimum præbet indiciū vel æs ſub his cuniculis, vel aurum, vel argentum eſſe, vel ferrum. Bibitur fermè ad eadē: ſpecialiter verò ad affectus cerebri, atq; oculorū pręſertim debilitatem. Ventriculi digeſtiuā iuuat, appetentiam reuocat, renes aperit, vrinam prouocat, aluum mouet. Quare oppidanis noſtris (inquit Caſſianenſis) eſt in frequentiſſimo vſu: & quod experti ſumus, cōbuſtis igne, vel calenti aqua mirificè prodeſt, ſi cōfeſtim in balneis adhibeatur: nā veſicas prohibet, inflāmationem particulæ reſtinguit, nec ſinit fœdas fieri cicatrices.

Balneum Magnum.

III. PRINCIPALE quidem inter cætera S. Caſſiani balnea, ponendum eſt balneum propterea Magnum cognominatum, quod ad ſiniſtram oppidi ſitum, & de la terra vulgo nuncupatur, vſu balnei ſimul & in potibus medicatis vtile. Aqua vt fœcundioris venæ eſt, ita quidem calidior præcæteris eſt, actu & potentia, ſubſtantia limpida, nec odore, nec ſapore iniucunda. Minera ſimili eſt eadem, ferrea, ſtiptica, nec ſine aliqua æris mixtura, vt Caſſianenſis teſtatur. Vnde vrinas promouet, & harenulas, nephriticos iuuat, carnoſæ in collo veſicæ herniam exterit, & in cunctis tàm veſicę, quàm renum, ſed matricis potiſſimum affectibus eſt ſaluberrima. Sanat vteri præfocationes, nec minus præcipitationibus eiuſdem confert, relaxationes id genus à redundantia humiditatum firmat, inflationes diſcutit, flatumq; ipſum expellit, ac inductam ex his cauſſis ſterilitatem emendare promittitur, ſi ex ea de more mulieres biberint, mox eiuſdem aquæ balneis aliquot diebus vtantur. Emendat haud ſecus ſterilitatem in viris, vt qui forſan impotentes ſunt ad venerem, & renibus imbecilles. Iuuat præſertim in cauſſa frigida ventriculum etiam in balneis, & omnes particulas naturales; minus tamen calidis prodeſt ob intenſam, quàm obtinet, caliditatem. Colicam ſanat, & Ileon, à frigida præſertim & humida cauſſa, inueteratis etiam doloribus, vt ſæpè cognonimus. Facit tandem pectori, aſthmaticiſque, & in balneis iuncturarum diſcutit tumores, doloresq. lenit ſimiliter non adeò calidos. Vtilis etiam menſe Iunij, ob moderatum tunc eius regionis calorem, & frigidioribus naturis etiam ſub Syrio.

Bal. Caldagna cum Duccijs.

STATIM poſt balneum Magnum, venit balneum Caldania dictum, quoniam primo occurſu vix tangenti toleratur, vſu quoq; ducciæ valde celebre. Quam ob rem eius aqua ma- *Operationes.* gis aluminoſa, (inquit Caſſianenſis) vel potius (vt equidem dixerim) magis ſulphurea eſt, limpida, & ſine fœtore. Calfacit impenſius, ac ſiccat, quàm dicta huc vſq; balnea: robuſtis idcirco naturis conſulenda, vel (quod potiſſimè præſtat) in affectionibus cutaneis: vndecunque enatis idonea. Nam in balneis dumtaxat in vſu eſt, ſanans ſcabiem, craſſam quidem, & ichoroſam, lepram, impetiginem, idque genus vlcera, etiā quæ à vulnere ſint relicta, & quæ

pet-

perperam fuerit tractata. Ruſticis, laborioſisq. recuratorij balnei nomine mirificè prodeſt: nam conſractis ferè ex laſſitudine membris,excitatoq. per hoc balneum confertim ſudore, præſentaneum reſtituit robur.

Balneum S.Georgij.

Mox à Duccia vlterius eſt famoſiſſimum balneum S. Georgij, hoc nimirum ſtrenui, ac Diui militis nomine inſignitum, quod ad fœda vlcera antiqua, ac ex vulnere etiam quantumcunque graui relicta, & quæ oſſa corruperint, perſananda, vnicam obtineat facultatem. Minera ferro participat, atq; ære: quam ob rem viride quoddam lutum, vbi incurrit hæc aqua reſidet,quod ſub ſolis calore nigreſcit; & aqua ipſa actu calida cùm ſit, ſiccæ, ac abſterſoriæ facultatis,vt Gal.in I I I. Metheo.de æris virtute atteſtatur, vlceribus malignis medetur. Vtilis idcirco duntaxat in balneis:nam perfuſam malam exedit carnem, fiſtulas exterit,ſinnoſa apoſtemata,cicatrices fœdas inhibet, & ſi qua relicta ſint ex vulnere ſpicula vel oſſa,globulosq. armorum mirificè extrahit. In quo aliqua cum ferro Magneſiæ virtus conijcitur. Minera.

Balneum S. Mariæ.

Sanctae Mariæ verò balneum hoc inſigni nomine decoratur, quod veluti quodam Deiparæ Virginis miraculo, contractis membris, ac conuulſis opitulatur. Ferro cum ſulphure,atq; ære participans. Qua propter eſt eius aqua actu,ac potentia calida,& limpida, ſubſtantia ſatis tenui,ſiccantis,ac digerentis admodum facultatis. Excipitur autē in duobus balneis, quo vſu tantùm probatur, viris ſcilicet ſeorſum ac mulieribus, ac diuinas adnerius quamcunque neruorum affectionem habet proprietates. Nam reſolutis, tremulis, ſtupidis,conuulſisq. aliqua occaſione membris,etiam vulneratis,inciſisq. neruis medetur. Nec minus arthritem ſanat frigidam,podagramque,atq; contumacem Iſchiadis dolorem ſedat. Iuncturas ipſas confortat, ac ſanam paralyſim,vnde prohibita defluxione, viſcoſitateque,quæ iſthic agglutinari ſolet humorum,incolumes in poſterum reddit, & præſertim ſi ex eadem calenti aqua embrocha ſuper affectam partem recipiatur. Porrò ob digerentem admodum,quam hæc aqua obtinet facultatem,qui luto vti debent, (de quo dicemus poſterius) hoc balneum primò ingredi iubentur,deinde luto; ſin minus oleo inuncto contractis particulis mirificum eſt. Satius tamen eſt,& balneo prius vti,& deinde luto (vt moris eſt) & per reliquum diem conuenienti aliquo ad id oleo inungi; quale ex Euforbio, de Coſto, Irino,Laurino,& id genus aliquo vnguento,quod iam lib. I I.deſcripſimus. Præter innumera alia experimenta,quæ vidimus huius balnei,quæ breuitatis ſtudio omittimus.

Balneum Luti.

Distat autem balneum de Luto dimidium ferè milliare ab alijs balneis: quod natura,qualitate aquæ, ac proprietate ferè eadem eſt cum prædicto S. Mariæ balneo, niſi quòd natura hic ſoli tota cœnum eſt,& cœnoſum pariter balneum, lutationum vſui apptimè idoneum. Eſt autem lutum colore fuſco ac cinericio,glebulis auri ſpecie,aut argenti emicās nec ſine bituminis (vt nonnulli putant) mixtione. Quam ob rem ante illutationem,rectè, inſtitutum videtur,vt primum S.Mariæ balneum ineundum ſit:tum ob reuerentiam, obque miram prærogatiuam, quam habere hoc balneum diximus ad id genus contractionum vitia,quibus illutatio conuenit;tum quia calefaciendo, ac fouendo membra, fermè ipſa præparat ad luti vſum. Quod ſubinde & proprietate eius mixturæ,& aſſiduitate remedij (nam totam diem eo luto calido, ſub calido item ſole fouere, ac mutari ſæpius expedit) operationem perficit:maximis præſertim totius anni caloribus. Quippe omnem neruorum contractionem extendit, æquatq. etiam gibbos ad naturalem ſitum, & tumores inhibet,inueteratos,quo nomine integros quandoq; menſes cum tota canicula ad eum luti vſum demorari ægrotantes iubentur: quando maximè frigus, ventus, nebulæ ad hunc vſum, & in his præſertim locis frigidis,ſint extimenda. Nec minori virtute crurum groſſitiem, laxamque hydropicis compaginem extenuat, ſordida vlcera abſtergit,ac alia id genus contumacia cutis vitia ſanat. Vbi & lauantur. VII. Vſus. Operationes.

Dúccia S.Caſſiani.

Calda autem alia, quæ ueteribus balnearijs propriè cocta dicebatur, prima eſt quæ dextrorſum,nec procul ab oppido inter hoſpitia occurrit,ac ad Ducciæ vſum ſpecialiter recipitur. Quanquam ipſi indigenæ,& qui balnearum callent induſtriam,ſedulo fatentur,hoc uſu Ducciæ minus hanc aquā operari,quàm aut S.Philippi,aut alterius balnei aqua. Vtilem alioqui uideri,ubi minus inueterati affectus ſint,& qui minori propterea indigeat diſcuſſio- VIII.

Digitized by Google

ne. Minera ferrea, ſulphurea, ac luminoſa, claræ, ac inculpabilis ſubſtantiæ. Benefacit ad defluxiones è capite ortas, frigidas atque humidas, & quæ aliquam ſolent occupare partem, vel oculos, vel aures, vel linguam, vel ſubiectum quodcunque aliud membrum. Vnde viſum ex ſimili cauſſa reſtaurat, & auditum, tinnitum, ac ſurditatem ſanat, paralyticis, atq; epilepticis medetur. Memoriam frigidis eiuſmodi ſuperfluitatibus obtẽtam reficit. Aſthmaticis (inquit Caſſianenſis) mirum in modum confert: diſcuſſo nimirùm leniter à capite catharro, qui eſſe poteſt in cauſſa. Et quod maximum eſt, hæc aqua ob remiſſam, quam obtinet diſcutiendi facultatem, nunquam nocet, vt reliquas duccias aliquando nocuiſſe nouimus. Cæterùm vtilis quoq; in balneis, calfaciendo, exſiccãdo, ac abſtergendo cutaneis affectibus: nec minus artuum doloribus frigidis. Tota æſtate, ac magnis etiam feruoribus, vt cæteræ aliæ, probatiſſima.

De reliquis ad S. Caſſianum balneis.

CAETERVM quoniam terræ diſpoſitionem ita naturaliter comparatam eſſe videmus, vt vbicunq; alicuius metalli, aut aquæ medicatæ appareat veſtigium, longè lateq. alias eius generis diffundat venas, non deſunt aliæ, præter iam dictas, circa hoc oppidum aquarum ſcatebræ, quæ aliquam laudem merentur in balneis. Vna inter alias ſub ipſo oppido eſt, à
A Caſtello.
Caſtello idcirco cognominata: quæ, quoniam mediocris caloris, ac exſiccantis qualitatis eſt, vtiliter ad infantium exanthemata (lactimina vulgo dicta) quibus nimirum infantium capita poſt primos menſes manare ſolent, in lotionibus adhibetur. Reprimit capitis pruriginoſos dolores, ſanat aphtas, & intertrigines, ſi ex ea os, aut partes patientes colluantur, & mammillarum fiſſuras, quas ex acrimonia lactis appellant ſitulas. Locorum inſuper mu-
Piſcina.
liebrium exſiccat humiditates, ſimulq. oſtringit vteri. Altera inter hortulos, ac eius oppidi Vineta eſt, quæ è compluribus eius collis (vt conijcitur) ſtillantibus venis collecta, in ſubiecta planicie lacunam facit. Quare de ſoli natura cinereo colore, ac liuore eſt, mediocriter calens, ac (vt produnt) antiquata quantumuis cutis vitia, & pruritum, & ſcabiei egregiè ſanans. Nec deſunt qui eam aliorum fontium modo ad eaſdem affectiones bibant.
Fraticelli
Quo vſu pariter, & alia Lacuna hic hodie recipitur, quæ vnum circiter milliare à Luti balneo diſtans, limpidiſſimis ſcatet aquis, calidis quidem, & aliquantulum ſalſis. Facit ad tineam, & dolores artuum frigidos. Lepram ſanat, & ſcabiem. Præterea erat & balneum Po-
Baln. Potus.
tus ſic dictum ab eius vſu, quod iam deſijt.

Caldanellæ aquæ in Senenſi.

CALDANELLAE autem vocatæ aquæ in Senenſi, iuxtà Petrioli balneum, quod iam in Sulphuratis deſcripſimus, vltra fluuium habẽtur; ac multam obtinent cum prædictis S. Caſſiani balneis conformitatem. Sunt autem mediocris caliditatis, vnde nomen à calidis diminutũ accepiſſe videntur, clariſſimæ alioqui ſubſtantiæ, nec ſapore, nec vllo odore ingratæ.
Minera.
Ferreæ (vt inter omnes hodie conſtat) mineræ, cum ſulphuris fomite, vnde gradum caloris ſuſcipiunt, atq; alumine. Quam ob rem in potibus medicatis interdum ebibitæ mediocriter abſtergunt.
Operationes.
Vtiliſſimæ verò in balneis ſunt, tùm ob egregiam vniendi membra, ac roborandi facultatem: tum quia blandiſſimæ ſunt, ac vix à dulcium, ac temperatarum balneo differunt. Quare conſuetum eſt, poſt vſum balnearum Petrioli, ad hæc accedere, vbi bis, terque ad ſummum patientes lauantur, ſicque omnem cutis aſperitatem, quam ab illis balneis contrahere potuiſſent, deliniunt. Nec id ſine euidenti partium confortatione, ma-
Electio.
ximè nutritiuarum, quæ ex illis admodum calidis balneis ſolent non mediocriter relaxari. Exſiccant (inquit Sauonarola) ventriculi laxitatem, firmant, neq; multũ calefaciunt. Splenem attenuant, iuncturiſq. debilibus valde conferunt. Corroborant male coeuntibus vim generatiuam: nec minus mulieribus vtilia, commixtis idcirco balneis. Æſtate ineunte ad dimidium Iunij menſis eliguntur, & item æquinoctio autumnali.

Balnea ad Cincianum.

QVOD infrà verò Senenſis ager totus aliquo genere mineralium luxuriet; id ſatis apertè indicat, quòd paſſim quæ permultæ ſcateant minerales, ac diuerſorum generum. Harum tamen deſcripſimus principales, & quas vſu comperimus magis præſtantes, Rapolanum, Auinionem, Sanctum Caſſianum: quas inter decem, vel quindecim hinc, atque hinc mil-
Balneum.
liariorum ſpatio, ſunt Cinciani duæ Scaturigines. Altera calidæ, quæ ſulphure abundat, ac ferro; vſu, ad virtute non admodum diſſimilis Auinioni, balneo tàm celebri. Altera
Bogliora
frigida, quæ quoniam multis è ſcatebra exilit in altum bullis, Bogliora vulgò appellatur. Quæ bibitur medicatarum aliarum more: in operationibus, ac virtutibus, Ficuncellæ aquæ (vt traditur) æmula.

Bal-

Balneum Sanctum ad Sarteanum in Tuſcia.

Commvnicatio viarum, quæ infrà terram ſunt aquis, ac vaporibus permeabiles, videtur certam præbere coniecturã, vt quibus locis vel mineræ, vel medicatæ ſcateant aquę, non difficile & nouas interdum reperiri poſſe ſcaturigines. Quod vſu euenit in Tuſciæ parte, quam ab Apennini monte Tuniato, ac Rhodicophano, in ſubiectam vſq; maritimam tot abundare mineris, & aquis narrauimus, ſulphuris, æris, ferri, nitri, atq; bituminis, inter quas & hæc aqua, quæ in agro Sarteano à paucis hinc annis comperta eſt, recenſenda venit. Cum finitima cùm ſint, non plus quinq; millib. paſſ. tot balnea S. Caſſiani, & inde auſtrali ſitu Siluenæ minera, ſic dicta poſteris, quæ nunc S. Florę dicitur ſub DD. Sfortiadum ditione frugaliſſimâ, aliquam non dubiè ex his locis hanc aquam ſuſcipere impreſſionem veriſimile fit. Quæ, quæcunq; fuerit nouitatis cauſſa, ſeu caſus, ſeu quia ea eſt procliuis hominum natura ad noua quæq; experiunda; in eam venit opinionem, vt aquæ ſanctæ nomine, & in miraculis celebraretur. Vnde complures ex illis terris, ac periti ſanè medici, ſuas ad me de his aquis, vt quid ſentirem, miſerunt hiſtorias: nec defuerunt qui Cluſinas has, & antiqui nominis eſſe aſſeuerauerint, & mirandarum facultatum. Quibus equidem diù prorogata ſententia, nec ſatis confiſus popularibus vocibus, ſed vt beneficio temporis, quod pater eſt veritatis, exactam illarum exploratam haberem naturam; in eandem demum redij ſententiam, quam ex tempore dederam, hanc nequaquam antiqui vſus fuiſſe, nec vlla retinere antiquitatis veſtigia, nec diuiti vnquam vena, aut S. Caſſiani aquis comparandam. Sed aut illarum quoddam diuerticulum; quod in intimis naturæ vijs non multum eſt interualli, aut hanc confluentem ex illa vicinia, mineralem quampiam eius loci elambere naturam. Vnde exima ſcatet foſſa, actu ac potentia frigida, nec vllo odore, aut ſapore ſulphuris: quia exſiccãs tamen guſtui eſt, pinguis tactu, & quæ ebibita molliat aluum, ac per vrinam abſtergat; ſiccam non dubiè aliquam illarum minerarum, ac terrarum, quibus tota ea regio abundat, percurrere, ferri, nitri, bituminis putandum, nec difficile æris quiddam elambere, æruginoſum qua influit, relinquens ſedimentum. Quam naturam & Sales ex deſtillatione, ac vis abſterſoria confirmant, & conſequentes non minus vtilitates, ex quibus vnanimiter omnes primariam aquæ huius facultatem atteſtantur eſſe ſiccitatem. Humidas corrigit intemperantias, fluxiones cohibet etiam in balneis, emaciat, & in potu obeſos, tibiarum tumores, & craſſam ſcabiem ſiccat, præhumida tàm inteſtina, quàm ſtomachum adſtringit, ac firmat, Lippientes oculis ob influentes humiditates infuſa iuuat in collyrijs. Vrinæ vias epota mundat viſcoſis humoribus, & harenulis, & ſimiliter vteri fluores compeſcit, & malum habitum à ſimili cauſa emendat incipientem, alioqui confirmatũ adauget. Actu verò cum frigida, vel iners vſu, vel noxia eſſe poſſit, excalfacta, vt pleriq; faciunt præſertim in potibus vtendum. Minus vtilem propterea anheloſis exiſtimo, præcipuè ſenibus frigidisq. ac ſiccis naturis, iiſdemq. capitis, ac iuncturarum affectibus in quibus non poſſunt quidam hanc exprobare. Imò in calidis etiã atq, humidis longo vſu (vt multis vſu euenit male conciliatis) reſoluit, vt Thomaſius inquit) temperamentum, & depauperat calorem.

Minera. — Opinio de varię. — Natura, & qualitates. — Vtilitates. — Nocumenta.

Balneum de Ruſellis.

Rvsellae vetuſta fuit in maritimis Senarum ciuitas, quæ regum Hetruriæ, & Porſenæ temporibus agri ampliſſimi, ac fœcundiſſimi, deducta Romanorũ Colonia, cum Colonia Senenſi, ſæpè apud Catonem, & Liuium in multis hic patratis bellis commemoratur. Erat autem iuxtà Vmbronem fluuium, à Roſſeto, quæ ex illius reliquijs nomen diminutũ retinuit, quatuor circiter mill. paſſ. diſtans. Hodie verò paruus remanſit vicus, & quibuſdã locis mœniorum ipſius vaſtitas, miræq. magnitudinis marmora quadrata antiquorũ ædificiorum viſuntur, inter quæ vetuſtiſſima etiamnum manet eccl. cathedralis, ac iuxtà hoc balneum. Cuius balnei mentionem in primis apud Annium inuenimus in commentarijs Antonini Cæſ. atq; hanc hiſtoriã nos partim ex relatis egregij viri Benedicti Vegioſi Medici Volaterrani, conſcribemus, & partim cenſuris vtemur Reuerendiſs. Antiſtiti Senarũ, D. Frãciſci Bandinei de Piccolominibus, qui in his, vt etiã in cęteris alijs, multum noſtrã adiuuit operam. Eſt autẽ aqua clariſſima ſuper cæteras aquas, nec valde calida: quin vbi refrixerit ſuauis adeò guſtanti apparet, vt vix eã mineralem agnoſcas; ac iucundè admodũ cum vino dilata bibitur, cũ manifeſto hepatis, ventriculiq. iuuamento. Minera (vt plurib. experimentis comperimus) ferrea pluri ex parte eſt; cũ quinta aluminis parte, ac ſulphuris vnde tãtiſper incaleſcit, & anſte, ac momẽto argenti. In baln. mediocriter digerit, atq; exſiccat, ſcabiẽ, atq; id genus cutis vitia delet. Crurũ manantia vlcera perſanat. Cõſueti autem ſunt ex loci plebecula aliquiſ, eius aquæ molli tepore allecti ea balnea ingredi: ac diutiſſimè quindecim etiã dierũ ſpatio in eis permanere: ac mirum eſt vt extenuati alioqui, ac ad oſſa vſq; eneruati, pingues, ac ro-

Qualitates. — Minera. — Operationes. — Electio.

boſti cxeant. Vt ſciant, qui legunt, lentè hæc balnea, ac inoffenſè operari. Tota æſtate, atque etiam ſub Sirij feruore vtilia, dum qui lina ex eis macerant, non inquinent eo tempore aërem.

Aqua in potibus vtilis ad Ruſellas.

A Rvsellae autem balneis, ſecundum Vmbronem fluuium non plus quingentis paſſibus, altera ſcaturit conſimilis aqua medicata, ſub Iſtia paruo vico. Minera (vt communiter tenent) eadem eſt.

Vſus.

Vtilis in potibus menſe Maij, medicatarum aliarum more. Nam renes abſtergit, omniq. excremento tàm renes ipſos, quàm veſicā expurgat, atq; refrigerat. Per aluum mediocriter deijcit. Mirifica in omni viſcerum intemperie calida, præſertim hepatis: vt inexhauſta quantauis ſiti affectos, ſeptem, aut decem ad ſummum dierum ſpatio ebibita explcuerit.

Lacus cal uelli.

Quo nomine ſcimus, qui, dum in his locis bella generentur, ac tam præclara ſenſerint iuuamenta, in longinquas etiam partes eam detulerunt Vitratis vaſis, ac ea vtiliter vſi ſunt. Eſt & ad collem cognomento Caluellum hinc duo milliaria, aquæ id genus ſcatebra, quæ craſſioris ſubſtantiæ cùm ſit, in vſum balnei vſurpatur indigenis; etiam iumentis.

Vmbronis aqua.

Vt veriſimile ſit totam hanc partem varijs ſcatere metallis; vnde & Vmbronis qui hac decurrit aqua, haud ſecus ac Tyberis aqua, in potibus ac cibis clarificata ſumitur.

Baln. ad Grauiſcas.

Infrà memorantùr, & ad Grauiſcas balnea, quàm Anſidoniam putant.

Aqua Villæ in agro Lucenſi.

Ad Locam in Hetruria eſt quædam Villa amœniſſima, à ciuitate ſexdecim milliaribus, non plus vno autem à Corſeni balneis diſtanti: quæ, vt nobilem hoc in genere produxit aquam medicatam, ſic mutua ab ipſa aqua compenſatur gratia, vt iam in tota Italia, ac multis extrà Italiam partibus, Villa, ac de Villa aqua celebretur. Locum, cùm fuiſſet olim obſitus, ac neglectus, hoc demum fœlici ſeculo balnearum recognitum, curauit reſpub. Lucenſis inſtaurari; venis quidem ipſis medicatis ab aliarum (vt accidit) aquarum illuuie reductis, hoſpitijsque, ac miniſterijs oportunis ita ordinatis, vt vel hac ipſa loci commoditate, ac ſalubritate aëris, incolarumq. comitate, nullis hodie Italiæ balneis ſecunda habeantur.

Minera.

Minera ſtatuitur in primis ferrea, à ſubdominio autem, Mengho, ac Sauonarola teſtibus, aluminata, nec ſine aliquo caloris eius actualis fomite, cuius ab intimis vſq; venis naſcentes aquæ ſyncerum tantum excipiunt vaporem, nec contaminant ſubſtantiam. Ie qua mixtione, cùm communis ſit medicorum Lucenſium conſenſus, non eſt quòd nouiter quidam, ex deſtillatarum aquarum recrementis, ſiccis pluri ex parte apparentibus, àridis, ac forſan ſalſis, aluminis in eis arguant prædominium, nam, quemadmodum à nobis in communibus eiuſmodi minerarum indicijs decretum eſt, ſecundo libro metalla, vtpote quæ ſolidæ ſubſtantię ſunt, vix vllam ſui ſpeciem relinquunt in aquarum ſuarum deſtillationibus, ſed communia dumtaxat ſuorum materialium deponunt veſtigia, terrea, cinerea, ſalſa, quæ nō mirum, cum adhuc rubiginoſa ſint, ac guſtui manifeſtè ſicca, ac lutum circa alueos fluentes aquæ relinquant ſynopicum; dubitādum inquam non eſt, quin ferri in his aquis ſit prædominium, conſequentes verò eſſe alias, præſertim alumen, & ſal, quæ & vim manifeſtè pręſtant in illis abſterſoriam, deijcientemque, & cum virtute egregia corrobandi.

Temperamentum.

Eſt autem aqua actu calida ſatis intensè, potentia verò vix primum attingit gradum, nec valde exſiccat, vt quæ vberi vena modicum admittit talium minerarum, quare non mediocriter confert ad intemperantias viſcerum calidas, aperiens, per vrinas, & item per aluum abſtergēs, ac partes, qua tranſit, egregiè corroborans.

Operationes.

Operationum verò extat in his balneis marmorea quædam veterum medicorum præſcritio, quæ quanquam pro hac hodie politiori ſcribendi norma, qua vtimur, & pro exculta magis harum rerum notitia, non adeò probetur à multis; quoniam tamen præhonorandam credimus antiquitatem, & quia eam pro themate ſumpſimus, in quo fundata ſint noſtra iudicia; non grauabimur, & hic aliqua amplificatione adhibita, eam deſcribere, quæ ita habet ad verbum.

Marmorea inſcriptio.

Confert cunctis capitis membris, curat omnes ſtomachi morbos, appetitum excitat, digeſtionem conciliat, vomitum reſtringit. Sanat cuncta hepatis vitia, hepatis, ac venarum oppilationes aperit, colorem optimum facit. confert paſſionibus ſplenis, ſanat vlcera pulmonis, mundat venas, lapidem comminuit, arenulas prohibet. Macros impinguat, lepram curat non confirmatam. Bibita antiquas febres expellit, matricis vitia clyſterizata iuuat, toto corpore vlcera ſanat. Triginta lauantur diebus qui ea vtuntur, octo, vel decem bibitur, purgatione præmiſſa.

Tabulæ interpretatio.

Hæc breuiter deſcripta continet tabula. In qua vt non deſit quoq; noſtrum iudicium, cùm ex communi vſu hæc aqua & in potibus, & in balneis ſumatur, adde & ducciæ vſu non haberi inutilem. Dubium enim non eſt, quin inſignem obtineat aperiendi, ad digerendi facultatem, tùm ex actuali, atq; etiam occulta caliditata, tùm etiam pro quadam ferri proprietate,

Digitized by Google

te, quam compingendo, attenuando egregiam diximus, hepaticis, ſtomathicis, calculoſis, alijs id genus obſtructionum vitijs perutilem. Ea tamen caloris qualitas cùm citrà gradum humanæ temperaturæ exiſtat, vt communiter decernitur, apprimè quoq; iuuare hanc aquam veriſimile ſit eos, qui calida viſcerum, & præſertim membrorum nutritionis intemperie affecti ſint. Immò non defuere audentiores quidam, qui eam febrientibus, ac phtiſicis per triginta dies exhibuerint, cum mirabili (vt atteſtati ſunt) iuuamento. *Vtilitates in potibus.* Prima verò huius aquæ prærogatiua in potibus eſt, qua membra, ac vires in primis naturales conſortat, ventriculo confert, appetentiam excitat, vomitum cohibet, hepatis, ac primarum venarum obſtructiones tollit, intemperiem calidam, ac hepaticum fluxum corrigit. Renum non minus, & vteri calorem, atq; inde natam imbecillitatem ſummopere iuuat. Et ex his conſecutione quadam vniuerſi generis venoſi incaleſcentiam temperat, & exinde natam ſcabiem, lepramq. non confirmatam, & pruritum ſanat, comminuit lapidem è renibus, arenulas extrudit, præſeruatq. à noua earum generatione. *Vſus balnei.* Vlcera renum, veſicæ, ac pudendorum curat, ardorem vrinæ mitigat, & vndecunque manantem ſanguinem firmat. Ex adſtringenti verò cùm ferri, tùm aluminis facultate, tàm potu, quàm balneis fluxiones omnes ſiſtit, humiditatesq. id genus vbiq; infarctas diſſipat, ac membrorum quamcunq; debilitatem reficit. Vteri fluorem cohibet, à cauſſa præſertim calida, & acri, menſium ſtillicidia, hæmorrhoidas, inuoluntariam geniture effluentiam, nocturnas pollutiones, importunamque ſedat in diabete mictionem. *Ducciæ.* Facit vſu ducciæ in commiſſura coronali æſtuanti capiti, eiuſq. doloribus à cauſſa calida, & non minus deſtillationibus eiuſmodi in quamcunq; decumbant partem, quo iure, & articulorum confert doloribus, & podagræ non confirmatæ, tùm partes recipientes firmando, tùm mandantes corrigendo. Spleneticis ſi non adeò vtilis in potibus, nec hydropicis, immò auget in eis tumorem; vſu tamen balnei, ac inſultum recipiendo non habemus incongruam. *Febrientibus & hecticis.* Febrientibus verò, atq; hecticis, tùm pro qualitate balnei, quæ parum differt à temperatarum, ac dulcium aquarum balneis; tùm corroborando nutritoria membra, vnde forſan illis prima mali labes, non etiam incongrua putari debebit, ideò & macros hoc nomine impinguat. Minus in ſumma viget in hac aqua purgatoria virtus, quã quæ egregiè corroborat: Vnde cùm non admodum in contumacibus quibuſdam affectibus operetur; hinc ortum apud medicos balnearios duplex refugium, vel poſt aſſumptam aquam, mouere corpus, conſilio quondam Hippocratis; cum ipſis aquis ſtimulo quopiam addito proritare purgationem. *Motio in excitanda purgatione.* Vel ſalis foſſicij polline, vel tartari dragma, vel mannæ, vncia, vel ſirupi roſarum, vel alicuius einſmodi portione cum primis potibus indita. Vel (vt pleriq; ſolent) aliquos cyathos aquarum montis Catini, ſi adſint, licebit per initia aſſumere, quæ (vt in ſalſugineis diximus,) egregia pollee abſterſoria facultate. Lege tamen, ac moderatione vtrobiq; adbibita, quam nos de omni vſu, & de communibus aquarum ebibitarum operationibus ſanciuimus lib. 3. A motu quidem, quoniam à vehementi motione corporis, excitato ſudore, ad contrarium trabitur aquæ operatio, ac omnis intenta fruſtratur purgatio. Et non minus à proritantibus purgationem moderandum eſt: quando ipſo vſu obſeruatum ſit (vt rectè animaduertit in his balneis Antonius Minutulus Lucenſis medicus egregius) quòd corriuata tota aquarum virtute ad aluum, fruſtrata ſimiliter ſuo opere eſt, cùm ad renes, ac per vias vrinæ trahere intentio eſſet, ac ita illarum partium affectiones curare, ac extrudere, exempli gratia, arenulas. *Elect.* Semper verò aqua, quæ bibenda eſt, vel ſyncera è fonte ipſo bibenda, uel certè, ubi in lõginquas defertur partes (ut in multas partes defertur Romam, Neapolim, Lugdunum) concalefacta eſto. Quo nomine omni tempore utilis, uel in fonte ſub ueris fine optima eſt, & ſubinde tota æſtate, quando ſyncera magis colligitur, uſque in autumnum.

Balneum de aquis in agro Piſano.

B a l n e v m de aquis cognominatum ſextodecimo circiter milliario à uetuſta ciuitate Piſarum, quà ex amœna ultrà Arnum ualle Florentiam itur, Federicus Fererranus, præſul olim Piſanus magnificauit, inſtaurauitque. *Miner.* Sunt autem eius aquæ actu calidæ, & claræ, in quo omnes conſentiunt. Cæterùm cum eas balnearij ueteres, ferreæ poſuerint, aluminatæque naturæ; id quidam negantes uix eas à ſimplici, potabiliq. aqua differre aſſeuerant, quia puræ ſcilicet, & limpidæ, harenoſæq. ad fundũ, ut cæteræ ſimplices ſunt: & præter hæc, quia ſuaues admodum in balneis reperiuntur. Quam ob rem & mane, & ueſpere uidere eſt in eis tàm mares, quàm fœmellas (diſcretis tamen balneis) diutiſſimè commorari, ibique ac delitias, ſomnumque euitandum, tota die canere, ludere, fabulari. Equidem uerò cum ueteribus ſentio, ſuaues quidem has aquas in ſuo genere eſſe, unde nomen aquas uidetur hoc balneum obtinuiſſe; cæterùm cùm ij quidem has aquas actu calidas, ferreasque natura definierint, nec adeò ab Auinionis aquis differentes, ut Vgolinus atteſtatur; uiden- *Bagno l'acqua.*

tur

Operationes.

tur hi quidem ſatis euidens argumentum ab operationibus accepiſſe. Nimirum quia omnia ferè iuuamenta Ferratarum hæ aquæ pro ratione temperamenti pręſtent, mediocriter exſiccantes, calidas viſcerum intemperantias refrigerantes, vt fermè ſiccant, ac refrigerant Ferratæ omnes, & quæ adſtringant, membraq. ipſa confortent. Siccare verò; nam hydropicis eas opitulari aſſerit Sauonarola, atque Ictericis, vteri humiditates cohibere, nocere aſthmaticis (vtpote adſtringentes) ac thorace anguſtis. Impinguare macros, ſanos ſcilicet, & quibus vice balnei temperati non niſi prodeſſe ſummopere valent. Quamquam nec perpetuò eam ſeruant ſuauitatem, nam accidit, cùm menſe Martio, atque Aprili hæ aquæ plus ſolito turbidæ, ac citrinæ emanant, ochræ (vt veriſimile fit) vel ferruginis quidpiam elambentes; tumq. balneatores eas indicant toto illo anno parum fore vtiles. Vtiles alioqui tota æſtate, etiam ſub canicula.

Electio.

Baln. reginæ in Piſano.

SVPER hæc balnea haud longè à Piſis, alterum perſimilis naturæ balneum eſt, quod pro veteri quadam inſtituti memoria, de Regina appellant. Ferro enim ac pauco alumine participat, & aqua eſt pariter calida, atque limpida. Ad eadem vtilis, & tam potu, quàm balneo, efficacior quàm de villa aqua, Sauonarola. Ducit mirum in modum vrinas epota, Vgolino teſte, ad lepram exterminandam hac aqua (inquit Fallopius) vſus ſum fœlici ſucceſſu. A media æſtate ad dimidium Iulij.

Minera. Electio.

Veſicatoriæ aquæ in Tuſcia.

PORRO antiquiſſimum fuiſſe balnearum ritum in Hetruria, ſatis planè indicant, quarundam apud authores veteres nomina, quæ ſub inſtabili rerum, temporumq. varietate obuoluta, ac mutata, vix hodie intelliguntur. Ea tamen latina ſunt, vt Cluſinæ, de quibus diximus, Nepeſinæ, Tuſciæ, Veſicatoriæ: quarum idcirco proprietatem ac locum non ſatis hactenus explicare præſumimus, niſi æſtimatione. Vt de Veſicatorijs, de quibus meminit Scribonius Largus, antiquus Italiæ medicus, & qui à Galeno eximiè commendatur, verùm à proprietate, quam lego in eis fuiſſe ſingularem ad Veſicæ morbos, vnde illis Veſicarię nomen, hic eas apponere viſum eſt. Eſſe has ſcribit in Tuſcia, in agro Milonis Gracchi, vlceribus, ac Tumoribus Veſicæ ebibitas opitulari. Vice autem earum, vbi non ſint, aquas bibendum, in quibus candens ferrum fuerit extinctum: recenſuit Marcellus Virgilius.

Balneæ antiquiſſimæ in Hetruria.

Aquæ ex ferro extincto.

Caldanæ in Piſano.

IN maritima autem planicie Piſarum, quæ ad Ligurnum portum porrigitur, multa alia ſcatent aquarum genera, & quæ frigidæ & calidæ partim ad delicias, partim verò ad ſanitatis tutelam pro medicatis recipiuntur. Sunt ad ſiniſtram Ligurni portus, non longè à veteri Populonia, Caldanæ aquæ: quæ actu calidæ cùm ſint, ac mineræ naturaliter ferreæ cum alumine, quorum hic ædificia extant; concurrente tamen in eas Carnia paruo flumine ita temperantur, vt piſcium, ac ranarum feraces exiſtant. Atque has rectè putat Leander Albertus in libro de Chorographia Italiæ, indicare voluiſſe Plinium lib. 11. qui in admirandis aquarum ſcribit, In calidis Piſanorum ranas, & ad Vetulonios in Hetruria non procul à mari piſces procreari. Quo indicio planè patet, has aquas haud multùm à ſimplicium ac temperatarum aquarum balneo differre. Cæterum hæ diuerſæ ſunt à prædictis in Piſano: nam vt lego in nouis Senarum hiſtorijs, Vetulonia nunc Maſſa eſt, in cuius agro hæ aquæ calidæ ſunt, quas fuiſſe olim in balneis celebres indicant vetuſta ex marmore ſtructura balnei, non difficile inſtauranda.

Carnia flu.

Calidæ ad vetulonios.

Bal. calderianum in Veronenſi.

AD ſiniſtram autem Italiæ partem, in agro Veronenſi, minus 10. millia paſſ. à ciuitate, eſt uicus Calderium amœniſſimus, ex eoque Calderianum vocatum balneum, non modò noſtris temporibus, verum etiam & antiquis percelebre. Siquidem, præter vetuſta, quę ad vſum balnearum hic extant ędificia ſatis commoda, memorantur etiamnum in his Gadij Maguillæ monumenta, quæ celebri titulo fontem iſtum Magnæ D. Matri L. SACRVM fuiſſe demonſtrant. Quem collapſum olim ac ſordidum, cùm nulla ferè de eo remanſiſſet opinio, demum (vt eſt virtutis æterna viuacitas) elapſis annis decreto publico Dominorum Veronenſium, conſilioq. medicorum, quos habuit hæc ciuitas omni ætate clariſſimos, conſtituti fuere noui Curatores, qui ipſum inſtaurarunt, ac ſingulis annis repurgatis cuniculis, aquas ipſas ſynceras conſeruant in balneis. Quæ tanto magis hodie celebrantur ob ſalubritatem, & commoditatem, quanto his accedunt etiam primæ illæ

balnea-

balnearum prerogatiuæ, bonitas aëris, hoſpitalitas, agriq. amœnitas, & quæ à conſpectu harum balnearum grata vndique ſeſe offerunt pratorum, nemorumq. vireta, cum omnium denique rerum, quibus balnea carere non debent, copia. Sunt autem aquæ claræ, [Minera.] ac tepidæ; cæterùm nec ſapore, nec odore ingratæ. Minera verò ferri præcipua, cum alumine & ſale, vel potius Nitri ſubſtantia, & quodam ſulphuris vapore: in qua cenſura omnes inuenio concordes, Menghum Fauentinum, Ioannem Antonium Fumanellum Veronenſem, Nieholaum Maſſam Venetum, & ferè Veronenſes omnes medicos, & cum his non indignus commemorari eſt Franciſcus Calceolarius, cuius inter Seplaſiarios Veronæ, & Italiæ multa eſt laus, tum ob exactam in Theriacis, & alijs antidotis comparandis peritiam: tum etiam ob diutinam, quam exercuit rerum medicinalium, & harum aquarum diſtillationem, quam & mihi in his confirmandis iudicijs impertiuit. [Fallopij noua opi. reprobatur.] Preter vnum, qui aduerſus omnes aliter ſentire viſus eſt Fallopius, cuius in tanto conſenſu doctiſſimorum virorum diſſimulaſſem gratis opinionem (vt in multis alijs conſueuimus) niſi id vnum ex primis, in hac parte philoſophiæ paradoxum eius exiſteret, quod (vt audio) publica voce olim ab ipſo prædicatum, & euulgatum ſcriptis, facilè, & veritati derogare, & poſteritati imponere potuiſſet. [I.] Immò cùm has aliquando cogitaſſem hinc expungere contentiones; quoniam tamen, teſte philoſopho, dubitarorum ſolutio ſolet eſſe altera doctrina, & [Lib. 11.] has idcirco percurrere erit operæprecium. Is enim dedita opera omiſſis veterum aſſertionibus, cum in ſua illa elambicatione aquarum Thermalium fruſtrà quæſierit videre par- [II.] tes metallicas perinde ſequeſtrari, ac ſalſas, aluminoſaſq. & id genus ſalſugineas; hac perpetua obſtinatione contra omnes repugnat, non in his ſolum, immò nullis in aquis re- [Cap. 38.] periri ferrum, nec aliquod metallorum: qui (vt de vniuerſis aquarum differentijs iudicijſq. docuimus) purus eſt error, ac manifeſtè negat ſenſum. [III.] Negat & ſeipſum; qui cum veteres legerit Ferri naturam in hac aqua, ex eo arguere inter alias rationes, quod ſoli circumquaque color (vt Fumanellus ſcribit) ferrugineus ſit & rubiginoſus; hanc inquit ipſe rubiginem materiam non eſſe ferri; non probat: [IIII.] & tamen vbi tractat de Foſſilibus & metallis, aſſeuerat id genus rubricas metallicas eſſe, optimaſq. & copioſas in fodinis ferreis, quod planè res ipſa indicat, reperiri. Sed quid ad operationes ipſe reſpondet, à quibus mineræ plerunque indicium accipitur euidentiſſimum? nimirùm hæc aqua refrigerat, adſtringit, cohibet fluxiones, ac ſimilia agit, ergo continet ferrum. Id (inquit) non ſequitur, quoniam in aquis thermalibus multa eſſe poſſunt, non ferrum modò, quæ eoſdem valeat præſtare effectus: at rationem non affert diſtinctionis, probationiſq. qua aliud quiddam inſit, & non ferrum, cùm tamen ipſa terræ ſpecies, ſedimentaq. nihil planè referant aliud, niſi ferrum, ſapore, colore, & ſubſtantia ipſa. [V.] Præterea Nitrum ſubdit non ineſt, quòd nitrum non cognoſcimus in aliqua aqua eſſe, niſi inſit ipſamet nitri ſubſtantia. [Lib. 36. c. 6.] At vbinam in tot aquis Italiæ nitroſis vidiſti vnquam ſubſtantiam nitri? Nuſquam certè: nam (vt præclara eſt Plinij ſententia, & conceſſa omnibus) in Italia nitroſas aquas reperiri multis in locis certum eſt, ſed ſine viribus denſandi, ideoque nitro plus careamus quàm cæ- [VI.] teris metallis. Nec ſulphur negari poteſt, quod vt elambicationis experimento euaneſcit in totum, vnde ex ea via fruſtrà quæritur haud dubiè; ita ex quota odoris, atque caloris parte in hac aqua planè percipitur. [Qualitates.] Dicamus igitur ex communi omnium conſenſu, quòd aqua balnei Calderiani eſt ferreæ in primis naturæ, cum alumine vel potius terrea ſalis, nitroſaq. parte, vnde ſalſula ſentitur; ac vapore perexiguo ſulphuris, ex quo tepefit tantum non contemerata, niſi graui aliquantulum odore, ſubſtantia. Siccat manifeſtè, refrigerat, adſtringit, atque confortat. [Vſus.] In vſu eſt apud Medicos Veronenſes in potibus, in balneis, in fomentis. Languidè tamen operatur in potibus, quod cùm inter aquas potabiles non ſit à nobis adeo probatum; nimirum indicio eſt quòd plures continet adſtringentes partes, quàm abſterſorias, ac ſalſas, vt ſolita ſit idcirco grauia aliquibus ſymptomata parere Fallopio teſte. [An in potibus, & cibis vtilis.] Ac multo minus idcirco conceſſerim vſurpari eam in cibarijs de bere, ac minimè ægris, quod haud tutò aliquos audio concedere, vinumq. ex ea diluere. Vtilior ergo hæc aqua, haud ſecus quàm de Auimone diximus, in balneis vbi ſiccare opus eſt, ac membra ipſa præſertim nutritionis, atque hepatis confortare. [Operationes.] Speciales autem meretur laudes in fluxibus hepaticis, atque ſtomachicis, lyenteria, vomitione, debilitate: atque in affectionibus id genus renum, atque vteri, diabete paſſione, gonorrhea, fluore albo, ac mulierculis, quæ fœtum non retinent, quibus mirificè confert, omnem locorum humiditatem exſiccans, ac mēſtura cohibens, lubricitatemq. matricis emendans. Eadem ratione lienis vitia, atque id genus ventris inflationes diſcutit, malum habitum emendat, hydropicoſq. extenuat. Ani condilomata reſiccat, hæmorrhoidas cohibet. Quin & multa quæ ad decorationem pertinent hæc aqua efficaciſsimè præſtat: nam frequenti eius balneo, ac lotione capitis Alopeciam ſanat, alphos, ac vitiligenes exterit.

Omnem

Omnem cutis fœditatem purgat, vlcera putreſcentia, ac inueteratos abſceſſus finit. Probatur denique in omnibus affectibus, qui ex defluxione pendeant, maximè frigidis iuncturarum, quibus & priuatim fomenta ſolent per ſpongias vtiliter adhiberi. Paralyticos, ac tremulos firmat. Ad difficultatem ſpirandi probatur, Fumanello teſte; eùm tamen equidem pro adſtrictoria qualitate, & quia non adeo calet, haud facilè exiſtimem pectori eam eſſe idoneam. Afferunt claræ famæ authores, & Maſſa præcipuè, in his balneis dira omnia morbi Gallici ſymptomata recrudeſcere, non ſanari, quicquid capillitium firmet. Tota æſtate, ac magnis caloribus haud ſecus vtilis.

Nocumēta.

Medio.

Bal. longum in Bullicano.

AD Viterbium autem Balneum longum, quod proximè à feruenti Bullicano corriuari ponit Sauonarola, aquas quidem ex cuniculorum, vnde tranſeunt natura, ferreas continet, atque aluminoſas. Atque eas quidem actu calidas, ſed in operationibus temperatas: quo indicio patet eas non tam ſubſtantia aliqua metalli admixtas eſſe, quàm vapore dumtaxat alteratas. Ac mirùm videtur, quod in horis varios mutent colores, modò aurei ac ſplendidi coloris, vt ſui natura ſunt, modò atri, ac turbulenti: pro heterogeneis (ut ego puto) qui eas continuo exagitant, vaporibus. Ratò in uſu hodie habentur, quanquam per æſtatem in balneis non inutiles, exſiccant enim cum mediocri calore: quam ob rem hepar intemperie etiam calida, ſed frigidum potiſſimùm, atq; humida detentum iuuant. Nec minus hepatis affectu enata cutis vitia omnia ſanant: nempè craſſam ſcabiem, quæ multa ſcatet ſeroſa humiditate, lepramque exſiccant. Diſcutiunt tumores, atq. hydropiſim.

Bal. Sanctæ Mariæ in Filice.

B. della Madonna

PORRO balneum ſanctæ Mariæ in Filice nuncupatum fuit, olim ſub hoc cenſu Ferratarum aquarum, percelebre, ad frigidas atque humidas affectiones, præſertim neruorum, iuncturarum, inteſtinorum atque vteri. Quod cum fuerit aliquandiu deſtitutum, inuenio tamen ex manuſcripto periti, cuiuſdam ex illis Medici & hanc prærogatiuam non condemnandam, quod aquæ eſt leuiſſimæ, & ſuauis, ſputa mouens, ac flatus diſcutiens. Vtendum in potibus poſt Criptæ aquas, & ante Caias. Simile huic item in potibus perhibetur balneum de prato, ad hiſtericas præſertim mulieres vtile, Sauonarola teſte, quod quamquam deſijt, erit reſtituendum.

B. de Prato.

Bal. ad Narnim fluuium.

IVXTA Narnim fluuium multi minerales, ac ſulphuroſi vt plurimum fontes emanant; qui & amnem ipſum, & præruptas margines, unde in ipſum corriuantur, atro, ac vario longiùs aſpicienti liuore inficiunt. quare forſan hodie vulgaribus Nigra vocitatur. Secus ſpectati olim ſcriptores, vt Vergilius ---- ſulphurea Nar albus aqua: vbi Seruius exponit ſulphuris naturam obtinere has aquas, odore, ſapore, ac virtutibus medicatis. Cui conſentit eo carmine Martialis.

Nar. flu. ſeu Nigra

Narnia, ſulphureo quam gurgite candidus amnis.
Circuit ancipiti vix adeunda iugo.

Sed inter alias, in ripa ipſa fluminis, ad radices prælti collis, quem Cornianum appellant, ſingularis quædam aquæ vena emanat, ac excepta eſt à Narnienſians in potibus medicatis, quam primi illi inuentores ferreæ qualitatis eſſe, atq; ſulphureæ definierunt. Aqua clara, frigida, cum quadam ſaporis ſenſu, & ſine vllo odore. Verùm equidem longo vſu, ac diligenti opera hac in parte aditus ſolertis viri Dominici Vanni Aromatarij Narnienſis, qui hanc aquam ſæpius diligentiſſimè deſtillault, vnaq. ambo tam aquam, quàm excrementa ipſa examinauimus; alba nimirùm, guſtu acria, & quæ in igne crepitant; plures in ea agnouimus partes ſalſas, nitroſas, atque aluminoſas, ferro item atque alumine participare. Nam excrementi id genus alicuius metalli hoc ſatis oſtendit veſtigium, quòd iniectus in eam argenteus, paulopoſteà aureo tinctus rubore extrahitur. Quo fit, vt abſterſoriam egregiè obtineat facultatem: nam per vrinas operatur, aluum deijcit, & quandoque excitat vomitum. Purgat, vt reliquæ ſimiles, ſi largè bibatur, harenulas ducit, venarum obſtructiones reſerat, reuocat appetentiam. Mundat ab omni ſuperfluitate membra principalia, præſertim renes, hepar, vterum, atque veſicam. Tuto bibitur tota æſtate, etiam calenti ſirio.

Minera.

Operationes.

Aqua ſancta in Potibus ad montem Albodium in Picenis.

ALTERA ſimilis ſcatebra medicatæ aquæ à paucis hinc annis reperta eſt, iuxtà nobile

Digitized by Google

bile oppidum Montis Albodij, ſic dicti à præſide olim Gallorum; qui in Picenis poſt debellatos Longobardos multa occuparunt loca, ac ſua nomina indiderunt. Eſt autem, non plus quinq. ſtadijs ab oppidi mœnijs, ſitu occidentali, qua Apennini montis non longe aſpicit iuga: ſolo ſub edito colliculo ſabuloſo, ac humili ſcatens loco, vnde quæſita hæc aqua ex manufacto puteo ad potionum vſum hauritur tanta hominum frequentia, vt, cùm exigua ſit vena, nec ſatis adhuc exculta, ſint, qui noctu adeant, ac limpidiores ſummo mane exhauriant. *Vſus.* Quas bibunt plenis, ac multis poculis, tum ad deijciendum aluum inuentas vtiles, tum & per vrinas, vt abſtergentes reliquæ purgantes. *Natura,* Quamobrem ex diſtillatione, cui nos eas experimento ſubiecimus, cùm aliquam obtineant ſulphuris portionem, ſapore, ac nidore, ſalſilaginem pluri ex parte deponunt acriuſculam, cum quodam ſtipticitatis ſenſu, vnde ferratas, & non ſine aluminis parte, cum egregiorum illorum medicorum conſenſu ſtatuimus. Atque Borræ adſimiles virtute, vel ei, quæ ſub Valle Arimini colliguntur, alijſq. id genus, quæ à ſalſa, aluminoſaq. cum ferro mixtione, *Operationes.* mediocriter abſtergendo bibuntur. Ad eadem vitia vtiles, vrinæ, renum veteri, atque hepatis calidam præſertim intemperiem emendandam. Vt ſint ex indigenis mulieres nobiles, quæ præclaris olim experimentis admonitæ ad emendandam ſterilitatem, aſſueuerint eas vtiliter bibere. Præcipuè verò tunc commendandæ erunt, quum diligenti nobilis Municipij cura (vt rectè conſultum in illorum magiſtratu audio) perquiſitis melius ſubter ipſam ſcatebram venis; ac ſynceræ ſuo fonte exceptæ, peramplo vndique puteo, ac pariete muniantur, vnde per commodos circum gradus præbeatur cuiq. deſcenſus, ac aſcenſus à fonte. Tota æſtate, ac magnis etiam caloribus ſumendæ: cùm exiſtimem calfactas vſu balnei, fore exſiccando, ac corroborando membra, & ad ſcabiem ſanandam non inutiles. *Electio.*

Tungri aquæ, quæ hodie ſunt ad Leodium in Belgis.

SIMILES admodum prædictis, ſed antiquiſſimi nominis, ſunt aquæ ad Tungrim in Gallia Belgica, quas hiſce notis deſcribit Plinius libro XXXI. cap. 11. *Plinius.* Tungri fontem habet inſignem, pluribus bullis extillantem: Cuius aqua igne admoto turbideſcit, ad poſterum ruffa redit, ferruginei ſaporis, quod ipſum non niſi in fine potus percipitur. Purgat hæc corpora, tertianas febres diſcutit, calculorumq. vitia. Hactenus Plinius. Fuit autem Tungri ciuitas ſanè celebris in Belgis, qua Moſella fluuius decurrit, tres leuças à Leodio, hodie Liege. Verùm; vt eſt rerum omnium mortalium, etiam magnarum, continua mutatio, ac viciſſitudo, Leodio ſecutis temporibus amplificato, Tungri mediocre remanſit oppidum, nec obſcuri ſanè nominis, ob perpetuum omni ferè ætate iſtarum aquarum vſum, quando quidem in curandis febribus (quod ex fide dignis multis accepi) nullo ferè alio remedio incolæ, niſi iſtarum aquarum potibus vti ſoleant, quas ſuo idiomate Iſerborne, hoc eſt ferrugineas appellarunt. *Iſerbone aqua.* Plenam verò notitiam de his aquis, deq; earum virtutibus dedit nobis Illuſtriſ. ac Reuerendiſſ. S. R.E. CARD. ANTONIVS DE GRANVELLA; Sanè eas reſpondere omniquaque notis à Plinio poſitis, ferruginei ſaporis eſſe, & claras, craſſeſcere igne, ruffas ad poſtremum fieri, purgare corpora, diſcutere febres, & calculoſis mederi. Quam operationem nobili mihi confirmans experientia, aſſeruit Franciſcum de Mendozza, virum pariter ampliſſimi ordinis, ac S.R.E. Cardinalem, cum pro CAROLO. V. Cæſ. Vicecomitem ageret Flandriæ, ipſaſq. aquas. ob incurabilem ferè Renum, ac Veſicæ affectionem, iuxtà Plinij authoritatem, ebiberit; mirificam ex eis percepiſſe vtilitatem, multamq. ipſis aquis addidiſſe ſua authoritate dignitatem, ac lucem, quam in eius gratiam Andreas Lacuna, nobilis Galeni, ac Dioſcoridis Paraphraſtes, literarum monumentis tradidit. Porrò ex diſtillationis experimento, quod præſtitit diligens hic hodie in Vrbe Pharmacopæus Hermannus Staſſius ex Tongri ipſo oriundus; *Minera.* craſſeſcunt hę aquæ admoto igne, ex mixtura nimirum aliqua vel ſalis, vel aluminis, vt ſapor ipſe reſidui oſtendit. Ruffeſcunq. ſimiliter ad finem, vt præſcriptæ ſub Narnia, ex ferrugineis excrementis. Purgant corpora ebibitæ ob inſignem tenuitatem, obſtructiones aperiunt, harenulas, & calculos exterunt, hydropicis aquas exonerant. *Operationes.* Ex ferri demum virtute euacuando confortant. Tota æſtate vtiles, etiam magnis caloribus: recognitione adhibita, quam inter aureas repetemus. *Electio.*

Aquæ ad Vianum ciuitatem Hiſpaniæ.

NEC hic diſſimiles aquas eſſe accepimus in ſuperiori Gallecię parte, non plus octo mill. paſſ. à Viana ciuitate. Oriri autem ex præalto iugo ſub gelido boote, actu frigidas, cæterùm medicatarum virtutum. Sulphurei quidem putoris, ferreæ aſtrictionis, ſaporiſq. *Vſus.* & cum egregia præter hæc tenuitate, vel nitri, vel alicuius id genus mixtura. Vnde

earum

earum potus concitato bibentibus vberi ſudore, plurimas præſtant vtilitates. Specialiter autem artuum dolores, à cauſſa calida ortos mitigant. Nec verentur quidam eorum quoque ſubire balnea, cùm frigidæ ſint: vlcera enim mundificant, ſolidantq. luxata firmant, cutis manantia vitia delent. Vellem tamen, vt ad præſcriptas à nobis præceptiones, vtroq. eas vſu percalfacerent; ſic tolerantiores ſtomacho, ac reliquis tutiores exiſtimans. Tota Electio. æſtate, & ſub Canicula ſumendæ. Doct. Torres.

Aquæ frigidæ in Suidis montibus.

PORRO in montanis Galleciæ, quæ nunc vulgari idiomate à Suido cognominantur, item frigidis, niuibuſq. perpetuo ferè anno obſitis, aqua emanat prædictæ non abſimilis in qualitate, atque etiam virtute. Nam qui ex ea lauerint, vel etiam de more potuum balnearum biberint, profuſo admodum ſudore ab infirmitatibus, præſertim frigidis liberantur. Robuſtis tamen quadratæ corporaturæ hominibus conſulenda: quippe ex intenſa tùm loci, tùm quæ ipſius frigiditate, haud tutò imbecilles natura, aut alioqui inualidi ſeſe illi committerent: eodem authore.

Ferratæ in Baianis.

AD ſacros Auerni margines, vbi decem ex Alchyndo poëta Siculo medicatarum fontes recenſuimus, vnus eſt inter alios haud longè à Succellaria Sibyllæ aqua, ferrugineæ na-Vſus. turæ, vnde & nomen Ferrata obtinuit. Ebibita iecori, ſpleni, ventriculo, renibus, vtero, omnibus interaneis vitijs, à relaxatione ortis opitulatur. Nec minus pulmoni confert, participatione (vt aiunt) aliqua bituminis. Siccat, abſtergit, roborat.

Imperatoriæ, & Quædam, aliæ in Baianis.

AD hæc complures aliæ ſingulares aquæ, nobiliaque ſanè balnea erant, quæ vetuſtate primum, & deinde voraci elapſis annis incendio propè diruta, obſitaq. in ſolitudine iacent, non indigna tamen, vt eorum aliqua inter hæc noſtra memoria vigeat. Alia Solis balnea; alia Lunæ, alia Imperatoria, mineræ omnia commixtæ, ac in primis Sulphureæ, quare in balneis vtiliora. Ferri nihilominus partes obtinent præcipuas, ac deinde nobilē Minera. ex Magnete lapide virtutem, qui adeo ferrum ipſum affectat. Egregiè calfaciunt, vtpote citrà noxam; exſiccant, atque corroborant. Ruptis, luxatis, fractis maiorem in modum Bal. ex Magnete. conferunt, antiqua crurum vlcera, quantumuis fluida compeſcunt, ac perſanant. Infixa ſpicula, ferrea maximè, pro occulta illic Magnetis facultate mirificè extrahunt.

Bal. Cantarelli ſub Puteolis.

INFRA autem paulo minus tribus mill. paſſuum, ſub promontorio Miſeno, ſecus ipſum littus, Cantarelli balneum, à canthari forma, per quam fluit, ſic dictum perhibetur. Cuius cùm primaria olim eſſet gloria in Puteolanis vtpote quod mirandis modis tùm oc-Qualitates. culta perſanaret vlcera, tùm oſſium quoque fragmenta, quæ opere indigerent chyrurgico, extraheret, immo fluentem vndecunq. Sanguinem ſupprimeret, vtroq. gerentes ſummopere iuuaret cæterum poſt incendium ad tres pergulas, cui vicinum id balneum extiterat, pluri ex parte, ſubmerſum cinerem, nec ſatis poſt aliquam adhibitam operam reſtitutum, tota iam laus in Aenariæ balneis defluxit, quæ tam genere quam copia, & fœlici vſu, præſertim Gurgitelli, ac Furnelli aquæ præſtantes, ſimiles, ac maiores etiam obtinent faculta-Miranda rum operationũ ratio tan gitur. tes. Quam ob rem non deſunt, qui hiſce, & Cantarellis, occultam proprietatem è benigno quopiam cœleſti aſpectu attribuant. Quanquam ſympathia quædam, vt inter ferrum & magnetem, in operationibus cæterarum rerum admirandis ineſſe conſpicitur, cuius propinquior cauſſa latet in effectu perſpicuo.

Aquæ ferrata, quæ eſt in Luculliano, iuxtà Neapolim.

EXTRA Neapolim, ad oram maritimam dextram, qua in mare eminet vulgò Pizzo falcone, antiquis autem Lucullanium appellatum, quem nobili hodie ſuburbano illuſtris Marchio in Triuico ornauit; quamplurimi, ac diuerſæ, qualitatis emanant fontes. Quorum aliqui cum apud veteres in vſum venerint balnearum, duæ venæ inter alias ſunt noniter repertæ, ac celebres, quæ non indigenæ viſæ ſunt propter vrbis, atque auctoris dignitatem, ſi inter has hiſtorias conſcriberentur. Collis quidem à Neapoli peruius ſatis, ac facilis; occidentali verò ſitu, ac auſtrali, quà in mare eminet, rudi lapiee, quem tophum appellant, præruptus, atque inacceſſus, rimoſuſq. eſt, è cuius fibris hæ duæ erumpunt venæ, Qualitates. altera à dextris, à ſiniſtris altera. Quæ quoniam (vt veriſimile fit) ex communi quodam intus alueo veniunt oriundæ, cuniculorum dumtaxat aliqua diuerſitate, ac diſtantia ad ſcate-

tebras ipſas nihil inter ſe,aut parum euariant. Eſt enim quæ in dextra oritur parte,colore limpida,quanquam paulopostea albeſcat in vaſe,ſapore acri,acidulo,ſlipticonec ſatis grato. Subſtantia pingui, ac tetro pariter odore. Siniſtra autem colore quidem ferè lactea emanat,pinguiorq; ſapore& minus acris: attamen vbi quodam fonticulo colligitur,vel in vaſe reſideat,violaceo quodam ad ſuperficiem ſplendet nitore,qua etiam ſpecie & lapides, vnde ambæ decurrunt, inficiunt, cruſta duriſſima. Sunt autem hæ aquæ æſtate quidem frigidæ, hieme verò aduentante tepeſcunt : nimirum quæ (vt naturales reliquas diximus ſimplices) concētratos æſtatis vapores ex imis cuniculis referunt:quę & in puteis quibuſdam in hoc monte præaltis communicatur, qui eandem ferè qualitatem, atque ſaporem referunt. Minera.

Minera quidem (vt acutè admodum, ac conquiſitè Bartholomæus Maranta Venuſinus definiuit, qui primus de his aquis inueſtigauit naturam)mixta multifariā eſt:cineream enim ponit, & Calcinatam, cum ſulphuris quadam portione, ac ferri medioeri mixtura. Ferri tamen dixerim equidem cum communi opinione in hac aqua præualere materiam: qui cum & ſulphur neceſſario eſt, iuxtà poſita à nobis principia ;& partes ſubinde acres aliquæ, & ſalſugineæ inſunt, ſiue eas cinereas dixeris, ſiue caſu naturæ (vt in multis fieri oſtendimus) aliquas alias prædictis acceſſiſſe mineras. Facultates.

Sine ſulphure quidem hæc aqua non eſt, quod indicant tum regionis natura ſupra, & infra Puteolos ſulphurea, tum vnctuoſitas illa, qua hæc aqua ſubpingueſcit. Et præterea aliquis eius odor. Qui tamen in penitiſſimis aquis à pluri aquæ frigidæ quantitate ſuffocatus, varijſq. contemeratus vaporibus teterrimus fit, quorum tincturæ illa, quæ in deſide ruffeſcit aqua ſoboles eſſe videtur. Ferrum verò in primis mihi indicant, natura montis tota lapidoſa, ac ſaxā & glebæ, quæ ex inde eruuntur ponderis grauiſſimi, colore fuſco, & cruſtis quibuſdam oblongis, ac ſplendidis intercurſantibus ſtibij colore : quibus planè rebus & canalis ipſe, vnde fluit aqua rubrica illa duriore inficitur, quæ ex ferrò ſcatet, incruſtaturq. tenaciſſimè;& quæ iuxta reſident craſſiuſcula aliqua recrementa,harenula ſtibij inſtar colligitur,limida,ac lucida, & grauiſſima. Quod genus recrementi ex diſtillationis experimento relinqui in vaſe minus conſentaneum ſit, ſed candidum dumtaxat pollinem: quoniam illud arenoſum vt deciditur per ipſam aquam ex lapide, non commiſcetur aquæ, ſed ſuapte grauitate demergitur in riuum. At ſubtiliſſimæ partes, quarum planè ſubſtantia in ferreis viſitur fodinis, argilla, ſales, cinis, alumen ; quoniam hæc omnia exactiſſimè fatiſcunt in aquas, eas reddunt manifeſtè albulas,quin immo,(vt ſalſuginearum natura eſt per ignem albeſcere, ac denſari) ad ignem expoſitæ craſſeſcunt, tenuemq. ad fundum vaſis pollinem deponunt, albiſſimum. Atque harum proculdubio ſunt illæ inſignes in hac aqua facultates, ſalſedo, aſtringentia, acritas, & cæteræ denique differentiæ formales, quibus manifeſtè hæc aqua eſt talis aqua, & quibus ſequeſtratis (vt Maranta dixit) & ipſa exoleſcit virtute, remanens limpida. Porrò ſiccam eam qualitatem, non tamen calidam admodum cenſeo, ſed frigidam potius, vt actu eſt frigida: verum tantum eam elambere tenuiorum partium ex mineris illis, quantum ſuperficiali illi acrimoniæ, quam habet ſatis eſt; vnde vim acquirit abſterſoriam, & deiectoriam (vt ſalſulæ, & Aeneæ, & Ferratæ quædam aliæ) tum in potibus, tum in balneis vtiles, ſiccando, ac mediocriter abſtergendo. Sed tandem,quia non eadem omnes admirantur,ac circumſtantium balnearum fama,Baiarum, Puteolorum, & Iſchiæ harum merita aliqua obſcurauit ; poſt primam illam Marantæ celebritatem, non adeò à medicis Neapolitanis probantur. Quarum tamen hiſtoriam, nec his ſcriptis indecorum, nolui ob amici iam vita functi,venerationem omittere,quanquam pro alijs ſuis, quæ extant litterarum monumentis, nulla vnquam (ni fallit amor) temporum delebit iniuria.

Returbij aquæ in agro Ticinenſi.

SIMILEM natura, ad varijs mixturis aquam, ſub Returbio Vico, in agro Ticinenſi, recenſuit nouiter Gabriel Fraſcati cognomento, Ticini medicus non ignobilis, quam tamē hiſtoriam morte præuentus non perfecit. Nam cum non admodum viſus ſit hac in parte exercitatus, ac longam partium explicandarum affectaret diſtinctionem, plus vndecim eas ſubiecit mineris, ac Taurinenſibus balneis, vel etiam Aquenſibus in Monferrato comparatur, virtutibus calidas eſſe,limpidas,& cænoſas,balneo,& potu,& duccia vtiles,& ipſo limo, aurum, ferrum, alumen, tutiam, ſulphur repræſentare, mitto reliquorum congeriem. Minerarũ confuſio.

Cum tamen in decernendis terreſtrium rerum naturis, permultæ accurrant ſub vnoquoq; genere præſertim metallorum, differentiæ partium ſimiles vni, vel alteri (ſunt enim eiuſmodi ſpecies imperfectæ) quæ potius vnius ſubiecti metalli,aut mineræ ſunt. Nam ſulphur ſemper odore ſe palam exhibet, ſemper ſalſugo, ac cinis ex metallis ſcatebit. Specialis minera.

Specialem verò naturam,vt in his ferrum conijcio,vel ſit æs,& aurũ,aliæ eius metalli differentiæ pro-

priẽ ſolẽt arguere, vel ſaltem qualitates ipſarum aquarum ſenſibiles, & earum operationes, quæ ſunt, ipſo teſte, exſiccare, & partim abſtergere, partim adſtringere: dummodo præſertim experientia conſtet eas, & in potu, & balneo talia præſtare, deijcere per aluum, & per vrinas, ſiccare foris ſupercutanea vitia, & limum ipſum valde laxas partes corroborare, quæ illorũ metallorum ſunt, & quæ has reliquæ conſequuntur operationes; & cum minus vſu ducciæ diſcutere exiſtimem, ob craſſiciem, & adſtringentiã, ſat hæc eſſe volumus, donec melius nouum recoquantur in annum.

Operationes. Vius.

Aqua plaga Romana in Ænaria.

INSIGNE verò admodum, ac ferreæ pariter mineræ eſt; quod Plagæ Romanæ balneum nuncupatur, iuxta Hiſchiam totius inſulæ metropolim. Aqua ferruginei coloris, ac ſaporis, clara tamen, & bibitur, phlegma ſalſum in potibus medicatis ſpeciali virtute deijciens, & quæ inde oriri ſolent multigena cutis vitia ſanans. Sanguinem, ac pruritum oculorum tollit, lachrimas inhibet, gingiuas exeſas ſanat, dentes firmat. Præter hæc egregiè laudatur his qui pectore ſunt imbecilles, & qui tenuibus in pulmones deſtillationibus ſunt obnoxij. Firmat oſſium fracturas in balneis, ac fluxiones ſiſtit.

De Aeneis aquis. Cap. IV.

DE Æneis verò aquis (vt paulò ante de Ferri impreſſionibus diximus, ac de cæteris pariter metallis ſemper intelligendum ſupponimus) non tàm nobis conſiderandum venit metalli genus, quàm præuia ipſius principia. Primò quidem, quia perfecta metalli ipſius ſubſtantia inepta vllis impreſſionibus eſt. Quomodo aſſerunt iuniores rei metallicæ auctores, purum æs aliquando in mineris ſuis reperiri tenuibus ſquammis, ac veluti capillamento quodam lapidibus adhærere. Hæ enim puræ æris ſquammæ nihil imprimunt in aquas, niſi fortaſſe quampiam æruginem: oportet ergo præuia ipſius principia conſiderare. Et eo magis, quoniam principiorum, ac lapidum, qui æs contineant, non eſt vna natura. Nam ex Cadmiæ eraſo lapide coquitur, Plinio auctore. ex Pyrite item ac ex cæruleo, quæ aquis poſſunt quodammodo naturam æris imprimere. Propria verò matrix, ac alumna æris Chalcitis eſt, & aquis ex natura fœcundandis aptiſſima, vt iam in Atramentoſis, idest ex chalcantho aquis diximus libro ſuperiore. Qua propter affines ſunt Aeneæ aquæ, atq; Atramentoſæ, eandem enim vtræq; eb bibunt materiã. Quippe (vt ex Gal. lib. 9. Simpl. elicitur) Chalcanthum nihil aliud eſt, niſi Chalcitis in aquam diſſoluta. Et tractu temporis (inquit) tranſit Chalcanthum in Chalcitem; quæ nimirùm veluti matrix, ac ſeminarium Chalcanthi eſt. Quã cognationem & in nominibus quoq; ſeruant apud Græcos: Aes enim χαλκὸς dicitur, atramentũ χάλκανθος, quaſi flos, & quaſi ſuperficiaria ærugo lapidis ipſius æris, qui χαλκῖτις. Differunt tamen; quia Chalcanthũ eſt tanquã excrementum, & ſuperficiaria (vti dixi) ærugo, quæ per aquam incurrentem ſequeſtratur, ipſamq. idcirco æruginoſam reddit, acrem, atq; mordacem, & craſſæ ſubſtantiæ. Quales compluta aquas deſtillare diximus in Cypro; & item in Dacia, & Atramentoſas, fontesq. vocatas in Volaterrano quas ante retulimus. Aeneæ verò puriores ſunt; at quia non adeò ſcatet vena excrementis acribus; quare non vbicunq; foditur in materia æris, ibi & Chalcanthum fit. Aut quia aquæ ex æris metallo tranſeuntes, ex natura digeſtæ, ac percolatæ in terræ viſceribus, ſpiritus potius metalli illius conceperunt, nobiliſſimos, ac tenues; quàm materiã ipſam, quæ tota eſt mixta, atq; igneæ naturæ. Siquidem Chalcitis materia mollis eſt, ac friabilis, vt videatur Lanugo concreta, venis æris colore oblongis, Miſyo, ac Soryo commixtis: Dioſcoride authore lib. 5. Quippe hæ tres naturæ mineraliũ congeneæ ſunt, ac in maſſa concreantur, vt eodẽ 9. Simpl. atteſtatur Gal.; qui has in metallis Cypri ſe vidiſſe aſſeuerat. Quaſdã inquit conſpexi naturas in longiſſimum porrectas, veluti Zonas, alias ſuper alias, numero tres. Infima erat ipſius Soreos, quæ craſſiſſimæ ſubſtantiæ eſt, ferè nigræ, pumicoſæque, ac virus graue olens, vnde in aquis interdũ implacabilis nauſeæ cauſſa fit, Dioſcoride. Super quam erat medios Chalciteos, colore æris, (vel mellis Plinio) & tàm facultate, quàm ſubſtantia, ac ſitu mediocri. Suprema Miſyos auri colore, ac tenuis ſubſtantiæ, & cum friatur auri ſcintillas mittens. Adde, præter hæc quartã quandam ſpeciem Melanteriã; quæ quanquã de ſubſtãtia æris non ſit, ex faucibus tamen cuniculorum æris eruitur, Dioſcoride; interdum coit ſumma ſuperficie; terrena quidẽ, & colore ſulphureo, cæterum contactu aquæ nigreſcens. Quæ omniã in ſumma, concludit ipſe Galenus, plurimum obtinent ſubſtantiæ igneæ, inſigniter acrã, atq; vſtiuã & mediocriter adſtringentem. Quas & in aquis imprimunt qualitates, vbi plus, vbi minus, prout commiſceri accidit, aquis & mineras ipſas. Proinde quæ ex actè hãc eradunt miſcellam aquæ, haud rectè dicentur Aeneæ, ſed æris potius excre-

Lib. 34. cap. 1.

Aeneæ aquæ, ac Atramentoſæ affines.

χαλκὸς. χάλκανθος. χαλκῖτις.

Chalcitidis natura.

Soryos natura.

Myſios natura.

Melanteria.

Qualitates.

men-

mentorum imbutæ, & chalcanthoſæ inſignem habentes acrimoniam; vnde fortes vulgò nūcupantur. Quales (vt puto) aquas intellexit Rhaxes medicus inter Arabes eximiæ laudis, Aeneas acerimas dicens, & quæ cibitæ excretricem vrgeant facultatem, ac laxent tandem tanquam medicina. Tales in Perſide narrabuntur Atramentoſis ſimiles, ac relatis iam in Cypro, atq; Dacia aquis. Verum vbi aquæ non concorporatæ ſint hac acri materia, ſed quę paucam, ac puriorem eius ſubſtantiam obiter conceperint; has tenuibus dumtaxat metalli vaporibus imbutas; vſui in balneis, ac etiam in potibus medicatis electiſſimas experimur, ac tutiſſimas. Atq. has probauit Princeps Auicenna, in quo ex diametro ſupradictæ Rhaſis authoritati contradixit; inter metallares inquit aquas minus noxias inuenio ęneas. Nēpe intelligens æneas aquas duplices inueniri; alias excrementoſas, vt fontes, ac acri virore infectas; quas & nos reprobauimus. Aliæ verò Aeris dumtaxat imbutæ vapore; atque iſtæ plerumque naſcuntur limpidæ, ac vix vllo exceſſu ingratæ. Alibi frigidæ, alibi calidæ, alibi tepentes, pro ſubſiſtentis fomitis tùm copia, tùm qualitate. Grotta Viterbij limpida eſt; calida tamen admodum pluri ſolphure, nec adeo guſtui ſuauis. Vena in balneis Auinionis tepens, ac limpida, & qua influit ſub ſole viridescit. Frigidæ dicentur quædam in Heluetijs, & in agro Tigurino prægelidæ. Aliæ hoc in genere ſunt adeo adſimiles ſimplici aquæ, vt vel operatione dumtaxat dignoſcantur inſigniter abſterſoria, quę prima eſt, ac peculiaris ænearum aquarum proprietas. Porrò omnes ebibitæ plus minus vrinarios abſtergunt meatus, ac propterea Renum, ac voſicę affectibus medentur. Vel ſeceſſu laxant, uel etiam vomitu. Omnino prę natura ferri ſubſtantia æris purior eſt, ac perfectius à calido inſitę virtutis elaborata: adeoq. ſapientes, qui intima callere profitentur metallorum principia, æs inter Solem ac Lunā conſtituunt medium, facilè ad vtrinſque naturā conuertibile. Item ſulphure atq. argento viuo conſtare, non adeo impuro ſicut ferrum, cum aluminoſitatis ſolutæ, ac pontici ſaporis portione. Quare & ęneæ ipſę aquę calfaciendi obtinent facultatem, magis exſiccant, remiſſè adſtringunt; nec adeò corroborant vt ferratæ abſtergunt magis, acuunt, tenuant, laxant, digerunt. Peculiari autem quadam virtute ſenſoria viſus tuētur, quare ſpiritus viſiles earum potibus viuificantur, præcipuè ſenibus, fiſtulæ lachrimales, lippitudines, & ſuffuſiones inhibentur. Hinc pariter oris, ac faucium morbis optimæ ſunt: aphtas enim perſanant collutæ (vt ex Dioſcoride elicitur) columellas, & Vuæ paſſiones compeſcunt, gingiuarum abſceſſus, ozenas, ac prolypos, naſi vlcera ſanant, Hydropem emendant, per initia præſertim, viſcera, ac loca ipſa corroborantes, flatuſq. diſcutientes, & aquas. Serpentia pudendorum vlcuſcula mortificant, nomarum in ano, & vbiq. aliarum partium virus interficiunt, conſolidantq. & quanto magis acres, ac viride æris participauerint, meliores. Ad ſummam verò (vt omnes ferè aquæ pluribus mineralium generibus ſunt admixtæ) mixtura nitri, æris, ac ferri in aquis medicatis, ac maximè potulētis partem non habet. Vnde nimirum purgatoriam, ſeu abſterſoriam (vt rectius loquar) acquirunt facultatem, cum virtute ex ferro confortandi egregia, vt ex aliquo ipſarum elencho optimas quiſq. ex infraſcriptis poſſit eligere.

Aeneæ atramentoſæ aquæ.

Operationes.

Ex viride æris.

Electio.

De Aeneis aquis & locis. Cap. V.

EX Aquis autem quæ æris teneant naturam, electiſſimæ reperiuntur vſu balnei in Italia, quas narrabimus. Nimirum quia vt plurimum dilutæ tantùm hac materia ſunt, non ſyncerè æneæ, quales in Cypro deſcribentur, ac exitiales ſumentibus. Fuiſſe quondam venas æris in Campania celebres meminit Plinius; locum non aſſignat. Quod non leue argumentum eſſet ijs, qui acidas aliquas venas extra vrbem, & in toto hoc maritimo Campaniæ tractu, & ſub Cimino Viterbij monte huic naturæ attribuunt. Fuiſſe & in Bergomenſi extrema Italiæ parte; in Aſia item, & in Germania ſuo tempore repertas, quæ hodie ſunt celebratiſſimæ; in Cattis, in Saxonia, in montibus Suditis, in Meſſenis Bohemiæ, in Lygijs, in Carpatho monte ſuper alias terras. Nos legimus in antiquis annalibus almi xenodochij Senarum, fuiſſe aliquas venas æris in agro Senenſi, qui tam ferax mineralium eſt; in extremo præſertim Thinni montis ad oram maritimam, vbi pagus nunc pariter Montis æris retinet nomen. Cuius numini Mons æris quoque oppidulum, & æris etiamnum dicitur riuus iuxtà Ciuitatem Vetulam. In ſeptentrionalibus autem terris, Scotiam non carere æris metallo traditur: Vlterius autem tractu Calydonij maris Gothia vberrima æris natura, ſicuti & ferri, atque argenti. Suetia item, Finlandia, & Noruegia, quæ ſunt maximæ prouinciæ, metallis, atque aquis copioſiſſimæ. Porrò in orientalibus Euboeam tradit Strabo, incomparabilem æris ſimul ac ferri mineram habuiſſe ante ætatem ſuam, & non minus aquarum in ea calidarum ſcaturigines, multos ad morbos ſalutares, quibus idcirco Cor. Sylla Romanus Imperator vſus eſt, metropo-

Lib. 34. c. 1.

Mons æris oppidum.

Æris flu.

Aes Caldarium. Aes Cyprium. Cuprum Lib 5. c 6 Raudum. Rame.

litanæ eius prouinciæ vrbi, nomen Chalcis erat antiquis, quæ hodie Nigropontes, debellata noſtris diebus à magno Turca. Quo planè nomine, ac natura terræ inſignita eſt quoq; Chalcis inſula aduerſus Aetoliam in Ionio, & alia in Ponto,quę Marti ſacra ob multigena metalla dicitur, Plinio. Nec non Chalcis in Propontide alia inſula. Magna olim Romanorum tempore in Cypro æris celebritas,quod maximè ductile dum funderetur, vnde & Caldarium ac nonnullis Cuprum Cyprium dictum à ſolo patrio, Quod tamen nomen vſurpant ſæpè authores (nam hodie rarum eſt, Cyprium:) vt quo abundare locum apud Gollelariam tradidit Albertus. Ac iuniores illarum partium ſcriptores ad abuſum vſque vocabuli, cum optimum æs intendunt, Cuprum appellant. Raudum (teſte Valerio Maximo 1) dictum quoque à Latinis antiquis fortaſſe à ſonitus raucitate, & noſtris hodie Ramum.

Aqua á grotta in Viterbienſi.

Thermulæ in Hetruſcis,

AQVA de Grotta, ſiue ægrotorũ nuncupata ſub Viterbio, ob mirandas per omnem ætatem virtutes ſuas, ſingulari olim hoc titulo ornari meruit, vt balneum ad omnes morbos diceretur. Vnde has Thermulas non dubie antiqui nominis diximus libro iiij. & quæ in Tuſcia à Strabone, in Hetruſcis verò à latinis ſcriptoribus poſitæ, in comparatione cæterarum balnearum Italiæ, delicioſis etiam Baiarum balneis fuerint à Martiali comparatæ, digno encomio, quod & hic referatur.

Hetruſcis niſi Thermulis lauaris,
Illotus morieris Oppiane.
Nulla ſic tibi blandientur aquæ.
Nec fontes Aponi rudes puellis,
Nec mollis Sinueſſa, feruidiq.
Fluctus paſſeris, aut ſuperbus Anxur.
Non Phæbi vada, principeſq. Baiæ.

Quibus planè notis indicatur, vt cum blandæ ſint hæ aquæ,ac mites,& præterea tot adeo affectibus (vt dicemus) ſalutares, ac varij vſus, nec difficilis experimenti ſint; nullis propterea in caſibus,nec vlli ferè ætati,aut conditioni hominum videri poſſint inutiles,& maximè principibus probarentur. Quare iam hinc centum,& quadraginta circiter annis, harũ aquarum balneum à Papa nomen ſibi acquiſiuit nomen Nicholao V. (vt quidam aiunt) ipſum tanquam ſibi præſentiſſimum frequentante, & parum poſtea temporis Pio II. quorum extant in his marmorea inſignia inſtaurante. Eſt autem vnum milliare à Viterbio cum hoſpitio ſatis commodo. Minera ænea, nitroſa ac ferrea(in quo auctores omnes cum Sauonarola conueniunt) quam mixturam in toto potulentarum medicatarum genere præſtantiſſimam eſſe probauimus. Nonnullis verò præter auri, aut æris colorem, quem hæc aqua è profundo repræſentat, aurea reputatur: non tamen ſine ſulphure (vt reor) exiſtit, quod & guſtu percipitur. Aqua enim quanquam actu calida ſit, ad ſecundum vſque gradum à nonnullis antè nos limitata,limpidam tamen cùm in proprio fonte experti ſimus,inodorã,ac blandam,nec guſtui adeo ingratam omnibus;pro celebri illa antiquorum æſtimatione,atq;vſu eius in delicijs, vix eam primum attingere caliditatis gradũ exiſtimamus. Verùm mediocris actionis,ac tantæ tenuitatis,ſubſtantiæ,vt exportata in vaſis vitreis,euaneſcentibus ſpatio dierum eius viuis ſpiritibus,amittat quoque virtutem,quanquam re vera hodie Romę admodum habetur in vſu, ac ad certum vſque tempus egregiè operatur. In vſu porrò duplici eſt, balneo ſcilicet, ac potu potiſſimè,accomodatur quandoq. & ad vſum ducciæ, vbi affectus non multę contumacię ſit. In balneis quidem more aliarum aquarum non admodum calidarum facit ad omnem frigidam artuum,ac neruorum affectionem: ſanat enim paralyſim, ac ſpaſmum, diſcutit flatus, ac vel ipſo vapore ſpiritus viſiles inſtaurat, etiam ſenſibus. Viſum acuit,fiſtulas lachrymales, lippitudinem, ſuffuſionemq; cohibet, Sauonarola. In potibus verò nobiliſſimarum operationum eſt: quippe citrà vllam offenſam bibitur,calefacit mediocriter atq. exſiccat,tenuat,digerit,confortat.Omnibus paſſionib.maximè interaneis,& nõ valde calidis præſentanea. Vim ram per aluum,quã per vrinas deiectoriam habet,atq;abſterſoriam. Quapropter ex æris virtute, peculiari quaſi eius mineræ tutela,thoracem,ſenſoria,ac præcipuè viſum tuetur.Ex eo item, ac nitro abſtergit, atq; extenuat. Et ex ferri tandem cum his mixtura ventriculum,hepar,renes, cæteraq; tùm nutritioni,tùm generationi dicata membra confortat. Ex quorum iuuamentis (vtpote quorum ſalus communis eſt cum cæteris membris (toti corpori neceſſariò confert. Per partes verò;appetentiam renocat,etiam reconualeſcentibus,nec non cœliacis.Et quod rarum eſt, (eodem Sauonarola atteſtante) prægnantibus quoque poſt primos menſes circiter, vſque ad ſeptimum tutò datur: maturioribus enim ac primis à concepetu temporibus (quando ſcilicet facilius poſſet abortus incurri periculum) minus competit. Ad emendandam

Bal. Papę

Minera.

Bal. vſus.

In potib.

dandam ſterilitatem ſumitur frequentiſsimè cum multa laude: quippe pro ſui temperie, omnem æquat inæqualitatem; & (quæ potiſſimę eſſe ſolent cauſſæ ſterilitatis) debilitatem naturæ, frigefactionem, lubricitatemq. emendat; membra generationi idonea extergit, lentores educit, craſſa ac viſcida excrementa digerit, calfacit ſubinde & corroborat. Menſes reducit, albas cohibet fluxiones. Renum obſtructa aperit, arenulas, ac lapides eximiè (ſi qua alia medicina) conterit, atq. expellit. Aſthma concoquit, anheloſa ſuſpiria mitigat, vocem cantoribus clarificat, quod æri tribuitur: & faucium morbis medetur. Tam balneo verò, quàm potu, atque clyſteribus colicam diſcutit, Iliacam, atque hæmorrhoidas. Vtilis tota æſtate, vel ſecluſo his qui non adeo vrgentur, feruore caniculæ, quales ferè omnes Italię balneæ.

Electio.

Balneolum iuxtà Grottam Viterbij.

BALNEOLVM dictum, quod contra balneum prædictum à Grotta, ſub diuo reperitur, aut leni tuguriolo ad vſum contegitur; quanquam deſcriptum ab alijs non ſit; ipſum tamen experti ſumus temperatum admodum, ac ſuaue. Vnde tanquam à leuioribus, conſueuerunt illi medici hoc primum in balneis miniſtrare: & cùm eiuſdem naturæ cum vicina Grottæ aqua ſit, vnctuoſum, ac bituminoſum decernunt, tum ob mediocres qualitates, tùm hoc potiſſimum experimento, quòd articulos non benè confirmatos inſtaurat, muſculos vulnere, aut cicatrice affectos reficit, vlcerum contumaciam inhibet. Pueris, ac mulierculis etiam vtile, quos in bituminoſis retulimus.

B. Petrolei.

Aqua Iaſielli in Viterbienſi.

RELIQVAE verò Viterbienſium balnearum aquæ, plus minus ſunt æneæ, ac tenuis ſubſtantiæ. Grottæ tamen aquæ naturam proximè æmulatur ea, quam Iaſielli, à Iaſi prædio veteres incolæ cognominarunt. Ferro hæc præterea, ſulphure, ac alumine participat: Limpida ſimili modo, inodora, calida. Vnde ad omnia quæ Grotta promittit in potibus, hæc eadem pręſtare aſſeritur in balneis; quoniam ſapore magis aſtrictorio eſt, ac ſicco, minus infernè purgat ebibita, magis corroborat, exſiccat, diſſipat. Vrinas prouocat ac menſtrua, renes, veſicam, vterum abſtergit, conceptioni mulieres reddit idoneas, venarum in ſede orificia reſerat, hepatis, ac lienis oppilationes ſui tenuitate recludit. Et colicos ex ea cauſa dolores eximiè iuuat etiam in clyſterijs. nec minus flatuoſam ex Hypocondrijs paſſionem curare dicitur. Apoſtemata inſuper eodem pacto ebibita digerit, quæ in alio corpore oboriuntur, ac viſcerum præuias ad id intemperies emendat. Cæterùm præter hanc aquam, ſunt in eodem prædio Iaſi alia balnea, paulum diuerſæ à prædictis mineræ, vt quod balneum Pipini appellatur. Et balneum Scopuli, quod veteribus incognitum, inſignis caliditatis, ac penetrationis inuentum eſt, in balneis, & vſu Ducciæ valde efficax præſertim ad ſuffuſiones & alia oculorum, & aurium vitia per ſananda.

B. alli Afinelli.

Vſus.

B. Pipini.

B. Scopuli.

Aqua nauſei, & alia Viterbij.

PORRO cum ſulphure, ferri quandam mixturam habere prædiximus Caiæ balneum in his Viterbienſibus. Et item quod de buſſeto nuncupatur. Lacuna verò Nauſeum dicta, ſulphure, & non ſine aliqua metalli portione participat; ferri nimirum atq. æris, & quia multo eam video ſcatere craſſo, ſqualidoq. ſedimento, & ceu calce ſuffuſam effluere, aluminoſam etiam exiſtimo. Aqua ſimiliter craſſa, ac dulcis, ac diuerſarum qualitatum, cum in receſſu minus duorum cubitorum ſpatio, & quodam veluti naturæ luſu, duæ venæ inter alias emanant, altera calida, altera gelu vix tolerabili, & tertia adhuc multo cum impetu, ac fragore ſaliens, quamobrem in potibus abſtergendi gratia hæc quoque aqua aliquando vtiliter ſumitur.

Lutum nauſei Viterbij.

EX eo craſſo ſedimento Nauſei balnei lutum præterea ſeligitur ad multa vtile, quod in magnas offas reſiccatum Romam, ac in diuerſas Italię partes conuehitur. Subſtantia leuis, gleboſa, ipſo odore ſulphuris, & ſi lucernæ admoueatur, ſtatim conflagrans. Ad tumores, ac contumaces duritias excutiendas in carnoſis partibus, & etiam in iuncturis, vel quæ ob cicatricem occalluerint ſummopere vtile, ſub Sole per æſtatem in partibus affectis vtendum, aceto, vel lixiuio, vel oleo aliquo proprio ſubactum, & impoſitum.

Operationes.

Lutum ad Mellam flu. ac Boli genus in Brixiano.

SIMILE quoddam luti genus iuxtà Melam fluuium in Brixiano habetur. Vt enim à montanis vſq; Rhetijs hæc iuga varijs ſcatent metallis, æris præcipuè, ac ferri: ac frequenter

Minera. ex illis fodinis (vt iuniores ſcribunt) & Hæmatitis lapides,& Rubricæ ſpecies eruitur;non dubium,quin etiam lutum,& aquæ eiuſmodi participent naturis. Audio & boli nobilem ſpeciem inter eas inuentã, quæ rubro ſimiliter,ac ſaturato in nigrum colore, pro vera bolo,ac terræ lemniæ vice à quibuſdam medicis comprobata ſit. Vnde non difficile exiſtimo & Mellæ aquam ijs imbutam terris,ac mineris, virtutem quampiam medicatam concipere, Qualitates, & vſus. præſertim exſiccantem, qua & lutum ipſum cum mediocri calore abſtergat, ac membra corroboret. Ad vſum idcirco illutationis ſub ardenti canicula,& contepefactum locis ipſis,adhibitum,de quo tamen,& de mineris illis exactam magis deſidero aſſertionem.

Bal. Eucenſia in Valeſijs.

Post duras Alpes,quæ Italiam diſterminant ab Heluetijs,ad oppidum Leuc in Valeſijs, inuenitur à ſeptentrionali ſitu monticulus, qui iugis vndiq; ſyluoſis, & aſper,cæterùm in vertice latam habet planiciem, ac in medio ſacellum, hoſpitiaq. ſatis commoda, cum balneis in hoc genere valde ſalubribus. Quarum aqua (vt ex fide dignis earum ſcriptoribus accepimus) limpida quidem eſt, ac pluribus ſcatet venis, nec guſtui, nec odoratui ingrata,& quæ vix tangenti toleratur. Minera. Minera æris, quam ipſi dicunt cupream, cum multo ſulphuris vapore, vnde incaleſcit non contemerata ſubſtantia. Valet in frigidis paſſionibus tàm vſu balnei, quàm potus: Operationes. calfacit, exſiccatque ad ſecundum gradum, aperit atque eximiè digerit, nec minus corroborat. Eam prædicant aduerſus defluxiones, præſertim frigidas ſenſoriorum, atq; oculorum ex æris facultate. Cæterùm eam Grottæ equidem nun facio diſſimilem, Electio. temperatis temporibus, ac ſub ſyrio etiam in his locis frigidis vellem.

Aquæ Cellenſes in Heluetijs.

Æneae quoq; mixturæ (quanquàm valde temperatæ ab affectibus) nec non alumine Operationes. cum modico ſulphure participantes,habent Heluetici aquas ſub oppido Cell,propè Galbã. Frigidas aſſerunt medici Germani quidam emanare, frigidamq. in ſtomacho congeſtam pituitam,vel alicubi viſcerum ebibitas valenter educere. Diuturnis item febribus ſuccurrere etiam ſi bilem pituitæ admiſceri accidat,vlceribus antiquis, articulorum doloribus, Electio. appetentiæ caninæ mederi,ac his in ſumma conuenire præcæteris, qui calido ſunt ac ſicco temperamento. Sumendo ab ineunte æſtate in totum autumnum,ſtante propria temporis qualitate.

Aquæ Tigurinæ in Heluetijs.

In agro autem Tigurino,in pago Vrdorfia,quædam aquæ è collibus occultè deſtillant, ad finemq. ex vliginoſo prato collectæ,è tribus riuis in amœnos quoſdam deducuntur fontes,vbi ſub diuerſorio ſatis commodo,in potibus medicatis ſumuntur. Sunt autem dulces, Minera. ac prægelidæ; Sulphureæ tamen (vt aiunt) mineræ,cùm ære,atq; alumine: quùm equidem & ex actuali qualitate non adeò valida, & ex effectibus potiſſimè, nitroſas potius atque æneas eas iudicem. Refrigerant enim atq; humectant, impinguant macros, malo habitu affectos inſtaurant, calculos frangunt, veſicæ obſtructiones reſerant. Abſtergendo operantur, miri ebibitæ in tertianis febribus experimenti. In reliquis verò, præter eam ſub- Electio. ſtantiæ frigiditatem; ob quam ad vſum, præſertim balnei, alterandas has aquas conſulerem,de Grotta aquis haud ſunt valde abſimiles. Tempus deſiderant calidum, ac minimè pluuioſum.

Aquæ Ferinæ in Martiana ſylua.

Nobilissimae quoque ſunt aquæ in Marchionatu Vuirtenbergenſi in Heluetijs, haud procul à Cellenſibus prædictis iuxta Rhenum;quæ ob Syluam Nigram, quam Roma- Minera. ni Martianam vocarunt,Ferinæ,ſeu,ſylueſtres indigenis ſuo idiomate appellantur. Continent autem mixturarum Cupri,quòd potius æris genus diximus,cum nitro ſimul, alumi- Operationes. neque,& multo ſulphure admixtam. Qua propter calfaciunt,tàm in potibus quàm in balneis: frigidis, præſertim capitis paſſionibus, paralyſi, conuulſioni, ſtupori, & conſimilibus malis vtiles. Inſtrumenta ſenſuum corroborant (vt egregij atteſtantur authores) tinni- Electio. tum aurium tollunt,viſum acuunt. Meſeraicarum,hepatis ac lienis obſtructiones aperiũt, quas multæ aliæ conſequuntur vtilitates. Ictericis luridum excutiunt ichorem, Hydropicis extenuant aluum, renum, ac veſicæ calculis medentur. Conferunt ventriculo, & appetentiam excitant. Vtiles in potibus,etiam ſub Syrio.

In

In Chalcide balnea; quæ hodie ſub Nigroponte.

EVBOEA in Ægeo mari inſula, cùm ſitu, ac Vrbe Chalcide, multarum olim terrarum domina, etiam in Italia præclara extiterit, ac frequenter commemoranda veniat propter Euripi Freti eius, quòd ſepties in die recurrat, ſpectaculum vel ponte admiranda fertur in ipſo Euripo ad ripam Achaiæ, ſuper quem Alexandri tranſitu in Aſiam, turres, portas, ac propugnacula conſtructa meminit Strabo lib. 10. Vnde illi poſteà Nigroponti nomen ob vetuſtatem inditum. Inter maiores autem naturæ eius prærogatiuas, admirabile, inquit, in ea æris, ac ferri commune metallum, quale nuſquam prouenire proditum eſt. Tota verò cùm ſubterraneis cauernis ſuſpenſa ſit, ac inſtabili proptereà motu maris recurrat, ventiſq. ac terræmotibus tentari ſolita, quæ præſertim in ora, qua impetit Euripus, in aliaq. vicina Achaiæ, ac Bœotia loca; in campo quem Lilandum appellant, calidarum quoq. aquarum ſcaturigines habet, ad curandos morbos ampliſſimas. Quibus Cor. Sylla Imperator Rom. eſt vſus. quas extare adhuc cùm optimæ fidei ex noſtratibus nonnulli hodie affirment; conſonum rationi ſit (quicquid Strabo illa metalla ſuo tẽpore exoleuiſſe aſſeuerer, quæ potius derelicta, vt vſueuenit in his, aliquandiu fuiſſe dixerim.) Conſonum inquã mihi ſit, eaſdem ibi aquas, ac terrarum ſimiliter naturas perennes extitiſſe. Eaſque in cenſu calidarum ſub æris, ac chalcãtis natura cum ſulphure habendas eſſe, & quales ſub Viterbio, ac de Grotte, aquæ obtinere facultates. Olim non dubiè ad vſum reſtituendas, & in balneis (vt dictum eſt) & non minus in potibus fore vtiles.

Nigropõti nomen Ex Strab.

Natura, & vius.

Hellopiæ aquæ in Achaia Plinij.

HACTENVS non dubiam habemus Strabonis hiſtoriam, de Chalcidenſium balneis, qui illuſtres (vt dictum eſt) fuerunt populi, ac nobilium rituum cultores. Verùm quas Hellopias nominat Plinius aquas ſalutares in Lelanto Achaiæ, libro 4. cap. 12. equidem vel eaſdem exiſtimo, ſub varijs nominibus proditas, vel admodum ſimiles. Eſt Chalcis (inquit) in ora Euripi Euboeæ, ære ibi primùm reperto. Ex aduerſo autem in continenti eſt Aulis oppidum, Garyſtos, & Arthemiſſa cum fonte Arethuſa, aquiſq; calidis, quæ Hellopiæ vocantur, & flumine Lelanto. Iuxtà & fluuius Cariſtus, notiorq. tamen marmore Caryſtio. Strabo loco citato λιλαντος primum habet, quod vt idem putandum ſit cum Lelanto, mox paucis poſt verbis περιδελλαντου ſcribit. Sed vt diuerſam putemus horum auctorum ſententiam, Lelantum Strabo appellat vtrobique campum; Plinius habet, cum flumine Lelanto. Et id non in Chalcide Euboeæ, ſed ex aduerſo in continenti Beotiæ, vbi Aulis, & Caryſtos, tunc oppida illuſtria. Sed recentiores quidam coſmographi quomodo Hellopias oppidum ponunt in Euboea? Influit autem is fluuius in Corynthiacum ſinum, ac nomen dediſſe videtur oppido in ora Lelanto, à quo & ipſe ſinus poſteà à Lepanto cognominatus eſt. Nominis omni futuro ſæculo fœliciſſimi, ob chriſtianam victoriam ibi partam contra Turcas hoc anno, quo hæc edidimus M. D. LXXI. ſeptima Octobris die quando, initio in eos nauali prælio poſt hominum memoria maximo, tota claſſis CCCC. nauium vel ſubmerſa, vel in captiuitatem abducta. Duce DEO, ac ſummo Pont. Pio V. cum Philippo Auſtrio, ac Senatu Veneto confæderatis.

Plinij ambiguitas.

Lelantus campus.

Lelãtum flu. oppidum, & ſinus.

Victoriæ chriſtianæ memoria.

Aquæ virides in Perſide.

PORRO' inter Aeneas aquas, Neuſolæ quoq; in Dacia fontes, iam in Atramentoſis libro ſuperiore enarratis, numerari poſſunt. Inter externas autem, quæ ſi non faciant ad vſum, communes ſaltem confirmant demonſtrationes, æris quoq; mineram obtinere videntur, quas M. Paulus Venetus in ſuis Itinerarijs ad orientem, meminit aquas in Perſide, inter Crermam, & Cobinam inſignia oppida. Quas equidem credo vidiſſe, vel intellexiſſe ſaltem ob vicinitatem regionum, Rhazem Medicum inter Arabes, & ſcriptorem inſignem, cùm æneas eo nomine taxauit aquas, vt laxare valeant aluum tanquàm medicina. Quandoquidem (vt idem M. Paulus atteſtatur) hæ viridem præ ſe ferunt colorem, ſalſæ qualitis atq; amaræ, aluumq; bibentibus largiſſimè ſoluunt; etiam inter eſculenta. Amplius ſalem quoque, qui ex ea aqua decoquitur, ſolutiuæ eſſe facultatis: nam & chalybe, atque ferro optimè hanc partem abundare indicat, quippe ſpecula in ea fabricari leniſſima, imaginumq. omnium ſplendidiſſima.

Operationes.

Sal ſolutiuus.

De

De plumbeis, ac ſtanneis aquis naturalibus. Cap. VI.

Plumbũ album. Plumbũ nigrum. Plũbi, & ſtanni cõparatio.

AQVAS verò naturales ex plumbi venis, atq; ſtanni, primùm inter ſe euariant. Nã plumbum antiqui appellarunt vtrumque, hoc quidem album, illud nigrum. Et connaſcitur alicubi cum plumbo ſtannum, vena ſcilicet calculorum modo inter plumbi terrám germinans. Differunt gradu quodam perfectionis, ſicut ferrum, ſtomoma, & chalybs; & ſicut æs, & cuprum. Stannum enim eſt quaſi pars venæ magis digeſta; quod & patet omni experimento, ac ſapientes dum vtrumq; fundunt, impurioribus conſtare partibus ſulphuris, atq; argenti viui plumbum reperiunt; quàm ſtannum. Atq; humidius eſſe plumbum, vnde facilius eliquatur igne, teſte Philoſopho in 4. Meteor. Sed vt redeamus ad principia naturæ, quæ poſſunt aquis communicari; eſt Molybdos Græcè plumbum.

Molybdos. Molybdena Galena. Plũbago. Lapis plũbarius duplex.

Molybdena verò (quam & Galenam vocant) Plumbago, terra ſcilicet, ſeu lapis plumbarius, ex quo conflatur plumbum. Qui lapis duplex reperitur, vt ex Plinio elicitur lib. 34. aut enim plumbũ in ſua prouenit uena, quæ nec quicquam aliud ex ſe parit, Aut cum argento naſcitur, mixtisq. uenis conflatur. Eius qui primus fluit liquor ex fornace, ſtannum appellatur, qui ſecundum argentum; qui remanſit in fornacibus Galena, quæ & Molybdena dicitur, ſecunda ſcilicet, & factitia Molybdena, quæ rurſus conflata in fornace, dat nigrum plumbum, deductis (idest minus) partibus duabus, quàm prius. Hæc Plinius.

Galanza in Coſentinis.

Naturalis quidem eiuſmodi Molybdenæ ſpeciem à Coſentinis argenti fodinis accepimus, quæ indigenis Galanza, corrupto à Galena uocabulo appellatur; terra prædura, ac lapis cineracei coloris argento adglutinatus; quæ conflata primò mittit ſyncerum plumbum; ſecundo argentum; tertio ipſam rurſus Galenam, quæ eſt Molybdena Dioſcoridis, & ſecunda Molybdena.

Molybdena Dioſcoridis. Molybdoides.

Quæ nihil aliud eſt, quàm lythargitij ſpecies, colore flaua, & cum teritur rufa, ac rurſus conflata nouum mittit plumbum. Eſt præterea Molybdoides apud Dioſcoridem, lapis plumbo aſſimilis; cuius copiam è montanis Hetruriæ atque Liguriæ accepimus, lapis plumbo adglutinato perſimilis, ignis tamen experimento ſteriſis, ac fragilis malleo.

Impreſſiones.

Ex his ergo omnibus naturis terrarum poſſunt aquæ aliquam plumbi impreſſionem recipere. Atque hæc quidem aliquando manifeſtè ſulphurea eſt, atq; argentea. Non ratione principiorum tantùm, in quo cum ceteris metallis communicant; uerum etiam quoniam ex plumbario lapide (ut meminit Plinius) manifeſtè liquidum aliquãdo ſulphur exudat, ac fœtidum in multis argentum uiuum deſtillat.

Qualitates.

Ex quibus aquæ uariè poſſunt contaminari, craſſæ, & acres fieri, atq; olidæ. Necnon actu aliquando calidæ, quod planè in plumbariis patet Lotharingiæ balneis.

Lotura plumbi.

Potentia tamen præ humanæ temperaturæ gradibus frigidæ, ac ſiccæ ſunt qualitatis. Quod probat experimento Galenus 9. Simpl. quippe infuſus quiſpiam liquor, ſiue oleum ſit, ſiue aqua, ſiuè uinum in mortarium plumbeum, piſtilloq. ſimili exagitatus; multo ſubinde frigidioris liquor efficitur facultate, quàm prius fuerat. Refrigerat enim inquit, roſaceum, ſed maximè ſi ex plumbo agitetur.

Oleũ Roſaceũ ex plumbo.

Et aqua ex lotura plumbi (ut ex Dioſcoride elicitur lib. 5.) poteſt refrigerare, adſtringere, opplere caua, mollire, oculorum fluxiones ſiſtere, & vlcerum excreſcentias cohibere. Vnde & mediocriter exſiccare has aquas elicitur. Siccant enim præ humanæ tẽperaturæ gradu, vt ſcribit Auerroes, Colliget: minus tamen ſiccant quàm quæ vel ſtibion, vel ferrum, vel argentum abluunt. Quæ eſt Galeni ſententia 9. Simpl. qui tùm experimento probat, tùm ratione, multis ſcatere plumbum aëreis atq; humidis partibus.

Operationes.

Ac ea qualitatum mediocritate aduerſus cæteras fluxiones incipientes plumbum, ſicut & pro portione aquæ ipſæ ex plumbo probantur. Ad phlegmonas in ſede cum vlcere ſanandas, & ad eas, quæ in pudendis, teſtibusq. & mammis conſiſtunt: ſicut etiam ad vlcerum impletionem, & ad cicatricem obducendam conueniunt, nec non chironijs, quæ vocantur vlceribus cancrenoſis omnibus, & putredinoſis. Hæc ex Galeno.

Nocumẽta.

In potibus ſunt pectori graues, (eiuſdem Galeni teſtimonio v 11. local. cæterorumq. ſimul medicorum aſſertione) noxiæ neruis, atq; aliquando acres inteſtinis. Quo nomine damnant omnes ex pluuijs aquas, quæ per canales plumbeos, aut æneas tegulas deferantur in ciſternas. Tardè digerere, ſtomachum aggrauare, laxare ventrem ſi diu in eſculentis ſumantur, ſanguinem inficere, acres ſeroſitates gignere, ſpiritus vitales incraſſare, iuncturas debilitare, multis excoriare inteſtina, ac acerrimas longo vſu excitare diſſenterias.

Ex plumbeis vaſis cur aquæ inficiatur. Edulia ſuffocata in vaſis æneis cur noxia.

Cui tamen ſententiæ ſi noſtrum iudicium adhibendum ſit; nos acrimoniæ aquarum eiuſmodi compluatarum magnam partem accidenti cauſæ attribuimus; ſolaribus nimirùm radijs, qui tegularum plumbi peraſſent ſuperficiem, eamq. delabẽtes aquæ recipiant qualitatem. Sicut & accidentali qualitati tribuendum eſt, quod ſcribit Serapio, edulia frixa, aſſa, adhuc ab igne calentia, & piſcium maximè in vaſis id genus, æneisq. ſuffocata, venenoſam qualitatem aliquando accipere. Ex accidenti forte dixerim vapore in vitium fieri: nam ex rationibus

nibus

nibus iam prædictis de ſimplici natura plumbi; multis conſtac plumbum aëreis partibus, minus acribus. Et ſtannum (vt ſcribit Plinius) illitum æreis vaſis (vt noſtrates conſueuere) ſaporem reddit gratiorem. ſeu potius (quod dicere viſus eſt) æruginis virus compeſcit. itaq; generales cauſſas de impreſſionibus plumbi in aquis habuimus.

De plumbeis aquis, & locis. Cap. VII.

CÆTERVM aquas naturales ex plumbo, atq; ſtanno de proprijs mineris in Italia (quod ſciam) non habemus. Quaſdam verò in Lotharingiæ montanis receenſent Germani authores Plūbers dictas; quas fusè magis deſcribit Bartholomæus Caſſaneus Burgundius in libris de rerum & mundi gloria in Belgis. Plumbarias venas, tàm albi, quàm nigri ijdem tradunt copioſas in Miſenis. ac in Suditis montibus permultas. Plumbi verò fœcundiſſimas ad Goſſelariam, vbi mons Ramelus totus ferè ex ea materia eſt, deinde in Cattis, deinde in Noricis. Vt ex Plinij autem monumentis habemus, plumbi venæ largiſſimæ fuere, quæ extant, in Luſitania, & Cantabria, Galleciaq. citerioris Hiſpaniæ, ſumma tellure harenoſa, & coloris nigri, cæterùm arida, ac ſterili. Et Trogo item Iuſtinus eam Hiſpaniæ regionem cum plumbi venis, atq; æris fœcundam prodidit, tùm minio, quod etiam vicino flumini nomen dediſſe; necnon ferro, atq; auro, nam aratro frequenter glebas aureas excindunt. Caſſiterides inſulæ, quæ contra Celeiberos Plinio, nomen ex mineris ſtanni accepere, quod κασσίτερος Græcis appellatur, ac plumbo eas abundare Strabo eſt author. Qui & in Britannia naſci aſſerit copioſiſſimum, ac item Diodorus; citeriori ſcilicet parte, quæ Anglia dicitur, iuxtà Helenum promontorium, quod anguſto tractu in Hiſpanicū pelagus extenditur, ac S. Michaëlis hodie mons dicitur, vbi (vt ab Edouardo Carno equite, ac oratore Regio apud Pontif. accepimus) durat etiamnum ea plumbi fertilitas, atq; ſtanni præter cætera electiſſimi, extenditurq. in totam regionem Cornubiæ, in Vualliam, Vonlam, ac Somerſetenſem, prouincias omnes Angliæ lætiſſimas. Porrò in Italia extat quædam plumbi materies in Hetruria ſub Archiepiſcopatu Senenſi ad Vicum Creuoli, vnde qui rem tenent pigmentorum, Lazuleum eliciunt colorem, quam nec ſine quadam argenti portione inueniunt. Reperta & in maritimis plumbi vena ſub Forſiua oppidum, cum argento. Porrò plumbi venæ ſæpenumero inter aurarias reperiuntur terras, qua ſi quoddam auri ſtragulum: quod cùm infinitè aurum conſumat in ſe, comparatum videtur naturæ prudentia, vt indeſinenter ſuppullulet, ſicque pabulum indeficiens præbeat fœtui tàm nobili, alioqui citò deſituro. Qua propter vt fertiliorem plumbarij artifices ex illius mineris vtilitatem capiant, fodinas ipſas iam fructu exhauſtas obruunt terra, donec per aliquod tempus vberiùs regerminet. Raræ ergo ex materia plumbi aquæ naturales ſunt, ac rarò idcirco apud medicos authores ad vſum aliquem deſcribuntur. Vt plurimum autem quandocunq; vti id genus aquis opus eſt, ex lotura plumbi colluuiem parant, Dioſcoride authore lib. 5. Seipſo videlicet trito in mortarijs plumbeis, affuſa pluuiali aqua donec craſſeſcat. quale liquamentum in canceratis tumoribus, & quibuſdam id genus vlceribus vtiliter vſurpamus.

Caſſiteri des inſulæ.

Lutum plumbi.

Bal. plumbea in Lotharingis.

INTER naturales autem in hoc genere aquas, eaſdemq. nobiliſſimas, balnearum quarundam in Lotharingiæ finibus deſcribemus hiſtoriam, quam ex Bartholomæo Caſſaneo Burgundio, authore nobiliſſimo accepimus, fidedignisq. multis alijs authoribus comprobamus. Snnt enim hæc balnea, ob mirandas vtilitates, non Galliæ modò, ac Germaniæ, verum etiam apud longinquas alias nationes celeberrima. Hùc claudi comportantur, tremuli, ſtupidi, inflati, malo habitu affecti, & qui iam è longo quopiam morbo ſalutem deſperantes, in probaticam veluti piſcinam deſcendunt. Qua propter ad opportunos vſus commoda in his balneis ſunt hoſpitia, loca vndiq. amæna, & omnium rerum, quæ in balneis requiruntur, copioſa. Eſt in medio lata in quadrum lacuna, fulcris, ac muro circumſepta, in quam per faciles gradus eſt deſcenſus; ac ex ea diuerſi hinc inde deducuntur canaliculi ad priuatas lauationes ſub hoſpitijs, pro ratione, & temporum, & perſonarum, & id genus occaſionibus obeundas. Minera, vt propoſitum eſt, ex plumbi in primis ſubſtantia conſtat, cum ſulphuris, atq; aluminis mixtione, pluri etiam quàm quæ naturę plumbi requiratur. Quare calidæ ſunt ad tactum, mediocriter exſiccant, abſtergunt, inueterata, ac impacta alicubi vitia, etiam indurata diſcutiunt. Frigidis, humidis, curatuq. difficilibus vlceribus conferunt, præſertim ſedis, ac vitio hemorrhoidarum obortis. Dolores artuum abolent, ſerpentia inter cutim vlcera ſanant, elephantiaſique, ſi per initia ſumatur balneum, vnicè proſunt. Cancro à primaria plumbi proprietate medentur, & ex hinc (quæ nos multorum

Minera.

Operationes.

Digitized by Google

vſu,ac fide atteſtamur) malignis alijs vlceribus,ſinuoſis,phagedenicis,carioſisq. in oſſe, ac fiſtuloſis optimè faciunt. Multiplicis deniq; inter alias medicatas experimenti, ac in balneis præcipuè,& in lutationibus recipiuntur. Tota æſtate.,

Lacus plumbeus in Perù,qui ſe ſubmergant.

MAXIMVM inter omnes,quos legerim, audio eſſe lacum in Perù, à Cuſco ciuitate ibi regia 40.Leucas diſtantem,ac ex plumbi natura memorabilem. Eum deſcribit Petrus Cieza Hiſpalenſis auctor de rebus Perù, quem Vernacula eius regionis lingua Tiquica aſſerit appellari, à plumbi ſcilicet quod Tiqui dicunt natura, ac maximè circa ipſum lacum abundat, octoginta Leucarum amplitudine nuncupatum. Quod memorabile verò in eo eſt, cùm decem circiter inſignes fluuios, compluraque alia è propinquis montanis fluenta recipiat, eos quidem omnes ex vaſtiſſimo veluti amne ad orientalem ſitum, 40. infrà alias Leucas, in alium lacum exonerat, vbi abſorptus in totum, nuſquam ſubinde appareat. qui ex occultis nimirum cauernis (vt de multis eiuſmodi alijs diximus) ad mare tranſmittitur.

Submerſio lacus.

De aquis naturalibus ex auro atque argento. Cap. VIII.

AVREAE aquæ naturales,raræ quidem inueniuntur,quanquam fama reputantur nobiliſſimæ. Vnde Grottam Viterbij, & quaſdam S.Caſſiani aquas, ob egregias virtutes prædicant Aureas: Qui nimirum in illam auri, atq; argenti gloriam reſpiciunt,non præuias in eis naturæ mixturas. Eſt enim,aurum (quis dubitet?) ens perfectiſſimum,non in metallis ſolùm,ſed nulli cedit rerum compoſitatum dignitati. Omnes in auro qualitates aliquid præ ſe ferunt cœleſtis; pondus, quo fermè ſuperat omnem grauitatem elementi,mollitio,extenſio, reſiſtentia non cum igne ſolùm, ſed cum tempore, permanens omni experimento ſemper idem,& incorruptum. Propterea dicunt ſapientes, quòd ſicut natura ſemper intendit gignere maſculum,vt quod melius eſt,& perfectius; ita ſemper in metallis intendit aurum, niſi quid impediat. Quo nomine rectè vltimum ponitur aurum in intentione naturæ, ac finis optimus metallorum, atte tantopere quæſitum à ſapientibus,deſideratum omnibus nationibus,illuſtre ſplendore ſyderum. Soli verò quâ ſimillimum, non tantùm nitore, ac fulgore,ſed virtute quoq; viuificante: vnde ad affectus cordis,atq; animi à Medicis celebratur. Proximè ad auri conditiones accedit argentum, diei ſerenitatem referens,clarius auro,& magis ſonorum. Nam eadem vtriq; principia, etiam propinqua,niſi quia in argento minus elaborata cùm ſint, vt inepta ad aurum,naturaliter producunt argentum. Et arte; nam per longam præparationem, diligentemq. ſapientis induſtriam, vtiliter argentum tranſit in aurum. Imò etiam argentum tanquàm matrix, alumna eſt auri in metallis. Omni auro (vt tradidit Plinius) ineſt argentum vario pondere, alibi dena, alibi nona,alibi octaua parte. Secernunt item metallarij ſæpè ex aurarijs argentum,quanquam id vberius ex ſuis argentarijs proueniat. Connaſcitur etiam cum ſtanno argentum,vt ſuperius diximus. Cæterùm ſi penetremus in opera naturæ,aliud eſt conſiderare aurum, vt aurum; & aliud in minera ſua, quam in his aquarum differentijs maximè quærimus. De auro namq; vt aurum eſt,idemq; ens perfectiſſimum, hoc ſcire eſt operæ precium, quòd nedum quicquâ ſuæ præſtantiæ impertire poteſt aquis ipſum abluentibus,ſed ex vniformitate exactiſſima ſuarum partium,nullo neq; accidente naturę,neq; artis magiſterio aliquam ſui iacturam, aut tranſmutationem ſuſtinet, niſi auri ſemper in aurum. non ſale, non igne, non aceto,nullis ſuccis,nulla rubigine abſumitur. Non ergo in aquas imprimit. Atque eodem iure poſt aurum nuncupandum venit argentum. Alioqui clara eſt ſententia philoſophi in 1.Problem.33. Aes,argentum,cæteraq. generis eiuſdem, propter contumaciam ſubſtantiæ,& cibo contrariam,concoqui non poſſe à calore animantis,neq; à ventribus reſolui. Quamob rem (quod à Plinio ſcribitur,) ſi auro liqueſcenti gallinarum membra miſceantur, conſumere hæc illud in ſe; fabuloſum id potius quàm miraculum reputamus, vt pleraq; eiuſmodi narrantur. Nam ſi igne aurum eſt immutabile,immutabile & à quocunq; calore eſſe neceſſe eſt. Quo nomine explodenda quoq; venit impoſtura quorundam,qui ſub prætextu cordialis prærogatiuæ auri,ipſum in deſtillationibus berbarum,carniumq; gallinarum commiſcent;quę leuis ſuperſtitio eſt,ac fuci ſanè plena. Tâm ex parte auri,quàm plantarum ipſarum. Quippe in tanta ſynceritate mixturæ, quidnam auri tàm facilè exoleſcete poſſe in aquas putandum eſt? Aut eſto quiddam vi ignis fatiſcere; ſtillatitiorum imbecillitas qui poterit vllas illius fomitis partes adeò tenues, & cœleſtis naturæ retinere, quin euaneſcant? Nullas verò materiales, neq; ſubſtantiales exhalare. experimento compertum eſt:nam peracta deſtillatione, remanet eadem por-

Auri perfectio.

Argenti.

Lib. 33. cap. 4.

Lib. 29. cap. 4.

Diſtillatæ aquæ ex auro.

portione aurum,eademq. meriti penſione. Minimè igitur in vapores herbaceos tranſire ex eo quicquam fatendum eſt, ob difformitatem ſubiecti, quantum cœlum à terra. In hac opinione cum dictis ſupra allegatis ſummi philoſophi, inuenio Braſauolum, Scaligerum, Scaligerum, Fallopium, Thomam Eraſtum, & communem hodie conſenſum medicorum Vrbis, immutabile eſſe Aurum ab omni calore. Hoc verò obiter dixerim, aquam in qua aurum inflammatum extinguitur, veſtigium ſaltem de ignea virtute, dum exhalat, ſibi poſſe concipere, metallaris nimirùm impreſſionis, auri nihil. quod planè teſtatur etiam Dioſcorides lib.6.cap.7.ad Aconitum. Conferre inquit, vinum in quo aurum, ferrum, argentumuè candens fuerit reſtinctum. Vel (vt nonnullis morem geramus) auratas vtcunq; habueris aquas, ſi ſubtiliſſimas auri bracteas cum nitidiſſima fontis aqua concorpores, qua vinum in poculis temperes. Vel ſi eaſdem deſtillatis liquaminibus edendis commiſceas, ouorúq. vitellis præcipuè, quod in vitali robore conſeruando doctus quondam Marſilius conſuluit. Sic enim aurum potabile æmulari quis poſſet, quod tamen longè admodum aliud eſt, & quam Quintam vocant eſſentiam, magiſterij reconditi, quod iactant ſecretum ex Arabum traditionibus calluiſſe Raymundum, Arnaldum, atq; alios. Ex quibus non contemnendum hodie artificium de diſtillationibus profeſſus eſt Hieron. Rubeus. Vel quas non immerito laudare ſoleo precioſas diſtillationes, atq; antidota, quæ ex precioſiſſimis materialibus, atque Auro etiam variè præparato conficiunt. Quam curam hodie ſuſcipiunt Principes, & ex noſtris ſumma laude dignus COSMVS MEDICES Hetruriæ Dux MAGNVS, qui admirandos per id genus deſtillationes, atq; antidota præſtat effectus. Ex quibus intelligitur, (ſi quid ſuarum facultatum poſſit aurum in illas nobiles deſtillationes imprimere, forte admixtum, vel ſolutum) ex proprijs quidem mineris non poſſe aquas vllā auri qualitatem, admodum excipere; ratione contumaciſſimæ mineræ ſuæ. Eſt enim minera auri varia, ac lapis ex quoddam marmoris genere glarea candida adglutinata, vix cuneis ferreis, eiſdemq. malleis expugnabilis, nihilq. durius putant, Plinio. Neceſſe eſt ergo aquas naturaliter, aut purum aurum aſſumere, aut præiacentem materiam. Purum aurum intelligo, perinde in quibuſdam fluminibus viſitur, quæ aſſiduo curſu, atq; attritu, exiguas auri micas conducunt. Vt Doria fluuius in Baltheis, in cuius aquis ſolarium atomorum inſtar, micæ auri emicant. Et in multis alijs fluminibus, quæ dicemus: de quorum aquis idcirco haud alia æſtimatio eſſe debet, quàm quæ fit de arenoſis reliquis. Porrò tandem ſi præiacentem auri reſpiciamus materiam; communem, ac eandem ferè habent aurum, ſimulatq. metalla cætera materiam, quatuor elementa, aquam & terram, ſulphur forſan, & argentum viuum. Ac æquè igitur omnium impreſſiones, terreæ, ſiccæ, calidæ. vt de cæteris metallis iam diximus. Haud tamen omnia metalla eiuſdem ſpeciei facimus, & quæ differant tantùm accidentibus. Communicant enim genere; differunt ſpeciali virtute mineræ, & ſicut generaliſſima à ſuis ſubalternis, & ſpecialiſſimis. Concludamus ergo mineram auri in fundamento commixtarum eſſe admodum partium, cùm elementarium, tùm cœleſtium. Inter elementares ſunt terreæ partes præcipuè, deinde igneæ, ac diſſimilarium ſubinde partium ſulphuris, argentiq. viui. Cum cœleſti eo calore virtutis mineralis, qui ipſas fouet, & cum diuerſis lapidum, liquabilium, atramentorumq. generibus commiſcet: quæ facilè omnia in aquas tranſeunt. Ex quibus vis aquis ipſis acquiritur exſiccandi in primis, quæ ſymbola eſt igni, & terræ proprietas, eademq. communis vniuerſæ metallicæ naturæ. Deinde calfaciendi, ac moderate digerendi, atq; confortandi. Poſteà effectuum cum de tertia, tùm de quarta claſſe operationum, numeroſa ſequela eſt, eædemq. cæteris aliarum minerarum operationibus non diſſimiles. Nec alias ferè inuenias ab aurarijs aquis operationes, quàm à cæteris metallis.

Aquæ inauratæ.

Aurum à quocunq; calore immutabile.

Aurariæ aquæ duplices.

Impreſſiones aurearum.

Qualitates.

De aureis aquis, & locis. *Cap.* IX.

IAM ex tot prænarratis hiſtorijs de metallis, palam eſt ſeptentrionalem plagam abundantiſſimam eſſe omni genere metallorum, & etiam auro. Nihilominus fama eſt circa meridiem vſq; ad Indias copiam auri multam, atq; argenti eſſe. Verum tamen cum raró fiat in his partibus aliqua mentio minerarum, ſed eam copiam è fluminum harenis colligi, quemadmodum dicemus; veriſimile mihi ſit paucas in eis reperiri mineras; & præſertim quia pauca ab æquinoctiali infrà dimenſio eſt terræ, quæ non magno Oceano ſit occupata. Sed veriſimile inquam eſt ea ingentia flumina, quæ vſq; à montanis ſeptentrionalibus deſcendunt, deſertaq. pertranſeunt maxima, ac inacceſſa; id genus harenam ab illis montibus, ac deſertis longiſſimè conducere, quorum permultos poſteà ſuo loco narrabimus. India inferior in qua flumina produntur aurifera, gemmis, ac margaritis abundare traditur; quæ verò altiùs temperato magis cœlo ſubijcitur, copioſior auro; vbi glebas in-

ter dum

terdum magnitudine glandium puriſſimi auri reperiri conſtat quoq; fama veterum, qui vix Indum amnem tranſiere. Poſt noſtrorum autem temporum nauigationem ex occidente in Indias quæ via veteribus fuit intentata; ſpecialẽ magis horum locorum notitiam habemus, ſub portu Motonchel littora margaritis, atq; aureis harenis conſperſa eſſe. Regnum quoq; Nauigui altiùs opulentiſſimum ſub Magno Cham. Et propiùs occidentali ſitu ad arctos; quæ terra Florida, & maior Hiſpania dicta eſt, ingenti auri copia diues, ne hic auriferos campos, amnesq. ſigillatim percurramus. Cana quoq; prouincia, vbi æſtus maior, tota aureæ mineræ. Infrà tropicum verò, ex nouiter repertis inſulis Cuba, & Quiqueia (vt fœliciſſimus Columbus retulit) præter alias gratias, ditiſſimæ auro ſunt, quod partim foſſile, è cauernis eſt, partim è tophis, ſaxisq. excutitur, innumeris verò glebis ex agreſti terra, vel ex fluminibus, atq; harenis ſecernitur. Propius verò ſub æquatore circulo prouincia maxima Perù, quæ & Paria, & nouæ Caſtellæ ab inuentoribus Caſtellanis nomen accepit, omnium,

Platta fluuius.

quas orbis terrarum habet, auro, atq; argento ditiſſima. Vbi fluuius ab argento Platta hiſpanico idiomate fertur, immenſæ magnitudinis. Traiectu autem ſiniſtro extrà Gades per mare Atlanticum, terra aridior ſydere, nec adeò abundare auro legitur. Scribit Franciſcus Aluareſius, qui totam ferè Aphricam peragrauit, ad Nili dexteram, apud gentes Agaos Argenti metalla eſſe, quod lignis in ſpecu accenſis eliquatur; qui primus inueniendi metalla modus fuit. Ad conſpectum autem Aphricæ, orientali parte, Zaphala in Troglodytis eſt inſula, ex qua aurum meridionales copioſiſſimè fundunt. Nec procul, contra ſinum Arabicum Achiloam, alia inſula huius metalli diues. Et Ormus aduerſum ſinum Perſicum inſula, feraciſſima item auri, vbi celebre hodie Indiarum, ac Luſitanorum emporium: & poſt hãc Angradiba orientalior. Taprobana autem maxima orientis inſula, nec non plura hinc loca maritima, antiquiſſimæ fertilitatis traduntur metalli huius. In continenti autem ab inſula Ormus c c c. mill. paſſ. Cambaia. Et hinc centies decies milliariorum itinere Calechut, item emporium orientis gemmarum maximè, ac aromatum famoſiſſimum. Quas tamen terras non adeò, vt fama ſonat, abundare auro nec metallis, quæ ibi naſcantur, ſcribit Ioſephus Indus, in noſtras hoc tempore regiones aduena; & ſcriptor rerum orientalium optimæ fidei. Sed, vt ipſe inquit, nationes ſuperiores vſque à Cathay, æra quoque, & ſtanna, ac plumbum pro mercimonijs in infimã Indiam afferre, quę cum gemmis, ac aromatibus ſuis vſq; ad hanc diem commutant. Cui rei conſonat veterum teſtimonium, dicente Plinio, quòd quæ inſulæ extra oſtium Indi Chryſe, & Argyre vocitantur, quia iis aureum, argenteumq. ſit ſolum, haud facilè credendum. Noſtri etiam iuniores aſſerunt Canagoritanos, qui abſunt milliaria circiter nonaginta à Calechut; è montanis ſuperioribus ferè tricenis milliaribus aurum aductum cudere. A terris nimirum prædictis magni Cham, cuius regnum ampliſſimum, è tropico vſq; Cancri, Booq. tenus, vbi à nouis geographis Sinarum mare fertur, in aquilonem protenſum, auri paſſim, nec minus aliorum metallorum fe-

Sinarum mare.

rax. Quam monſtrauimus iam terram, maximè metalli naturam diligere: itaque nec duri Scythæ cis carent, apud quos mons Cophantus ardens; ex minera ibi natiui ſulphuris conſtat. Quare eodem terrarum tractu in occiduas magis partes, ſubarctico tellus, quæ citrà Sarmatas Moſchoniam continet, Ruſſiam, & Daciam, & vltra Mare Germanicum Liuoniã, Suetiam, Noruegiam, Gothiam, quarum terrarum iam exploratam magis habemus notitiam, glebis auri per omnia pinguiſſima eſt; quas (vt teſtatur Olaus, & Ioannes Gothi authores) agricolæ ad tædium vſq; ſæpè excinduut, opprimuntque, nam crebris metallorum lapidibus minus diuites reddit agros annona. Habent tamen certas in montanis mineras, quas reges in theſauris ſuis reſeruant; quales auro fœcundiſſimas habet Gothia ad lacum Meler, hincq. Suetiæ, & Gothiæ regem eſſe inter cæteros Europæ dominos opulentiſſimũ. Subinde in vltimis terris per hunc tractum Aquilonis, Hiſpania hac quoq; auri, ac argenti fertilitate nobiliſſima eſt; Hiſpaniæ metalla Carthaginenſes primum occupaſſe teſtatur Diodorus: quibus poſteà ad Romanos deuolutis, proditum monimentis habetur, Plinio teſte, Aſturiam prouinciam, Galleciam, atq; infrà Luſitaniam, Vicena millia pondo auri ſingulis annis præſtare ſolitam. Nec minus hodie reperta eſt diues argento, apud Sibiliam, quæ antiquis Hiſpalis, PHILIPPO Auſtria Hiſpaniarum, atq; Indiarum Max. Rege in montanis, quæ vulgò Serra morena, ac fodinis inter alias ditiſſimis Guadalcanal nuncupatis, ex quibus argentum eliciunt puriſſimum, ex maxima copia. Ab Hiſpania citrà Pyreneos Aquitania pariter auriferax: & altius Normandia, & (vt aiunt) Britannia. Porrò in Germania multis in locis habetur natiuum aurum, argentumque, in Veſtphalia, In Cattis, in Franconia, in Saxonia, in Voitlandis, in Bohemia, in Lygijs, quas omnes noſtris temporibus inuentas narrant, cæterasq. argenti mineras ſuperare toto orbe, quæ in Miſenis multiiugæ fodiuntur. In comitatu Tiroli, ad oppidum Schetuazium fodinæ ſunt argenti, atq; æris fœcundiſſimæ, in quibus aſſiduè hominum millia fodiunt, cauernis in Plutonis ferè viſcera pe-

nitiſſimis. In Noricis verò, Carpatho monte ampliſſimo, Dacia item & Moldauia venę auri ditiſſimæ. Auriferæ ad Albã Iuliam in Tranſyluania, quæ & Dacia:& ad Zarmin Coloniam Rom.& infrà paulò Abrugbauca oppidũ, diues gemmis,& auro, quod iſtic eruitur obrizum dictum, & ibi certis locis auri lauacra ſunt, & Chryſolapidis fodinæ, Georgio Reychers Dorfferi Trãſyluano auctore. Item Mariſius flu. aurifer. In Thracia Pangæo monte auri minera habetur, necnon Rhodope argenti, qui hodie Argenteus idcirco mons eo idiomate appellatur. In Lidia, in Troade, quæ Helleſponto adiacet, in Carmania Aſiæ, in Perſia, in Armenia, in Arabia Sabeorũ montibus, Plinio. In Creta inſula Ionij, in Cycladum inſulis Aegei, & propè nos in Dalmatia, & in Carnis. Fœcunda quoq; auri metallis Italia, in Vicentino agro, & in Tranſpadanis ad radices Alpium, & in agro Vercellenſi, Strabone teſte in 5. quæ tamen hodie non fodiuntur. Fodiebantur olim etiam in Sencuſi agro, in monte Argentario, in monte Tiniata, apud Maſſam, & ſub oppido, cui exinde nomen Mons æris. Fœcundus quoq; argenti mons lapideus in Calabria, ad oppidum Lungobucco in agro Coſentino, qui nunc Philippi Regis iuſſu foditur, ac duplum reddit impenſæ. In Piceno item ad radices Apennini, vbi iugum Manardum inter Amandulam, & montem Fortinum oppida, quod mineræ aureæ totum eſt, canalitij generis duriſſimi. Ac iuxtà Fluentum Ambrum, quod piſcinm delicati generis ex ea materia alumnum putant; ac micas ducere aureas.

Ambrum flu.

Flumina aurifera.

Complvra autem memorantur flumina, quæ fœcundas auri glebas ducunt. Vt Pactolus Lydiæ in Aſia fluuius, qui & Chryſorrhoas idcirco dicitur, ex Tmolo aurifero monte excurrens. Vbi & Meander alius fluuius, à flexuoſis admodum recurſibus ſic dictus, & aurifèrax. Quæ laus de Tago quoq; in Hiſpania proditur, de Hebro in Thracia, & de Oxo in Bactris, necnon de riuis atq; harenis quibuſdam apud Syphnum inſulam Cicladum vnam, & apud Thaſum ex his aliam, quę aurea idcirco vocitata legitur, Thaſio quoq; eius ſobolis lapide clara. Tales item conſtat habere glebas. Eridanum ab Alpibus, quà primò Doriam capit fluuium, ex cuius harenis hodie etiam legunt aurum: Et alios hinc atq; hinc amnes auriferos, Tarum, Tanarum, atq; Teſinum. Celeberrima verò fama Aurei Velleris in Colchide, ex harenis, aquisq. eiuſmodi auriferis orta eſt. nam vt Strabo auctor eſt, ex Caucaſo monte in Soanis flumina excurrunt, aureas harenas voluentia, quas lanatis pellibus curſui oppoſitis eliciunt, in magna copia. Sicuti etiam celebre nomen extitit ab omni ætate de Gangæ Indiæ maximo fluuio, qui è montanis auriferis ſub Tartaris aquilonaribus, diuiti iugiter auro, ac gemmis harena, in Indicum pelagus influit. Mexico in India occidentali fontes ac riui permulti aquæ puriſſimæ, quæ puriſſimum deuehunt aurum, montibus abruptis, ac in totum ſterilibus. Plura alia apud externas, ac noniter inuentas terras flumina ſunt aurifera, quorum nomen non conſtat.

Pactolus flu. Meander flu. Tagus. Hebrus. Oxus. Tarus flu. Tanarus. Teſinus. Aurei velleris ratio.

Aurearum aquarum ſpeciales virtutes.

Caetervm quòd ſpeciales aliquæ ſint aquarum virtutes, ac nobilitati auri conformes, non tàm deerunt nobis rationes, quàm exempla. Rationes ſunt. nam, cùm in omnibus rerum ſpeciebus vltimarum differentiarum analogia quædam ſit, ac dignitas; veriſimile videri poterit, mineralem virtutem auri, cæteras aliorum mineralium dignitates ſuperare, ac ſpecie cœleſti eſſe, vt reliquarum gemmarum. Ergo ſi aliquæ ex eius virtutis fomite proficiſcantur virtutes, maiores ſanè eas, & quandoq; mirificas ab aurarijs proficiſci poſſe fatendum erit. Duplici ratione; tum quia aureæ naturæ materialia ad exactiſſimam elaborationem perueniunt. Tum quia caloris in ſe temperamentum obtinent ferè cœleſte. Immo non dubitant Aſtronomi in omni Metallo, vim cœleſtẽ, ac certi etiam ſyderis præualere, & in auro præcæteris, atq; argento. Sicque Metalla operari aſſeuerant, non à propria temperie ſolum, ac à qualitate elementari, ſed etiam à tota forma, quæ præter omnem materiæ diſpoſitionem (vt Peripathetici quoq; fatentur) connexu quodam à ſupercœleſtium illorum formis pendent, quarum haud dubiè virtute inſita multa operantur. Quare Aurum præter operationes prædictas, à mixtione, ac qualitatibus materiæ propriæ; vt forma eius formæ cuidã cœleſtis eſt ſoboles, nempè Solis, atq; Iouis; à Sole quidem habet (vt diximus) fulgorem, & ſpeciem, à Ioue autem exactam temperiem, ac eorundem inſuper Planetarum aliqua pollet facultate quorum eſt illuſtrare, viuificareq. ſpiritus, & fouere humanam vitam. Sic Auratæ aquæ occulta (vt aiunt) virtute operari dicentur. Sic tum animales, tum naturales potentias, tum vitales tueri: ac animam ipſam coniunctam conſequenter reſpicere, quæ vna in toto concatenat omnes illas potentias in vniformem vitã. Ac pariter inſtrumenta ipſa, vnde ſibi inuicem mutua ſuffragia in vnionem vitæ ſuppeditant tueri poterunt. Cor ipſum in primis, præcordia, pulmones, thoracẽ, & reliqua viſcera confortare; cerebrum

Operationes nobiliſſimæ.

ſubin-

ſubinde, neruos, ac cætera ſenſoria reficere, animum exhilarare, ſpontaneam mœſtitiam tollere, hebetes ſpiritus vegetare, viſiles præſertim: & omnia deniq; cœleſti naturæ auri attributa efficere.

Aurea aqua Regum Perſarum, ex Athenæo.

Agathocles Aquam auream vocatam eſſe ſcribit in Perſis, atque fontes eſſe ſeptuaginta, ex qua nulli bibere licet, præterquàm ſoli Regi, atq; ſeniori illius ex filijs. Ex alijs verò ſi quis hanc aquam biberit, capitis mulctatur. Hæc Athenæus Dipnoſophiſtarum libro 12. quam aquam naturalem intelligi debere non eſt dubium: nam ſeptuaginta dicit eſſe fontes. Auream verò vocitatam, an ad reuerentiam regiæ maieſtatis, an pro bonitatis encomio, an quia auri præteriret metallum; id ex recentioribus hiſtorijs determinandum relinquo.

Natura.

Balnea aurea in Italia.

Est autem hæc in quibuſdam balneis vulgaris opinio, quam in communem gratiam non deerimus adſcribere, vt eum aliquæ inueniantur aquæ inſigni aliqua virtute præditæ, eas aureas nuncupent. Tales aliqui (vti dixi) prædicant Viterbienſes illas de Grotta aquas, quæ & aureum ab imo aluei referunt colorem, & tenuiſſimæ ſubſtātiæ ſunt: & ſuper omnia, quoniam ad omnes morbos iactantur vtiles, quas inter æneas retulimus, verè nobiles. Auream porrò mixturam quandam conducere diximus S. Caſſiani aquas, tùm Ficuncellæ, tùm de Buxo præcipuè, iam exaratas in Ferreis. Nam Pyritidis lapidis ex earum cuniculis eruimus copiam, quem fuſione, malleo, ac vario ignis experimento, aliquam argenti atq; auri portionem continere comperimus. Ita in Carnis inuenta nouiter quædam aqua, Aurea quibuſdam dicta eſt: tum ob titulum repertum in eis balneis, Aqua Dei, & vitæ; tum Strabonis teſtimonio, qui ad Timauum portum, vbi hæ aquæ ſunt, locum ad purgandum aurum idoneum commemorat.

Viterbiéſesaureę.

S. Caſſiani aureæ.

Aquæ ſub Meuania in Vmbria.

Inter eas, quæ pro communi fama, aut ſacræ appellantur, aut aureæ, aut ſeruili, quapiam nominis prærogatiua, recenſebimus hic quaſdā ſub Meuania aquas in Vmbria. Quas ab Alfonſo Ciuarello ex ea oriundo accepimus, ac ex eius cenſu breuiter deſcribemus. Vbi locus (inquit) cum antiqui balnei veſtigiis, nunc inuerſato vulgò nuncupatur, deducta (vt videtur) voce, quòd imber facer olim dictus fuerit, ac de ea Propertium poetam Meuanietem intellexiſſe illis verſibus lib. 4.

Quà nebuloſa cauo rorat Meuania campo
Et lacus æſtiuis intepet Imber aquis.

Propertij locus.

Quanquam lego equidem in bonis codicibus, lacus Vmber, qui melior eſt ſenſus, ac vicinum facile vocat lacum vadimonis, qui inſtantibus æſtiuis pluuijs (vt in ſua hiſtoria dictum eſt) mirificè mutatur, ſalitq; & ceu æſtuans ſuis aquis. Aſſerit tamen harum antiquam fuiſſe traditionem, & vſurpari etiamnum ſolitas & in potibus, & in balneis. Nam agrum, vbi naſcitur, immo totam illam planiciem, aureis micis ſcatētem videri, & terræ glebis alibi croceis, alibi diuerſi coloribus, qua vbicunq; foditur, aqua ſcaturit limpidiſſima, Calculoſis vtilis, ſcabioſis, & ſurdis, & alijs morbis ſanandis.

Vſus.

Argenteæ aquæ ſub Parrano Caſtro in Clanibus Tuſciæ.

Argenti porrò manifeſtam naturam referunt quædam paruæ aquarum ſcatebræ in finibus agri Vrbeuetani, qua Clanes flu. pertingit, ſub Parrano oppido. Vbi è ſcopuloſis, aſperiſq. iugis, ſaxis olim erutis marcheſitæ ſpecie, gleboſis, ac grauibus, hiſq. ignium experimento ſubactis purum argentum defluxit, quāquam tamen ſuperaſſe impenſam lucrum teſtis eſt Paris Philippeſeus Vrbeuetanus ibi Carniolæ dominus, ex cuius relatis hanc hiſtoriam conſcimus. Vnde & hæ aquæ è confluentibus in eos riguis collectæ, in conualletandem ex varijs erumpunt venis, actu quidem frigidæ, claræ ſubſtantiæ, ſapore exſiccante, ac metallico, guſtui tamen non iniucundæ, ac in potibus medicatis de more ebibitę, purgantes largè ventrē, ac vrinarios meatus exactè abſtergentes. Quo fit, vt ex indigenis, qui morbos patiuntur renales, harenas, calculum, mingendi difficultatem, conſueti ſint multi, & ex Peruſia hinc 20. mill. paſſ. probati viri, ad earum potus æſtate accedere, ac vtiliſſimas experiri purgationes. Nec ſane vſu indecores, niſi poſt Clanes vicinæ ad quinq; mill. paſſ. S. Caſſiani aquæ ipſarum obſcurarent laudem, & quia auctis per hiemem Clanibus occupantur ipſarum coluuiæ; donec verè nouo redeunte, ac refectis iuxtà fontibus excipiuntur ad vſum tota æſtate vtiliter.

Mineraær.

Qualitates, & vſus.

Electio.

Vicinis.

Aquæ

Aquæ ad Viuares in Delfinatu.

Operationes.

In Delfinatu Galliæ,ſic nominata poſteris regione, qua parte ponuntur à Latinis Allobroges,non pauca ſunt calidarum aquarum exempla,& quædam iuxtà Granopolim ſeruentes. Tractu verò Lugdunenſi qua excurrit Rhodanus, nec longè à Vienna, ac Valentia plus tribus leucis, vbi vicus Gallicè Charmes, & voulte dicitur nouiter ſcatebra quædam venit in vſum admirandarum proprietatum, quando ceù diuino quodam inſtinctu cæcum alioqui incurabilem,tàm illitu oculorum,& balneo,quàm earundem aquarū potu perſanarunt. Adhibitę autem multis alijs experimentis,cùm & arthriticis,quoque,& Iſchiadicis,& eiuſmodi ex defluxione morbis mirificè auxiliares inuentæ ſint; aucta in dies earum fama in vniuerſam regionem,ac à medicis Lugdunenſibus,è quorum chyrographis hæc accepimus, examinatæ hanc meruerunt cenſuram. Fuiſſe quidem has aquas iam olim in balneis celebres,tùm ex archiuij eius dominij cōſtat,tùm ex ipſius fontibus, ac loci antiquis veſtigijs,

Natura.

Nam cum ſubalta quadam rupe,hæ aſperis vndique ac ſyluoſis iugis ſcaturiant, præter aluei, ac fontis ſtructuram, ſacellum iuxtà habebant,quod quanquam neglectu dirutum, etiamnum S.Marcelli nomine vocatur,vbi peractis ſacris,teſtantur conſueuiſſe incolas, ac infirmos ad has aquas ſalutares deſcendere.

Minera.

Minera adhuc non ſatis definita eſt,niſi quia, cum ſint aliquali tepore præditæ, cæterùm ſubſtantia non admodum graui, & quæ vix vllam ſapiat mixturam;pleriq; in eam conſenſerunt prærogatiuam admirandarum operationum,& quia oculos pręcipuè iuuarent,æris purgatiſſimam partem continere,alij aurum, alij forte Cadmiam. Quare & nos donec certa magis de earum naturalibus qualitatibus facta ſint iudicia,confirmamus ſtandum eſſe experimentis,& quæ vt Viterbienſes aliquæ,& vt ex Cadmia aquæ,& de buxo apud S.Caſſianum habendæ ſint.

Electio.

Et tàm potu,quàm balneo vtiles,tota æſtate.

Aqua Tungri,nunc ad Leodium.

Rervm maximè vtilium ſemper apud ſapientes,& ipſum eminentiſſimę doctrinæ Ariſtotelem,grata eſſe conſueuit repetitio. Immo ſi harum aquarum quas ſub Tungri deſcripſimus inter ferratas,repetamus nobilitatem;alteram earum concludemus prærogatiuam, aut has natura, & opere verè aureas, ac mirabiles habendas, aut certè harum exemplo arguendum erit, non dubiè in ſingulis aquarum fontibus, præſertim medicatis, quiddam ineſſe diuini,& has eſſe diuiniſſimas. Adrogant ad illam hiſtoriam maiorem fidem rationes ab ipſarum aquarū natura, ac ſingularia ſimul experimenta peritiſſimi viri Iacobi Laurentij Cæſarei Auguſt.Philoſophi,ac artium doctoris,qui diu apud has aquas commemoratas, nunc Romæ, in admirationem vſq; ipſarum virtutes obſeruauit, ac eas his noſtris monumentis referandas curauit.

Loci atq; agri natura.

Cœli in primis, ac aëris eius miram arguit temperiem, quòd homines gignat proceros,fuſco colore,ac adeò longæuos,vt in Spa,breui oppidulo, vbi hæ aquæ ſcatent à Leodio duobus mill.paſſ.complùres haberentur,qui centeſimum attingerent annum,aliquos ſe vidiſſe qui centum,& decem,& vnum centum viginti annos habentem. Agri verò cum montuoſa regio ſit,cæterum conſita paſſim arboribus,ac frugifera, mineras non paucas habet ferri,& item ferri fornaces.

Minera ferri.

Duo fontes.

Aquarum verò fontes variæ naturæ,ac duos inter alios eſſe præcipuos: quorum vnus extra oppidum, vbi peramœna patet planicies,alter,huic tamen ſecundus virtute,in ipſo medio oppidi ſcatet. Amborum aqua (vt per breui typo à Plinio deſcribitur) clara eſt,ac frigida,cæterum ferruginei,ac fortiſſimi ſaporis, caput ebibita adeò tentans, vt poſteà qui biberint, quaſi ſtolidi,ac ebrij concidant, vnde conſueti ſunt,qui eas primum curationis gratia aſſumunt, non ſtantes,aut ambulantes, ſed ſedentes bibere,quãquam quæ in oppido habetur mitior,minus hoc faceſſit negotiū.

Qualitates.

Pluribus bullis extillantem,vt item Plinius;nã vaſe excepta poſt octauam horæ partem exhalãs, tota abit,ſeu ebullit circa vas in ampullas,ſuſtãtia ipſa aquæ ceù auro conſpicuo remanente,donec remiſſis bullis exoleta omni vi ac virtute,nec adeò vt prius,caput tentans.

Mureæ ſpecies.

Quare & hoc inſuper in ea notatu dignum eſt, quòd vbi in vaſe per quatuor, aut amplius dies ſubſederit,pulcherrimè ceù tela aranea ad ſuperficiem obducitur, quæ tactu digitorum, vel in papyro conſperſa,ex fonte quidem externo ſplendidiſſimi auri refert ſplendorem: ex eo verò,qui in oppido eſt,variegatum,ac Iaſpidis inſtar lapidis,partim viridem,partim ſubrubrū refert colorem,quę ſi non auri (me iudice) ferrugineam certè indicare ſubſtantiam non eſt dubitandum. Nam & ex ſcoria ferri minutã ſcobem cum aceti phiala confuſam,talem auri videmus repræſentare ſpeciem.

Virtutes, & operationes.

Porrò admirãdæ magis hæ aquæ ſunt ob ſuas virtutes,purgando corpora, vt Plinius, & calculorum vitia per vrinas. De more,qui poſt primos dies aſſueti ad externi fontis accedunt potiones,bibentes ſemel,euntes,ac redeuntes, à decem libris,ac duodecim,ad quindecim,ac viginti vſq; libras facilè ingurgitant (nam aqua aquā

Digitized by Google

expelit) ac tam largas ſubeunt purgationes, per aluum primum, mox per vrinas largiſſimè, vt in ipſo ſpatio duorum milliariorum remeantes in oppidum, vigecies quidam viſi ſint emingere, ac exinaniri omnibus ſuperfluis.

Hydropicis mira operatio.

Miricæ verò operationis in Hydropicis, etiam confirmatis, ac deſperatis, vt cum ſiticuloſis alioqui noxiæ eſſe ſoleant aquarum potiones; ex his non ſolum turgido exinanito in totum ventre extenuati ſunt; ſed omnino etiam ſedata ſiti, ingentes matulas tum aquarum, tum ichoris ac virulentorum id genus humorum copiam, & per vomitum, & per vrinas, & omniquaq; emiſiſſe. Quòd lienis non minus, & cæterorum viſcerũ tumores extenuent, arcquatum, & exinde natas obſtructiones ventris, atq; vteri inflationes, & renum ex calculo dolores leniant, trita perhibentur experimenta. Fractis præſertim longo vſu ad menſem, vel eiectis calculis.

Electio, atq; vſus.

Bibitur autem æſtate mane diluculo, & ventre vacuo, ad quindecim, ac viginti, vel amplius dies conmmacibus morbis. Vſu tamen domeſtico inutiles, vel quæ ex oppidi fonte bibitur, excitans plerunq; vomitũ, quòd conſulto quidam, & à cibo admittunt. Habentur, & pro Amuleto in venenis; nam ſerpentes, ac rubetas in fontem coniectas enecant, nec tamen canibus, ſi ſubinde eas ebiberint, noxiæ. Ita vt in toto orbe terrarum non ſint aliæ ſimiles; vel certè fatebimur cæterorum ſimiliter fontium virtutes nunquam ſatis eſſe veſtigabiles.

Baln. de Fabaris in Rhetijs.

IN Thermis autem vnicum ex auro habemus exemplum de Fabarienſibus aquis calidis, quas Germani quidam authores apud Rhetios ita deſcribunt. Sunt iuxtà auriferum Rhenum inter præruptos montes, ſalutares quædam aquæ calidæ, quæ duobus milliaribus germanicis à Curia ciuitate, loci, ac monaſterij Sancti Benedicti de Fabaris cæperunt nomen. A conuallibus enim primo alta occurrit planicies, circumſita vndiq; collibus, vbi in ſeceſſu via caua, & anguſta, qua vix radij ſolares pertingunt, deſcenditur, & ad quandam primò aquæ ſcaturiginem venitur, Glacialem nomine, & exinde ad calidas iſtas, quæ ſub cauitate montis balnea faciunt, iam trecentis annis à venatoribus caſu quodam repertas.

Glacialis aqua.

Quare cum eſſent olim hæc loca horrida, ac deſerta, nec ſine periculo ex aſperis, ac diruptis ſaxis deſcendentibus peruia; nunc diuerſoria habent aliqua non incommoda, ac ponte fulcris inter præcipitia collocato, tutò euntibus, etiam equis præbetur acceſſus.

Minera.

Cubant hic homines in abditis ſub aatro alueis, aquis temperatè calidis purisue, quæ (vt Germani quidam atteſtantur) auri, & cupri cum ſulphure naturam continent.

Operationes.

Nec limus ex his ſubſidet, ſed in propinquis Rheni fluuij ripis, vnde exiliunt, rutilas auri ſcobes relinquunt. Aſſerunt fide digni harum ſcriptores, vix quenquam hinc abſq; ſperato ſucceſſu diſceſſiſſe. Calfaciunt in balneis, nec minus vſu ducciæ, egregiè diſcutiunt, ac ex alto trahunt, pro inſigni ſui tenuitate. Obſtructiones omnes, inflationem, etiam hydropicis extenuant: neruis, iuncturis, & capiti præcipuè medentur. Oculis ſunt admodum vtiles, itemq. cæteris ſenſorijs, quæ corrobant: auditum reuocant, memoriam firmant, animalium functionum torporem remouent. Vulneribus medentur, & auriquis vlceribus. Subter cutim omnia vitia ſanant, etiam gallicas puſtulas. Fracturas oſſium inſtaurant, neruorum contractiones reducunt, callos exterunt. Venerem inhibent turgentem, impotentemq. reuocant ſua temperie. Vtiles tota æſtate.

Aureæ, & argenteæ aquæ in Ænaria.

ÆNARIAE nobilis inſulæ terram, præter communem, quam planè continet naturam ſulphuris, ac ferri, participare quoq; & auri, & argenti ſubſtantiam, vt multis iam demonſtratum eſt exemplis; duo nunc confirmant argumenta præcipua, quæ ex multis Iulij Iaſolini obſeruationibus hoc loco ſubijciam.

Tres fontes ſplendentes.

Mirum in primis ſpectaculum trium fontium inter alios, quos ſe hoc anno in illa inſula comperiſſe aſſeuerat: uam factis ad quaſdam aquarum ſcatebras proximè ſcrobibus, ex vna ſcaturiſſe calentem aquã, quæ exemplo iam prædicto de recognitis ſub Tungri aquis, obducta paulo poſt ad ſuperficiem aurea tela, tùm ad tactũ palmæ manus adhærens purum aurum, vel purpuriſſum, tùm repercuſſu ſolis in ipſum fontem, radios blandidiſſimè retuliſſet aureos.

Aurea.

Argẽteæ, Ferreæ.

Ex altero identidem argenti velum, & argẽteis emicans radijs: ex tertio autẽ fonte ferri ſpeciem. Cæterùm ęquè omnes tepentibus aquis, ac ſapore ſubdulci, nec ingrato odore, ſedimentum ex deſtillatione deponentes varium, ac tenue. Quæ iuxtà dictum philoſophi, vt verum verò conſonat omniquaque: certã ſibi viciſſim adrogant fidem vt Tungri aquas iamnum recenſeas inter aureas, ita & has Aenariæ aureas eſſe, & planè admirandas. Alterum, nec vulgare argumentum, eſſe inter Aenariæ balneas, Vlmitellæ nuncupatum ad Doianum vicum.

Vlmitellæ bal. Caſus mirabilis.

Cuius aquã ſuppoſito (vt Ioannes Elyſius ſcribit) calidam emanare, dulcem, & perſpicuam, educere in potu pituitam, rugitus ventris excutere, teneſmum ſedare, necnon pulmonibus, & ſpiranti difficultati, & quod maius eſt,

cor-

cordis palpitationi opitulari, addit Iaſolinus ſanatam & his aquis, tàm potu quàm balneo Illuſtrem Dominam, carcinoma ad opinionem medicorum incurabile, vel ſchiromati quid ſimile in veteri ceruice patientem. quos contumaces affectus vix vllis alijs cedere Præſidijs compertum eſt, niſi naturalibus hiſce, & admirandæ naturæ balneis; atq; hic de aurearum hiſtorijs finem faciam.

De aquis naturalibus ex mineralibus excrementis. Cap. X.

METTALICA ergo omnia, ac reliqua ſimplicium mineralium genera, ſic planè in aquarum naturam propagantur. Reliquum eſt, vt vniuerſæ ipſorum impreſſiones pertractatæ ſint, de excrementis quoq; metallicis aliqua dicere. Qua in parte, ſi quis rectè computet, omnium fermè prędictorum materia comprehenditur: non enim aurum (vt toties diximus) vt aurum tranſit in aquas, neque ferrum, neque alumen, neque ſulphur, neque ſimiliter aliorum vnumquodque; ſed ſoluta (vt diximus) eorum principia, quæ nihil aliud ſunt quàm terræ, ſucci, & vapores. Quam ob rem excrementum nunc latiori quadam appellatione vſurpamus, ſecuti Ariſtotelem, qui id penes vtile diſtinxit, ac inutile. Vtile inquam, ceu genitura ipſa hominis, quæ vt ex humano redundat corpore, excremẽtum eſt; vtile tamen, vt quod futura eſt corporis potiſſima pars: ac eundem in modum eſſentialia omnia, quæ diximus mineralium principia, & Argentum viuum ipſum, excrementum quodammodo ſunt. Inutile autem (quod propriè intelligitur excrementum) dicitur quod redundat, & tanquàm fæx, aut purgamentum quoddam obijcitur, ceu ſudor, & vrina. Excrementorum ergo (quorum cenſus communiter in aquis habendus eſt,) in metallis quatuor ferè inueniuntur genera: nam aut ſunt vapores, aut ſucci, aut fæces, aut ſpumæ. De vaporibus, quid valeant in aquas imprimere, iam nihil amplius attinet dicere; tum quia fusè iam de eis dictum eſt inter ſolidorum metallorum impreſſiones, quorum ſunt vapores. Tùm quia vaporum ipſorum non eſt certum genus; niſi hoc, quòd eiuſmodi ferè naturę ſunt omnes, qualis ea materia eſt, vnde eleuantur, quod aliquando atteſtatur Philoſophus. Porrò tria reliqua excremẽtorũ genera, ſucci, fæces, ſpumæ, proprias habent differentias, ac ſpecies ſuas, ac ſingulares pariter faciunt in aquis impreſſiones. Maximè verò ſucci ipſi terreſtres, qui tota ſubſtantia ſe ſe cum aquis concorporant, ſuaſque illis communicant qualitates. Et tamen neq; ſuccos ipſos definire poſſumus, quot, & qualis naturæ, & qualis impreſſionis ſint in aquis, ob eorum inæqualitatem, ſed ad certas ſpecies oportet recurrere, in quas vltimò degenerant. Vt ſunt Chryſocolla, lapis Armenus dictus, Cœruleus, qui lapis lazuleus dicitur. Ochra, & aliæ ſimiles mixtorum terreſtrium ſpecies: quæ omnes in origine ſua nihil aliud ſunt, quàm lentores quidam diuerſorum colorum, & diuerſarum qualitatum, qui reſultant, hi quidem ex vna minera, hi verò ex alia; ac per diuerſam præparationem à natura, aſſiduamque exuſtionem, quam patiuntur inter fibras metallorum, ad perfectam aliquam reducuntur ſpeciem, formamque aut luti, aut terræ mixtæ, aut lapidis. Nam fermè omnes lapides, etiam precioſi, Iaſpides, Ophytes, Porphyrites, vndulatæ tot marmorum generoſorum ſpecies (quorum doctrinam in libris de terreſtrium rerum natura profitemur) ſucci ſunt in origine metalli alicuius, qui ſi aquis occurrant, commiſcentur illis; alioqui per centeſimas annorum, ac myriadas inter fibras lapidum congelantur, lapideſcuntque; vnde augeri dicuntur iuxtà partium poſitionem, ac in certis auri ſcintillæ, vel alicuius alterius metalli veſtigia emicant. Porrò fæces excrementa intelliguntur craſſiora, quæ ad imum ſcilicet metalli alicuius ſubſidere ſolent, vt tophus, & vt Lythargyrium; Melanteria, Dyphryges, aliſq. eiuſmodi ſedimenta metallorum, quæ ſtatim aquis occurrentibus ſuam imprimunt qualitatem. Similiter, & ſpumarum genera; quæ vltima ſunt purgamenta, ac fortaſſe leuiores partes quas natura paulatim ſegregat, expuitq. ad ſuperficiem, vt ſunt Cinis, Calx, pumex, pulueres varij, ipſiq. Pyrites. Hæc autem omnia partim quidem permixta, ac diſſeminata cum metallis alijs reperiuntur, & partim non. Vt argentum viuum; quod aliquando quidem per ſe, plerunq; verò cum plumbarijs reperitur, aliquando cum argentarijs, atq; aurarijs. Cum quo Minium connaſcitur, & Chryſocolla. Stibion cum plumbario lapide, Sory, & Miſy, & Dyphryges cum Chalcytide, æris lapide, à quo Scolecia eraditur, & flos æris, ſubſidet verò Melanteria in ſuis mineris. Et Ochra, quæ vt Chryſocolla cum auro, ſic Ochra cum plumbi minera concreſcit; & aliquando cum ferro, cum quo & Rubigo viſitur, & Schiſton. Pyrites verò lapis ſuper æris metallum, ſuper argentum, ſuper aurum, ceu ſpuma quædam expuitur. Aliqua tenent alicuius metalli naturam, ſed proprias vt plurimum habent mineras, vt Sandaracha, auripigmentum, & Arſenicum, & Cadmia: Et aliqua, vel alicuius prædictorum ſoboles ſunt, vel ad terrarum potius accedunt naturam, vt Hæmatites, &

Excremẽtũ metallicum.

Vaporum impreſſiones.

Succorũ impreſſiones.

Lapidum etiam pretioſorum materia.

Fæcũ impreſſiones.

Spumarũ, & cinerũ impreſſiones.

Metallica imperfecta.

Iudaicus lapis, & Throchytes, & Bolus, & terra Lemin, Samia, Chia, Argilla, & generoſarum id genus terrarum ſpecies ſine fine. Quorum tandem omnium ſingularis aliqua fieri debet conſideratio, duplici ratione. Tum quia, vt ſeorſum aliquando à metallis, & veluti ſui generis reperiuntur; ita ſui generis quoque, ac ſyncera poſſunt facere impreſſionem. Tum etiam, quia vbicunque admixta, ſeu connata cum metallis ipſis reperiuntur, propter variam diſpoſitionem ſingulis locis, quam habent metalla ipſa à radice, ac toto caudice ad ſuperficiem montis, poſſunt aquæ excrementi alicuius ſolùm recipere impreſſiones, & non metalli, neque alterius naturæ. Quod infinitè patet, ac paſſim id oſtendunt in hiſtorijs noſtris exempla.

Ex Argento Viuo promiſcuæ, ac mirandæ in aquis virtutes.

HIS ſtantibus de Argento Viuo contrarietatibus, adde & hanc vtilem appendicem, qua volumus omnem eius malitiam, ac ſuſpicionem ad vſum moderari. Vſu à nobis, ac iugi experimento compertum eſt, in affectibus præſertim contumacibus vim reperiri Argenti Viui, incomparabilem. Contumaces intelligo nunc affectus bifariam, & æquè argento Viuo curari, primùm grauiſſimos, qui ſub cenſu veniunt nobilis Aphoriſmi EXTREMIS MORBIS extrema remedia, in quibus videlicet experimur, Argenti viui talem eſſe vim, qualem vbi ferro; & igne vitium amputare iubemur. Intelligo & qui leues ſunt, & tamen ſanatu difficiles, ceu ſupercutanea multa ſunt vitia, Scabies inueterata, lepra, pruriginoſa, elephantiatis, nodi iuncturarum, ganglia, rimulæ quæ recidiuæ ſcatent in manibus, & pedibus ex lue Venerea; quæ omnia, ac ſimilia, vel curationem non admittunt, vel ſola argenti viui virtute, dum partis ſubſtantia non ſit ablata, curantur. Nimirum quia igneum ex eo virus offendit ſpiritus potius, & humores; quàm partes, & omnium minimè offendit extimas, quinimmo ſanatas mirificè experimur lenire, ac molliores reddere, etiam in vnguentis. Quo nomine audiui ſæpe ex empyricis non imperitos aſſerere; qui ſciuerit virtutes argenti viui moderni ad vſum medicinam inueniri ad omnes morbos. Nec difficile credimus in aquis, præter nonnullas manifeſtè noxias, plurimas ex occulta, argenti viui virtute præſtare miracula, quos idcirco cum Galeni dicto, MELIVS eſt experientia diſtinguere.

Apho. 5. primæ Extremis morbis.

Leuibus.

Arg. Viui læſio.

Medicina ad omnes morbos.

Aquæ mortiferæ naturæ.

HANC fermè grauitatem obtinuiſſe videtur aqua Stygos dicta in Arcadia, cuius acrimoniæ nullum vas etiam æneum, reſiſtebat; niſi (dictu mirum) mulæ vngula. Cuius aquæ, ac mortiferæ naturæ eius iam plenæ ſunt hiſtoriæ, ac facta eſt interitu (vt dicunt) Magni Alexandri, omni ſæculo memorabilis. Stygos autem nomine duo memorantur fontes ab auctoribus mortiferæ naturæ; alter quem diximus ad Nonacrim Arcadiæ montem, qui conſtipatione viſcerum ſtrangulat, vt Seneca inquit, vel potius frigiditate, vt Plinius. Cui facit auctoritas Theophraſti, qui naſci hanc ſcribit frigidiſsimam (nam actu, vt diximus, Argentum viuum eſt frigidiſſimum, ac inſuperabilis qualitatis à calore naturali) lapideſcens item in alueis, ac piſces producens item mortiferos. Alter porrò fons nomine Stygos memoratur in Tempe, qui mons inferius eſt in Theſſalia. Huius fontis aqua (vt teſtis eſt Plinius) viſa omnibus terrori eſt, æs, ac ferrum erodens, mirumq; illa qua ſyluestris fontem eum radicibus amplecti dicitur, ſemper florens purpura. Acerrimæ quoque naturæ eas prodidit Vitruuius. Qui in Beroſo Taurorum colliumque fontes meminit, ſine remedio, ſine dolore mortiferos. Alia aqua in Crotij regno memoratur in Alpibus, quam qui guſtant, ſtatim concidunt. Terracinæ fuiſſe fontem, Neptunium vocatum idem Vitruuius teſtatur, ex quo qui imprudenter bibiſſent, necarentur, ob id obſtructum à veteribus fuiſſe. Vbi hodie hic fons non apparet, niſi in Neptuni agro ſulphurariæ, ac antiqui balnei veſtigium. Cychros autem in Trecha (alij legunt in Thracia) ex Theopompo meminit Plinius, ex quo non ſolùm qui biberint moriuntur, ſed etiam qui lauerint, ex ſimili (vt ego arbitror) veneni frigida qualitate, quæ affectis neruis rigores excitet conuulſiuos; nam & frigida ſimpliciter aqua tales aliquando inducit affectus. Multæ enecant ſerpentes; quales memorant aliqui luridos lucos in agro Faliſco; & item iuxta Cornetum, qui anguium, ac Lacertarum oſsibus ſcatent. Nimirum potius dixerim, quia ad teporem illarum aquarum adductæ ſerpentes in illis degunt, & moriuntur, non enecantur vi aquarum; idem enim videmus in Agnani lacu in Puteolano. Porro in eo cenſu mortiferorum Lycus fons Siciliæ proditum eſt in Leontinis, vigeſimo die qui ex eo bibiſſet enecari; vigeſimo forſan à potandie, ex benignioris materiei temperamento, quæ refrenet tandiu eius malitiam. Scribitur hoc à Plinio lib. 31. cap. 2. qui tamen fons hodie (vt Fazelus de rebus Siciliæ eſt teſtis) nuſquam in Leontino reperitur. Cæterùm vt aliquæ

Aqua Stygis.

Stygos in Tempe monte.

Fons in Beroſo.

Aqua in Alpibus.

Fons Neptunius.

Cychros fons.

Faliſcorũ fons.

Cornetũ.

Lycus fons in Sicilia.

quæ ex Argento viuo minus vitioſæ aquæ, imò vtiles ob temperamentum, iam hinc aliquibus oſtendemus exemplis.

Aquæ ex Sublimato, ac Argento viuo.

MVLTA ſunt, quæ aut caſu, aut experimento arguunt quatenus argentum viuum, & eo aquæ poſſint eſſe vſui. Sunt vnguenta, quæ diximus, ad luem veneream exterendam vſque à radicibus, quæ ex argento viuo varijs apud medicos formulis comparantur; tranſeo ex ſublimato item, & arg. viuo ſuffumigia. Alia eiuſmodi ad tineam euellendam, & alia ad contumaces id genus morbos curandos. Sunt qui contrà vermes, duorum vel trium granorum milij pondere exhibent vtiliter, teſte Braſauala, & ex eo Fallopio, atteſtanturq. nihil eſſe præſentaneum magis, etiam pueris granuli inſtar, & infantibus. Ad facilem modò infantarijs partum, ſcrupulum vſque dari à Germanis medicis, & cum bono ſucceſſu meminit Matthiolus. Sublimati vero, quod paratur ex argento viuo per vſtionem, ob vulgatem apud mulieres vſum ad fucum, & decorationem, non ſubticenda vidimus pericula, & aliquas vtilitates. Deterſorio abluendis manibus, ex ſolo furfure cum ſublimati & arg. viui lotura, in cohortem proiecto, ac deuorato à gallinis, vidimus omnes poſtridie eius noctis ſuffocatas ad vnum; at carnes tamen non contaminatas, me etiam permittente, ſcimus comeſtas à fæmellis: quod veneni illius virus præter quam ad ſolida penetraret membra, ſtatim calorem ſupprimit naturalem: nam fruſtula adhuc integra, grani inſtar ex ventriculis exempta vidimus. Seplaſiarium, qui in tempeſta nocte ſurgens ſiticuloſus amphoram cum arg. viuo ebiberit, non mirum ſine refugio interemptum, ob multam ebibiti copiam. At mulierculæ duos filios, marem vnum duodecim annorum, fœminam minus vno, ebibita per æſtuoſam inter ſomnum ſitim, ſublimati præparati phiala, perendie fœmina ſtrangulata iacuit, mas veſicis oppletus per ſummam cutim, ac ſubreptus eadem die à matre, ob culpam, ac timorem periculi, incertum reliquit exitum. Puerum triennem pro ſacchari ſpecie. deuorato ciceris grano inſtar ſublimati, poſt multa à mulierculis exhibita, lixiuium, butyrum, oleum. Theriacam, equidem veritus ex congeſtis rebus cum veneno ſuffocationem inſtantem, confeſtim ex elleboro præparaui, breue vomitorium, cum mulſo, & ſeminibus napi: ſicq. rejecta ingluuie, & mollita aluo puerum reſtitui incolumen, quod poſtea inſtitutum inueni apud Dioſcor. Aquæ vero, quæ per colum transfuſa præparati ad fucum ſublimati relinquitur, & ad ſcabiem diluendam quiſque vulgo experitur innoxiam, cùm quidam imprudens Vlceratis faucibus, & iam timens anginæ periculum, gargariſmatis vice infuderit, poſt acrimoniam horulæ ſpatio, lento per os humore excitato, iam nullo alio opus habuit præſidio. Vnde nos eadem ſæpius lotura in Vlcuſculis eiuſmodi faucium, & oris, & præterea pudendorum, & mulierum loculis vtiliter vſi ſumus, ac auſi fuimus etiam in anginis. Ex his ſimiles aquæ proculdubio poſſunt eſſe naturales: quarum narrabimus aliquas.

Vnguẽta ex argen. vi. & Suffumigia.

A. g. viuũ per os vtile.

Ex ſublimato experimenta.

I. Caſus.

II. Caſus

III. Caſ.

IIII. Caſus. curatus per ellebor.

Aqua ex lotura ſublimati innoxia.

Aquarum natura ex argento viuo in Hiſpania.

IN Hiſpania Argenti viui natura vberrima eſt noſtris temporibus. Quippe mons ampliſſimus, qui longo excurſu in Occidentem Caſtilliam diuidit à Granata: à quo ſuperne Ana fluuius, infernè autem Betis apertius in mediterraneum influit; ob metallorum, quibus totus ſcatet materiam, parum ferax arborum eſt, imò ſalebroſus vndiq. ac liuido longè aſpicienti colore apparens, vulgò Serra morena, à mauro, hoc eſt atro colore ab indigenis appellatur. Habet autem infrà hic mons profundiſſimos aditus, ac inter alia patet apud Almedien pagum ſpecus ingens; quinquaginta inſtar milliaria penetrabilis, in quo permulti ſunt altiſſimi putei, à quibus immenſa argenti viui copia mittitur. Ad quæ miniſteria frequens operariorum turba circà eius montis iuga viſitur: qui magno conducti precio ad has mineras, tremuli pluri ex parte, ac paralitici ſunt, nec multùm adeo ſuperuiuunt tempus, quin aut intereãt, aut aliquo captes membro reliquam vitam ducant. Terra vt plurimum lapidoſa eſt, ac ruſa, quæ foditur, exudatq. argentum viuum, extra verò extrinſecus calore nigreſcit, ac liuido (vt dixi) procul aſpicientibus colore apparet. Porrò cùm permultæ ex hoc monte ſcaturiant aquarum venæ diuerſæ qualitatis, haud dubiè non deſunt quæ fumos id genus metallicos à tota etiam origine concipiant. Verum ex his, quæ ad noſtram peruenerunt notitiam, inſignes, ac dignæ mihi videntur hiſtoria quatuor acrium aquarum fontes, qui longè ex hoc monte tres leucas, pro inſigni ipſo ſapore, & pro ſitu iugi regionis eius, non videntur aliam habere naturam, quàm ex harum minerarum radicibus, vnde qualitatem tantùm accipiant acredinis, & non malitiam. Oriuntur autem omnes hi fontes in ſpatio trium leucarum, quam regionem hodie Calatrauam appellant, vbi olim Colonia Carpetana, ſub Archiepiſcopatu Toletano. ac ex fi-

Serra morena.

Terra natura.

Aquæ acres.

dedignis authoribus, necnon cenſura ampliſſimi eius Eccleſiæ Antiſtitis F. BARTHOLOMÆI de Miranda, Domini mei B. M. hanc, quam ſcribemus, ipſorum accepimus hiſtoriam.

Acris aqua ad Valentiolam.

IN Archiepiſcopatu Toletano, non longè à vadis, vbi Ana fluuius ſubmergitur, in pago, qui vulgo Valentiola dicitur, eſt fons acris naturæ, qui dicitur la Naua. Exoritur autem lata planicie, ac molliter in occidentem inclinans, iuncetis vndiq. obſitus eſt, cæterùm clarum ac limpidis aquis, amœniſſimos longo tractu irrigat hortos, plantaſq. ac fructus alit tùm guſtui ſuauiſſimos, tùm copia ac magnitudine præ ceteris locis inæſtimabili. *Natura.* Aquæ natura primo aſpectu ſyncera eſt, & clara; ſapore tamen inſigniter acri, atque adeo vt proiectum in fontem ipſum vituli harmum, vel horulæ dumtaxat ſpatio ad oſſa vſque abſumat. *Minera.* De minera non habemus particulare iudicium; niſi quòd materia terræ cùm rufa ſit quale in argenti uiui fodinis proximè reperiri diximus, ac ſitus montium ab Almadien, ipſiſq. mineris quinquaginta inſtar milliariorum ſpatio iugiter in eam partem inclinet; veriſimile ſit prima ſui origine has aquas vaporum id genus mineralium aliquam portionem in ſe concipere, depuratos tamen longo tractu, & qui aquas ita acres, ſalubres alioqui reddat, atque in potibus, ipſiſq. frugibus vtiles. *Vſus.* Quare etſi non adeo Hiſpania hoc balnearum ritu, ac beneficio delectari viſa ſit; cùm plerique tamen miranda ex earum potibus experimenta fecerint, venerunt ad inſtituta medicatarum aquarum in vſum celebrem, ad multas ægritudines, præcipuè verò ad harenularum vitia, & calculos, quos mirificè iuuat attenuando, aperiendo, ac abſtergendo. Quo nomine in vicinas Hiſpaniæ partes, & in aulam vſque Catholici Regis cum multa laude mittitur; non enim longiorem duorum, aut trium dierum vecturam hæc aqua patitur. Maiorem verò in fonte ipſo habet efficaciam, tam vſu balnei ebibita ægris, ac id genus vitia patientibus, quàm in cibarijs, vt communiſſimè vſurpatur.

Acris ad Almagram oppidum.

EST & eiuſdem naturæ, ac ſaporis puteus præaltus ad Almagram oppidum, ſanè celebre. Cuius aqua optima eſt, ac potui adeo grata, vt ex mille quingentis circiter eius vici familijs (vt mihi narrat vir fidedignus Balthaſar Ruizius hinc oriundus) maior pars abſtemia perpetuò viuat, fœmellæ præſertim, ac pueri, qui harum aquarum dumtaxat potibus delectantur. Imò cùm certatim vndique ad has hauriendas concurrant æſtate, ſunt qui intempeſta nocte ad eas accedunt, hauriuntq. donec ſole per diem inualeſcente, ſiccantur in totum. *Minera.* Terræ ſecus vndique materia eadem eſt, rufa ſcilicet, & ſabuloſa, quæ & antiquis id genus alijs puteis ſcatet multis, qui tùm aquæ ipſius acredine, tùm frequenti haurientium agitatu ſunt derelicti, ac deuaſtati.

Acris ad Bolagnum.

IN confinibus autem ad Bolagnum pagum, perſimilis in edito quodam colle puteus eſt altiſſimus, qui acriores etiam prædictis continet aquas. Terræ alioqui natura eadem, idemq. potus ex eis aquis vulgaris, & communiſſimi vſus.

Acris in via Toleti.

A ciuitate autem Toleti, tertio milliario, qua uia recta in Granatam tranſitur, nobiliſſimi exempli, præter prædictas ſunt aquæ huiuſmodi. Tellus albida. Aqua uerò ſuperiore fontis hauſtu dulcis eſt: uerùm (quod mirum uidetur) ſi quis ſitulam ad imum uſque Putei Alueum mittat, hauriet aquam exactiſſimè acrem. Quod idem in lacu Aſcanio, & quibuſdam circa Chalcitida fontibus uideri ſcribit Plinius. *Aquæ variæ ad ſuperficiem & fundũ. Lib.1.c.5* Nimirùm quia diuerſo tractu hinc dulces, & ſynceræ; hinc uerò acres influunt Puteum, acreſq. ſubſident dulcibus ob grauitatem. Aequè claras eſſe nec mirum, & puras. ſed æqui ponderis eſſe (ut mihi aſſeritur) ſuſpectum per ea, quæ propoſita ſunt, experimentum. Cæterùm minus hæc frequens uſu eſt, quàm prædictæ acriores, niſi paſtoribus, ac ruſticis. præſertim quia duorum ut plurimum dierum ſpatio amittunt acorem, quem cæteræ prædictæ diutius ſeruant, uti diximus.

De aquis naturalibus ex Minio. Cap. XII

SEQVITVR de aquis ex Minio, qui cum propagari diximus argentum viuum. Nec tàm obſcura Minij natura eſt, quàm quòd tollenda eſt quædam vocum ambiguitas, quæ non paucam rerum diuerſarum parit confuſionem, naturæ, & artis. Primùm; Minium commune quo vtimur, haud ſyncerum Minium foſſile eſt, nec eius qualitatis, cuius quærimus in aquis impreſſiones, ſed eſt arte elaboratum. Eſt enim lapidis quidam in mineris ſuis argenteæ harenæ permixtus, vt Dioſcorides tradit lib. 5. cap. de Cinnabri, qui in fornacibus permutatur in flagrantiſſimum, & florentiſſimum colorem. Ita Plinius lib. 34. cap. vltimo, vbi puluerem ita permutatum appellat Sandicem; æquinoco vocabulo, nam & Sandicem alio loco facit herbam. Quam intellexiſſe ipſe putat Vergilium eo carmine.

Minium commune, & Foſſile.

Sandix duplex.

Plinij locus li. vi. cap. 15.

Sponte ſua Sandix paſcentes veſtiet agnos

Nam paſcentes inquit agnos, videlicet herbam Sandicem. quo loco deceptum facilè putamus Plinium, nam nulla eius nominis planta, nec infectorij generis ab vllo authore ponitur. Sed manifeſtum errorem declarant planè duo præcedentia carmina: quæ ad clariorem explicationem non grauabor adſcribere.

Ipſe ſed in pratis aries, iam ſuaue rubenti
Murice, iam croceo mutabit Vellera luto. *Sponte, &c.*

Murex qu. d.

Vbi arietem ponit naturarum vellera recenti Murice, qui piſcis eſt, vnde muricata veſtis, purpurea; & croceo luto: ſic & Sandice item luto, pigmentoq. rubicundiſſimo intellexiſſe videtur poeta haud dubiè. Non eſt ergo Sandix planta ullo pacto, ſed pigmenti factitij genus rubicundi: quapropter id in Vergilij Verbis habet maiorem emphaſim, ſponte ſua naſcituram. Et præterea patet, quod Minium verum naſcitur, Sandix autem fit arte: Diuerſa ergo ſunt. Inuexit porrò induſtria artis alterum Minij genus, quod ex Cæruſſa extremè peruſta fit, donec colorem Sandarachæ ſimilem acquirat, quæ & Sandix à quibuſdam dicitur Dioſcoride lib. itidem 5. cap. de Cæruſſa: & Sandaracha Vitruuio lib. v i i. cap. 12. Atque hoc commune eſt, ac vſuale minium officinarum, cui vis eſt (inquit Dioſcorides) refrigerare, obſtruere, mollire, ad cicatricem obducere, vnde ceratis commiſcetur, ac emplaſtris. Differt à Sandice illo pigmento, nam teſte Plinio lib. 33. c. 7. Omne minium igne nigreſcit; attamẽ quod è foſsicio fit, refrigeratum recuperat naturalem ruborem; factitium verò officinarum nigreſcit, & non recuperat priſtinum ruborem. Sunt ergo tria genera Minium foſſile; Sandix, quod eſt Minium arte elaboratum; & Minium factum ex Cæruſſa. Et tres pariter diuerſæ eorum naturæ: nam factitij ſcilicet ex cæruſſa minij vis eſt, qualem diximus; ſicca & refrigerans: in ceratis, ac emplaſtris vtilis. Sandicis mediocris, ac ſolis ferè ſumptuoſis picturarum ornamentis in vſu, Dioſcoride. At foſſicij, naturaliſq. minij natura, acris & calida, quarum ſanè qualitatum ſuſcipiunt aquæ è miniarijs metallis impreſſionem. Quod præclaris infrà patebit exemplis aquarum è miniarijs: ſic enim locutum inuenio Plinium, vnde minera ficta vox, quaſi miniaria, ad reliqua quoque metalla vſurpata videtur à iunioribus. Præſertim è miniarijs Gallecię in Hiſpania, vnde minium aduehitur præſtantiſſimum, Dioſcoride: nec minus preſtantiſſimæ aquę, & calidę naturę. Habetur & apud Epheſum Vitruuio, in Cilbianis agris, vbi notas eius metalli, ita tradidit: Gleba inquit foditur ἄνθραξ dicta (quia nimirùm carbonis æmulatur ruborem) uena foris vti ferrum, magis ſubrufo colore, habens citrà ſe rubrum puluerem. Et cum foditur ex plagis ferramentorum crebras mittit lachrimas argenti viui. hæc Vitruuius. Quod & Plinius, authore Theophraſto affirmat; ac ſimile apud Colchos, ex rupe quadã inacceſſa proiectis iaculis decuti. Simile proditur à iunioribus in Germania, in Franconia in Suditis montibus, & ad Hidriam pagum in Tirolis, vnde nos glebã accepimus, qualem anthracem dixit Vitruuius, Cennabrio perſimilem, quare & Cennabrium naturale, ac foſſicium hoc appellant. Glebam (inquam) rubram, lapidi pallido adnexam quaſi matrici ſuæ, ac ſatis duram. Ex quibus colligitur minij impreſſiones in aquis mixtas eſſe, & de natura argẽti uiui peruſti cum ſulphure. Arg. enim viuum minium producit in ſecunde & minium (authore Dioſcoride, & it ẽ Pli.) noxij halitus eſt in metallis ſuis, ac operarij laxis veſicis faciẽ obuelant, & tamen vt per eas ſpectent. Participat & naturam ſulphuris: nam minij lapis metallum quoſdam eſt, & quædam prima adnexio horum duorum, quæ ſecundum quoſdam, ſunt prima ſemina metallorum. Et præter ea arte Cennabrium factitium, quod adeo æmulatur minium foſſile, ex argenteo viuo extremè peruſto fit cum ſulphure. Et tandem id planè patet experientia; nam ad minium fluuium in Hiſpania ſunt apprimè calidæ, ac ſulphuroſæ cum minio. Vnde ſiccare ualent, ac digerere: craſſos mittunt uapores.

Minium ſeu Sandix factitia, quæ & ſandaracha.

Minij tria genera.

Minera dicta quaſi Miniaria.

ἄνθραξ.

Vitruuij lib. 7. c. 12

Cennabrium naturale.

Qualitates aquarum ex minio.

Cennabrium factitium.

Aquæ

Aquæ Mentem lædentes.

Fons Ruber.

OBSERVATVM verò eſt, quod quæ aquæ hanc materiam abluunt, recta caput ipſum impetunt, mentemq. obturbant. Quales Plinius ex Cteſia recenſuit fonte Rubro in Aethiopia, vbi Minium natiuum tradidit Hermogenes, & de quo Ouidius in admirandis cecinit lib. 15. Metamorphoſeos.

Aethiopaſq. lacus, quos ſi quis faucibus hauſit,
Aut furit, aut patitur mirum grauitate ſoporem.

Duo fontes in Beotia contrariæ naturæ.

Alter ſimilis in Beotia traditur ad Trophonium deum, qui bibentibus obliuionem adfert, vbi tamen alius adfert memoriam, Plin. Et in Cæa inſula alius, qui hebetes facit, vt teſtatur Varro. Similiter lacus in Trogloditis, qui propterea Inſanus dicitur.

Minius flu. in Hiſpania.

Lib. 33. c. 7. Argenteola ciuitas.

MINERAS verò foſſicij Minij omnes authores in Hiſpania tradidere, quod Theophraſtus durum, ac harenoſum habitum fuiſſe antiquis aſſerit. Plinij tamen temporibus non aliunde ferè aduehebatur (credo ad pigmentorum vſum) quàm ex Hiſpania, ex Siſaponenſi (vt ipſe inquit) regione in Betica, & Gallecia, miniario metallo. Quæ adeo tellus Minio, atque omni metalli genere luxuriat, vnde flumen in ea ingens Minius, ac iuxtà Argenteola ciuitas, à Miniarijs, argentarijſq. fodinis ſic dicta, quæ ſimul (vti diximus) propagantur. Quare paſſim calentes riui, qui propter ipſum fluuium, & aliqui in ipſo fluuio exeunt, hac materia participant, quorum aliquos (vt accepimus ex Doctore Torres nobili Iheſuita, ac Medico) deſcribemus.

Thermæ in Minio fluuio.

HORVM quidem fontium extitiſſe aliquos in balneis vtiles, quibus temporibus Romanorum coloni hæc loca tenuere; ipſa veſtigia alicubi vrbanarum Thermarum inſtar oſtendunt. Opus antiquum, ac multiplici camerarum ſerie diſtinctum, quarum aliæ ad ſudationes Laconicorum ritu conſtitutæ fuiſſe videntur, aliæ ad lauationes, cum Cryptoporticu ſubterranea pro frigido balnei ſolio, ac mira ſuper cæteras aquarum amænitate, quæ ſuapte natura ſponte & calidæ, & frigidæ; & temperatæ hincinde emanant. Quæ in totum variæ facultatis, ac temperamenti exiſtunt: verum quæ hodie vena ad vſum balnei recipitur, eſt quidem diluta minio, ſed pro ſulphure potiſſimum, cuius non exiguam obtinet partem, vtilis eſt: quare calet, ſyncera alioqui ac limpida, nec adeo fœtet. Communis eius vſus, & experientia eſt iure balnei in ægritudinibus frigidis, vt reliquarum ſulphuratarum: neruoſis nimirum affectibus, catarrhalibus, podagricis, paralyticis, aſthmaticis, & id genus frigidis alijs vtilis. Exſiccat in primis, deinde calfacit, ac moderatè digerit. Aeſtate per initia, & autumno potiſſimum eligenda. Facit & ad ocularias affectiones, infeſtos præſertim palpebrarum pruritus, ac ſcabiem cum pilorum defluxu perſanans.

Minera. Vſus. Electio.

Bal. ex Minio ad Orenſem ciuitatem.

Aquæ calidæ ciuitas.

INFERIVS autem, ſub Orenſi ciuitate, quæ erant aquæ calidæ Ptolæmeo, permulta viſuntur prædictis ſimiles balneorum reliquiæ, & calidiſſimæ aliquæ inter alias aquæ, de quibus iam inter ſulphureas locuti ſumus. Porrò 12. millia paſſ. ab ipſa ciuitate, complures in medio Minij amnis emanant calidarum venæ, quæ in balneis (quanquam alueis iam ſenio dirutis) recipiuntur: ac in lacunoſis fluuij receſſibus ſuauiſſimos alunt piſces, quos plenis naſſis accolæ piſcantur. Eiuſdem ferè naturæ vt ſupradictæ, ac eodem nomine recipiendæ.

De aquis naturalibus ex Auripigmento, Sandaracha, atque Arſenico.
Cap. XIII.

Ἀρρενικὸν. ideſt Auripigmentum. Sandaracha duplex.

SIMILIS porrò Cinnabari, ac Minio Sandaracha eſt, tū colore, tū quia & ipſa naturā obtinet auri, & quod cū ipſa naſcitur Arſenicū. Ignei feruoris hæc ambo ſunt potius, quā calidi: quare vim habent exactiſſimè penetrandi, erodunt, vrunt, ac ignitorū modo cruſtas inducunt ac grauis itē ſunt impreſſionis in aquis. Arſenicū (Ἀρρενικὸν dixere Græci) duplex eſt, pallidum quidem, atq; aureū, ac utrunq; in pigmentis utile, vnde nomē latinū duxit Auripigmentum. Et quæ huic materiæ connaſcitur Sandaracha, eſt propriè Sandaracha: nam huic æmula ars Sandaracham illam ſuam inuexit, quam & Sandicem, & Minium paulo ante vocari diximus. Differentia autem Sandarachæ & Arſenici in ſua matri-

ce hæc

ce hæc eſt, quod tota venæ materia, quæ dura eſt, aureiq. coloris, vel pallidum Arſenicum eſt, ſiue dicat Auripigmentum. Quod autem ei connaſcitur, permixtumq. plus minus reperitur Sandaracha eſt, differens à ſubſtantia Auripigmenti ſolum colore, quem flammeum habet. De ipſa autem materia Arſenici ars facit duo genera: Album enim facit admixtum cum ſale, & combuſtum, atq. hoc propriè Arſenici retinet nomen, ac matrix ipſa ad diſtinctionem dicitur Auripigmentum. Facit, & Rubrum ex vehementi ignitione, diciturq. Raſagallum. Et quæ rurſus cruſtæ inſtar, intēſiſſimo igne peruſta eſt, vnde colorem acquiſiuit flammeum cum odore ſulphuris, ea Sandaracha altera artis eſt; vt duplex hæc quoq. ſit, arte nimirùm, vel natura peraſſatum Arſenicum. Natiuæ Sandarachę copiam prodidit Vitruuius ad confinia Magneſiæ atq. Epheſi reperiri, rubrę, & puluerulentæ ſubſtantiæ. Auripigmentum verò aureū dicitur tùm colore, tùm quia continet aliqua parte aurum: quare coxiſſe Caium Principem pondus ingens teſtatur Plin. ac legiſſe aurum probatiſſimum, quanquam fructum ſuperauit impenſa. Natura ergo vtrinſq. in aquis eadem ferè eſt, acris ſcilicet, exſiccans, ac abſtergens. Quas qualitates vbi aquæ exactè cōceperint, lixiuij inſtar fient acerrimæ depilabunt conſperſæ, ſtomachum lædent ebibitæ, gingiuas erodent, ac laxabunt dentes. Alioqui dilutæ admodum remittunt acrimoniam.

Arſenicū cryſtallinum. Raſagallum. Sandaracha Arſenici duplex. Qualitates aquarum.

Quæ expilent aquæ naturales.

EX quibus planè fit, aquarum quæ extenuant, atque abolent pilos, duo eſſe genera. Alterum feruidarum, quales ex ſulphure, atq. actuali igne bullientes cenſuimus multas ad Puteolos, ad Viterbium in Vngaria. Alterum verò mixturæ natura eſt, quæ ne etiam calentibus aquis abolet pilos, & capillos. Cuiuſmodi materia in primis Sandaracha eſt, & Auripigmentum, & quæ eorum æmulantur acrimoniam, vt cinis, calx, & chalchantbum. Vnde in abolendis vndecunque pilis, Auripigmento cum calcis, ac cineris momento communiter in ſtuphis pro Pſylothrio vtuntur: calce verò, ac cinere (quod docet ars) animalium pedes, ac etiam tenaciſſimæ ſetæ pelles expilantur, præſertim vero ſi cum aqua adhibeantur feruenti. Eiuſmodi naturæ, ac altioris aliquanto virtutis debent eſſe quædam aquæ in Aegypto, quas, (vt quidam narrant ſcriptores) qui potauerint, caluos fieri. Alias in Gadaride, quæ biberint pecora, amittere pilos, & vngues, & cornua. otiri autem has ex lacu, nec longè ab Aſphaltite aſſerit Strabo.

Fons in Aegypto. Fons in Gadaride.

Fons Venenoſæ naturæ in Perſia.

MATERIAM ſimiliter Arſenici, aut Sandarachæ duncere arbitror fonticulum, quem commemorat Vitruuius in Suſis Perſiæ metropoli, ex quo qui bibiſſent amittebant dentes. Nec diſſimilem, quem triennij ſpatio idem facere teſtatur Plinius, fontem in maritimo Germaniæ tractu. Omnes fermè id genus noxij fontes, vt etiam quem ad Nonachrim Arcadiæ inter Argenti viui aquas poſuimus lethalem, quoddam Arſenici virus obtinent, quod ſimul atque Argentum viuum, manifeſtum eſt in metallis venenum.

Aqua zame in Africa.

IN multis tamen aquis metalli virus remittitur haud dubiè, ſeu aquarum ipſarum copia, ſeu ſpatio diluatur; adeoq. nonnullæ pro medelis inoffenſæ ſumuntur. Hypanis in Ponto fluuius (vt traditur) fonticulum ex Sandaracha recipit, quo amarulentus redditur, ad certum terminum. Alioqui dilutæ admodum ex Sandaracha aquæ thoraci purgando laudantur, purulentas excreationes inhibent, ſuſpirioſis, anhelofiſq. auxiliantur. Talis fortaſſe aqua Zame in Aphrica, quæ (vt teſtis eſt Varro) canoram faciebat vocem.

Hypanis in Ponto.

De aquis naturalibus ex Molybdena, & Antimonio. *Cap.* XIIII.

COMMVNEM verò matricem argento viuo, ac plumbo iam Molybdenam eſſe diximus in metallis ſuis: ac de eius natura, atque impreſſionibus iam abundè inter plumbarias aquas dictum eſt, & quæ vnice refrigeret exſiccetq. inflammationes compeſcat. Porrò ad plumbi quoque naturam, atque argenti accedit Antimonium, quod Stibion, ac Stimmi Græci appellant: ita vt hæc quodam ordine ſe conſequantur, argentum viuum natura liquidum, molle plumbum, durius ſtamnum, durius adhuc Stibion, ac medium quodammodo inter argentum ac ferrum exiſtens. Vnde confuſum cum eo ſtamnum durius efficitur: & argentum, qui cum etiam naſci reperitur, teſte Dioſcoride, redditur magis ſonorum. Talis ergo materia; ac aquæ natura multis in

loci

locis reperitur. Has tamen ferratas plerumque definiunt, nam haud multo à ferratis ſolent eſſe differentes, claritate præſertim, saporeq. adſtringenti, & ſtiptico. Tales apertè aqnas iam in ferratis narrauimus in Aenaria inſula ad conſpectum Neapolis; quando recrementa illa, quæ ex eis collibus eruuntur, lucida, & grauia, ex quibus ſelecto puluere in conſpergendo ſcripturarum encauſto communiter Neapoli vtuntur; fermè Stibij ſpecies eſt, impurior tamen, ac media inter ſyncerum Stybion, & ferruginẽ. Scatent Thinui montes, qui minerales adeo ſunt, hac materia: in Senenſi agro primum ad M. Aeretumnum, & in comitatu S. Floræ: quod tamen durius eſt, & excrementicium, vnde chartas liuore commaculant, & aqnas. Quæ reſidentibus paulopoſtea partibus metalli grauibus lapideſcunt virtutemque acquirunt emplaſticam opplendi, refrigerandi, ſiccandi, abſtergendi. Vnde condylomata inhibere valent, ex Dioſcoride, ac ſedis venas tumidas. Ocularijs remedijs vtiles.

De aquis naturalibus ex Pyrite; ac Marmore. *Cap. XV.*

PYRITIDIS verò lapidis, quam Marcheſitam appellant, promiſcua natura eſt. Quoddam enim metallicum excrementum eſt, haud tamen permixtum cum vllo metallo reperitur, ſed ex fumis coaleſcit tractu temporis, qui eleuantur ex metallis aut auri, aut argenti, aut æris, aut ferri, quorum metallorum aliquam continere ſolent hi lapides portionem, ac naturam. Paucam tamen in aqnas facere poſſunt impreſſionem, & quaſi ſimilem Antimonio ob ſuam duritiem, quæ fuſi alicuius metalli, & concreti inſtar eſt.

Aquæ in Ilua inſula.

IN Ilua Tyrrheni maris ob ferri metallum percelebri inſula, eminet occidentali ſitu altiſſima rupes, quæ tota ferè coaceruata pyritide lapide videtur, ac crebris hinc inde aquarum riuulis irrigatur. Quæ omnes frigidiſsimæ ſunt, cum ſapore tamen inſigniter acri, ac adſtringenti, vnde & gingiuas lædunt, ac pauliſper detentæ in ore ſtuporem inducunt dentibus. Collirij. Vtiles ocularijs remedijs, fluxionibus nimirùm, ac lachrymis ſpontaneis, & rubentibus ex ea cauſſa oculis conſperſæ. Cæterùm in montanis Hetruriæ, quæ adeo metallaris naturæ ſunt, collegi equidem multis locis Pyritidis varia genera, quæ notauimus in balneis S. Caſſiani, Macereti, & diœcæſi Maſſetana iuxtà M. Aereum, & Froſinam.

Quædam ex marmore.

CONCRETA & inter Marmorum fibras quandoq. Pyritidis materia viſitur: quamobrem cum ex marmore, pro frigida lapidis natura, frigida dumtaxat qualitate ſcatere ſoleant aqnæ; aliquæ tamen fœtidum induunt halitum, ex caligine (vt ego reor) aliqua metallica ſub terris illis, quæ ad illas lapidum fibras exhalat, ac aquas incurrentes ita commaculat, Albulæ aquæ. Tales Albulæ, quæ ex altiſſima ſcatebra calcarij lapidis, ona cocta vapore ſuo, & cum quodam tepore referunt. Ac multæ aliæ ſimiles aquæ.

Aquæ ad Agnanum in Piſanis.

QVAS verò aquas in agro Piſano ex Vgolino de monte Catino ſupra citauimus, ad cœnobium Agnani, nec longe à Reginæ balneis; è marmoris ſimiliter fibris emanant, actu Vſus. quidem valde frigidæ, & graui quodam odore. Quæ haud tamen inutiles ſunt; immo hac vna præcipuè virtute ſunt inſignes, quòd ſterilitatem emendant mulierum. Quippe mulieres, quæ ob vteri laxitatem calidamq. atque humidam fluxiones abortiri ſolent, pro harum balnearum qualitate, ac frigido ſolio, inhiberi adeo ſolet noxius fluor, ac calor intrò conſtipari, vt manifeſtum in poſterum ſentire ſoleant iuuamentum. Fallopij quoque teſtimonio.

Frigida ad morſus venenatos nouiter probata ſub Nucerio.

SIMILE exemplum aquæ frigidæ, quanquam ſpeciali non definitur natura, habetur ex nouiter inuentis ſub Nuceria, antiquo oppido in Vmbria, qua leni clino, ad Fulgineum deſcenditur, Topino (ni fallor) rapido amne à ſiniſtris ex altiſſimo iugo, in ſubiectam planiciem decurrente. Meuanienſis inter multos, quos ſuo, chyrographo habet teſtes, ex iunioribus adducit Othonem Brunfelſium, Amatum Luſitanum, & Fallopium, Virginem ap- Operationes. pellari aquam, aut olim Sacram, vulgò aquam Sanctam. Quia cùm frigidiſſima in ſuo alueo exiſtat, nec ſatis ſuo fonte limpida, mirificè vſu balnei venenatis, aut cane rabido demorſis

morſis

morſis auxilio eſt. Immo aſſerunt iam cadentes in hydrophobiam, ob canis rabidi morſum, vt etiam ictu viperæ percuſſos, in alueum ipſum frigidæ demerſos, euaſiſſe ab omni periculo incolumes. Quæcunque earum ſit interior natura, ac permixtio, ſeu terræ Lemniæ, aut Samiæ, aut boli armeniæ, ſeu quidpiam elambat terreni genus, quod hanc habeat proprietatem reſiſtendi venenis, quam nos remittimus experientiæ.

Natura.

Lapidoſæ aquæ.

HVC aliæ pertinent lapidoſæ aquæ, de quarum varijs impreſſionibus communes hoc loco repetendæ eſſent rationes, quas inter gypſeas dedimus lib. v. ac tres præcipuè eorum differentiæ. Nam alij laqides duræ ſunt ſubſtantiæ, nec multæ idcircò impreſſionis in aquis; niſi eas frigidas efficiant, aut certè ſuo occurſu præfrangant, ac maturiores reddant; vt aliquas diximus marmoreas. Alij molliores ſunt, ac tophacei, arenoſi, ſabuloſi, cinerei, qui prorſus adfluxu aquarum fathiſcunt, ac earum manifeſtè inficiunt ſubſtantiam; vel limoſas reddunt, vel vt lixiuium acres. Alij denique mediocris inter has differentias ſubſtantiæ sūt. quorum propterea aquæ, dum recrementa incurrentes abradunt, lapideſcunt quacunque influant, quales ex his aluminoſas aliquas diximus, gypſeas, calcarias, ac ſimiles alias. Narrant auctores quidam de rebus Pannoniæ, ac Tranſyluaniæ, ad arcem Fileg in comitatu Neograd ſpecum eſſe, in quo ſupernè deſtillans aqua, continuò dureſcit in lapidem. Quare ceù ſtatuas hominum videas ibi ſaxa conſiſtere, colore albo, qui & vtiliter colligitur in pigmentis. Tales Mieze deſtillare aquas in Macedonia meminit Plinius, quæ columnas faciunt. Item Corinthi, item in Phauſia Cherſoneſi, & in Rhodo inſula in antro magno, quæ diſcolori etiam aſpectu gignunt lapidem.

Lapidum communes differentiæ.

Aqua in Tranſiluania.

Aqua Sancti Victoris.

LAPIDOSAE eiuſmodi guttatim aquæ, multis in locis ſub Apennini antris memorantur. Inter alias autem ſuper Eſinum fluuium in Picenis, ex perpetuo iugo eminet longiſſimus ſine fine ſpecus, Grotta ſcura dicta ab indigenis, quam ad duorum ferè milliariorum ſpatio adiuimus, ac guttæ certis locis viſuntur deſtillātes, quæ columnas faciunt ceù Vitreas. Et hinc duo circiter milliaria, ad fluuium ipſum, qua ſalebroſa undique conualle à Serra Sancti Quirici Fabrianum itur nobile oppidum, eſt Sancti Victoris cœnobium, iuxtàq. lapidoſæ alterius aquæ ſcatebra, quæ ex imis lapidum fibris, filamenta quædam adducit albida, molliaque, non ſine quodam ſulphuris ſapore, atque odore. Alioqui clara aqua, ac ſiccantis facultatis: vndè vſu balnei ad morbos ſupercutaneos recipiendam eſſe docuimus. itaque hodie incolæ vſurpant:

Grotta ſcura.

De aquis ex Cadmia naturali, alijſq. æris excrementis.
Cap. XVII.

HAEC frequenter æquiuocatio in re metallica fit, vt ſub vna quadam nomenclatura, duæ, vel etiam plures, metallorum diuerſæ ſpecies comprehendantur, altera naturæ, altera artis. Quod perſæpè magnam parit confuſionem, eamq. aliquando pernitioſam, non in his ſolum aquarum impreſſionibus agnoſcendis, verumetiam in toto vſu Medicinæ. Vt multis locis ſuperius oſtenſum eſt, & præſertim de Minio, de Cennabrio, & de Sandaracha: quorum alias oſtendimus naturales ſpecies, alias artificiales, ac longè inter ſe differentes. Idipſum ergo & de Cadmia animaduertere oportet: cùm alia naturalis ſit, & foſſicia Cadmia, cuius hic oſtenſuri ſumus impreſſiones in aquis; & alia quæ caſu fit, dum æris lapis funditur in fornacibus. Qua in re triplex fit error, primò quod hanc tantommodo artificialem tenent communiter eſſe Cadmiam: deinde quia eam cum Pompholyge confundunt; & tertio quia indiſtinctè veramque appellant Tutiam. quarum omnium rationem ſic breuiter habeto. Pompholyx quidem, quam Tutiam propriè ob tutelam fortaſſe in collyrijs oculorum appellarunt Arabes, ſolùm artis eſt: fauilla nimirùm leuiſſima, quæ dum coquitur æs è ſubtilioribus tùm æris ipſius, tùm etiam Cadmiæ partibus euolat, in bullaſq. exiles circà ſummum camini concreſcit, & quæ in angulos fornacis recidit grauior fauilla, hæc propriè Spodium, & pars cinerula. Cadmia verò propriè fuligo, ac craſſior, quæ aſſidua vſtione, vel parietibus hæret, vel ferramentis ſupernæ fornicis. At alia res eſt foſſilis, ſynceraq. Cadmia. quæ è metallis ſcilicet, æris, non è fornacibus, eruitur: & qualis à Dioſcoride primùm notatur, & deinde à Galeno exactè deſcribitur è Cyprijs metallis, quæ ſuperſtant Soli Ciuitati, vbi defoſſo monte multigenas aſſerunt inueniri venas, Cadmiæ Chryſocollæ, & Miſyos, Soryos, Atramenti, Cærulei, Aeruginis, in Chalcytidis ipſius mole adglutinatas,

Cadmia duplex.

Tutia.

Pompholyx.

Spodium ſiue Cinerula.

Cadmia factitia.

Cadmia naturalis 9. Simp.

necnon exquiſiti Diphrygis ceù venas quaſdam. Iure autem hanc lapidoſam quis vocet Cadmiam, ſubdit Galenus, & quæ altera Cadmia multo eſt præſtantior. Et quæ ſequuntur. Frequens hæc ergo reperitur in fodinis Germaniæ, vt teſtantur illi Metallarij, & non modò æneis, ſed argenteis, atque aureis, quam noſtri Tutiam, & corrupto paulisper uocabulo à Cadmia Calaminam appellant. Colore hæc in luteum albicans, acris, & de natura æris, vnde calciamenta ac pedes exurere eam aſſerunt operarijs, Reperitur, & in Italia multis locis, primùm ad Cumas, Dioſcoride. Poſteà inuenta eſt in Senenſi agro, in Vicentino, in Bergomenſi, præceteris verò in Mediolanenſi abundantius, vbi ex eius mixtura cum ære Orichalchum fit. Feſto quoque Pompeio authore ex antiquis; Cadmia inquit, terra eſt, quæ aſſumitur in æs ad conficiendum Orichalchum. Eſt autem Cadmiæ facultas Galeno eodem loco authore, leuiter deſiccatoria, abſterſoriaque; in caliditatis verò & frigiditatis differentia temperata, nempè neutrum inſigniter efficiens. Acrior tamen Germanica, ſi calciamenta exurit. Quamobrem & in antiquis, quæcunque ſit. moderatè exſiccatoria ſit, & magis refrigerans pro aquæ admixtione. Vt tutius hac naturali aqua ex Cadmia naturali (ſi haberi poterit) vtendum ſit, in certis affectibus oculorum, quàm factitijs ex Tutia) præparata collyrijs, quibus (ſi per inſcitiam artificis minus diligenter abluta ſit Tutia (vt plerumque ſit) inflammari ſtatim videmus oculos, nec intemperiem inhiberi..

Aquæ ex Cadmia ad Aquiſgranum.

AD Aquiſgranum in Belgis Cadmiæ genus foſſilè memoriæ prodidit nouiter Franciſcus Ruremundanus, eius ciuitatis Medicus, quod vulgus lapidem Calaminarem appellat, coloris ſublutei, & candicantis, quo æs in aurichalchum tingitur. Nec longè vnum milliare balnea tradidit, quæ inter Sulphurata ſuperioribus libris retulimus.

Aliæ ex Cadmia aquæ.

NON ſine quadam Cadmiæ natura, atque virtute mihi videntur eſſe quædam aquæ, quæ ocularijs affectibus medentur. Qualis Grotta Viterbij inter alias, quæ ære (vt communiter tenetur) atque Cadmia fortaſſe, quæ æri cognata eſt, participat. Tigurinæ ſimiliter aquæ in Heluetijs, & præclaræ ex Minio quædam in Hiſpania. Tales putamus intelligere voluiſſe Solinum in Sardinia fontes, qui Luciſugas pellunt. Vel forte, quia Hæmatitis lapidis abradunt ſubſtantiam, quæ mirificè ad omnes facit oculorum, & palpebrarum affectiones, ſi infundantur vel ſuffitu ſolo.

Aquæ de buxo ad S. Caſſianum, & Piſcina.

CADMIÆ quoque aliquam materiam mihi videntur participare Aquæ de Buxo nuncupatæ ad Sanctum Caſſianum, quas in ferratis anteà retulimus. Tùm ob excrementa, quæ exinde eruta vidimus cruſtacea, & Tutiæ modo dura: tùm etiam ex operationibus, quas inter hæ duæ ſingulares in eis ſunt; vna quòd oculos iuuant tàm bibitæ, quàm conſperſæ: & altera quòd ambuſtis igne mirificè medentur, nam oppidani nullo ferè alio remedio ad ambuſta vtuntur. Cadmiam verò, ac Cinerem manifeſtè hic obtinet Piſcina dicta cinericio ſecus vndique ſolo ipſo, ac aqua eodem tincta liuore. Quam in affectibus cutaneis, & quantumuis altam carnem occupantibus, id genus plagis perſanandis, ægrotantes tanquam alteram Piſcinam æſtate frequentant, ac mirificam experiuntur.

Aquæ Ciceronis in Baianis.

PERPETVA verò memoria, propter vtilitates quas præſtant oculis, commeminit Plinius Ciceronianas aquas, quæ ſub nomine hodie balnei de Prato in Baianis habentur. Rationi verò conſonum ſit ob illud iuuandi oculos experimentum, has Cadmia participare, quæ in Cumano agro naturalis eſt, Dioſcoride authore, ac in Baiano, qui Cumano eſt proximus, ſcaturiſſe has aquas recenſuit Plinius, quarum hiſtoriam exarauit his verbis. Digna memoratu villa eſt, ab Auerno lacu Puteolos tendentibus impoſita littori, porticu, ac nemore celebrata: quam & vocabat M. Cicero Academiam ab exemplo Athenarum, ibi compoſitis voluminibus eodem nomine. In qua, poſt obitum ipſius, Antiſtio Vetere poſſidente, fontes eruperunt calidi, quos oculis per quam ſalubres, eleganti ſatis encomio, à Laurina Tullio eius liberto fuiſſe celebratos recenſuit his verſibus, inter alios.

Lib. 31. c. 2. Bal. de Prato. Plinij hiſtoria

Hinc etiam apparent Lymphæ non ante repertæ
Languida quæ infuſo lumina rore leuant.

Quo exemplo certiſſimum habetur argumentum in continuo fluxu verſari omnia: Vt quarum nona olim, ac clara fama aquarum, ac balnearum, noſtro tamen tempore, locis illis graui incendio ab ſorptis, ac balneis, vix veſtigia aliqua remanſerint.

De

De aquis naturalibus ex Chryſocolla, & ex lapide Armeno dicto, & cyaneo. *Cap.* XVII.

CHRYSOCOLLA quodam aurarij metalli purgamentũ intelligitur. Cuius quidem, & lapidis Armeni, & Cærulei, ſeu Cyanei, quem & Lazuli appellant, eadem ferè natura videtur, ac eiuſdem pro ratione, impreſſionis in aquis. Nam vna omnium origo eſt, ſeruato tamen ritè progreſſu, quem naturam ſeruare in propagatione ſpecierum contemplamur. Prima Chryſocolla eſt, quæ veluti limus quidam, ac vena putris ex fibris defluit metallorum, Plinio teſte lib. 35. cap. 5. craſſeſcens poſtmodum rigoribus hybernis vſq; in duritiem pumicis. Colorem quam ſimillimè porri referens, quæ ex ærarijs in Cypro defluit, Dioſcoride: ſubalba quoque, pallida, & nigra, pro ratione fortaſſe ſocialium metallorum, auri, argenti, plumbi. Secundus progreſſus in lapidem fit, cùm nimirum tractu temporis induratur, Chryſocollæ colore infectus (vt ſcribit Plinius) optimusq. qui maximè viridis, communicato colore cum cæruleo. Qui lapis Armenius dicitur, regionis nomine cui primùm ab authoribus adſcriptus eſt: nomen tamen non variat genus, ac naturalis eſt non in Armenia ſolum, ſed in fodinis quoq; Germaniæ in maxima copia (quod Germani quidam authores, & Matthiolus teſtantur) argenteis præſertim, aureis, atque æneis, à pictoribusq́ue, qui eo frequenter vtuntur in pigmentis, verde azzurro, nuncupatur. In quibus fodinis & Cærulei, quem lapidem Lazuli vocitant, ingens copia reperitur, cœleſtem apprimè colorem referens, vocatum Lazuleum à pictoribus; Et in fidem; ſicut Plinius Armenium dixit colore Chryſocollæ infectum; ſic Dioſcorides, Armenius (inquit) eadem quæ Chryſocolla præſtat, ſed inefficacius. nimirùm in quo ob duritiem partes aliquæ acres ſolutæ ſint, quæ in Chryſocolla planè calefacientes ſunt, & ſiccæ qualitatis, carnesq. modicè mordendo exedunt. Arabes verò authores ob hanc Armenij, ac Cærulei affinitatem, indiſtinctè vtrumq; ſimul comprehendunt, ac eaſdem vtriſq; tribuunt virtutes: vtpote qui ſolo ferè (vt dixi) naturæ progreſſu ſecundum prius & poſterius differunt, ac maior neceſſariò fit in quoquo progreſſu coctio, & induratio. Vnde qui primus fluit liquor, limus eſt; ſecundo dureſcens, Chryſocolla; tertio lapis friabilis, Armenus dictus; vltimus, ac exactiſſimæ coctionis, ac duritiei fit Cæruleus. Quo tamen genera differunt haud dubiè penes regiones, ac pro metallorum, in quibus fodiuntur ratione. Nam Cæruleus nobiliſſimus, ac gemmæ inſtar ſplendidiſſimus, in Cypro ac ærarijs metallis eruitur, Dioſcoride. imò qui lapis Lazuli orientalis dicitur, gẽma eſt, ſcintillis illis auri congeneis ſibi emicans. Ex Germanis autem fodinis, vbi etiam reperitur, argenteis maximè atq; æneis, quæ portio diutiſſimam coctionem paſſa eſt, ea vitri modo ſplendet, haud vllis emicat ſcintillis. Minus verò elaborata pars, ſegmenta quædam marmoris ipſi Cæruleo adglutinata referunt, quæ friantur, ac virore Chryſocollæ ſimul ac Armeni cum Cæruleo ſunt conſperſa. Horum ergo omnium ſubſtantiam, & qualitates poſſunt aquæ ex prędictis mineris ſuſcipere: maximè verò Chryſocollæ, quæ tota ſolubilis in aquis eſt: deinde Armeni lapidis, caliditatem, ſiccitatem, craſſiciem, abſtergendi vim, atq; acrimoniam. Stomacho aliquando noxiæ, ac bibentibus pernicioſæ aliquæ.

Chyſocolla natura.

Armenij lapidis natura.

Verde azzurro.

Cærulei ſiue lapidis lazula natura.

Qualitates in aquis.

Fontes Chryſocollæ in Dacia.

IN prædictis ergo metallis omnibus haud dubiè inuenitur Chryſocolla, præſertim in æreis, de cuius natura maximè videtur eſſe, ac bona profectò cauſſa cur æneæ aquæ egregiã adeò obtineant detergendi virtutem, & quæ aperiant, attenuent, ac frangant lapidem. Auri verò metalla, argenti, & plumbi, pro aliqua æris qua participant portione, Chryſocollam producere putandum. Rara autem habetur Chryſocolla; quoniam ea quàm rariſſimè in vſu medicis eſt: aurifices verò qui eam ad ferruminandum, ſolidandumq. (vt vulgò loquuntur) aurum accipiunt, (vnde illi Chryſocollæ nomen) factitia vtuntur, quam Boracem vocant. Nimirùm vt Dioſcorides quoq; docet, & Galenus, quæ ex vrina pueri, ac certa Nitri portione diutiſſimè in mortario ex ære Cyprio rubro, ac æneo item piſtillo exagitatis, conficitur. Exemplum verò naturalis in aquis habetur in Dacia, quam hodie Tranſyluaniam vocant. Vbi è Carpatho monte (vt ſcribit nouiter Georgius Reycherſdofferi Tranſyluanus author) apud Neuoſolã oppidum, quod accolæ Biſtriciam appellant, ſodinæ ſunt æris opulentiſſimæ, quæ Regiæ appellantur, ex quarum certis cuniculis aqua emanat vireſcens, ex qua, vbi in ſuis receptaculis ſubſederit, Chryſocolla colligitur. Quæ aqua facit & balnea aliqua, dè quibus iam inter ænea diximus, in quarum natura omnis Chryſocollæ vis eſt conferenda.

Vis deterſoria.

Borax aurificum.

De Aquis naturalibus ex Ochra, Rubigine, ac Rubricis. *Cap. XVIII.*

QVAM rationem, atq; originem habet Chryſocolla è metallis æneis, atq; aureis, eãdem habet Ochra è plumbarijs, Aerugo ex ærarijs, & Ferrugo ex ferrarijs metallis. Quinimò quodq; metalli genus ſuum habet excrementum, idq. maiori ex parte originem habet Chryſocollæ adſimilem: nimirùm quòd vel humore aliquo ingenito, vel influente supernè aqua concreſcit limus, qui pro metalli natura, ac fomite, in varias naturaliter ſpecies confotmatur, vel pulueris, vel terræ, vel lapidis, diuerſorum colorum, & diuerſarum qualitatum. Communicant tamen in multis, & in multis natura promiſcua.

Aerugo, & viridè æris.

Aerugo propria æris, quam viride æris factitium æmulatur: ac viſa in fodinis Cyprijs Dioſcoride teſte, per ardentiſſimos Canis æſtus deſtillare, virente admodum colore, inſignis quidem acrimoniæ, ac abſterſoriæ ſimiliter facultatis in aquis æneis potiſſima cauſſa.

Ferrugo.

Sicut & Ferrugo in Ferrarijs, quæ ſubrubet, quaſi creta exuſta. Ac eam conſequuntur varia Rubricarum genera, Synopis, Hæmatites lapis, Schiſton, Smiris, Bolus.

Ochrę natura.

De promiſcuis autem natura, eſt Ochra, quæ & in plumbarijs frequens eſt, & argentarijs, ac origine fermè cum Chryſocolla in fibris lapidum adhæret, colore luteo, leni, ac friabili ſubſtantia, vnde facilè fathiſcit in aquis. Talem narrant ex Germania ſcriptores, Ochram in Saxonia fluuium, qui eo lapidis, quem abluit ſucco dilutus, ac luteus influit ſimilis in Senenſi agro reperitur ad Eroſinam oppidum, vbi plumbi vena, atque argenti, cum Ochra, & terra pallida.

Ochra fluuius.

Ei virtutem ſiccandi, ac adſtringendi tribuit Dioſcorides: & tamen Galenus Ochram mediocriter calidam ponit 5. Simpl. cap. 12. Vbi eam inter medicamenta connumerat, quæ vrinam cieant, vt Ochra, inquit, & Nitrum, & Acetum Scilliticum. Veruntamen vires eam habere paululum diuerſas, pro natura metalli, vbi producitur, non videtur dubitandum; alibi calidam & incidentem, quam ob rem vim in aquis habebit inſigniter abſterſoriam, & quæ vrinam cieat. Alibi ſiccam, & tetram, ſtypticamque, & maximè quia hæc excrementa caſu multoties naturæ permixtæ oriuntur.

Hæmatites.

Nam in metallis ferri Iluæ inſulæ quinq; hæ partes reperiuntur, Blanchetta, quam appellant, nos Argillæ putamus ſpeciem; Bolus, quæ rubra eſt; Synopis ſiccior, ac aridior Bolo; Ochra pallidior vtriſque, & Rubigo.

Schiſton.

Reperitur & in ferrarijs aliquando Hæmatites lapis, qui multoties Ochram æmulatur, nam & flauus, & niger, & ferruginis inſtar in fodinis reperitur, vt metallarij teſtantur: cum propriè ſanguineus ſit, vnde illi nomen, quanquàm & à virtute, quam inſignem habet ſiſtendi ſanguinem ita potuit nuncupari. Reperitur etiam per ſe, ac vtrobiq; ſiccam, frigidam, ſtypticamq. aquis virtutem impertire valet.

Smiris.

In ferrarijs porrò fodinis Schiſton quoq; frequens eſt, quaſi ſciſſilis natura; qui in cunctis Hæmatitem æmulatur etiam in virtutibus, quas habet tamen ad omnia infirmiores, Dioſcoride authore. Frequens & in argentarijs Germaniæ, & in Bohemia; terreno etiam vbi naſcitur, rubeſcente. Rubet & Smiris, quo Gemmarij, ac Vitrarij vtuntur, ferreæ naturæ, & gleboſus, inæqualiter fragilis, abſterſiuæ ſimiliter virtutis.

Balnea quædam cum Ochra.

OMNES ferè aquæ, quæ rubore plus minus dilutæ, aut terram ipſam quà influunt rubigine conſpergunt, aliquam veriſimile ſit ex prædictis excrementis, ac metallicis concipere. Ad quarum diſtinctionem adiacentes ipſas terras, nec non & aquarum ipſarum operationes contemplari eſt opus.

S. Caſſiani bal.

Nam ex Ochra fluuium in Saxonia, luteum fieri iam diximus, quæ ibi naſcitur. Ochræ verò excrementa, ac ferruginis ſimul mittunt Sancti Caſſiani balnea, Ficuncella præſertim dicta, quam ferri diximus, atque æris naturam obtinere.

Auinionis bal.

Ad Auinionis autem balneum, etiam riui, quacunque influunt aquæ, rubent, quæ cum ſtypticæ ſint, aliquam ex prædictis ſpeciem, vel Bolum, vel Hæmatitem concipiunt, quæ ſunt ſtyptica.

Aquæ in Piſanis.

Nec minus in Piſanis, his adſimiles aquæ dictæ Ochra participant, ac ferrugine aliqua; vnde certis temporibus citrinæ emanant. Quas in Monferrato retulimus ad fluuium Burmidam aquas Ochræ, vel Rubricæ concipiunt qualitates, ac tota eius agri tellus eius Rubricæ ſpecie eſt, in figulinis vaſis electiſſima, & circa Mellam fluuium in Brixiam.

De aquis ex combuſtiis terrenis corporibus, calce, cinere, ac Pumice. Cap. XIX.

CORPORVM quidem terreſtrium combuſtorum copia cineris præſertim, atque calcis, vt non eſt aliqua minera propria; ita quacunque in parte ignis exæſtuae, & ex omnibus aquis calidis plus minus ſcatere inuenitur. Nam vbicunque ignis combuſtio fit, vel calx ex lapide calcario, vel cinis redundat, ex recrementis terrarum, ac radicum quas ignis offenderit. Quapropter calcis, ac cineris, communes quoque ſunt omnibus calentibus aquis, maximè verò feruidis impreſſiones, & qualitates quas tetigit Galenus lib. 9. de Simpl. med. facult. his verbis. Sanè (inquit) pleriquè exſtimant combuſta omnia ſeipſis frigidiora. Alij contrà combuſtorum omnium augeri caliditatem: Vtrique verò per indiſtinctionem errant. Planè enim conſtat quædam ex combuſtione calidiora fuiſſe reddita, & ad guſtum, & ad tactum, & ad facultatem operandi. Quædam contrà tactu conſtat, & vſu minus effici calida. Ad diſtinctionem igitur vtrorumque ſciendum eſt: quòd acria quidem ſi vrantur, multum caloris amittunt. At quæcunque acria non ſunt, multum ex vſtione caloris aſſumunt. Sane combuſtorum omnium nullum planè eſt frigidum. Relinquitur enim in illis velut ἐμπύρευμα, hoc eſt igniculus quidam, teſte Ariſtotele. Si quidem humidum omne combuſtio abſumit; reſiduum autem quod remanet, terrenum eſt cum empyreumate, quod diximus, quales nos propoſuimus Cinerem, Calcem, atque Pumicem. Ex his Galeni verbis duas colligimus concluſiones: prima eſt, quòd nullam ex combuſtis terris pertranſit aqua, quæ non aliquam caloris vim, poteſtatemq. conceperit; nullum enim combuſtorum planè frigidum eſt. Altera eſt, quòd qualem, & quantum caloris gradum poſſint aquæ ex ipſis concipere, non à ſpecie modò combuſtæ rei, ſed à ſingulari ipſa materia combuſta ſpeculandum eſt. Nam ſicut per ſpecies alterum altero calidius eſt haud dubiè (nam calx acerrima, minus acris cinis, & minus vtraque pumex ſpecie ſua) ita ſingulariter cinis minus acris ex vna materia, ac ſingulari loco reperitur, quàm ex alia materia, vel loco: & de Calce & Pumice, alijſque id genus recrementis ſimiliter putandum. Atque hæc profectò cauſſa eſt cur ex vna ſpecie, vnaque materia terræ, diuerſas tamen certis locis videmus in aquis emanare qualitates, potiſſimùm in ſapore. Et patet etiam ratio ad quæſtionem, an ex calce aquæ, & ex cinere lixiuium caloris gradum, quem noſtra opera acquirit, eundem ex natura concipiat in terris? Nam non eſt certa proportio, nec vna ratio. Quippe affuſa ſuper calcem aqua intenſiſſimus quareo gradu excitatur feruor in aqua ipſa, ac acerrimum ſimiliter ex cinere fit lixiuium: ex inde tàm calx, quàm cinis exoleta remanent, & nullius poſteà impreſſionis omni ex eis caliditate tranſmiſſa in aquas. Imò Calx exactiſſimè lota, cùm ſine morſu ſiccet (Galeno teſte) ad combuſta igne cum oleo, fit remedium ſingulare. At in terris quæ impreſſio fit ex combuſtis id genus rebus, vniformiter fit, manetq. vno tenore perpetuò. Vbi maior, vbi minor. vbi mediocris pro diuerſitate combuſtæ materiæ, plus minus ſua natura acris, vt iam ex Galeno oſtendimus. Nec non pro ratione ſubiectorum certis locis calorum, ac adiacentium cum calce ipſa mixtorum, quæ variant ſine fine; & vel augent àquis acrimoniam, vt de tot mixtis terreſtribus dictum eſt, quæ obtinent naturaliterigneam; vel retundunt, quia ſimpliciter terrea ſint, ac frigidæ, ſiccæque qualitatis. Vnde in Lacunis Volaterranis acerrimę perpetuò ſaliunt aquæ: in quibus nimirùm combuſtio ſubſidet aliqua, & terræ natura tota foris atque intus Chalchanthoſa, ſalſa, atque acris. In Auernis verò Campaniæ minus acres, ſed putidis continenter ſunt aquæ contemeratæ vaporibus, ex continua illarum terrarum combuſtione.

[Margin: Qualitates. — 4. Meteo. — Queſtiones. — Calx lota re mediū ad ambuſta. — Acerrimę aquæ in Volaterrano.]

Loca in Senenſi, ac aquæ cinereæ.

PRO naturali copia terrarum combuſtarum, quas tot locis narrauimus in Hetruria, duo ſunt loca inter alia in agro Senenſi, manifeſtè cinerea. Vnus eſt ſub Vico Sanctæ Cęciliæ, non longè à Repolani balneis; vbi ſubterraneus, qui eò influit calor, ex terræ raritate exeſtuat ad ſuperficiem, ac campum ingeri magnitudine totum cinereum, ac bulloſis, ex eo ſcatentem aquis occupat, fetorem verò exhalat vaporum in omnem illam viciniam, prætervolātibus exinde auibus infeſtiſſimum. Altera lacuna eſt adiſſimilis aquarū frigidarum inter Pientiam & M. Politianum, vbi tellus vndique quaſi latentes ſub cinere continens feruores crepitat, ac depluentibus præſertim imbrimus ingeminat ſonitum.

[Margin: Ad Sanctam Cęciliam. — Ad Pientiam.]

Digitized by Google

Cinereæ in Iſchia, & in Baianis.

Cinereæ potabiles

Cineris. & Calcis natura ſalſa.

NVLLA verò tellus mitiora habet cinereum aquarum exempla, quàm Aenaria Inſula, & in conſpectu eius Baianus; ac Puteolorum ager loca, tot adeo funeſta incendijs & quæ ex ipſis ignium ſalebris, & inter ipſos cineres calentibus, ac multifariam admixtis aquis ſcatent. In quibus tamen non mirum aliquæ, quanquam eandem toto eo tractu terrarum origınem, ac ſubiectam habeant, combuſtarum terrarum ac cinerum naturam non tantùm aeres non ſunt, nec iniucundæ, ſed blandiſſimæ ex ipſis cineribus exiliunt iam extinctis. Aliæ, in quibus aliqua viget acrimonia, vtiliſſimæ in potibus ad multas infirmitates; abſterſoriæ nimirùm naturæ, vel Nitroſæ ſunt, vel ſalſæ. Ariſtotelis quoque teſtimonio, qui in 11. Metheor. Salſas dixit naturaliter aquas, cineris, & calcis naturam retinere. Geber verò optimus inter Alchimicos philoſophus, Salis atque aluminis materiam aſſerit calcem eſſe, eo potiſſimum argumento, quòd in aquis ſoluitur, vt ſalſuginea aluminoſa reliqua. Gypſum præterea cognata calci res eſt, quod ipſum & è lapide item coquitur.

Aponi aquæ cinereæ.

QVAMOBREM, nulla eſt peritorum, quæ videtur, controuerſia, dum Patauinas ad Aponum aquas, gypſeę, calcinatæ, cinereæ, ſalſæ, aluminoſæq. mixturæ exſtimant. Nam idem fermè omnium eſt fundamentum; terra nimirùm ſulphurea, & quæ olim fortaſſe combuſta, vt aliàs diximus, adhuc illius combuſtionis retinet veſtigia, cineres, pumices, calcarios lapides, feruorem ſubterraneum, qui & ad ſuperficiem certis locis exęſtuat, & aquas, quæ hinc inde ex his collibus emanant calidas, reddit, & plurifariam ſalubres. Fundunt verò ſpecialiter Aponi balnea certis vicibus liquamen id genus albidum ceù calce diluta eſſent, tumq. maiorem habere efficaciam putantur in remedijs.

Cinereæ, ac ſulphuroſæ aquæ in ardentibus terris mundi noui.

Lacus ſe abſorbēs.

Flumina cinerum.

Balnea cinerea ſulphurea.

EX terris verò ardentibus, ac incendijs noui orbis, quæ recenſuimus lib. 4. in Guitimala, ac Nicargua prouincia, manifeſta ſunt cinerearum, ac ſulphurearum aquarum exempla. Immò tota illa regio, quæ ſub Tropico Cancri centenis vltra milliaris, ad portum Sancti Michaelis, & in Pariam vſque protenditur; pro quadam naturæ & illorum calorum compenſatione paſſim abundat varia natura, ac magnis fluminibus diluitur, ex quibus ſtagnantes aliquæ permultos faciunt lacus, ad nauigationes iſtas occidentales opportuniſſimos, & qui frigidas adferunt omni illi regioni, ac ſaluberrimas auras. Quorum vnus inter alios hoc nomine memorabilis eſt, quòd ſex circiter milliariorum ambitu vadoſus quadamtenus ſit, nauigabilis; cæterùm in vaſtam quandam ad medium præcipitat voraginem, vt ceù Syrtes quædam, & Carybdis, accedentes, ac periculi ignaras abſorbeat naues. Quamquam verò illa incendia non perennes mittant flammas; tantam vim tamen cinerum quandoque eructare conſueuere, vt pro frequenti vndiq. in campis ſqualore, ac lapidum combuſtorum mole, quos iactat ad marinas vſque vndas, flumina quoque ipſa ſqualida reddantur; quapropter cinerea à primis aduenis ſunt nuncupata. Fontes verò eum non deſint inter alios potus vtiles, lacus eſt, ad oppidum Ninderi, ex quo eliciunt potabiles, aut dulces. arte ex altis ſub cinere hauriunt puteis. Pluri autem ex parte, ac longe à fontibus ob ſoli qua decurrunt qualitatem inſuaues fiunt, vel ſalſæ, uel cinereæ, & aliæ non minus ſulphuratæ ſcatent, & calidæ, quas atteſtantur primi inuentores ad vſum, more noſtro, balnearum, ſe excepiſſe, ac in morbis quibuſdam grauibus curandis, etiam à Venerea lue coemptis non iuueniſſe molliora præſidia.

Aquæ calidæ ex calce in Dacia.

Calx naturalis.

CALCIS verò naturalis clarum exemplum habetur ex aquis in Dacia, quæ à Tranſyluanis authoribus nouiter in hunc modum deſcribuntur. In Zepuſio plures emanant aquæ calidæ, vtiles hodie quoque, & celebres in balneis. Hieme calidiores quàm æſtate, ac lapideſcentes aliquæ cum magno ſtrepitu, exeunt, vnde à riui murmure Rauſchenpach ab indigenis appellantur. Ac plures ſimiles ad pagum qui vocatur S. Ioannis, ad pagum Sancti Andreæ, ad ædem Sancti Martini. Vbi inter alias erumpit aqua bullienti ſimilis, cum magno intus ſtrepitu, ac murmure, & quaeunque ſubinde excurrit lapideam facit terram. Infrà verò terram quoddam gignit lapidis genus, quod aquis diſſolutum ad opera deſeruit cæmentaria calcis vice. Qui verò lapides vndique ſecus riuos eruuntur, tophi inſtar, & pumicoſi, ex glutinis quadam tenacitate, quod continent, duriſſimæ ſunt in ædificijs ſtructuræ.

Ex

Ex Marga aquæ.

CALCARIAM porrò quandam, ſeu cineream putamus materiam, quam Margam dicunt, quam deſcribit Plinius, ac terræ adipem vocat, multæq. eſſe vbertatis aſſeuerat, vbi in campis ſpargitur ſtercorandis. Quod diſſimile veri non ſit; nam & cinerum globi, qui iugiter ex Aetnæ faucibus eructantur, vbi pluuias ſenſerint, agros vndiq. regionis, ac vineta impinguant. Natiua hæc per ſe certis locis, vt quas ſpecies eius notant Germani authores apud Saxones reperiri ad lætificandos agros, diſcolores, albas, cinereas. Scatet quoq; è lapidum fibris, metallisq. varijs, vnde & cum aquis commixta, ſtypticæ eas qualitatis reddit, ac ſanguini ſiſtendo efficaces.

Lib. 17. cap. 6.

De Lixiuio.

LIXIVIVM ergo (vt Galeno elicitur 8. de Simpl. medica. facult.) communiter intelligitur quod maceratis aqua cineribus percolatur: quippe partes ex cinere tenues, ac fuliginoſæ in Lixiuium tranſeunt, reliquum verò terrenum, & infirmum, & morſu caret. Verùm (ſubdit Galenus) non omnis cinis eadem temperatura præditus eſt, ſed pro combuſtæ materiæ diuerſitate variatur. Ex lignis, quæ acerbam præ ſe ferunt qualitatem, ceù quercus, ilex, arbutus, fagus, lentiſcus, hædera, & id genus alia, non parum aſtringit. Ex ficulneo autem ligno, quod plenum ſit ſucco acri, & calido, multum acquirit acrimoniæ, abſtergitq. velut qui ex cinere fit tithymalorum. Eſt & Calx (ſubdit ipſe) cineris quædam ſpecies, cæterùm tenuioris eſſentiæ quàm qui ex lignis fit, nimirùm quanto lapides exactiùs torreri, vt cinis fiant, poſtulant. Porrò Calx ſi lauetur aqua (ſubdit 9. Simpl.) ſuam exuit mordacitatem, efficitq. vocatam κονίαν, hoc eſt Lixiuium, & ipſa abſq; morſu deſiccat, omni caliditate in aquis depoſita. Porrò ex harundinum radicibus atque corticibus, authore Dioſcoride libro primo cum aceto alopeciæ medetur. Galenus autem 7. Simpl. Cortex inquit radicis eius combuſtus admodum tenuium partium, digerentisq. facultatis efficitur, cum abſterſoria facultate, vt exſiccet, & calfaciat tertio quodammodo ordine. Sarmentorum verò cinis, Dioſcoride teſte lib. 5. vrendi vim habet. quam ob rem in vſu hodie ex vtriſque Lixiuium eſt ad pilorum defluuium in morbo Gallico, de quo opportuno magis loco dicendum eſt lib. 7.

Cineris differentiæ.

Ex ficulneis.

Calx cineris ſpecies.

Lixiuium ex calce.

Ex harundinibus.

Ex ſarmẽtis.

De amaris naturaliter aquis. Cap. XX.

AMARAE autem aquæ, omnes mixturam aliquam præ ſe ferunt amaram. Huius ſaporis cauſſam Galenus ſimpliciter in calorem, ac ſiccitatem retulit, his verbis. Nempe peraſſata rei ſubſtantia velut cinis, vel potius fuligo. Ita admodum excalfactis dulcibus amaritudinis cauſſa conſtat, ſiue inquit ab igne, ſiue à calore ingenito id fiat. Vt in melle; cui ſi pluſculum accedat caloris, aut ignis admoti, aut febrientis hominis eſu, ſtatim amarum efficitur. Ita ſanguis ſi incaleſcat, bileſcit, amarusq. efficitur, & qui ieiunium aliquandiù ſuſtinent, ijs ſaliua ſalſa redditur, mox diutius prorogato ieiunio, non ſalſa modò fit, ſed & amara. Simili exemplo in natura, lacus bituminoſi aquas non ſolum ſalſas quis aſſeueret, ſed & impensè amaras; quia ſcilicet plus quàm alia aqua peraſſata eſt, & ſqualida. Quod & Nitri, & cineris exemplo confirmatur, quæ amara cum ſint; terrena conſtant eſſentia, exactè à calore elaborata, ac veluti ſuperaſſata. Atq; hæc eſt Galeni ſententia: cui inſtat, imò potius eius amplificat doctrinam Auerroes 5. Colliget. amaritudo enim (inquit) non ſolùm ſequitur complexionem calidam, & ſiccam, ſed & frigidam, & ſiccam. Quarum cauſſarum diſtinctè ponit idem Auerroes exempla in 11. de anima. 105. Sapor enim amarus qui ſequitur dulcem, fit à calore, vt in melle viſum eſt, ac præallegatis alijs à Galeno exemplis. Sed ſapor amarus, qui præcedit dulcem, fit à frigiditate, vt in glandibus, & xilocaractis, ac id genus fructibus videre licet, primò amaris, defectu ſcilicet caloris, & indigeſtis adhuc; mox dulcibus, bene digeſtis. Adde his tertiam cauſſam (ſi libet) amaritudinis, quæ in aquis eſt præcipua; ex mixturis, ſcilicet naturaliter, & tota ſua forma amaris, calidis maximè, & peraſſatis. Qualis iam dicta eſt Sandaracha, Vitruuio quoq; teſte libro 7. cap. 3. per cuius defluxum, ſcribit ipſe, Hypanim in Ponto fluuiũ paruo fonticulo amareſcere; quod eſt amareſcere ipſum ex accidenti mixtura. Sic ex Nitro aquæ, ac ex cinere aliquæ amareſcunt, non quia vllum perpeſſæ ſint calorem, aut frigus, ſed quia ex accidenti corpora illa incurrunt amara. Hac ferè de cauſſa amaræ aquæ omnes amareſcunt. Quales multas habet Aegyptus, quæ ſuprà Nitrarias tranſeunt. Ac plures memorantur circa Rubrum mare. Ita & Bitumen amarum naturaliter, cum ſalis maximè mixtura ſuperaſſati. Quam ob rem (vt Galenus ſcribit 4. Simpl.) in Lacu, quem diximus, Palæ-

4. Simpl.

Amaritudinis ſecunda cauſſa.

Tertia cauſſa.

Hypanim in Ponto flu. amareſcere.

Lacus bituminoſus.

ſthinæ

ſthinæ bituminoſo,nullum neq; animal,neq; planta ineſſe conſpicitur,ac vel iniectos enecat piſces. Sunt enim amara omnibus propè animantibus iniucunda,nedum hominibus. Aſ- [Aqua maris maioris amara] ſerunt tamen noui nautæ ex montanis impetu manare lacum Abibo dictum,nigris ex bitumine, & amaris aquis, & fluuium ſimiliter in finibus Anzeræ, ex quibus incolæ decoquunt ſalem. Amaritudo (inquit Auerroes loco citato) eſt in vltimo contrarietatis nutrimento animalium,& contraria dulcedini propter ſiccitatem. Ideo,ſubdit,in aqua maris maioris, quia eſt nimis ſalſa,& multum amara,non poteſt viuere aliquod animal. Talem in Auernis diximus naturam,terris peraſſatis atq; cinereis.

De acidis aquis naturalibus. Cap. XXI.

SINGVLARIS autem conſideratio de aquis naturaliter acidis eſſe debet; tùm quia hæ multam præ ſe ferunt nobilitatem ſubſtantiæ,atq; ſaporis;tùm quia nobiliſſimarum pariter operationum ſunt in potibus medicatis, ac nulla tamen pars aquarum fuit minus definita ab auctoribus,tàm antiquis quàm iunioribus,quàm hæc de acidarum natura. Qua propter nos earum tres examinabimus opiniones:primam ad ſententiam Theophraſti, ſecundam Ariſtotelis,& tertiam Vitruuij,iuniorumq. quorundam; vltimam [Aciditatis duo genera. 6.de cau. pl.] ponemus noſtram. Si quidem apud Theophraſtum in libris de hiſtoria plantarum, duo legimus ſaporum acidorum genera; alterũ quidem,quod ex putreſactione fit, vt quùm ex vino fit acetum: alterum verò quorundam fructuum eſſe proprium. Naturalis (inquit ipſe) vini mutatio in amarum eſt, ſeneſcens ſcilicet, ſed ſi quaſi per violentiam, & præter naturam mutatum ſit,aceſcit. Si quidem acidi ſaporis natura ex his ſimpliciter redditur, quæ propter putredinem attenuata iam fuerint. Cui ſententiæ omnes conſentiunt: nam [Cap. 6. & cap. 15.] Alexander Aphrodiſeus in 4.Metheor. aciditatis dicit eſſe cauſſam calidam frigidam & tenuem Galenus,cum participatione caloris,vt dicemus. Auerroes autem in 11. Quolibetorum, dixit conſiſtere in frigido. Nec eſt contradictio, nam vt ipſemet paulo poſteà declarat, Aciditas ſubſtantialiter à frigido fit tanquam ſubiecto, accidentaliter autem à calido corrumpente. Simile quiddam accidit lacti;putreſcens enim lac,attenuatumque, paulìſper aceſcit,& fit aqua acida. Et chylo in ſtomacho,vbi putreſcens liqueſcit, & redditur acidus. Et ex ſuccis id planè liquet quorundam fructuum, ex quibus putrefactis, & aceſcentibus,conficiunt quædam nationes vocatam Ceruiſiam. Porrò alterum genus aciditatis naturale eſt,idque euidens in multis fructibus,præſertim immaturis;qui acidi ſunt,non quia alicuius putrefactionis ſoboles ſint, ſed quemadmodum de fructibus & de rebus naturaliter amaris diximus,acidi planè ſentiuntur ex indigeſtione partium,& ob diminutum calorem. Vt in Ceraſijs patet guſtu acidis naturaliter,& non ex accidente putredinis. Idem [Acetum ſcatere vermib.] ſentimus in ſucco Citrij mali,qui exactè acidus eſt. Idem habet Omphacium ex immaturis vuis,malum punicum, ac fructus alij. Et plantæ quædam acetoſæ. Ex quibus iam duplex huius ſaporis apparet cauſſa,altera per indigeſtionem, ob diminutam cum multo frigido caliditatem; per putrefactionem altera, exemplo ex aceto manifeſtiſſimo,quod ſi intenta oculorum acie ſub ſole luſtraueris, innumerabili minutiſſimorum vermium copia ſcatere videbis. In quibus non dubiè tota vis aceti ac forma caloris conſiſtat, hoc altero noſtro experimento certiſſimo: nam decoctum,vt ſyncerius forſan experiremur acetum, vbi prius ſyncerum apparebat, & atomis illis germinans vermiculis, contrà euenit,nam amiſſo ſic omni vigore, & exoleto acore, ſubſtantia viſa eſt nebuloſa, decolor,& ceù cadauerata. Illa verò partium diuerſitatem,frigoris ſcilicet,& caloris participationem in aceto, Galenus in primo Simpl. cap.18. Mirifica coniectura imaginatus eſt: neceſſariam eſſe quandam partem in omni aceto,quæ inſtar fęcis in vino eſſet,& eam forſan eſſe,quæ caloris [2. Aphor. 20.] eius particeps eſt,reliquum verò quod tenue eſt in aceto frigoris eſſe. Non enim (vt poſteà arguit) quicquid tenuis ſubſtantiæ eſt,idem perpetuò calidæ, & igneæ pronunciare conuenit:immo complura frigida, terrearum partium ſunt,vt nix,& borealis autem. eadem ſen- [Acidæ nõ fiunt per indigeſtionem.] tentiam Hippocratis, Ἕλκεσι τὸ ψυχρὸν δακνῶδες,vlceribus frigidum mordax. Verumtamen vtra iſtarum,an ex natura,an per viam putredinis,ſit cauſſa acoris in aquis naturaliter acidis:neutra videtur. Verumq; enim tàm indigeſtio ſcilicet,quàm putrefactio rei mixtæ eſt, non ſimplicis elementi. Et qui fructus naturaliter aceſcunt, tota ſubſtantiæ proprietate aceſcunt,ac virtute ſeminis ſpecifica. At aquæ eſſentialiter ſine vllo ſapore, aut qualitate [Nec per putrefactionem.] ſunt, vnde ἄποιον Græci aquam cognominant, omnis videlicet qualitatis expertem. Nec tamen putrefactio aciditatis earum eſt in cauſſa;nam in aquis, etiam compoſitis, nulla eſt, quæ vini, vel lactis ſubſtantiæ proportione reſpondeat, & quæ poſteà corrumpenda veniat

I. in acorem. Imò aqua, vbi naturaliter acida oritur, nullum veſtigium, nullam præ ſe fert

II. diſpoſitionem putredinis,incorrupta,limpida,ſyncera manens. Et ſi corrumpantur aliqua,

vbi

vbi reſederint,corrumpitur ſimul & acor. Pręterea acor ex putredine in tempore fit;at bre- III.
ui curriculo aquarum per venas ſuas,quæ nam putredinis occaſio eſſe poteſt? Et tandem
putredo plus,& minus fieri contingit,pro certa anni conſtitutione,& temporis; pro vi ca- Opin. Ariſtotelis.
loris,& cauſſæ plus minus corruptinæ;at aciditas fontium vniformis eſt. Non ergo ſuppo-
nit putredinem præuiam. Porrò apud Ariſtotelem in 11. Metheor. non eſt dubium aquas
aceſcere ex accidenti:verùm quæ nam ſit accidentis huius ſpecialis cauſſa,non eſt facilè de-
finire. Quippe Ariſtoteles hoc ſupponit pro conſtanti & certo, quòd aqua ex accidenti
mixtura terræ, quaquà tranſeunt, mutentur, nouumq; induant ſaporem,& nouam qualita-
tem:& de ſalſis ſpecialiter,aç acidis ita habet. Quicunq; amnium,fontiumnè ſalſi ſunt,eos
maxima ex parte aliquando incaluiſſe cenſendum eſt,deinde ignis principium extinctum
fuiſſe. Terram verò per quam tranſmiſſi colantur,cineris,& calcis naturam retinere. Nam
terra dum ignem ſentit (quod plus minus id pati ſoleat) varias ſaporum, colorumq. for-
mas contrahit:quippe quæ aluminis,calcis, & cæterorum id genus virtutibus plena redda-
tur,ac exinde quæ dulcis influit aqua permutari ſolet. Et quædam aceſcit,quomodo in Si-
cilia agro Sicanico euenit. Hæc ibi Ariſtoteles. Vbi primum ſummus philoſophus vide- Exercitatio opin. Ariſt.
tur obiter,& exempli dumtaxat gratia locutus,non ex profeſſo. Nec porrò eſt neceſſarium,
vt quãoquam præ ſe ferant aquæ qualitatem,aut ſaporem,ea ex accidenti mixtura,qua obi-
ter tranſeunt,concipiant. Videtur enim multas aqua qualitates habere congenitas, ex va-
poribus nimirum heterogeneis, vnde fiunt; quam cauſſam de communi aquarum origine
iam probauimus lib. 1. cap. 2. ac eadem in aquis ſpecialiter multis fiet perſpicua. Et tan-
dem nec propria acoris aquarum ex mixturis eſt cauſſa, vel calx, vel cinis, quæ obiter of-
fenderint. Primò quia nec vbique,nec ſemper calx,aut cinis generant acidas; nam hæc ea-
dem ſalſas alias reddunt,alias amaras,alias inſipidas in Baianis. Et deinde quoniã ex Chal-
canthi natura,& æris lapidibus, & ex alumine aliquas videmus emanare acidas. Vlterius
ergo de propria cauſſa inquirendum eſt. Ex poſterioribus autem ſcriptoribus Vitruuius Vitruuij poſitio.
loquens & ipſe de acidarum natura, ſuccum dixit natura acidum in terris, qui aquis ipſis
obiter concorporetur, eſſe huius ſaporis in cauſſa. Cuius non fuit à nobis omittenda au- Iuniorum poſitio.
thoritas,etſi hæc non fuerit profeſſio;nam iuniores quidam vix aliam adducunt cauſſam:
quorum idcirco magis admiror hac in parte inſcitiam,qui ſaltem nullum talem curauerint
aſſignare ſuccum in terris naturaliter acidum. Dicamus igitur,quod negari omnino non Propria opin. tres acidarum cauſſæ.
poteſt aliquas mixturas,aut ſuccos acres emanare acidas. Vt de multis dicemus eius ſapo-
ris aquis,quæ vel ferruginem conducũt,vel æruginem,vel alumen liquidum,craſſæ,graues,
& turbidæ. Verùm de nobilitate acidarum,quas videmus ſynceras,limpidas,lenes,ac prę-
ter acorem,non differentes à puris aquis;harum præcipuè qualitates ſunt de his, quæ à to-
ta origine, proprioq. temperamento reſultant. Vbi meminiſſe oportet de origine, ac tri- Libro 1. cap. 11.
plici temperamentorum genere aquarum naſcentium,quæ primo libro propoſuimus. Aliã
ſimplici ortu ſynceram naſci, & puram, quæ poteſt tamen obiter inſyncera fieri,& impurã
aliquam induere mixturam. Aliam concipere vaporum naturam; qui ex intima matrice,
vnde eleuantur,vel penetrent aquarum venas,illasq. inalterent ſua qualitate. Vel,quæ ter-
tium genus aquæ eſt, cùm ipſimet vapores combibiti in terræ poris ſuperioribus, ac frigi-
dis,in aquas conuertunt talis naturę,& qualitatis,cuius ipſi à prima matrices ſoboles ſunt.
Eo modo in aquis deſtillatis concipi diximus exactè rei deſtillatæ naturã. Nec ſecus con- Prima cauſſa.
tingit aquis quibuſdam naſcentibus;ſuppoſitum eſt enim terram heterogeneis admodum
oppletam eſſe vaporibus,atq; horum metallici quidam aërem in poris ſuis alterant, inſyn-
cærum,vdum,rancidumq. efficiunt, qui paulatim tabeſcens in aquam, acidum ipſi aggene-
rant ſaporem. Quare vnam trium cauſſarum de omni acidarum aquarum natura eſſe ne- II.
ceſſe eſt. Vna quòd à Minera,quã ſtatim aqua abluit,etiam ſyncero ortu, inficiatur,eiusq.
materiæ,ac fortaſſe ſucci ſuſcipiant naturam,vt priores dixere. Altera,quòd à vaporibus III.
alterentur ſuppoſitæ infra venas mineræ,quos aquæ intercurrentes combibant. Et tertia,
eaque optima, quòd ex eiſdem vaporibus, qui in terræ poris frigidis,perinde ſit in aëre,
conuerſi in aquam, ſuas illi congenerent qualitates. Vbi duo alia ſunt videnda: primum
quæ natura ſpecialis ſit in terris horum vaporum matrix;deinde ſigna, quæ has diſtinguant
cauſas ac genera acidarum aquarum. Quæ ergo natura ſpecialiter in terris ſupponenda
ſit acidis aquis,duo dicimus eſſe manifeſta. Primum,hunc ſaporem non habere certum ſuc- Materiæ acidarum nõ vna eſt
cum,nec propriam metalli ſpeciem in terris,ſicut cæteri ſapores,vt ſalſus v. g. qui ſalem
habet. Nam omnia metalli acrimonia habet proprietatem ad acorem. Quod conſtat ex-
perientia,nam alio loco reperitur chalcanthum,vel æris lapis,alio loco cinis, & calx. In
Hiſpania,& Aquitania acres ſunt putei,qui aquas longè concipiunt ex fibris argenti viui.
Quandam acrimoniam imprimit quoq; vena ferri,ſubinde alumen dulciorem, & nitrum.
Alterum haud minus eſt manifeſtum, quòd inter omnes ſuccos, ac materias ad acrem im-
preſſio-

Materia æris acidarũ propria.

preſſionem idoneas,idonea ſuper cęteras eſt acidis gignendis aquis,materia ęris,atq;Chalcanthi.Qua de re claram nobis præbet demonſtrationẽ metallum ipſum æris,ſuper quo videmus breui ſpatio aquã,& quemq; ſuccum,etiã oleum,fieri rancidum. Multo verò magis id fieri infrà terrę viſcera conſonũ ſit,vbi metalli huius aliqua propagatio exiſtat;nimirùm ob principiorum,ac materialium metalli huius naturam, quæ ſolubilia facilè in aquis ſunt

Aeris eſſentialia.

& aut cineris,aut ſalis,aut aduſtionis alicuius ſapiunt naturam. Idipſum iam ſuperiùs cùm de ænearum natura loqueremur,oſtendimus;primum veluti ſeminarium, ac matricem æris eſſe Chalcytim, Sory,Miſy,Melanteria,Chalcanthum; quæ guſtu omnia mordent, aſpera, acria. ac vbi madorem aliquem ſenſerint,aceſcunt. Et poſteà, quod multi in hoc eſt momenti;

Aeris excrementa multa.

Nullum eſt inter cætera metalla,quod tantam aggeneret in ſe excrementorum copiam,& acrium,quàm æris metallum. Quæ quanquam de eſſentia æris,non ſint,ſed mera eius excrementa, quæ redundant in formam aut ſuccorum, aut ſalium, aut vaporum: prudentiſſima tamen natura,quæ nihil patitur otioſum,per aſſiduam cum eo metallo digeſtionem, in aliquam reducit perfectionis ſpeciem. Nam in metallo æris ex alio excrementi genere facit cæruleum,ex alio Chryſocollam,ex alio Dyphrygem,quaſi terreum.& bis vſtũ totius lapidis excrementum;& aliqua præterea genera relinquit indigeſta,aut quæ in via ſunt ad digeſtionem aliquam;vt eſt ærugo,quam viride æris æmulatur,guſtu mordaciſſima, & acida,Chalcanthi materia,Ochra,Rubigo,& id genus multa. Quorum omnium nulla eſt acida aqua,quæ non aliquod educat,præſeferatq; veſtigium;ac argumento pariter ſunt nobis certiſſimo, ſaporem Acidum in terris, ſi aliquam habeat propriam materiam, nullam habere magis certã,aut idoneam,quàm metallum æris,quod & operationibus poſteà confirmabitur.

Ex materia æris cur non omnes acidæ.

Cur verò non omnes ex æris materia naſcantur Acidæ? iam manifeſta eſt ratio,quoniam hæc acritas vtplurimum excrementorum eſt potiùs,quàm æris; atque hæc vbi plus,vbi minus redundant,vbi alterum,& non alterum. Et præterea facit caſus, aut natura potiùs Regina rerum, vt ſuopte ductu aqua per excrementorum fibras potiùs, quàm principiorum ipſorum deducta ſit, quorum concipiat impreſſiones, vt Ochræ, Aeruginis, Chalcanthi,quorum (vt dixi) exacta in aliquibus acidis aquis appareãt veſtigia. Ergo di-

Acidarũ differentiæ.

uerſitas huius ſunt duæ primæ cauſſæ:prima, quoniam non omnia vbiq; eadem affatim ſunt metalla;& deinde quoniam non eandem cum aquis vbiq;proportionem,nec communicantiam habent. Alibi aqua totum influit metallum, alibi fibras tantùm elambit excrementorum, quorum primùm hæc acrimonia propria eſt. Alibi ſupernè aqua vapores dumtaxat concipit in ſe,quorum admixtione ſaporem ipſum induet acidum. Alibi tandem ſyncerus ipſe vapor æris,vel Chalcanthi fit aqua,& fit aqua acida, quæ omninm hoc in genere nobiliſſima eſt,ſyncera,limpida,& clara,& ferè non differens ab aqua ſimplici, niſi acore.

Signa acidarum diſtinctiua

Habent verò hæ differentiæ omnes ſua ſigna diſtinctiua: nam quæ ipſam elambunt materiã æris aquæ,vel excrementa; è notis metalli proprijs dignoſcuntnr, quæ & venam,& ipſam aquæ inficiunt ſubſtantiam.

Acidarũ eſſentiali ter ſigna.

Quæ autem vapores conceperint tantùm, ſynceriores, & deſtillatæ ſalſilaginem dumtaxat tenuem ſolent deponere;chalcanthi tamen naturam nonnullæ referentes. Quæ vaporum ipſorum deniq; ſoboles ſunt; vix tenuiſſimæ ſalſuginis veſtigium ex deſtillatione reddiderint; ac tribus potiſſimùm ſignis hæ diſtingneutur: primùm, quòd ſuprà opinionem alteratæ videbuntur,ſimillimæ aquæ ſimplici, niſi acore. Alterum, quòd vniformes,ac vno perpetuò tenore emanabunt:& tertium, quòd diutiſſimè ſaporem, & quam conceperint virtutem ſeruauerint. Hanc vinoſarum, hanc quorundam aliorum

Temperamentum acidarum aquarum.

ſaporum veram arbitramur cauſſam. Nunc autem qualis partium temperatura ſit, quæ acidum conſtituant ſaporem:id Ariſtoteles eodem 11. Metheor. promiſit,ac aliqua ex parte executus eſt Theophraſtus in 6. de cauſis plantarum,& Galenus primo Simpl. Specialis tamen,ac paulo diuerſa temperatura à cæteris rebus in aquis acidis reperitur. Sunt tamen aliqua communia. Primùm ex acore vini,qui maximè inſignis eſt, hoc colligimus, quòd acoris natura in quaq; re vna eſſe videtur. Omnis enim in frigiditate conſiſtit, cum qua-

Aciditatis temperamẽtum variũ pro ſubiecto.

dam caliditate. Siue quidem per extinctionem fiat caloris, vt vino accidit, cùm aceſcit; chylo ventriculi; lacti, & quibuſdam humoribus:ſiue ex ſucci, ac mixti illius immaturitate, vt in fructibus,ac mineralibus quibuſdam. In quibus non videtur eſſe dnbinm, quòd ſicut acor in varijs reperitur ſubiectis,& quiſq; à varijs ſit canſſis; ita variet in ſingulis gradu,& qualitate plus minus frigida,vel calida. Gradus enim non variat eſſentiam primam.

1. Simpl. 19.

Ita quòd in vino per extinctionem caloris introducta eſt frigiditas;attamen,ſeu quia natu-

Humor melancholicus acidus,& no ſine calore.

ra calidum,ſeu à calido corrumpente,calidas ei ineſſe partes negari non poteſt. Senſuum, ac palati experimento, vt Galenus inqnit: Si quidem guſtui mordicat,incendit, roditque, ac fermenti ritu inflat. Quaſdam ſimiliter caloris reliqnias confiteri oportet in humore melancholico, qui ex aduſtione acidus fit, haud æquè tamen calidas ac in vino; qni nempè humor frigidus eſt, ac ſiccus, veluti cinis,ac terram item fermentat. Fermentare autem

nihil

nihil aliud intelligitur, quàm inflare, ac in tumorem extendere, qualitate aliqua calorifica. Id quod in tumoribus lienis, cancro, anthrace, ac cæteris humoris melancholici vitijs apertè videmus, qui fermenti modo intumeſcunt. Verùm vt minor hoc in humore acor eſt, & caloris veſtigia tantum: ita caloris gradus in quoq; acore pro ſubiecti ratione metiendus eſt. Quare in coagulo, quod lactis eſt, natura frigidi & humidi, haud multus calor eſſe poteſt. Nec multus in chylo acido. Minor deniq; in aquis acidis eſt; duplici ratione, & vtraque optima: tùm pro natura mixturæ in aquis non adeò calidæ, vel aluminis, vel terræ, vel vaporum dumtaxat æris, in quibus ſi partes ſuperaſſent ignis, haud in aquam conuerti potuiſſent. Tùm præcipuè pro ſubiecto aqua; quæ natura ſua exquiſitè frigida, refrangit potius à mixtura conceptum calorem, quàm incandeſcat. Sed qualem guſtatis ipſis aquis acidis ſentimus, remiſſum obtinet calorem, & qui citò ſenſu ipſo euolet. Sunt ergo aquæ acidæ natura compoſitæ, frigidæ ſcilicet, ac ſiccæ eſſentiæ, attenuatæ quodam calore; quas qualitates omnes earum operationes conſequuntur. Acetum dicebat Auerroes 5. coll. cap. 30. eſt in vltimo ſubtilitatis, ac inciſionis: penetrantibus enim partibus calidis, acutis, frigiditas ſicca, quæ prædominatur, comprimit ipſos, compingitq. vſque ad intima. Nihil verò minus penetrationis aquis acidis ineſt: in his enim ſi minus caloris eſt, at maior naturalis ſubſtantiæ tenuitas, quàm in aceto. Itaq; acidæ refrigerant in primis, atq; exſiccant, præſertim ebibitę. Deinde pro tenui eſſentia, proq. acquiſiti caloris igniculo, penetrant, craſſasq. humiditates diſſoluunt. Hinc tertia virtute lapidem tàm in renibus, quàm in veſica frangunt, harenulasq. eijciunt, quæ prima eſt, ac inſignis harum aquarum prærogatiua. Id enim medicamenti genus Galeno authore 6. ſimpl. & 10. local. ſubtilium partium eſſe conuenit, penetrans, atq; incidens. Quas facultates fusè demonſtrauit in aceto 1. Simpl. cap. 20. Nam ſi acetum partes obtinet calidas cum frigidis, calidi cum ſit ſecare, diuidere, penetrare, hinc apertè patet acetum grumorum diſſoluere, callos, lapides, fictile, æs ferrũ, & plumbum, quarum ſcilicet rerum ſubſtantiam partes aceti acres intimè peruadunt, ac erodunt. Quicquid nonnulli eaſdem operationes ad frigidas aceti referunt partes comprimentes, & compingentes. Quod idem Vitruuius idoneis coniecturis confirmanit lib. 8. quando planè experimento conſtet, oui putamina in aceto molleſcere; margaritas in tabem reſolui; plumbum ex aceto in ceruſſam conteri, & laminas æreas in æruginem viridem. Quin, & ſaxa immania montium, quę nec ferro, nec igni euinci poterant, aceto conſperſo in fibras, diſceiſſa meminit Liuius. Nec obſtat hæc aceti opera eſſe extrinſeca: quippe vt acetum vehementis actionis eſt, ac difficilis experimenti in corpore; ſic retuſa eius violentia non minori efficacia ad lapidis vitia miniſtratur: inter cibaria temperatum, in oximellite, in alijs id genus compoſitis, & fermè hoc experimento, temperati aceti rationem obtinent aquæ naturaliter acidæ, quæ quanquam tenuium partium ſint, ad frigidam tamen potius referuntur qualitatem, (vt paulo ante dicebat Galenus) quàm ad calidam. Qua propter quæ Acidæ reperiuntur ex ære, ex nitro, ex chalcantho, vel temperatæ ſunt, vel vix attingunt primum caliditatis gradũ. Hinc membris nutritionis medentur, ſtomacho calido atq; humido, Auicenna teſte, pro earum frigida, ac ſicca qualitate. Appetentiam verò excitant, tum acuitate, ac adſtringentia mediocri; tum exſiccatis in eo lentis humoribus. Vbi enim venter craſſa redundat pituita, dantur vtiliter ad tenuandum, ad ſiccandum, ad tergendum. Obſtructiones aperiunt, hepatis, meſeraicarum, ac etiam lienis per initia. Reſiſtunt putrefactioni, vt acetum exſiccatoria, facultate, nec non tota ſubſtãtia, vt ſal, alumen, nitrum, cinis, chalcanthum, cuiuſq; horum ſoboles ſint. Lumbricos enecant; ab ebrietate vendicant, partim repreſſis, partim diſſipatis vaporibus. Porrò tandem non adeò Melancholicis laudantur: nec his qui multam congregant in corpore pituitam. Nec ſtomachis frigidis benè faciunt, nec neruis, nec vtero, nullis frigidis affectibus conueniunt.

Fermẽtare quid.
Acidarũ calor, exiguus.
Qualitates.
Aceti natura penetrans.
Operationes.
Medicamentũ lapidẽ frangens.
Aceti vires.
Acidarũ qualitas eſt aceti tẽperati.
11. Canonis.
Nocumẽta.

Aquæ Anticoli in campania.

IN primis autem de aquis ad Anticolum caſtellum ſcribemus, non tàm quidem ob ſaporis proprietatem, quem nullum habent, quàm quòd in hoc ordine, quem præſcripſimus, illuſtres obtinent prærogatiuas. Claræ aquæ, ſuaues, nullo ſapore, æſtate frigidæ, hieme tepidæ, pondere cum Tyberinis limpidis comparabiles, & nullius ſedimenti, hoc excepto, quod ex decoctione, tenuiſſimo, ac tenaciſſimo veluti pigmento latera vaſis dealbat. Ex chalcanthi, ac nitri ſimul (vt exiſtimo) pauciſſima, ac puriſſima parte, quam è ſubiectis id genus vaporibus prima origine conceperint, quas mineras ſubtiliſſimæ ſubſtantiæ eſſe diximus, aperire mediocri calore, incidere, abſumere lapidem, eijcere harenulas. In quibus affectibus meritò has aquas ſuperare omnem cauſam naturalem dixerim, quando in tanta ſynceritate ſubſtantiæ, omnis ferè mixtionis expertes; ſubtilis adeò tamen qualitatis, ac tantæ acuitatis ſint, vt vel margines ipſos fontis vnde exiliunt, mirificè exedant. Nec

Qualitates.
Minera.

mino-

Operationes. minoris ſunt in corpore efficaciæ: ſumptæ enim in potibus medicatis, ieiuno ſtomacho, plenis, iteratiſque poculis, vt moris eſt; ſuprà & infrà deijciunt ventrem, vrinas, ac aſſecla vrinis excrementa omnia educunt, ſudores eliciunt. Et cùm vſus earum domeſticus ſit, & in potibus, ac cibis, coquendiſque cibarijs, quæ percoquunt citiſſimè; hoc rarum in his *Electio.* aquis eſt, neminem vnquam ex indigenis harenularum, aut vrinariorum meatum morbis laboraſſe. Neminem inutili aruina pingueſcere accepimus; quod momentum in eis ſiccæ qualitatis, quam diximus, vel æris, vel chalcanthi, vel nitri, ſignificat. Romæ celebris earum laus eſt, ac vſus quibuſdam toto anno continuus, ad appetentiam excitandam, ad harenulas, ad obeſos. Nam ad plures menſes ſeruantur incorruptæ. Debent verò colligi ſub Sirio, menſe Iulio, quando minus imbribus contaminatæ emanant. Tumque & vſu balnei vtiliter bibuntur.

Acidæ aquæ ar vrbem.

IN tota autem Campania, atq; hac Latij parte, quæ paſſim puteolano puluere, & vbi topho, vbi lapide aluminis admixta eſt, & vbi etiam chalcanthi naturæ manifeſta continet veſtigia; ſanè perrara eſt vena ſynceræ aquæ, & quæ non ſit aut ſalmacida, aut fumoſa, aut acida. *Tres Fontanæ.* Primùm extrà portam Tergeminam, vltrà S.Pauli ædem, diuerticulo duorum milliariorum ab Hoſtienſi via, inueniuntur aquæ ad tres fontanas vulgo dictæ, quæ in ædicula Sancto Anaſtaſio dicata emanantes, ob diuerſitatem ſaporis Saluiæ antiquis cognominatæ leguntur. Craſſæ, fumoſæ, graues, & cum aliquali tepore, quas tùm pro loci reuerentia, in quo (vt legitur) D. Paulus fuit martyrio coronatus: tum pro ſaporis nouitate atque varietate mirificè colimus. *Acidę.* Inter plures autem, quæ eadem via, & à dextris, & à ſiniſtris naſcuntur variæ qualitatis aquæ; notiſſimæ iam factæ ſunt ac familiariſſimæ in potibus acidæ quædam, quæ ad mediam planiciem, haud longè à prædicta Hoſtienſi via erumpunt. *Minera, ac temperies.* Sunt enim ſubſtantia, ac cryſtalli perſpicuitate clariſſimæ; cæterùm ſapore acido in tantum, vt quaſi aceto dilutæ eſſent, penetrent, guſtatumq; ipſum manifeſtè afficiant. Ex quo reor equidem, quòd, ſicut hæc Latij pars eſt anfractuum plena, ac terreni genere adeò varia, aluminoſa, arida, & chalcanthoſa; ſic iſtæ aquæ duas habeant eius temperamenti, atq; ſapuris cauſſas. Vnam quidem, vt tota origine tales ſint, ex vaporibus nimirum enatæ mixtis, quos diximus; vnde ſapore excepto, haud differre eas diceres à ſyncerarum aquarum notis, tenuitate præſertim, & claritate, & quæ diu admodum in vaſe benè clauſo conceptam retinent impreſſionem. Alteram verò ex mixtura, quam adhuc obiter imbiberint alicuius ex prædictis ſubſtantiæ, vnde multam ex decoctione ſubſidentiam mittunt. Quam *Vſus.* ob rem cum multos nouerim qui ob eam ſaporis iucunditatem, eas, vt prædictas Anticoli aquas vſurpent in potibus cum vino, atq; etiam eſculentis; hos equidem, vt apertè aliquãdo redarguere ſoleo, ita minimè imitandos aſſeuero: ob ſiccitatem quidem prænimiam ſiccis, & cholericis; obſtructionis verò periculo pinguibus, qua de cauſa non difficilè dixerim aliquos hic Romæ primæ notæ viros, qui eo aciduli ſaporis lepore delectabantur, interijſſe. Quippe vt ſapore exactè acido, ita & ſubſtantia quoq; ſunt admodum ab Anticoli aquis differentes, ac recrementum ob eam mixturam decoctæ deponunt non paucum, pollinis albiſſimi, calcis, aut gypſi inſtar, cum ſalſedinis veſtigio ad guſtum. Vtendæ potius in potibus medicatis concalefactæ, cùm virtute polleant abſterſoria: quomodo nitroſas, & eiuſmodi alias renibus vtiles diximus: quo ritu aquas quantum vis admixtas, ac dilutas vacare periculo, iam lib. 2. explanauimus.

Acidæ S.Ioannis ad vrbem.

COMPLVRES autem aquarum, quæ inſigni aliqua virtute præditæ ſint, vt ſolent aut caſu, aut noua quapiam experientia innoteſcere; ita à paucis hinc annis perexigua quædam aquæ acidæ ſcatebra in vinetis Sancti Ioannis Lateranenſis inclaruit, tanta celebritate, vt hoc ipſo anno M. D. LXVII. habita ſit in miraculis. Oritur autem via Appia ad primum lapidem, non longè ab Antonini Hippodromo: vbi aperta vndique planicie, ſub molli, ac vliginoſo cliuo, perexigua (vt dixi) emanat vena: quæ tamen (vt ex reliquijs cernitur antiquis) olim iam fortaſſe vberior, tractu poſteà temporis diſperſa, in vicinum exilit riuũ, ac non difficile ſequentibus ea ſemiruta, ac lacera aquæductus veſtigia, reduceretur in totum. *Qualitates.* Eſt autem clara, ac limpida, nec diſſimilis adeò ſimplici aquæ, niſi ſapore ſubacido, quo plenè fit hanc aquam ex vapore quopiam minerali, eoque chalcãthi originem habere, non ſine tamen aliqua ſalis, aut aluminis mixtura, quam obiter concipit, atque etiam ferri. Quã ob rem diſtillata pauciſſimum relinquit ſedimentum: idque liueſcens primùm, ac igne *Operationes.* ſubinde aſſiduo albeſcens, ſapore pariter acidulo percipitur, ac ſicco, quem ipſiſſimum fermè chalcanthi ſaporem dixeris: quam naturam, & operationes etiam aliquæ confirmant.

Ve-

Digitized by Google

Venerunt autem iam multis annis in uſum,caſuali quorundam experimento, qui poſt longam infirmitatem cuirati,ac oppilati liene tumido, (ut eſt id genus ægrotantium conditio inhians ad aquas) ex hoc fonte bibentes,dum abſq; omni aut regula,aut menſura,tàm in cibarijs, quàm ieiuno ſtomacho ex ea quærerent ſitim extinguere; inſperatam cœperunt ſentire utilitatem,tumore tùm lienis,tùm uentris per aluum,& per urinas exinanito,ac ſiti etiam pluri ex parte leuata. Vnde factum eſt,ut qui adhibito poſteà aliquo iudicio cœperunt eam certa menſura,atq; ordine aſſumere; inuenerint eam non vulgarem habere virtutem ad obſtructiones tollendas viſcerum,præſertim lienis,ad abſtergendosq. omni viſcoſitate,atq; craſſicie renes: lapillis etiam præſentanea veluti manu à renibus ipſis (vt quidam fide digni atteſtantur) auulſis,atq; illicò cum ebibita aqua deiectis. Vtuntur ea qui hiſce detinentur affectibus,diluto ex ea vino ſatis vtiliter,vt quæ vix à ſimplici differt aqua: alij incoquunt etiam ex ea cibaria, quod abſq. ratione, ac perperam fit; ſiquidem omnem ex ebullitione exhalare virtutem certum eſt, ac aquæ ipſius ſubſtantiam incraſſari. In primis autem eo ritu laudabilis fit, quo cæteræ ſumuntur balnearum aquæ in potibus: quatuor nimirum, aut amplius crateris ebibitis, prout ſyncera ac frigida emanat fonte: quod vt æſtate tolerabile eſt,robuſtis præſertim ſtomachis, & calidis, cæterùm conualeſcẽtia parum vel tepens vtilior habebitur. Sumunt autem qui hac vtuntur, prout vrget neceſſitas, puta vel lapidis, vel haræularum affectu, omni tempore, ſeruantq. eam toto anno: quantumuis æſtate, tumque in proprio fonte ebibita, vtilior reperitur; idque ſub Syrio potiſſimùm, quando & pro natura aquæ frigida,& quia minus ab imbribus contaminatur, ſynceriſſima haberi, ac in vaſis etiam tùm collecta reſeruari diutiſſimè poterit. Haud quidem probatur in balneis,vt ex vulgo quidam perperam faciebat,nec frigidis affectibus: niſi forte vlceribus fluidis,pro mediocri,quam obtinet exſiccandi virtute, ac etiam inflammationes reprimendi.

Vſus. Electio.

Acidæ ad Capranicam.

A ſuperiori autem Vrbis parte, quæ longo tractu Tyberis ad oram vſq; maritimam in Hetruriam extenditur, à Tulpha incipiens, quæ tota aluminis eſt,citrà & vltrà Ciminum montem, vbiq; hæc tellus mineralibus varijs admixta reperitur, ac aquas idcircò plures obtinet mixtas,nonnullasq. acidas. Duæ verò inter alias ſunt inſignis ſaporis: vna ad Capranicam oppidum acetoſa,altera ad Vrbem propius in prædijs Bandineis, quam ſapore ſubacri,ac ſicco,ex aquæductus vetuſtate vnde emanat,veriſimile mihi fit,Alſiatinæ olim aquæ fuiſſe riuum, quæ per hunc agrum deducta Auguſto Cæſare (vt Frontinus meminit) id nomen ob quandam ſaporis ſalſitatem obtiuuit. Exactè verò acida eſt quæ ad oppidum Capranicam emanat,pro mixturæ videlicet natura ænea,chalcanthoſa,atq; exuſtę qualitatis;vnde fons non procul Carbonaria ob talem terreni mixtionem cognominatur,ac pauco exinde ſpatio fluentum oritur, quod in mediterraneum influens æris etiamnum cum propinquo caſtro retinet nomen. Et porrò non longè fluentum alterum Sanguinaria hodie ab aluei colore nominatur. Speciales verò aquæ fontis huius qualitates (vt uos ab egregio Medico Bernardo Odeſco Capranicenſi accepimus) hæ ſunt: quod ſitu boreali ex vligiooſa emanat terra ſpecie. Aqua clara,leuis,acida,nec bibentibus ingrata,ſalſum item pollinem,vt prædictæ id genus reliquæ,ex deſtillatione relinquens. Riuum verò, quò ſubinde influit,ſecus vndiq; æruginoſo,ac Ochræ ſimili inficit luto,guſtui ſicco,atq; metallico,coq. (vt crediderim) non inutili,vbi qui ex defluxione fiunt affectus, ac fluida vlcera exſiccare intentio eſt,ſi præſertim eadem aqua calenti,vt cæterarum illutationum moris eſt vſurpetur,etiam in neruis. Tale quoddam excrementi genus Ficuncella tàm nobilis aqua mittit. nec non Auinionis balneum,vnde & urinas prouocare eas aquas in ferratis diximus,atque æneis. Virtute ergo pollet hæc aqua mediocriter exſiccante,atq; abſtergente, non tàm in cibarijs,quàm in potibus iure balnei ſumenda;ad eadem,eodemq. ritu,ac tempore,quo cęteras diximus,utilis.

Alſiatina aqua. Eris flu. Qualitates. Lutum. Vſus.

Tres acidæ Plinij.

HARVM uerò acidarum circa Vrbem Romam, quanquam hodie alicuius celebritatis ſint,non inuenio antiquam memoriam. Sed noua uidetur inuentio,ut quoq; nouiter ad ripam Tyberis, haud longè à Ponte Miluio dextrorſum reperta eſt acidula, quæ non multis hactenus cognita,claræ ſubſtantiæ eſt,& hoc ſapore non iniucunda. Porrò de antiquis,quas recenſuit acidas in Campania Plinius, prima eſt acidula frigidæ qualitatis ab Theano Sidicino,cognomine Nola,quatuor millia paſſ. Altera in Stadiano, quæ dimidia dicebatur. Et tertia in Venafrano ex fonte acidulo, quarum exactam magis deſidero hiſtoriam. Et quas prætereà in Venafranis audio ſulphureas aquas, ac antiqua balnearum veſtigia, quæ

Acidæ ad ripà Tyberis. Venafri baln. & Sipunti aquæ.

(vt ad vſum Vulgarium remanſere) non difficile inſtaurari poſſe cenſemus. Sicut & rigui aquam aliam audio apud Sipuntum, quem non diſſimilem Anticoli aquis, ad omnes pecorum morbos ſalubrem meminit Strabo.

Duæ acidæ Ariſtotelis.

a Meteor. ACIDAS quoque quaſdam aquas recenſuit Ariſtoteles in Sicilia: vbi oxalme, quod eſt ſalſa ſimul, ac acida aqua, in quibuſdam epularum generibus, loco ſalis accolæ vti ſolebant. quas tamen hodie apud recentiores de rebus Siciliæ non inuenio. Et alias meminit in Chaonia fonte Lyncon, qui acidus. Salſa acida aqua. Pertinent ad hoc genus, quas fortes in Volaterrano diximus ex chalcantho. Et aquas audio ſcaturire in agro Bergomenſi, ſapore acido, fortes pariter dictas. Aliæ in Baianis, & quas ad calculoſorum vitia inter Nitroſas probauimus libro 5.

Quæ in agro Biacenſi in Hiſpania adſimiles Anticoli.

ADSIMILES Anticoli aquis iam dictis habentur in agro Biacenſi in Hiſpania, quarum venerabilis P. Alfonſus Ciaconus ex ea ciuitate oriundus, ac ſingulari doctrina clarus, mihi talem contexuit ſuo chyrographo hiſtoriam. Longè à ciuitate non plus tribus milliaribus, oriri frigidum, ac limpidum fontem, ſub vico Celedilla, vnde hæ aquæ deductæ per ſuos canales ad publicum commodum, cùm guſtu ſuaues ſint, ac inculpabiles, mirùm tamen eſt, quas in communi experimento præbeant vtilitates, vix olim, niſi à 20. hinc annis Ab operationibus. ab indigenis compræhenſas. Quorum aſſiduo vſu cõpertum eſt, renes mirificè ac vrinarios meatus mundare, iecur corroſitate lapidem frangere, harenulas pellere, colicum dolorem tollere, & aſthmaticos ſanare. Ita vt, qui his morbis tentari ſolent, ac incolumen illatum potu degunt vitam: his vel neglectis, vel per abſentiam relictis, ſtatim in eaſdem recidant affectiones. Quamobrem conſueti ſunt nobiles ciues non ſolum eas in quotidianis cibis, ac potibus, ſedet ieiuno ſtomacho, medicinalis cuiuſdam poculi vice, vel etiam poſt meridianum ſomnum ſynceras ebibere, alioqui innoxias. Imò, quod momentum vel Nitri, vel Natura. Chalcanthi admixtum in eis indicat non ventriculum modò, ac concoctionem iuuant, ſed relaxatam excitant appetentiam, ventremq. & vrinas ceu leni præditas ſtimulo alliciunt. Ex quibus operationibus, commune eſſe perhibent iudicium, vt, cùm in his aquis vix vllam aut minerarum, aut mixtionis deprehenderint veſtigium, vel gemmarum potius ſubſtantiã, vel ſupranatutalem quampiam qualitatem ſuo ortu concipere, exiſtiment. Vnde deferuntur ob eas cauſas, vt iam prædictæ Anticoli aquæ, ad longinquas terras; ac meritò eodem vſu à nobis veniunt commendandæ.

Aquæ ad Antecheram ciuitatem in Andalogia.

CONSIMILES natura aquæ, atq; vſu, quanquam pro maiori ſubſtantia ſalis ac ſapore Minera. ſalſiuſculæ, habentur in Hiſpalenſi agro, quæ hodie Andalogia cognominatur, totius Hiſpaniæ pars amœniſſima ac pro ſitu agri ad meridiem omnium ſermè rerum frugaliſſima. Operationes, & vſus. Vbi ſub Antechera ciuitate, via qua ad Oſunnam iter duabus circiter leucis à mari, iuxtà Vicum Campillum, fons ſalſularum aquarum ſcatet, qualitate frigida. Quas accolæ, ac medici paucis ab hinc annis cæperunt, vſu medicatarum in potibus experiri, comprobantque hodie communiter, vt quæ ægre abſterguut, ac ſiccant. Aluum deijciunt, vrinas cient, vrinarioſq. meatus, ac harenulas mundant. Nec dubium apud me, quin his in caſibus, & in dy-Electio. ſentericis, vſu tàm potuum, quàm enematum habendæ ſint ſaluberrimæ ad occaſionem concalefactæ, & omni tempore vtiles.

Acidæ in Germania.

IN Germania autem aliquæ nobiles habentur acidæ, quæ & in potibus, & in balneis ab authoribus ultramontanis celebrantur. Fons unus ad Arcem, quam Domum nouam ſuo idiomate appellant Veſtphali. Quatuor in Cattorum regione, ad Valdungam oppidum. Multi ad Elboganum Bohemiæ oppidum. Vnus item ad calidas Caroli IV. aquas, quem inter ſulphuraras narrauimus. Alter haud longè à Culma. Et hinc apud uiam, qua Egram itur, aliquot alij acidi fontes, quos, quia bulliunt, Inſanos uocant, quanquam tactui ſint friFõtes Inſani. gidi. Alius ad Kalbam oppidum, ultrà Goppingam. Acres item aliquæ, ut Golnocij uena frigidæ.

Acidæ ad Rotenburgum.

ACIDÆ pariter aquæ, ſed mixturæ magis ſulphureæ ſunt apud Rotenburgum ad Nicerum ſitum. Qua propter hæ minus acidæ ſunt, calidioreſque, ac maiori prædita exſiccandi

candi virtute, vtiliter in balneis vſurpantur. Nec ſecus in Smolnicio item frigidæ, atque acres, quæ è profundis puteis quæſitæ, admodum aſtringunt.

Acidus Puteus Fiderius in Rhetijs.

SVNT ad pagum Fideris in Rhetijs, valle Prætigoia, quæ olim Retigoia, à monte Retigone dicebatur, acidulæ quædam aquæ, actu frigidæ, limpidæ, ſapore acri, ac ferè vinoſo. Quas è profundo puteo mira machina lignea ſuopte motu, ac ductu hauſtas, iuxtaq. in magnum lebentem cadentes, ibiq. calefactas, pro ſuo quiſq; vſu, atq; arbitrio vſurpat. Dum calefiunt, feri inſtar craſſeſcunt: ob mixturam (vt putant) aluminis, vel alterius id genus lapidis aliquam: Vnde ſimiles admodum noſtris Albulis videntur, quæ & aluminoſæ ſunt, & acidulæ ex mixtura, ac feri inſtar vbi vel ſolem vnquam ſuſtinent, mediocriter ſiccant, abſterguntque, & conſortant. Sumuntur in balneis vtiliter his, qui ſtomacho ſunt imbecilles, ægreque digerunt alimentum: ſanguinem excreantibus, ac largo vndecunque fluore exhauſtis. Manantia cutis vlcera quæcunque exſiccant. Laſſitudines membrorum tollunt corroborando. Nec deſunt qui ad eadem ex eo puteo bibant. Media æſtate eligendæ. *Minera. Operationes.*

Acidæ ad Goppingam.

NOBILES item ponunt acidas aquas in Ducatu Virtebergenſi in Sueuia, propè Goppingam, ad Vilſum flumen, quæ ex fonte acido vulgaribus nuncupato emanant, cum qualicunq; ſulphuris portione. Proſunt partibus laxatis, maximè interaneis: ventriculo nimirùm, ac iecori corroborando, hydropicis, regio morbo correptis, volunloq. opitulantur. Lumbricos quoq; ſi bibantur, enecant. *Operationes.*

Acidæ in Pannonia.

ACIDÆ in Vngaria plures. fons in comitatu Zolienſi iuxtà montana metallorum: & alter ad montem cui nomen Regius, vterq; ſpleneticis vtilis, authore Vernherio Polono. Porrò in eo comitatu, vbi alitus mortiferi aliquos ſpecus eſſe diximus, iuxtà eſt acidula aqua, adeò pleriſq; grata, vt etiam ægrotos delectet. Et ad Biſtriciam, quam Germani Neuoſolam vocant, vbi æris fodinæ Regiæ, & aquarum exinde variarum copia, quas narraulmus.

Acidulæ ſuperſtitioſæ.

ALIA acidula aqua proditur, non longè àb Arce Leua in comitatu Barſienſi, quæ duplici nomine in admirandis aquis memoratur: primùm quòd niſi pleno vaſe proferatur, parte hauſta, haud deiecta; reliquum, quod in vaſe remanet, amittit ſaporem. Alterum quod ſuperſtitioſum, & tamen communiter ita narrari, & teneri ſcribit idem Vernherius: ſi afferatur ægris limpida remanens, ſalutem, ſin conturbetur, mortem certam ſignificare. Porrò aliam ſubdit non longè hinc eſſe acidam, quæ in tumuli ſpeciem aſſurgit (ob vaporum, vt puto vehementiam quam concipit) ac ex mixtura lapideam, quacunque excurrit, facit terram. *Acida fallens.*

De vinolentis Aquis naturalibus. Cap. XXII.

SVNT porrò præter prædictas omnes ſpecies, aliarũ quoq; mixturarum, ac ſaporum aquæ. Vt vinolentæ, quæ eandem habent cum acidis naturam: ſeu à prima origine, tali ingenitæ ſint ſapore in venis ſuis, ſeu tranſitu ipſo aliquam concipiant mixturam, quæ ſpecialiter eius ſaporis ſit in cauſſa. Tametſi enim nullus ſuccus, nullus liquor in imis terræ conceptaculis merè acidus, aut vinoſus reperiatur; facit tamen aquæ acceſſio, vt ex mixtione & aquæ, & ſucci inuicem, ſpeciale temperamentũ eius ſaporis exultet. Sed quod mixturæ eſt, ad vinoſum ſaporem alumen ipſum accedere præcæteris, guſtatu ipſo percipimus: deinde ex metallis leues aliquas impreſſiones, vel ferri, vel æris, vel diluti admodum bituminis. Vini ſaporem commemorat Plinius habere aquas Andriæ fontem, qui Liberi patris numini ex ea natura dicatur. Et in Paphlagonia, ad quas bibendi cauſſa incolas accedere ſcribit Theophraſtus. Subacri verò ſapore dicit Theopompus aquã apud Erganem fluuium, quam bibentes perinde fiunt ebrij, ac ſi vinum potauerint, ex Athenæo. quas omnes pro exacta mixtionis notitia, ex locis, ac adiacentibus rebus oporteret contemplari. Nam & Tungri aquas inter aureas caput tentare diximus. *Liberi patris fons. Erganes flu.*

Vinolentæ aquæ in Belgis.

Hvivs generis aquarum exemplum, ex Andrea Lacuna, noſtri temporis eximio Medico, ac ſcriptore accepimus. Confluentiæ, quæ eſt ciuitas in Belgis, angulo nimirùm vbi Rhenus, & Moſella confluunt, iunguntúrque, ad tertium milliare, fons aquæ emanat, ſapore exactè vinoſo, & ſubaſtringenti. Mirificæ verò naturæ in hoc; quippe qui ſumpta priùs buccella panis, huius aquæ cyathum ſuperbiberint, ſtomachum per eam diem robuſtum, & perinde phaſiani comederint carnem, ſentiunt: quam ob rem multi ex finitimis terris eam ſolent accipere. Ex quibus equidem exiſtimo has aquas Aluminis liquamen continere: quod & aſtrictionem illam, & aliquem ſaporis id genus ſenſum ſolet inducere; vt Albulas diximus oua cocta ſapere corrupta, apud Ligures Aquas, & quaſdam frixa in Germania.

Calenæ aquæ.

Hoc in cenſu habendæ ſunt quædam aquæ, quę vini ſaporem quidem non habent, ſed effectum. Huiuſmodi recenſuit Vitruuius aquas in agro Caleno, quæ bibentibus vt vinum mentem læduntidq. vitium propriè bitumini quidam attribuunt. Similes narrat Propertin Naxo Inſula, quæ eſt vna Cycladum, his verſibus.

Et tibi per mediam beneolentia flumina Naxon,
Vnde tuum potat Naxia turba merum.

Lyncestis aqua. Linterni aqua. Vna ſimilis, & quæ bibentes vini modo inebriet, proditur Ouidio in Macedonia, ad Lynceſtim oppidum, quam Vitruuius nominat acidam. Iuniores autem quidã in vrbanis Commentatijs, pro Lynceſtis, Linterni aquam perperam intelligunt: Nam Linterni aqua alia eſt, ad oppidum, ſcilicet eius nominis in Campania, vbi Scipionem Africanum balneolum condidiſſe, & tanquàm in ſeceſſu à patria vixiſſe, & deceſſiſſe ex hiſtorijs conſtat. Quæ igitur Linterni ſunt aquæ, quæ hodie balnea ad Turrim cognominant, caput bibentibus exonerant, non tantùm, non aggrauant, vt prædictæ Vinolentæ. ipſarum tamen adhuc non habui ſpecialem notitiam. *Baln. ad Turrim.*

Clitorius Fons in Arcadia.

Alivs ſimilis naturæ fons reperiri legitur Clitori, quæ ciuitas erat in Arcadia Vitruuij tempeſtate non ignobilis. Is tradit, eius agris ſpeluncam eſſe, ex qua profluat aqua, quã qui biberint, fiant abſtemij. quin imò eam non eſſe idoneam ad lauandum, ac inimicam etiam Vitibus. Hanc eandem intelligere exiſtimo Eudoxum apud Stephanum in Azania, quæ ciuitas item Arcadiæ illi eſt fortaſſe finitima, ac eadem proprietate notatur. Meminit & Plin. lib. 31. cap. 3. Et item Vibius Sequeſter. Cauſſam verò elegantiſſimè percurrit Ouidius lib. Metamorphoſeon vltimo, his verſibus: *Lib. 8. Azaniæ fons.*

Clitorio quicunq; ſitim de fonte leuarit,
Vina fugit, gaudetq. abſtemius vndis,
Seu vis eſt in aqua, calido contraria vino.
Siue, quod indigenæ memorant, Amithaone natus
Prœtidas, attonitas poſtquam per carmen, & herbas
Eripuit furijs, purgamina mentis in illas
Miſit aquas, odiumq. meri permanſit in vndis.

Melampi & filiarũ Præti fabula.

Anigri, & Alphei flu. aquæ in Achaia ex Strabone.

Vervm vt eſt fabularum inconſtans traditio, adſimilem fabulã meminit Strabo ad Anigrum fluuium, qui eodem tractu Arcadiæ in Meſſenijs, prauas ex antro fundit aquas, ac piſces propterea gignat edendo ineptos. Siue inquit, quòd centauri quidam ſaucij hoc in loco è vulneribus hydrę virus eluiſſent, ſiue quòd Melampus vt Prœtidas purgare ab inſania, his expiationis aquis vſus fuerit. Cauſſam tamen quãdam indicat à ſoli natura, exhalationis eius, ac prauitatis, quoniam irrigatio inquit ex his aquis Lychenas, ac impetiginem ſanat, atramenti ſcilicet quicquam, vel bituminis continere. Quæ ex cauſſa & Alpheum ſubdit, in his finibus, cùm Alphos, hoc eſt albas maculas deleat, ſic dictum perhibent. Sed hæ, ac ſimiles, multæ aliæ aquarum proprietates referuntur ad conſenſum, vel diſſenſum naturalem, qui inter res diuerſas reperiuntur: quo in cenſu, ac uaria proprietate cùm uino, duo fontes diuerſi ab Athenæo commemorantur. Quorum aqua in Tæno quidem uino non miſcetur, in Cranone uerò non longe, ob propriam cum uino amicitiam, & calida aqua, uinum ſibi admixtum duos, uel tres conſeruat dies. Qua propter ſingulariter hæc genera proprietatum in aquis conſiderare opus eſt.

Alpheus. Tænos. In Cranone.

De

De occultis aquarum proprietatibus. Cap. XXIII.

POSTQVAM hactenus locuti ſumus de ſingulis aquarum proprietatibus manifeſtis,quarum ſcilicet ratio ad aliquod mixturæ genus,ſenſu ipſo duce, referri poteſt; nunc operæ precium eſt altiori aliquanto indagatione iudicij, de multis proprietatibus earum occultis ſermonem habere. Occultæ autem proprietates intelliguntur inſignes quarundam aquarum prærogatiuæ, quæ manifeſtam non habent cauſſam, imò excedunt vt plurimum vim naturalium cauſſarum. Quo in cenſu multas obiter operationes in præcedentibus hiſtorijs recenſuimus,quas nec ab accidentibus,nec à qualitatibus aut primis,aut ſecundis,vt cæteras alias operationes, emanare definiuimus; ſed à proprietate occulta: id eſt, quòd interiorem, aut ſuperiorem quampiam haberent cauſſam. Nunc verò de nonnullis id genus aquarum proprietatibus ſermonem habebimus; quæ non ex operationibus ſolùm,ſed quæ non differentes etiam à ſimplici aquarum natura; vel origine tamen,vel differentia aliqua ſingulares apparent,colore,mutatione, vitio denique vel virtute quapiam ſupranaturali. Quarum multa à Græcis, ac eorum authoritate multa à noſtris colliguntur exempla,Strabone,Plinio,Vitruuio,Ouidio, Solino, Cęlio, ac aliqua ex Theophraſto, & ex ipſo etiam Ariſtotele. Quorum tamen teſtimonia, hac in parte, haud abſq; aliqua iudicij cenſura ſunt à nobis recipienda:nam vt in omnibus rebus, ſic maximè in his,quorum fama eſt celebris, ſunt ſua extrema, & media ſcilicet aliqua; hinc falſa multa,& fabuloſa hinc ſupranaturalia aliqua, ac verè miracula. Itaque & in cauſſis reddendis hæc prima ratio eſſe debet. De extremis nullum penè afferendum iudicium eſt, niſi alterum duorum; aut quòd extrà philoſophiæ ſeueritatem iudicanda ſint, perinde quæ aut figmenta ſunt popularia; aut figuræ rerum fabulis obuolutæ, ac ſuperſtitionum plenæ. Aut quòd ſupra humanæ mentis coniecturam ſint, ac mera miracula ineffabilis illius cauſſæ. Eorum autem,quæ ad aliquam veriſimilitudinem accedunt, veriſimiles quoque, & probabiles non deſunt cauſſæ,ſi non neceſſariæ. Nam eiuſdem rei plures poſſunt eſſe cauſſæ; quarum in vniuerſum hæc eſt analogia. Aliæ ſunt vniuerſales,ac remotiſſimæ; aliæ mediæ, & propinquiores;aliæ propriæ,& (vt loquuntur) immediatæ. Vel clariùs dicamus iuxtà noſtrum cognoſcendi modum; Aliæ ſunt ſenſibiles,& manifeſtæ;aliæ intimæ,& occultæ; aliæ ſupernaturales. Et in quoq; cauſſarum ordine,& ad quenq; ordinẽ,eſt perpetua connexio, continuatioque,vt vniuerſales complectantur omnes, vimque addant conſequentibus, vſq; ad vltimas,vt omnes tandem ad vnam referantur,& omnia ab vna cauſa,DEO. De vniuerſalibus ergo cauſſis occultarum eiuſmodi proprietatum in aquis:neceſſarium hoc quarumcunq; ſupponere oportet fundamentum,quod teſte ſummo philoſopho nulla indigere videtur probatione: Omnem hanc inferiorum rerum virtutem, à ſyderum, ac cœli motibus regi,ac gubernari. Specialem verò & in rugibus, & in aquis hanc eſſe prærogatiuam affirmat Theophraſtus,omnem eis à cœlo foueri,ac communicari virtutem.& aquis non modò quæ ſuper terram excurrunt. Verum etiam & illis, quæ ſubter abſconditæ ſunt in conceptabulis terræ à ſolſtitijs,atq; ortibus ſyderum inſignes contingere mutationes,nec non & terrã ipſam & mare,quæ neceſſarium præbent frugibus alimentum, ob quãcunq; cœli inæqualitatem, ac eorundem ſyderum virtutem mutari. quam auctoritatem volumus etiam in ſingularibus balnearum electionibus adnotari, cur ſingulis annis variabiles ſint earum virtutes. Quibus ſuppoſitis iam dubium non eſt,quòd quorumcunq; effectuum,etiam ſingularium,præter cõmunes,& medias cauſſas,ſunt ſuæ veræ,& propriæ cauſæ: hæ verò quoniam plerumq; nobis notæ non ſunt,vtpote remotæ à ſenſibus (vbi enim nos deficit ſenſus, deficit & iudicium) hinc eſt quòd ſingulares,ac mirabiles appellantur effectus, euentusq. naturæ:nimirùm quia ignoramus cauſſam,quam non percipimus ſenſu. Tunc ergo alterum duorum habemus refugium:vel enim minus proprias extrinſecusque, & accidentales cauſſas vſurpamus pro cauſſis proprijs: qui modus procedendi eſt ferè communis in omni facultate, atq; ſcientia naturali, in qua rara idcirco aliqua ſit vera,& propria demonſtratio, quia perrarò progreſſus fit ex veris per ſe,& proprijs,ſed per minus propria,& extrinſeca. Vel ſi minus per hæc extrinſeca innoteſcit cauſſa, tunc libere fatemur proprietatem eſſe à cauſſa nobis occulta, vel à forma mixti,vel à tota ſubſtantia. Imò his non conceſſis, cauſſam reuocamus tanquam ad maiorem principem, vel à fauore cœleſti: vel certo conſenſu, aut diſſenſu,quem ea res habeat cum aliquo ſyderum;vel ab abſoluta voluntate Dei. Hæc ratio communis eſt proprietatum occultarum; atq; harum in totum cauſſæ, vel naturales ſunt, vel ſupranaturales,quas ſigillatim explicare opus eſt.

De mirabilibus cenſura.

Vera miracula.

Cauſarũ rerũ analogia.

Cauſarũ continuatio.

1. Meteor. 1. de hiſtor. cap. vltimo.

Cauſarũ occultarũ ratio.

Modus cognoſcẽdi in naturalibus ſcientijs.

Proprietas occulta.

Cauſſæ naturales.

PRIMVM quidem quantum ad naturales cauſſas pertingit humana ratio, omnes ope-

Formæ quomodo ſit principium omnium operationum

rationes, proprietateſq. rerum pendent à forma:eſt enim forma omnis motus principinm eius in quo eſt. Pendere verò videntur à differentijs formalibus, virtutibuſque, & qnalitatibus mixti, quæ vel conſequuntur formã, vel inſtrumenta ſunt formæ in operando, & cauſſando, per participationem formæ, attributionemq. æſtimationis noſtræ. Quem progreſſum nobili declaramus figura: Forma in quacunq; re naturali conſtituta eſt veluti in centro Circuli, vnde eſt omnis motus principium. Ab ea emanãt vndiq. ad circulum propriæ differentiæ, quæ vt adminiſtræ ſunt ipſius formæ, formales dicuntur differentiæ; vt eductæ verò ſunt cum forma ſimul de potentia materiæ, mixti dicuntur virtutes, vel à tota mixti ſubſtantia. ab anima diceret Alexander, & Galenns à temperatura: quæ omnes plus aut minus occultæ. In circumferentia circuli (circà quã, & in qua omnis tandem noſtra ſcientia verſatur, & præſertim Medicina) ſunt qualitates mixti elementares, tùm primæ, tùm ſecundæ, & conſequentes aliæ facultates, vſq; ad accidentia extrinſeca, quæ & ipſa ſunt multarum operationum veluti vltima inſtrumenta, & concauſſæ, non veræ cauſæ. Ex quibus duo intelliguntur; primum, quòd tàm proprietatum, quàm cauſſarum magna eſt latitudo ab intimis ad extremas. Et alterum, quòd occnltæ dicuntur ad reſpectum noſtræ imbecillitatis cognoſcendi. Nimirùm quoniam modus, & ordo noſtri cognoſcendi, differt, ac præpoſterus quodammodo eſt ab ordine naturæ. In natura enim quemadmodum res ſe habet ad eſſe, ita ſe habet ad notitiam, ex principijs diuiniſſimi philoſophi. Ad notitiam verò, innata eſt nobis via à notioribns, accidentibus, ſcilicet extrinſecis rerum, & qualitatibus, quæ ſe ſtatim ſenſibus offerunt, tùm primis, tùm ſecundis, tùm reliquis: & ex his ad mixti temperaturam progreſſus fit, ad differentiaſq. formales: quæ perpetno ordine, ac iure quodã naturæ, quantnm à ſenſibus ſeiunguntur, tanto minus notæ nobis, occultæ, & magis occultæ, vſq; ad formam intimam. Palam ergo fit, quod omnium proprietatum, etiam ſingularium aquarum, quas multas enarraturi ſumus; cauſſæ erunt vel accidentia extrinſeca, loci, ſitus, incurrenteſq. id genus diſpoſitiones particulares, nobis quidem ſatis notæ. Vel qualitates aliquæ tàm primarum, quàm ſecundarum, & conſequentium ipſas; Vel quæ attinent ad differentias proprias, grauitas, leuitas, ſubſtantiæ conſtitutio, atq; hæ non ignotæ. Vel cauſſæ erunt interiores, & minus notæ, complexio, differentiæ ſubſtantiales formæ, forma tandem ipſa, quæ in centro rerum reſidet, perinde omnium operationũ regina. Vel ſupranaturales erunt proprietates, ſuperioremque, ac longiſſimè à ſenſibus noſtris habebunt inclinationem, à cœlo, vel ab aliquo ſyderum.

Proprietatis latitudo.

2. Metaphyſ. 4.

1. Pſyſ. 2.

Proprietates à ſecundis cauſſis Cœli, ac ſyderum.

12. Metaphyſ.

Cœli ac ſyderum virtus manifeſta.

In multis igitur, ex ſingularibus naturæ effectibus, atque etiam aquarum, ad ſecundas cauſſas oportet recurrere, cœli inquam, ac ſyderum. Ob id tamen non negamus eorundem proprias eſſe, atq; vltimas cauſſas, eſt enim (vti ſuppoſitum eſt) à primis cauſſis ad has vltimas, certa ſeries, connexioq. continua. Et amplius, ſicut ex philoſopho didicimus, ſe habent omnes inferiores formæ ad reſpectum ſuperiorum illarum tanquam materia: itaq; in quaque re diſponunt, reguntq. illæ ſuperiores formæ, formam ipſam indiuidualem, materiamque illi adaptant, quam, qnalem, & quantam, & quomodo ad eam obeundam proprietatem opus ſit. Verùm dno ſunt, quæ mentem noſtram eleuant ad horum ſuperiorum virtutem recurrere; vnum, quia (veluti panlo ante dictum eſt) propriæ, vltimæq. cauſſæ ignorantur à nobis. Et alternm, qnia in multis rerum effectibus, & præſertim aquarum, vim experimur, ſenſuq. ipſo percipimus manifeſtam cauſſam eſſe cœli, atq; ipſorum ſyderum. Vt de æſtu maris planiſſimè patet, qui (vt ſuo loco dictum eſt) Solem habet authorem principem, planeque ipſam Lunam, cuius motum mare per cœli quartas conſequitur: quare ſenis horis vltrò citroq. reciprocat motum ad littora, ac in plenilunijs minores. effectunmq. id genus complures ſunt perſpicui. Præterea de hac ſecundarum cauſſarum efficacia, imò primã dixerim motricem cauſſandi poteſtatem in rebus naturæ, hæc alia eſt demonſtratio: quòd Deus benedictus ſolus, ac ſimpliciter operatur miracula, etiam per ſecundas quandoque, atq; vltimas cauſſas, vt poſteà declarabimus. Ea verò, quæ ſecundæ operantur cauſæ, ordinata ſunt; atq; eius ordinis cùm innumeræ ſint, ineffabiliſq. diſpoſitiones, connexuſq. canſſarum ad quamq; proprietatem; duo ſunt quæ in totum non effugiunt ſenſus noſtros. Primum, quia non operantur niſi per lumen, & motum, & deinde, quia vniformem, eundemq. perpetuò operãtur effectum. De virtute quæ in lumine ipſarum, ac motu tota conſiſtat; apertiſſimè quidem in effectibus, qui communes ſunt vniuerſæ naturæ conſtare debebit, cùm in acceſſu, ac receſſu Solis euidentiſſimæ contingãt rerum iſtarum inferiorum mutationes, temporum, alterationum, generationum denique & corruptionnm. ſanè vt acceſſu ſolis dies eſt, & vita; ita receſſu nox, corruptio, & mors. Ab vniformitate poſtmodum operandi confirmatur iudicium: Videns enim quiſpiam effectum, quicunq; ſit, alicuius fon-

Cauſſæ ſecũdæ operantur ordine.

Lumine, & motu.

Vniformis operatio.

tis

tis vnum, enndemq. inceſſanter. vnoq́. tenore, mane, meridie, veſpere, hodie, heri, nudius tertius, iam annum, iam recula audiens fuiſſe talem; qui negare vnquam poterit eum ſuperiorum illarum, incommutabiliumq. cauſſarum præcipuè eſſe fauorem? Faciunt vero ad eum incommutabilem ordinem multa exempla aquarum: verùm hæc ſanè communia, euidentioraq. ſnnt. Fauores cœleſtes fontium, partium quidem obſeruamus in aliquibus anniuerſarios, ac penes ordinarios cœli, ac ſolis acceſſus, ac receſſus, ſtatis quibuſdam diebus ac menſibus manifeſtos. Qualis dicta eſt admirabilis inũdatio Nili; qui creſcere incipit Sole Cancrum ineunte prima Luna, XVII. Iunij menſis die: durat quadraginta dies, ac ceſſat Sole Virginem tranſgreſſo, mirandumq. eſt, quod nnnquam auditum ſit hunc ordinem poſt hominum memoriam fuiſſe mutatum. Partim diurnos; qualis prædicatur fons ad templum Hammonis Iouis dictum, qui noctu feruere traditur, diluculo tepeſcere, ac ſole recta incaleſcente in meridie mirum in modum tepefieri. In Dodone Iouis item alium fontem, creſcere, & decreſcere ter in die. In Troglodytis ter die mutari, fieri amarum, ſalſumq. deinde dulcem. In Cantabria tres fontes octonis diſtant pedibus, qui ſiccantur ſingulis duo decies diebus. Partim verò hi fauores ſunt perpetui: qui nimirùm ſuprà ingenij captum, puris etiam exiſtentibus fontibus, cœleſtem obtineut prærogatiuam; quare perrari hi ſunt, atque hi mirabiles in toto orbe terrarum. Ex Theophraſto in libris de aquis, & de plantis meminit Atheuæus, Nili aquam fertiles reddere uon ſolùm agros, ſed & mulieres fœcundare. cui Polybius in hyſtorijs, & item Rufus Medicus aſſentit. Hanc proprietatem & fontibus aſcribunt in Theſpijs, & in Pirrha, & in Elato flu. in Arcadia, Plinio quoque teſte. Contra, Linum, & Aphrodiſium fluuios in Arcadia reddere ſteriles, & Phæta, & in Tartha duos alios. In aliquibus tamen harum prærogatiuarum exemplis fontium, quem locum habeant naturales cauſſæ, & quantum per ſuperiores cauſſas datum ſit noſtræ capacitati conijcere, hinc oſtendemus.

Fauorum cæleſtiũ quidã ordines.

Mira inũdatio Nili.

Fons Iouis Hammonis.

Fons Iouis in Dodone.

Fons in Troglodi tis.

Fons in Catabria

Nili fæcunditas.

Theſpico rum fons Pirrhæ.

Linus flu. & Aphrodiſius.

Pheta, & Tartha.

Mira proprietas originis quarundam aquarum in inſulis fortunatis.

NOVAE qnidem originis, atque inſolitæ mutationis aquarũ, ſingnlaria aliqua exempla habemus in tribus ex Iuſulis Fortunatis, quæ & iuniorum fide confirmari legimus. Eſt Ombrion vna de his inſulis in Atlantico mari, quæ vnum habet ſtagnum, ac iuxtà arbores ferulis ſimiles, ex quibus aqua exprimitur, ex nigris quidem arboribus amara, ex candidioribus autem potui iucunda. Noua quidem notatur origo, conſenſusq. aqnæ, & harum arborum, illam ſubire fibras arborum, has attrahere, formæ proprietate. Mutationis verò ſaporis cauſſa poteſt eſſe naturalis, ex ſucci nimirum qualitate illarum arborum, quem penetrando aqua concipit. Hanc rem ex Iuba primus recenſuit Plinius lib. VI. cap. XXXII. Recentioris verò memoriæ Alexander Geraldinus Epiſcopus terræ Sancti Dominici Noui orbis, cùm hæc loca præragrauerit, litteriſq. multa in eis notatu digna mandauerit, hæc vera eſſe confirmat ſuo, quod uunc legi, chirographo. Atq; hoc amplius aſſerit, puluere in ea Inſnla; quare collectam iu quibuſdam ſtagnis aquam, cùm impura ſit, illas arbores imbibere, ac ita refundere mutata qualitate. Et item eſſe ibi ciſternas, & puteos pro cõmuni vſu. Amplius Pluuialiam alteram hic inſulam, uou habere aliam aquam, ſcribit eodem loco Plinius, niſi quæ colligitur ex imbribus. Hæc hodie (ſubdit hic nouus auctor) Inſula de ferro nominatur, iu qna uullum ſtagnum eſſe, nullos ſontes, nullos riuos, vt Plinius. Verùm quæ mira eſt naturæ prouideutia non deficere vnquam iu neceſſarijs, vnam tantùm quodam loco haberi arborem incognitæ ſpeciei, quæ ex internodijs foliorum aquam emittit, frigidam, ac dulcem, ac eam tanta copia, vt vniuerſis inſulæ habitatoribus, necnon animantibus, atque hortis ſufficiat. Tertia porrò ex his inſulis Ningaria, perpetua niue nebuloſa eſt, Plinio. quam nunc aſſerit Geraldinus Gomeram ab Hiſpanis inuentoribus vocitari, ac niuoſam eſſe; nec carere hanc ſuo miraculo, ſi quidem eſſe in extremo inſulæ montem altiſſimum, qui Aetnæ inſtar perpetuos emittit ignes, atque pumices. quam propterea, & vnam Heſperidum, etiam flammiferam inter hiſtorias de incendijs terrarum retulimus.

Aquam ex arboribus naſci.

Pluuialia inſula.

Ningaria inſula, niuoſa, & ardens.

Gomera inſula ardens.

Lacus in Portugalliæ montanis, qui admirabilem conſenſum habet in mari.

VARIA per occaſionem exempla fontium, lacnum, ac fluminnm commemorauimus, qnæ manifeſtum cum mari habent conſenſum, atque originem. Timaui fontes in Carnis, Arethuſæ fontis in Sicilia, cum Alpheo flu. iu Achaia commeatus, Aeſculapij foutem Athenis ad Phalaricnm promontorium reſultare, fontem in Maiorica, ad Betim fluuium, alterum in Hiſpania, Putcos ad Gades, qui creſcant, ac minuantur cum mari. mitto ſimilia alia Lib. 1. c. 2

Lego

Lego nunc in compendio rerum Portugalliæ, auctore Ioſepho Texeira, in montanis iugo prælto, cui à ſtella cognomen eſt, nauigantibus longe conſpicuo, lacum eſſe non parum, in quo, cùm vix lintres, ac nauiculas admittat, permulta nauiũ fragmenta redundent. Id verò maiorem adfert incolis admirationem, vt cùm viginti circiter leucas hic lacus abſit à mari, intumeſcente tamen mari, (vt de Timauo dictum eſt) & ipſe æſtuet. Sicut & alter proditur flauis aquis in vicino illi mõte, cui Chaues nomen, qui ſimiliter æſtuat cum mari. Nec difficile, propterea opinandum, tam vaſtas eſſe ſubter mare ad illum lacum cauernas, vt ex naufragijs ad illas littora fragmenta ipſa vi fluctuum eò compingantur. quæ non caret admirationis cauſſa: qui impetus impellens, quæ apertio viarum, vel quæ vis abſorbens eius lacus, ac tam longè à mari.

Cauſſæ occultæ.

Fons in Portugallia, qui coniecta in eum tenaciſſime trahit, ac abſorbet, etiam animalia.

MAIVS miraculum adhuc idem Texeira meminit. Adducitur ex Plinio lib. II. in Carrinenſi Hiſpaniæ agro, duo fontes iuxtà fluunt, alter omnia abſorbens, alter reſpuens. qui locus hac primùm indiget correctione, ni mutata facile dixerim nomina: pro Carrinenſi, nunc Conimbricenſi legendum, apud quam ciuitatem, is fons hoc ſuum rarum præbet ſpectaculum, vt quamcunque rem iniectam, vel animal, vel hominis manum admotam, tenaciter trahat ad ſe, ac abſorbeat. Cuius rei, atteſtatur idem auctor, periculum factum, ac viſum (inquit) meis oculis, admotum pede iumentum, à fonte paulatim ita abſorptum, vt vix vlla renitentium hominum opera retrhai potuerit. Meminit & Reueren. F. Alfonſus Ciacon hic Romæ, ex optimis fide dignis teſtibus, qui adhuc fontem (Ferruentiæ nomine in agro Cadima, nec longè à Tentugallenſi oppido) cum ſpectaculi huius gratia acceſſerint, ingentem cum frondibus ramum coniectum, ita ſenſim coram ipſis deglutitum à fonte, vt nec retrahi potuerit, nec ſurſum vnquam apparuerit. Cæterùm quem adnexuit ſuæ hiſtoriæ Plinius alterum huic contrarium fontem, qui iniecta reſpuat omnia, incompertum adhuc, nec vllius notitiæ perhibent.

Plinij locus.

Plinij reſtimoniũ.

Ferruẽtia fons.

Aretuſa fons in Scyllaceo, qui vocibus excitatur humanis.

ARETHVSAE autem fontis nomine, quem primo libro recenſuimus, ob amorem Alphei fluminis trahi longiſſimo ſpatio ab oris Siciliç ſub mare vſque in Achaiam; quidam alij perhibentur fontes admirandæ naturæ; vnum inter alios commemorat Caſſiodorus in Epiſtolis libro VIII. quem in agro Scyllaceo, ſibi patrio (cuius nunc ciuium ac nobiliſſ. principis munere ſum ciuitate donatus) perennem fontem, hac virtute prodit admirabilem. Nam cùm in coronæ ſpeciem frequenti circum harundineto cingatur, ac placidus maneat, vt ne moueri quidem videatur; alioqui miranda rẽs, vt aduentante homine, quaſi amore hominis percitus antiquæ illius Arethuſæ inſtar, vel ſibilo, vel voce edita, & quaſi iuſſus excitatis ſponte aquis feruere incipiat, ac ſubcenſæ ollæ inſtar fragorem mittat. Vnde ſtupeſcas cum ſilenti homini ſileat, ad ſonitum verò vocis à ſomno excitatus, & quaſi reſpondens vocanti, ad ſermonem hominis immurmuret: hæc ſcribit. In cauſſis quæro, an eundem hic fons referat ſonitum cæteris animantibus, vt latratum canis, hinnitum equi? nam ſic eſſet in aquis illis eadem quæ in Echo cauſſa. an potius credam hinc veterem Midæ repreſentari fabulam?

Cauſſæ occultæ.

Lacus ad Circhnitium in finibus Auſtriæ.

SINGVLARIS Porrò natura lacus ex nouis exemplis eſt ad fines Auſtriæ, atque Pannoniæ, non longè à Poſthumia via, vbi & oppidum adhuc corrupta voce Poſtonium vocatur. De quo fabuloſa, quç narrantur, quis forte putarer, niſi de dignis teſtibus eadem confirmata, haberemus Sigiſmundo Libero aulæ Imperialis Barone, ac Georgio Vernhero Pannonio, & conſiliario Regio, è quorum ſcriptis de admirandis illarum terrarum, atque Vngariæ aquis, hæc, vt plura quoque alia accepimus. Lacum aiunt eſſe naturalem, & vinarum aquarum: ſed quæ tamen haud perennes ſint, verùm recumbere eas tota æſtate infrà montium vicinas cauernas, relicto alueo per id tempus iucundo ſatis, ac herboſiſſimo, vt dicemus. Mox autumno manare, totoque hiemis curriculo ad principium vſque æſtatis amæniſſimum facere, ac piſcoſiſſimum lacum. Ita ſcribunt. De cauſſis verò, miranda videtur naturæ vis, quam & ſitus lacus, & acceſſus & receſſus vehementiſſimus aquarum planè oſtendunt. A ſitu, eſt regio plana, ac molliter depreſſa, quæ tamen continuis vndique montibus clauſa, ac irrigata riuis, tribus quidem ab orientali ſitu, & quatuor ab auſtrali; ij manifeſtè quo magis è fontibus ſuis elongantur,

Natura.

Cauſſæ naturales.

tur, hoc minoribus excurrunt aquis, quas planè tùm tellns ipſa obiter, tùm apertæ ad finem ſcrobes, quaſi immanium ſpeluncarum ſub illis montibus portæ, abſorbent. Accidit ergo vt cum hæc flumina toto æſtatis decurſu continuis aqnis ſpelnneas iſtas repleuerint; ſub autumni tandem fine, quaſi tùm plenis, ac redundantibus cauernis non modo non recipiantur, imò neſcio quodam intus motu admirabili aëris, ant ventorum impulſu, qnotæ anteà receptæ fuerint tot menſibus aquæ, eæ quaſi ex narieibus orci, extra illas portas reiectentur, ac tanto confertim impetu, vt expedito quamuis equi cnrſu vix aufugere ab eis liceat. Sic ſtatim omnem loci humilitatem, capacitatemq. adimplent lacus ſexqni milliari quaqua verſum ſpatio, altitudineq. vbi maior decem & octo cubitorum. Laeus fit, qui toto eo tempore, quo durat, blandiſſimus eſt, ac leniſſimæ auræ, piſcatu verò adeo abnndans, (magnam enim ſecum vim piſcium ex cauernis illis ſecum egerit) vt non ſolùm vicinas vndiq. terras abundè ſatiet, ſed in receſſu, piſcium, queſtu, quos ſaliune, ac nundant integras alit, ſuſtinetq. familias. Recedit verò, quaſi diuino quodam iuſſu coactus, eodem quo diximus emergere impetu, abſorbeturq. in cauernas illas, quod fit in principio æſtatis, ac pratum, vbi aluens aquarum, reperitur ſiccus, lætumq. ſolnm virenti gramine, quod ad vigeſimum circiter reſeeatum, ad menſem conſeritur breni impenſa, donec autumno finiente inundet iternm. Hæc fortaſſe minus mirabitur, qui confluentes per iſtam regionem illos riuos conſiderauerit, qui ſubeant terram, & vbi per aliqna ſpatia meauerint, rurſum effluant è caucrnis, ex quibus horribiles ſæpè aquarum, ac ventorum ſimul fremitus exaudiuntur. Verùm ſi conſideretur interior eauſſa, tanta vis reciproci motus aquarnm, & quæ pro tempore reeipiantur, & rurſus egurgitentur, eodem redidire eas, & reſorberi, idq. ſtatis temporibus fieri; alterum cum Carybdi naturæ porrentum id ſanè iudicari poterit.

Lacus ortus.

Lacus occaſus.

Fons lacteus, & qui reciprocum habet motum, ad lacum Larium.

AD Lacum Larinm ſub Como, nobili in Inſubribns eiuitate, quadrageſimo ad ſiniſtrum littus milliario, duo ſnnt eiuſmodi fontium inſignia ſpectacula, qui reeiproeos in cauernis terræ habent motus. Vnus quidem Lacteus à colore dieitur, qui conſimili exemplo prædicti Lacus in Auſtria, non perennes habet aqnas, ſed à Pleiadum ortu menſe Maio in totam æſtatem, ac autumnum abundat, & aquis albicantibus, ac ſpumoſis; ceſſat autem tota hieme, ac magnis anni algoribus. De quo mirum quidem (ita ſemper noua videntnr emergere) quod nemo ex antiquis, nec Plinius, qni hæc loca percurrit, ac alterum hic ponit fontem in admirandis, ne verbum quidem ſcripſerint. In cauſis verò quòd hic fons non perennes habeat aquas, non dubitant qui hæc hodie ſpeculati ſunt, hunc rigunm non oriri è naturalibus venis; ſed quia hieme ceſſat, abundat æſtate, id argumento eſt, quòd liquantibus æſtate niuibus è vicinis montibus, per abditas ad enm laeum canernas, ſtillamenta illa reeipiat, quæ idcirco torrentem faciant potius, quàm perennem fluuium, quo in cenſu permulti eſſent fontes narrandi conſimiles. Lacteæ verò emanant hæ aquæ, quando emanant, & ſpumantes, tùm ex abrupto earum inter occultas cauernas alliſu, qui in minutiſſimas ipſas conuertit bullas, & quales marini fluctus apparent, ſpumante ſalo. tùm etiam pro qualitate materiæ, ac puluerum lentis eiuſmodi lapidum recrementis, quæ ceſſantibus aquis per ea interuacua exereſeunt, ac ſuperuenientibus poſtea niuium liquaminibus, ſe concorporant defluentibus aquis, ac albicantes eatenus reddunt, ac ſcatentes ſpuma. Confirmant hanc ſtillatitiarnm ex niuibus aquarum eſſe, ſobolem, qua vieini alij rigui, qui ab eiſdem collibus ex naturalibus ſuis oriūtur venis, perennes toto anno habent aquas ac vno modulo, vt ad frnmentarias etiam molas ſatis ſint. Lactei antem riui non vnus eſt modus, ſed multiplicatis niuibus atqne imbribns, & ipſe magis abundant æſtate, vnde cum vel plus vel minus abundat, id annonæ ſignum futuro anno recipiunt agricolæ, quando præ nimia anni humiditate, pennriam inſtare obſeruant: copiam verò ſi mediocriter influat. quam cauſſam in multis alijs ſimilibus fontibns aſſignauimus.

Cauſſæ.

Lactei coloris cauſſa.

Lib. 1.

Fons Plinianus ad lacum larium.

IVXTA enndem lacum, nec longè à prædicto riguo, fons alter hoc nomine ponitnr in admirandis à Plinio, qui ceù de induſtria, ac arbitrio hominis, & laxet, & retineat ſuas aquas ſingulis horis modo fluit, modo nō fluit, imò eeſſat in totum, & poſtea vt priùs. Circa cuius cauſſas curioſè admodum inuenio, tàm veteres, quàm iuniores nauaſſe operam, ac perplexos omnes. Plinius iunior dicata ad id epiſtola, ter in die illam facere mutationem

hunc

Cauſſæ naturales. hunc fontem ſcribit: cauſſaſq. ambiguus ponit varias, præcipuam verò eſſe ſpiritum, qui vario motu, aut impulſu cum aqua trahitur. Qui autem hodie ex peritis illuc videndi cauſſa acceſſere reciprocationem notant frequentem, vt pluries per ſingulas horas & fluat, & remittatur. *Verborũ Plinij interpretatio.* Cauſſam equidem in eodem Plinio aſſeram, ſubterraneum quempiam flatum, per illa interuacua percurrentem, qui reciproco item motu, & impingat, & retineat illas aquas. vel potius, quia ſpiritus, ſeu flatus inſtabiles ſunt, ac vario feruntur impetu: hic verò permanet, nec variat alternanti motus; propterea, dixerim, quod fons collectas paulıſper ex ſupernis iugis in cænatiuncula (vt eius vtar vocabulo) hoc eſt cauo quopiam receſſu aquas, ſemel plena veluti clepſydra eructet, & mox ceſſet quandiu colligat alias. *Aliæ cauſſæ, a natura loci.* Adde (ni fallor) quia locus non vnum habeat meatum, vnde rectà aquæ è longinquis venis collectæ eodem tenore, ac modulo effluant, ſed anguſtas, ac flexuoſas fauces, quæ non niſi collectas paulatim aquas, plena, vt dixi, tandem clepſydera eructet. *Ratio ab æſtu oceani.* Neç incongrua illa ſimilitudo, vt locus ille interuacuus Oceani imittetur reciprocos motus, vt multos alios recenſuimus de æſtu maris fontes ſimiles, qui ſtatis horis pluries egurgitentur, ac premantur. Aut duplices alternatim fieri in anguſtijs illis congreſſus, flatus ſcilicet ab illiſu vndarum, ſubeuntis, & defluentis ſupernè aquæ: Vnde ſicut animal non poteſt ſimul ſorbere, & flare (vt eſt in pronerbio) nec inſpirare ſimul, & expirare, niſi aliqua intercedat quies; *Inter ſorbere & flare quies media.* ſic inſpiratus ſurſum flatus retorqueat introrſum aquas, ac eo exhalante rurſum aquam defluere. Nec mirum, nam in tota natura, & in hoc congreſſu quem videmus fieri inuicem elementorum, & in terræ præſertim cauernis, vaporum, aquarum, ſpirituum permulti ſimiles contingunt effectus, ac varij motus, pro portione reſpondentes motibus animalium, & reſpiratio quædam, & inſpiratio.

De proprietatibus aquarum, quæ præter aquæ naturam aliqua generent animalia Cap. XXIIII.

EX primis cauſſis, cur animalia quædam præter aquæ naturam, naſcantur, ac degant in aquis; hanc vnam arbitramur communem. *Naturæ ſolertia.* Quod natura, vt ſollicita continuò videtur ad generationem, & vitam; nihil vſquam patitur ocioſum, ac ſæpè (vt videmus) ex viliſſimo, ac inutili penitus excremento, virtute ſolis, ac lumine, aliud, & aliud animalium procreat genus. quaſi ad digerendum ſuperfluitatem illam, amplificandaq. etiam ex minimis ſua opera. *Cauſſa occulta.* Altera cauſſa ex proprietate materiæ eſt, quæ pro diſpoſitione illa ſingulari, illud procreat animalis genus, quaſi ex vniuoco, vt Alexander ſentiret. Quam ob rem, etſi præter aquæ naturam ea animalia ſint, haud tamen præter aquæ huius ita diſpoſitæ naturam dicenda ſunt.

Ranæ, ac piſces in aquis calidis.

EX his exemplis, haud magnum eſt quod ſcribitur à Plinio in admirandis libr. 31. In Calidis Piſanorum aquis Ranas, & ad Vetulanios in Hetruria non procul à mari piſces itẽ in calidis procreari. Quippe ea aquatilia ſunt, ac parùm intereſt hac, vel illa inalterata modicè aqua naſcantur. *Mures in aquis.* Vbi idem in Caſinati, & in Arcadia Stymphali aquatiles mures degere notauit, Maiorem indicat proprietatem, atque conſenſum, quod ſcribit Vernherus Tranſyluanus de rebus Pannoniæ in fontibus calidis ad Budam piſces naſci, ac degere, qui ſi in frigidam mittantur, moriuntur.

Animalium ratio in fontibus Aponi.

AD eam ſententiam ſcribit D. Auguſtinus in libris de Ciuitate DEI, in admirandis ſummi opificis laudibus, multa reperiri animalculorum genera in fontibus calidis, quorum feruorem nemo impunè contrectat, illa tamen non ſolùm ſine læſione ibi eſſe, ſed extrà eſſe non poſſe. Quod in fontibus Aponi valde calidis, nobilitati, ac viuacitati ſuarum aquarum adſcribunt quidam iuniores, animalia quædam viſa degere, ac propagari. Quæ nimirùm vel cùm his aquis habeant vniuocationem, vel aliunde incurrant ex frigidis, vt fortaſſe etiam in Piſanis, & prædictis alijs calidis fit: *Serpẽtes in calid. aquis.* nam ob teporem aquarum ad Agnani lacum, qui eſt ad Sudatoria, cryptaſq. Puteolis, myriades incurrunt ſerpentum ſpecies, præſertim hieme.

Hyberniæ Fluuius, in quo piſces generantur ex frondibus.

EXCEDIT Typi propoſitio credulitatem, ſcribitur tamen hodie à viris fide digniſſimis. In Iuuerna inſula aquilonali, quæ doctis etiam Hybernia dicitur, eſſe fluuium, in quem arboris vnius imminentis collapſæ frondes, piſcium formam induunt, deguntque

ſubin-

Digitized by Google

ſubinde in eo fluuio, vt cæteri piſces. Subtiliter hoc conſideranti (vt Scaliger inqnit) non tàm eſſe videbitur hæc fluuij vis, quam arboris ipſius. Nam qui frondes in terram cadunt, animalia effici volucria dicunt, ac volitare: idq. non è putrefactione, ſed quia eæ frondes foueant in ſe quaſi ſemina ad vtramque illam generationem. Quod mirum non eſt; nam vt in terra mutantur plantæ, aliæ in alias; ita ſuper terram gignunt è ſeipſis animalia. Ad hæc affirmant hodie quidam ex Coſmographis Germaniæ iunioribus, id genus arborum reperiri apud Orchades Inſulas, quæ ſunt inter Hyberniam, & Scotiam præſertim in Inſula Pomonia. Dicunt verò fructus iſtarum arborum habere proprietatem ad hæc animalia, per putreſactionem: nempè iam matureſcentes, obuolutis ſuis folijs ſponte decidere, alios in terram, alios in ſubiectam aquam, itaque congignere in aquis piſces, extra verò anſeres, quas vocant arboreas. Hiſce adſimilem hiſtoriam narrat Petrus Hiſpalenſis, in Bornei inſula propè Molucas, eſſe arboris genus, è qua decidiuæ frondes repunt humi, ceù vermes. Planè verò conſtat, quod putrefactio eſt medum ad multorum animalium generationem. Sed vnum mihi reſtat dubium, quod videtur excedere ſympathiæ modum, quomodo vnius idem ſit ad res diuerſas conſenſus: vt frondes fiant piſces in aquis, & eidem humi volucria.

Frondes conuerſæ in volucellas.

Anſeres arboreæ. Frondes aquæ quæ repunt humi.

De proprietatibus aquarum vitioſis. *Cap.* XXI.

DE cauſſis verò fontium, qui vel natura, vel qualitate vitioſi in potibus ſint, tolerabilis eſt Vitruuij ſententia lib. VIII. cap. III. cuius ſummam de omni aquarum natura calidarum, quæ lucnlenta eſt, & breuis, hic non grauabor adſcribere, ac declarare. Calidarum aquarum (inquit ipſe) ſicut & ſaporum ipſarum, & odorum, & cæterarum impreſſionum, non eſt vlla proprietas, ideſt nulla talis ex ſui natura eſt, ſed ex accidenti, ideſt ex occurrenti obiter mixtura. Frigida enim aqua cùm incidit percurrens in ardentem locum, afferueſcit, & calfacta egreditur per venas extrà terram, quæ idcirco diutiùs non permanet, ſed breui ſpatio fit frigida. Namq. ſi naturaliter eſſet calida, non refrigeraretur calor eius. Sapor autem, odor, & color earum non remittitur, quòd intinctus, & commixtus eſt propter naturæ raritatem. quaſi diceret, quod exactioris mixtionis cum aqua ſint. Porrò harum omnium, aliæ vtiles in balneis ſunt, vt calidæ omnes, ſulphuroſæ, & aluminoſæ. Aliæ in potibus purgando corpora, vt bituminoſæ, & nitroſæ. Aliæ vitioſæ, vt metallares omnes. qui Vitruuij locus indiget dixtinctione, an metallares medicamenti iure vtendas intelligam; hoc enim nomine in balneis, & potibus multiſariam vtiles eſſe, iam innumera, quæ antè ſcripſimus, declarant exempla. An in potibus, & cibis vſu domeſtico; quomodo non poſſunt aquæ carere aliquo vitio, quantumuis etiam dilutæ ſint, & non diſſimiles aquæ ſimplici? Ad hunc ſenſum ergo intelligas eius ſequentia verba: vbi aurum inquit, argentum, ferrum, æs, plumbum, reliquaq. id genus metalla aquæ obiter incurrant, maximè vitioſæ efficiuntur. ſupple, pro aliqua, quam vltrà aquæ ſimplicitatem, conceperint impreſſionem, aut grauitatis, aut frigiditatis præ nimiæ, aut virus breuiter metallici, quod vel ſolo interdum vapore lædit. Quoniam (vt ipſe ſubinnuit) cùm in potibus per venas penetrant, neruos attingunt, & artus, ac eos durant inflando: ac ita aquæ duriſſimis, frigidiſsimiſq. rebus intinctæ, aut nephriticos, aut podagricos efficiunt homines.

Ex Vitruuio.

Metallares aquæ an vitioſæ. Malitiæ cauſſæ.

Athenis vitioſæ aquæ.

HOC in genere vitioſarum ex mixturis aquarum, aliqua ſpecies eſt (inquit Vitruuius) quæ cùm habeat non ſatis perlucidas, ideſt ſynceras venas, ſpuma vti flos natat in ſummo colore, ſimilis vitri purpurei. Hæc maximè conſiderantur Athenis: ibi enim ex eiuſmodi locis, ac fontibus, & in Aſty, & ad portum Pyreæum, ductus ſunt aquarum ſalientes, è quibus bibit nemo propter eam cauſſam, ſed lauationibus, & reliquis rebus vtuntur. Bibunt autem ex puteis. ac ita vitant earum vitia. Inter has legimus apud Thophraſtum in Pyreæo eſſe aquas, quæ ebibitæ manent indigeſtibiles, & in balneis leproſos efficiunt homines; quin & plantas ex earum irrigatione ſentire idem contagium. In Troezenis autem eodem Vitruuio teſte, ob naturalem id genus infectionem aquarum, quòd omnino aliud non habent aquæ genus, niſi quod Cibdeli oritur, id vitium vitari non poteſt; itaque omnes ex ea ciuitate aut maxima parte ſunt pedibus vitioſi has corpulentas ponit Athenæus graues. Ex fonte in Inſula Chio bibentes fiunt inſipientes. In Suos Perſarum amittunt dentes, & quas recenſuit Ouidius 15. Metamor, aliquam indicare videntur mixturam, vel gypſi, vel id genus lapidis: d.

Balnea Athenis.

Vitioſæ Troezenis.

Ciconum flumen.

Flumen habent Cicones, quod potum ſaxea reddit
Viſcera, quod tactis inducit marmora rebus.

Salmacidis fons in Caria, qui effeminat.

Cauſſa naturalis.

SALMACIDIS fontem eſſe apud Mauſolei ſepulchrum in Caria, vnum ex ſeptem orbis terrarum ſpectaculis, proditum eſt. quem neſcio qua ex cauſſa calumnientur (inquit Strabo) perinde qui molles reddat qui ex eo biberint. cùm mollicici cauſſæ ſint non tam aër, vel aqua, quam potius diuitiæ & habitus incontinentiæ. Nos autem ex occultis quandam aſſerimus cauſſam, vt quem ad modum ex proprietate aquæ acutas, vel graues efficiunt voces, & quædam vt vinum lædunt mentem, aliæ efficiunt gutturoſos; ſic Salmacidæ iſtæ obnoxios reddant homines, ad molliciem, quod hinc planius fiet manifeſtum.

De aquis, quæ gulæ gignunt tumores. *Cap. XXVI.*

Proprietates indiuiduales, & occultæ, ſolùm coſcuntur experimento.

Vitia regionum popularia, cui cauſæ referantur.

Cauſſæ naturales

QVÆ ex manifeſta alia mixtura vitioſæ in potibus ſint aquæ, ſatis hactenus prædicta demonſtrant. Verum ſubtilior adhuc ratio reddenda eſt de quibuſdam aquis, quæ ſyncer æ cùm ſint, & nec diſſimiles aquæ ſimplici, aliquo tamen inſigni vitio notantur. De quibus quidem nullam ferè aliam reddere poſſumus rationem; niſi quod indiuiduales ſint proprietates. Proprietates autem indiuiduales, quoniam proportiones ſequuntur varias elementorum, & hæ ſunt infinitæ, quemadmodum & res ipſæ, ignorantur à nobis; ſed ſolùm experimento cognoſcuntur, & ex hinc aliquas ſaltem extrinſecas & communes venabimur cauſſas. Hoc ergo longiſſima experientia obſeruatum, ac certum eſt, quòd cuiuſcunque regionis vitia quæ popularia ſint, & communia, vix aliæ referendæ ſunt cauſſæ, quàm partialibus eius regionis conſtitutionibus, aëris, & aquis ipſis, & locis. Quorum trium non eſt vna conſtitutio vbique, non idem ſitus locorum, aut expoſitio ventis, nec eadem terræ facies, nec eadem tandem aquarum natura eſſe poteſt. Multæ reperiuntur præſertim in alpibus, & quibuſdam locis in Italia aquæ, quæ manifeſto hoc vitio infeſtant bibentes, vt gulæ eis tumefactiones inducant, quas medici modò cum græcis Bronchocelas, modò gulæ Herniam ſcitiſſimè appellant. In cauſſis qui id mixturis uitio uertunt; aut metalli uirus aliquod imputant, vt iam diximus; aut ſpecialiter Gypſum, quod aut grauitate, aut ſuo halitu (Dioſcoride authore) hoc habet, vt impetat fauces; ac ſtrangulet. Qui egregiè autem hodie de rerum diſputant ſubtilitate, duas habent cauſſas; aut id à lacunalibus gigni aquis; aut in ſynceris, & puris aquis id contumaciæ frigiditatis, ac cruditatis earum tribuunt, maximè niualium, & glacialium aquarum. Vbi tres diuerſitates declarat experientia, quarum ratio eſt reddenda. Primùm non omnis aqua lacuſtris hoc gignit. Præterea non omnis aqua frigida. Et tertiò, nullum tale vitium viſitur in Syria, in Aphrica, Arabia, Perſia, India, Troglodytica regione, vbi raras diximus fieri pluuias, ac aliquas naturales eſſe aquas vel lacuſtres, vel miræ frigiditatis. Vniuerſa Germania inferior, Sarmatia, Suetia, Noruegia, quæ regiones ſunt aquilonales & frigidæ, expertes huius vitij ſunt. Et ex lacunis bibunt Arabes, Parthi, Lybici, è gelidis Hybernici; nullis tamen in his locis gulæ tumores concreſcere legitur. Ratio ergo diuerſitatis hæc eſſe videtur. Id quidem frigidæ qualitatis aquarum vitium eſſe, prædicta ſatis declarant exempla: non omnis verò frigiditatis, ſed quæ contumaciſſimæ, & (vt Græci loquuntur) indomitæ, vt niualium diximus, & glacialium aquarum. Vnde frequenter id in alpibus fit, quia eorum putei, ac venæ, vix aliud concipiunt genus aquarum, quàm quod deſtillat ex niuibus, quas bibunt. In calidiſſimis regionibus Aphricæ non fit, quia ibi non ſunt niues. In frigidiſſimis verò hyperboreis, perennes ſunt niues, & quæ dum paulatim ſoluuntur, tenuantur, digeruntur q. in terræ poris: præter alias cauſſas particulares.

Tres inſtantiæ.

Solutio.

Quæ gulæ gignunt tumores in Alpibus.

Cauſſa naauralis

GVLAE quidem tumefactionis cauſſam in aquis alpium eſſe contumaciam frigiditatis quam ex niuibus eliquatis recipiunt fontes, cum doctiſſimo Scaligero ſentimus. Quod palam eſt multis locis, præcipuè uerò citrà alpes, ex ea parte agri Taurini, quæ ualdoca uulgò, ideſt uallis anſeris appellatur. In eam regionem qui commigrat, nemo diu uiuit, multis gula turgida fit. Eorum, qui naſcuntur ibi nemo eo uitio caret, penè omnes & amentes, & inepti ad loquendum. Id ab aqua fit è niuibus liquefactis, quæ multum terreſtris frigoris, & crudi continet. Crudum enim repugnat reſolutioni, terreſtre uerò cum aquę tenuitate ſeſe inſinuat gutturis muſculis, glandibuſq. ibiq. hæret, & concretum dureſcit.

Simi-

Similes aliæ aquæ, & in Italia.

IDCIRCO qui alpes habitant, & Pyreneos, & in Auernis circà Ligerim fluuium, hoc frequenter patiuntur; nam perennes hi populi habent niues, quæ continuò liquantur, deſtillantque in puteos eorum, ac fontes, quos bibunt. Vallis Cillera hoc vitio laborat, quæ diſtat ab Ocno circiter octo mill. paſſ. quam fortaſſe intellexit Medullorum nationem Vitruuius in alpibus. Idem in Sudera valle, quæ à Curia Rhetiæ oppido abeſt 12. millia paſſ. Cæterùm Doria fluuius, qui ex alpium vallibus, hinc Sancti Bernardi, atque hinc Sancti Martini excurrens, influit aperta planicie in Padum, ſingularis huius vitij imputatur, vt gulæ gignat tumores ſuis indigenis. Ex quo nata mihi veriſimile fit Electri fabula apud Græcos: perſuaſæ enim mulieres, quæ circà Padi præſertim initia degebant, huic vitio Electrum remedio eſſe, ceù amuleto quodam; idcircò longa ex eo monilia geſtare collo conſuenere, ac exindè dilatarunt Græci fabulam de Phætontis Sororibus, quæ fratris cauſam deplorantes, in populeas tandem ibi conuerſæ fuerint arbores, quæ perpetuum ex illis lachrimis deſtillent Electrum. Porrò in Equicolis aqua iuxta Taliacotium, turgidas pariter facit guttur, quæ tamen nec lacunales ſunt, nec niuales, ac aliquam fortaſſe elambunt mixturam eius vitij. Et ad Callim apud Camertes perexigua valle.

Doria flu.

Electri, ac Phætontiadum fabula,

Fons in Equicolis.

Fons ad Callim.

De proprietatibus aquarum quæ in potibus immutent colores animalibus. Cap. XXVII.

DE coloribus in tota ratione aquarum, duo conſiderantur: primùm de natura colorum, qui reperiantur in aquis, & quæ ſit cauſſa; alterum, an aquæ gignant effectus aliquos coloris, vt quarundam fama eſt apud diuerſos authores, quæ animalia colorent, & pilos aliqua ſpecie, etiam in potibus. Ad primùm iam ſatis quidem feciſſe videmur, cum de differentijs colorum loqueremur primo libro; vbi quoniam delectare ſolet aliqua non intempeſtiuè repetere, tria hæc demonſtrauimus neceſſaria. Primum aquam ex ſui natura omnino eſſe abſque colore, vnde ἄχροος græcis dicta eſt, quaſi incolorata; planeq. fit, quemcunque in aqua colorem inuenias, id mixtionis alicuius eſſe indicium. Secundum, ex colorum differentijs omnibus, aquam concipere paucos, eoſque dilutos admodum pro tenui ſubiecto, nullum intenſum. Album facilè, vti ſunt multæ aluminatæ albulæ: Rubrum, ſeu potius fuluum ex rubricis: Melinum, & ſubuiridem ex ſulphure; viridem ex Calce, ac ex æris metallis: Cæruleum, fuſcum, nigrum, ex peraſſatione ſub aſſiduo Solis colore. Et tertium diximus, colorem indicare quidem eius aquæ impuritatem, vel certam fortaſſe mixturam, quam extrinſecus induerit; cæterùm de natura, & qualitatibus aquarum infirmiſſimi eſſe iudicij, hæc enim à principio emanare oportet intrinſeco. Porrò nunc alterum caput problematicè propoſitum eſt, an aqua aliquam habeat colorandi proprietatem. Nam quòd aquæ natura ex mixtione aliqua colorem extrinſecus inducat, etiam animalibus, id facile eſt; qua autem ratione id efficere valeant in potibus, difficile eſt aſſerere. Ordo verò, ac experientia, ad quatuor nos deducit cauſas de omni colore ex aquis: Nempè aquam colorare, vel ob mixturam extrinſecam, quemadmodum eſt dictum; vel aſpectu ac imaginatione colorari aliqua animalia; vel in potibus qualitate aquæ, vel calidæ natura, vel frigidæ. Et tandem proprietate ſua, nobis occulta; quarum ſigillatim aliqua ponemus exempla.

Colorum natura in aquis.

Aqua I. Aqua paucos, & dilutos concipit colores. III.

Vis colorãdi aquarum.

Cauſſæ 4.

Aquæ ad Hierapolim in Phygia tingentes colore purpuræ.

IN prima Aſiæ parte, quæ Græciæ à fronte, & Helleſponto mari adiacet, in Myſia, Caria, ac Phrygia, quæ amplæ ſunt regiones, permultas recenſuimus haberi terrarum, ac aquarùm proprietates, ac balneis propterea aquarum ſponte naſcentium, & calidarum plenas eſſe præſertim ad Hierapolim, quæ quaſi ſacra ciuitas dicta eſt, vbi inter alias quædam aqua emanat (quæ vt Strabo meminit) tingendis lanis non minus idonea eſt, quàm quæ ex radicibus tincta, ἐκ τῶν ῥιζῶν βαπτόμενα vt non cedant his, quæ purpura, ac vermiculo tinguntur. Olim pro terræ, ac minerarum illarum natura tàm varia, melius (ſi dabitur) conſideranda.

Lib. 4. c. 5

Quæ lanas tingant, & capillos aliquo colore.

QVAE cauſſa ſit aquarum, quæ exterius lanas tingant, & capillos; iam diximus libro ſuperiore: eſt enim earum effectus atris adſimilis, adhibita extrinſecus aqua de qualitate, aut Chalcanthi, aut æris. Sicut de Crathi, ac Sybari fluminibus diximus in Thurijs, quæ (vt cecinit ex Pytaghora Ouidius xv. methamorphoſeos.)

1. Cauſſa. Crathis, & Sybaris flu.

Electro ſimiles faciunt, auroq. capillos,

Sybaris, & Sybaritæ nunc Terranouæ.

QVANDOQVE præter illas cauſſas naturales id perinde famoſum dictum, hanc habere poterit allegoriam. nam ad Sybarim amnem cùm fuerit antiquis temporibus ciuitas eius nominis, ob agri fœcunditatem opulentiſſima, ac Sybaritæ ex ea populi memorentur, tunc ſuper omnem Italiæ nationem delicioſiſſimi, atteſtatur Athenæus libro a11. conſueuiſſe eorum pueros ad impuberem vſque ætatem purpureis, ac ſplendentibus veſtibus ornari capillorumq. nodos, ac cincinnos auro, ac tyrio implexos geſtare. Ita qui fucus erat, & artis, naturæ aquarum, quibus lauerint datum eſt. Alioqui lanis tingendis ea naturali in aquis mixtura non deſunt ſimilia exempla, vt in agro Chalcydico, quod nomen dictat, ex Strabone, & in Phrygia, & alijs locis iam dictis.

Colores ex aſpectu ad aquas.

In niuoſis terris alba fieri animalia.

ITEM ex aſpectu ſolo concipi animalibus varios colores, aliqua habentur exempla. Præclarum verò illud Geneſis 30. quo Patriarcha Iacob armenta procreari fecit maculoſa, & varia. Nam appoſitis virgis populeis, detractis corticibus, alijſq. ſimul variorum colorum in canalibus, vbi bibituri eſſent greges, factum eſt, vt in eorum colorum contemplatione coirent, conciperentq. ſobolem vario colore reperſam. Adfirmant auctores ex Ariſtotele 5. de generatione animal. ob aſpectum niuium niuoſis locis multa animalia naſci candida. Nam videri in Scythia, in Pirenæis, in Alpibus vultures albos, aquilas, accipitres, miluos, vulpes, vrſos, coruos. An ex eiuſdem aquæ alimento iamnunc videbimus.

Colorum varietas, ex potu aquarum, Ariſtotelis.

9. Cauſſa colorum ex aquis. Frigidæ nigrum, calidę album pilū facere. Flu. in Thracia. Flu. duo in Antandro. Xanthus flu.

SCRIBIT Ariſtoteles in problematibus Sect. 12. Aquarum mutatione mutari colores in animalibus, præterquam in coruo. Vbi rationem non addit naturalem; ſubinnuit tamen 111. de hiſto. animal. cap. x11. hanc quandam cauſſam frigidas bibentibus aquas, nigrum pilum ſolere fieri calidas verò bibentibus, album. Aquarum (inquit) diuerſarum vſu nonnulla animalia ſuos immutant colores: alibi enim candida, alibi nigra redduntur. Sunt etiam aquæ multis in locis, quas cum oues biberint, moxq. inierint, nigros generent agnos. Vt in terra Aſſiritide agri Chalcydici in Thracia facit amnis, quem præ nimia frigiditate Pſychrum vocant. Et in Antandro quoque duo fluuij, quorum alter candorem, alter nigritiam facit pecoribus. Scamander etiam amnis flauas reddere oues creditur, quam ob rem Xanthum pro Scamandro nuncupatum ab Homero autumant. Adde ex vi. de hiſto. cap. xix. Nam & aquæ faciunt, vt fœminæ, mareſvè concipiantur. Spectare autem ad Aquilonem oportet cùm coeunt fœminæ, vt immutent prolem quæ ſalſiuſculam bibunt aquam maturius coeunt. Et in 1111. de generat. cap. 11. Potiſſimum (inquit) mutantur colores animalibus propter aquam, ea qua accipiunt alimentum. Eius enim vſus communis, ac aſſiduus omnibus eſt, etiam ſiccis ipſis ad alendum. Quare aquæ crudæ, & frigidæ, aut ſterilitatem, aut partum fœmineum faciunt. Hæc ipſe. Vbi frigidas equidem intelligo ſua natura crudas, ac duras: vt contrà calidas, quæ candorem faciunt, ſynceras, ac puras quæ ex multis aëris partibus tepeſcant hieme. Qualis Clitumnus fluuius in Vmbria, vnde veteres Romanos in ſuis ſacrificijs, victimas præ candore, eligere conſueuiſſe ſcribunt hiſtorici, & ea poetis Virgilius, cum ait. Hinc albi Clitumne greges. 11. Georg. qui fluuius, vbi Tyberim ingreditur, multum eius adauget bonitatem aquarum ſyncerae naturæ, ac natiuo, quem diximus, tepore leniſſimæ. Conſtat ergo ea alimentis colores contrahi animalibus aliqua ratione.

Quæ frigidæ intelliguntur, & quę calidæ. Clitumnus. flu.

Colores ex aquis, Vitruuij.

Flumina, ac fontes varij.

SCRIBIT Strabo, in Euboea duo flumina ſunt, Cephiſus, & Melas; in Beotia Vitruuius, in Lucanis Crathis, Troiæ Xanthus, inq. agris Clazomeniorum, & Erythreorum, & Laodicenſium fontes, ac flumina, quæ habent ad colores, præſertim animalium, aliquam proprietatem. Cùm enim pecora ſuis temporibus anni parantur ad conceptionem partus, per id tempus adiguntur eò quotidie potum, ea eoq. quantumuis ſint alba, procreant alijs locis Leucophæa, ideſt cineraceo colore, medio inter album, & nigrum, qui glaucus in piſcibus, & in æquis laudatiſſimus, Virgilio. Alijs locis pulla, ideſt quaſi puro lanarum colore. Alijs Coracino colore: Strabo lib. a11. de Laodicenſium pecoribus loquens *τυτλοφάξωαρά* vocat, qualis ſcilicet in coruis conſpicitur, nigerrimus. Ita proprietas liquoris, cùm diſtribuitur in corpus, imprimit ſui generis qualitatem ad eum colorem. Quo modo in campis Troianis propè flumen armenta naſcuntur rufa, & pecora Leucophæa, ideo flumen Ilienſes Xanthum appellauiſſe dicuntur. Hæc hactenus ex Vitruuio.

Colo-

Coloratæ Plinij.

EX aquis, quæ habeant proprietatem colorandi, aliquas meminit Plinius, tùm 11. tùm libro etiam 31. Communiter allegari ſolet Sybaris,& Cratis, de quibus dictum eſt. Et in Faliſco Clitumni aqua quæ in potibus candidos facit boues. In Bœotia amnis Melas, quaſi niger, oues facit nigras. Cæphiſus ex eodem lacu profluens albas. Rurſus nigras Peneus. Rufas iuxtà Ilium Xanthus. In Hæſtica fontes duos idem meminit; Cæronem, ex quo bibentes oues nigras fieri: Mellen, ex quo albas: ex vtroq; autem varias. In Macedonia, quas uelint oues naſci candidas, ad Haliacmon ducere: quas nigras, & fuſcas ad Azium. In quibuſdam aquis, ex Theophraſto ſubdit omnia fuſco colore naſci, etiam fruges, ſicut in Meſſapijs; In Erythris pilos gignit Alcon fluuius.

Flumina varia.

Fontes varij.

Quæ pilos gignant.

Piſces ex aquarum coloribus.

SIC in Suecia lacus Niger dictus eo idiomate, non ſolùm nigras continet aquas, Olaò magno authore, ſed & piſces alit concolores, quibus nihiloſeciùs accolæ vſcuntur. In Carrinenſi Hiſpaniæ agro fons quidam, aurei coloris omnes oſtendit piſces, qui tamen extrà illam aquam non differunt à cæteris. Cteſias in Armenia ſcribit eſse fontem, inquit Plinius; ex quo nigros piſces illicò in cibis afferre mortem. Idem in Arcadia fonte Styge iam dicto, piſces naſci aſſerit, ex Theopompo, lethales & ipſos; quod non in alio genere mortiferorum fontium reperitur.

Lacus niger.

Fōtes varij.

Piſces lethales.

De aquis quæ fama iactantur in admirandis. *Cap. XXVIII.*

DIXIMVS hactenus de aquarum proprietatibus, quarum aliqua eſt probabilis cauſſa naturalis. Conſequens eſt, iam famoſa aliqua dicta de aquis percurrere; quæ ſcilicet in admirandis prodita, nullum habent ſundamentum in rerum natura: ſed ſunt aut figuræ, ut multa in figuris tradidit prima illa hominum ſimplicitas, aut ſuperſtitiones gentium, aut mera figmenta. Quorum idcirco non tàm cauſſas teneмur exponere, quàm quia ita ſeries, ac ordo poſtulat tractationis noſtræ, & ad tollendas, ſimplicium animorum fallacias, quaſi reijcere à veris iudicijs, ac ea prout narrantur explicare. Hùc pertinent pluri ex parte, quæ miracula aquarum tàm multa ſcribit Plinius ex veterum traditionibus, tùm 11. XXXI. de naturali hiſtoria lib. Vitruuij, Solini, ac iuniorum etiam quorundam ſcripta de mirabilibus fontium. Quorum permulta falſa eſſe, ac popularia mendacia, res ipſa, tempus, ac veritas, qua nihil habemus antiquius, planè declararunt.

Miracula fontiū triſariam dicta.

Fabuloſa de aquis.

HVIVS verò erroris cauſſam, vt viri ſcriptores tàm nobiles iocoſa aliqua ſerijs rebus admiſerint, hanc eſſe arbitramur. Mitto quòd pleriq. dictata referunt, & quiſq. obiter, aut ex occaſione, aut quoniam collibitum eſt, iocoſa ſerijs aliquando ſolet intermiſcere. Sanè qui ea ſcribunt extrà profeſſionē; ſæpenumero non tàm veras in eis quærunt demonſtrationes, quā vt proprium inſtitutum aliqua amplificēt probatione. Vt Vitruuius facit in architectura, vbi aquarū deſcripturus perductiones, ac liberamenta, multa extrinſecus proponit nec ſatis probata, de earū naturā; & inde tranſiens ad aquas medicamētoſas, & calidas, & vitioſas, euagatur tandem ad epigrammata fontium, atq. amnium vulgi miracula; in quibus non viſus ſatis legentiū animos iucunditate delectaſſe ſuæ ornatiſſimæ diſciplinæ, hac eos voluit inſuper coronide fontium demulcere. Sic Plin. dum vniuerſam mundi, ac naturæ profitetur hiſtoriam; multis locis proteſtatur non ſe obligaſſe ad cauſſas, perinde immenſi operis labores. Admirandi verò iudicij locus eſt lib. 11. c. XII. Vbi recōditas de defectu Syderum percurrens rationes. Nō minus (inquit) mirum eſt, poſſe omnium rerum afferri cauſſas, quàm eas conſtare in aliquibus, atq. hinc multa quatenus relata inuenit, ſimpliciter recenſuit, præſertim miracula. Quorum & nos multa retulimus, ac plana fecimus ſuis cauſſis. Aliqua læuia æſtimauimus; quem ad modum dictum eſt, ex Clytorio fonte his, qui bibiſſent in Arcadia, vinum tædio venire, quòd in eum Melampus piamentum abiecerit, quo ipſum Præti filias fabulantur ab inſania perſanaſſe, quæ furibundæ ſe vaccas euaſiſſe putarunt; luſit Virgilius. Strabo verò ad ſabulam adſcribit centauris, qui vulnerata, ac hydræ virus in illis aquis eluiſſent. Sic Plin. fontem in Cæa Inſula facere hebetes. Et contra in Cilicia apud oppidū Iuſgū riuū eſſe, ex quo bibentiū ſubtiliores fieri ſenſus, tradidit Varro. Ex Theophr. duos fontes refert idē Plin. in Phrygia; quorum alter à riſu, alter à

Vitruuij ſtylus de aquis.

Clitorius fons.

Fons in Cæa.

Riuus in Cilicia.

Cleon fõs fletus. Cleon fons riſus. Fons Leõtinus. Fons cupidinis. Selennius flu. Fons in Bonicca.

fletu nomen habet. Cleon enim ab effectu fletus dictus ἀπὸ τοῦ κλαίω. Alter verò ei vicinus Gelon, à ridendo dicitur. Alia prorſus excedunt omnem fidem: ut ridiculum eſt, ex Leontino fonte in Sicilia, qui bibiſſet, euadere ſtatim ſcientem medicum, tota in eum Leontini cuiuſdam ciuis eius, ſapientia imbibita. Item fontem Cupidinis vocari apud Cizicen, ex quo potantes amorem deponerent. Et vt largius vulgaribus muſis ſabulandi materia præberetur, addit Cælius ex Pauſania, in Achaia Selennium fluuium, ac fontem eſſe, qui in ipſo ablutos amore liberaret, & tam viros, quàm fœminas. Fontem poſuit in admirandis hac ætate Petrus Martyr cognomento Angerius in Bonicca Inſula, vna ex Lucanis vltrà Hiſpaniolam noui orbis, cuius aqua epota iuuentam ſenibus mirificè inſtauret, etſi nec canos mutet, nec rugas: quæ vel eſt ſabula gentis, quæ ibi degit (vt iuniores ſcribunt) vaniſſimæ: vel deſultoria quæpiam hyperbole, perinde dici ſolet in multis balneis, & de Elleboro inter medicinas, quæ prædicantur ſacere iuueneſcere.

Superſtitioſæ aquæ.

Aegericę fons.

CÆTERVM ad faciliorem impoſturam, fabuloſa id genus multa, rudis illa antiquitas, ac ſallax dicacitas græculorum, cum ſuperſtitioſe coniunxit, Auxit numerum Deorum aquarum celebritas, inquit Plinius. Vt Aegeria Dea, Numæ coniunx, ac eius nomine fons Aricini nemoris, quo ſæpè Numam in congreſſus nocturnos cum ea ſe conferre, ac eius monitu quæ grata Dijs eſſent, ſacra inſtituere ſolitum tradit Liuius libro primo, & Camænis idcirco eum conſecraſſe. Et item Ouidius libro decimoquinto & Faſtorum III. d.

Illa Numæ coniux, conſiliumq. fuit.
Aegeria eſt, quæ præbet aquas, Dea grata Camœnis,

Alphei, atq; Arethuſæ fontes. Iouis fons. Fons in Illyreis. Fons Bacchi. Tylphoſę aquæ. Fons Neptuni. cum piſcibus, ſuperſus. Olachbs flu. Fons Thianæ Iouis. Acadinus fons. Lacus Dellis.

Sic de amore fabulantur Alphæi, atq; Arethuſæ, qui in fontes conuerſi, adhuc auitos quæritant amplexus; nimirum quia in ſubterraneis coniungi hos fontes aſſeritur. In Dodone Iouis fontem gelidum eſſe, in quo immerſæ faces extinguantur; ſi extinctæ admoueantur accendi, creſcere, & decreſcere ter in die. In Illyrijs ſuprà fontem frigidum expanſas veſtes accendi, imbutas fortè bitumine, ac igne adhibito. Andriæ fontem vinoſum Baccho dicatum, ſi è conſpectu templi auferatur, ſaporem eius tranſire in aquam. Vanitatem ſapit, quem canit fontem Pyndarus in Bootia, dulci aqua, ac frigida Tylphoſæ nomine, quam qui bibiſſent concipere diuinitatem. ac Tyreſias cum ob ſenectutem eius ferre non potuiſſet frigiditatem, bibens mortuus traditur. Fabuloſus quoque, ac ſuperſtitioſus Neptuni fons in Medis, qui limite tranſire ſoleat ad loca vicinia, portendens aliquid, Plin. mirùm verò, quòd cum piſcibus tranſit, ac reſponſa ab eis incolæ petunt cibo, quem rapiunt annuentes; ſi verò euentum negent, caudis abigunt. Amnis Olachas in Bithynia, Brietum alluit, hoc eſt & templo, & Deo nomen indigeti, è cuius gurgite periuri notantur pati velut flammam vrentem. In Aſia quoque iuxtà Thianam, fontem Iouis appellatum, frigidum, ac bullientem, ex quo periuri potantes, ſtatim graui vlcere manibus, ac pedibus afficiuntur. veridicos autem impunes bibere ſcripſit Philoſtratus. In Sicilia apud Acadiuum fontem, authore Stephano, perſimilem iuramenti ritum celebrant. Et ibidem Lacus Dellis, Palicis fratribus dicatus, huius ſuperſtitionis erat celebris. Miracula tandem balnearum, & aquarum quæ ſub aliquo eiuſmodi numine, ac titulo prædicantur, aliquam ſapiunt ſuperſtitionem.

Figuræ equarum.

Antiquorum in figuris traditiones. Fabularũ origo.

PERMVLTA verò, quæ ſuperſtitioſè pariter iactantur de aquis, quandam continent de mundi huius conſtitutione, ac rerum natura imaginem, quam rudes adhuc primis illis ſeculis homines ſub varijs fabularum coloribus adumbrarunt. In figuris plurima tradidiſſe conſtat ſapientes Chaldeos, à quibus cùm prima de diuinis arcanis myſteria dimanauerint ad Aegyptios, ac ex eis ad Hebræos: eaſdem & Græci poſteriores, quaſi inſinuatas ab antiquo mentibus humanis, tradiderunt fabulas. Quas poſtea Varrò inſecutus eſt vt plurimùm in Genealogijs Deorum, & Cicero, & Macrobius in Saturnalibus, & omnium maximè fabuloſus Ouidius in transformationibus. Verùm haud ea nunc noſtra ratio eſt ambages perſequi fabularum; ſed magis dumtaxat veriſimiles tangere, quæ nobiles aliquas de natura aquarum continent allegorias, nec modicam interim lucem, ad illorum auctorum, præſertim vetuſtiſſimorum intelligentiam, parient. Arcana in primis æternæ ſapientiæ, vtque cœlum, & terra, & cunctæ res creatæ ab illo pendeant principio, per ipſumq. caduca perennem habeant ſucceſſionem; & in ipſum denique recurrant omnia; per Saturnum configurarunt, Deorum antiquiſſimum. Saturnum

turnum filios, quos gennit ex Rhæa, ideſt fluxu æui, ac temporum continuo (id enim indicat ῥέαν) omneis deuoraſſe; ideſt; quia omnia orta occiduut, reciprocantq. in ipſum principium. Tribus exceptis; Ioue, quo vita hominibus elargita, & cunctis rebus figuratur. Dite, quo terra deſignatur æternarum mutationum baſis, ac firmamentum, eademq. rerum omnium, quæ perenniter oriuntur, atque itereunt, terminus. Et Neptuno, quo vniuerſum aquæ naturam, pro idonea rerum fluxarum materia, ac reparatione, priſci illi ſapientes Chaldæi intellexerant. Vnde illud ex Homero fertur, Iliados.

Neptuni origo aquarum.

Gentiliū deorum figuræ.

Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα Τηθύν.

Oceanum deorum patrem, & Thetim matrem.

Primùm verò Orpheus Homero antiquior duas vnicuiq. elemento animas, ſeu duas attribuit vires, & aquis Oceanum patrem adſcripſit, Thetim matrem. In quibns multæ, ac pulcherrimæ, quæ ad aquas attinent concernuntur figuræ. Ioui in tota aquarum natura à philoſophis antiquis tribuitur mobilitas, M.Tullio teſte. in marinis tranquillitas, quod diuinus poëta tetigit.

Vultu, quo cœlum, tempeſtateſq. ſerenat.

In fontibus claritas, vigorq. originis, in Thermis tepor, calor, & ſalubritas. Et qui à Ioue fontes aliquam habere dicuntur prærogatiuam. Iouis fons in Aſia Plinio, vindex in periuros. Iouis Dodonæi, Iouis Hammonis, qui ter die fontes ac nocte variant. Has quidem inuenio figuras, ac aquas Iouis numini attribbtas.

Figuræ aquarum diti, hoc eſt Plutoni aſcriptæ.

SVBDITIS autem imperio ponuntur flumina Infernalia, & Stygia palus per quam Dij iurare timerene. Attellantur autem id primum fuiſſe dijs antiquis iuſiurandum, iurare per aquam, quaſi à cælo venientem, & primam rerum. Nomina verò illa fluminum infernalium non aliud configurant apud Poetas, & Theologos antiquos, niſi partem aliquam pœnarum infernalium, odium, dolorem, obliuionem, luctum, & incendium. quę tenui quidem carmine, ſed verbum verbo planè reddidit elegantiſſimus Guarinus.

Cur Dijs iuſiurandum per aquas.

Styx, Acheron, Lethe, Cocitus, cum Phlegetonte.
Odit, triſtatur, dediſcit, luget, & ardet.

Stygiæ quidem paludis, vt altè cecinit Virgilius lib. VI.

Dij cuius iurare timent, & fallere numen.

Ratio figuræ hæc eſt, Seruio ibi interprete. Styx mærorem ſignificat: vnde ἀπὸ τοῦ στυγεροῦ, id eſt à triſtitia dicta eſt. Dij autem læti ſunt ſemper, & immortales, vnde qui mærorem non ſentiunt, hoc iuſiurandum per rem ſuæ naturæ contrariam, & per execrationem habere ponuntur. Acheron verò, quaſi mæſtitiæ, & doloris fluuius: & ex eo Acheruſia aqua dicta, & Acheruſia palus, qua patere iter, ac inferni ianuam Ditis, meminit idem Vergilius, ac per eam tranſuehere Charontem animas defunctorum.

Figuræ aquarum à Neptuno.

In Neptuno porrò numen aquis peculiare intelligitur, ac Deus maris, cuius imperio mare vniuerſam terræ abluat faciem: vnde rectè ſentiunt quidam Neprunum dictum ἀπὸ τοῦ νίπτειν, ſicut & Acheloum ἀ λούω, καὶ νίπτω, ideſt à Lotione: vel vt Cicero viſus eſt Neptunum à Nando interpretari, ſicut & vertumnus à vertendo. Hoc ſenſu ponitur Neptunnus ab Ouidio præbuiſſe Diluuio materiam, & imperaſſe fluminibus auxiliares aquas. Lib. 1. Sic etiam fingitur ex ædificata Troia, in vindictam negati precij Phrygiam inundaſſe. Lib. 11. Vt vero à Neptuno, hoc eſt à mari omnia flumina, ac naſcentes aquæ trahant originem, indicat ex Oceano Thetidis partus, quo peperiſſe fabulantur omnia flumina. Indicat & Pegaſus equs ex Neptuno ortus, quaſi fons, ac ſoboles velociſſimè currens, & in quenquam pagum.

Figuræ aquarum ex transformationibus Ouidij.

Configurationes porrò apud lepidiſſimum poetam, aliæ calidarum aquarum continent cauſſas, nempè quæ calefiant vel terræmotu, vel per Aetnæ incendium. Vel potius ſuppoſitum à Nymphis fomitem, quem explicat Sulphur, & bitumen.

Lurida ſupponunt fœcundo ſulphura fonti
Incenduntq. cauas fumante bitumine venas,

Achelous flu.

Aliæ nouam figurant fontium originem: quo nomine Achelous fluuius eſt in Græcia celeberrimus, qui quoniam primus poſt diluuium erupiſſe fertur, ac terram irrigaſſe, nouum videtur attuliſſe aquæ nomen, vt Ἀχελῶος diceretur. Vel quia varias induiſſet for-

Aqua cur Ἀχελῶος dicta.

mas. Achelous enim, fertur cum Hercule pugnans, ac in varias tranſmutaretur figuras, in anguem, draconem, taurum, eius cornu ab Hercule auulſum, nymphas omni fructuum genere repleuiſſe, Cornuq. copię propterea dixiſſe. Qui re vera (vt Strabo eſt teſtis) fluuius eius nominis eſt, à Pindo monte in Epiro naſcens, ac inter Acananiã, & Aetoliam influens, propter obliquos flexus, modo anguem ſpecie, modò Taurũ fremitu, ac cornibus referret. quorum vnum Hercules diuellens, ac fluuium ipſum diuertens, fertiliſſimos omni fructuum genere illos agros reddidiſſe. Ac ex eo Copiæ cornu orta fabula, quod & Amaltheæ ob duritiẽ dictum eſt, difficultatem operis configurans. Ob varietatem ſimiliter ac numen, antiquæ famæ eſt Hammonis Iouis fons, in Aethyopia, quem diximus nocte, ac die varium. Multos alios tùm fontes, tùm fluuios meminit variæ hiſtoriæ Plinius. Vt Athamas ex Thraciæ mõtanis, de quo Lucanus.

Amalthex cornu. Iouis Hãmonis fons. Athamas flu.

Et vagus altis diſperſis Syluis Athamas,

qui & ligna incendere traditur, vt Ouidius.

Admotis Athamantis aquis incendere lignum.
Narratur, minimos cùm Luna receſſit in orbes.

Aliæ figuræ continent vel ortum, vel interitum, caſu aliquo fontium, ac fluminum. Vt excuſſio Aetnæ à gigantibus, quo Acis oppreſſus, ac conuerſus in ſui numinis fluuium, & Cyane factum Stagnum. Oppidum in Phrygia factum ſimiliter Stagnum. Aliæ proprietatem concernunt variam, in colore, ſapore, curſu, & recurſu, ſtrepitu, alijsq. id genus circunſtãtijs. Vt Marſias fluuius in Phrygia rubore tinctus, ex Marſię ibi excoriati ab Apolline ſanguine. Hirimin flumen conuerſam ob fletũ in Bẽotiã, eumq. æmulari flebili cantu Cignos circumuolitantes. Caſtalium ad Parnaſi radices fontem Muſis dicatum; in quem Caſtalia conuerſa, fugitans vt decet Muſas & virgines. Apollinis Dei ridiculi petulantiam. Scillæ latratus, Charybdis rabies incomparabilem notant, atq; horribilem freti inter illos ſcopulos ſonitum. Omnium rerum viciſſitudinem eſſe, varijs exemplis oſtenditur, mutationesq. in ſeipſas: Elementorum in primis, Terrã mare fieri, & mare vbi olim terra; nouos naſci fontes, alios interire, Lycum in Phrygia præcipitari, Eraſinum in Argolicis ſubſidere, & Miſum in Arcadia. Caicum aliorſum fluere, Mæandrum gyris, ac recurſibus volutari, Amaſenum in Sicilia non ſemper fluere, Anigri in Meſſenijs aquas olim potabiles, nunc iniucundas. Hypanis in Ponto aquas amareſcere. Cyconum flumen viſcera indurare, Cratim, ac Sybarim mutare capillos, Salmacis vndam, Aethiopumq. lacus mutare animum, Clitorium abſtemios facere, Lyncæſtium temulentos, Phænum noxij potus nocte, innoxij die. Et tandem Poëtarum inuenta, Pegaſum equum aperuiſſe vngula fontem in Parnaſſo, qui & Hippocrene idcircò dicitur, & Caballinus à Perſio, eum ſacrum fuiſſe Muſis, Caſtalium, Lybethrum; Venerem ortam è ſpuma maris; Nymphas colere item fontes; omnia nobis planè configurant aliquam in natura aquarum eſſe diuinitatem, qualem decet Muſas, & Poëtas, & purgatos animos Sapientum.

Acis flu. & Cyane Stagnum in Sicilia. Marſias flu. Hiris flu. Caſtalius fons. Scilla, & Carybdis. Elementorum, & aquarum variæ mutationes.

Catholica concluſio proprietatum occultarum, & de inditis fontium virtutibus à cælo, & ſtellis, Cap. XXVIII.

EX omni conſenſu hactenus virtutum, ac proprietatum, quæ vel proditæ ſunt ab auctoribus, vel inueniri poſſunt quorumcunq; fontium, & ſponte manantium balnearum; cùm multa in figuris explicata, ac partim exploſa cum fabulis, partim vera, & confirmata ſint ſuis rationibus; iam hinc ad ſupranaturalium quarundam proprietatum rationem inueſtigandam prouehimur. Quæ quanquam altiſſima videri poterit ſpeculatio; pro hac tamen ingenij capacitate, in duas partes à nobis diuidenda, ac explicanda erit. Primùm quæ latè patet, & totam amplectitur rationem Thermarum; de neceſſitate quadam naturæ concludemus, quòd quarumcunq; aquarum, ac fontium ſpeciales ſint, ac ſingulares à cœlo, ac ſtellis virtutes. Ac tria ad hanc demonſtrationem ductu ſenſuum adhibebimus argumenta præcipua; à conſtitutione, quam videmus fontium naturali, in ſua vniformi origine, ac immutabili proprietate: ab operationibus ipſis, quarum aliquæ excedunt manifeſtè conditiones elementarium facultatum: & tandem à formæ ratione in quaq; re, & in aquis, vnde omnis motus principium. Quo verò humana non pertingit ratio, hic altera parte altiſſima percurremus, ac verè diuina myſteria in aquis, quæ ipſi ſoli cunctarum rerum opifici referenda erunt. Omnes ergo ſapientes in hanc maximam conueniunt ſententiam, vt in vniuerſo, & in omni rerum conſtitutione, prima quædam inſit virtus ætherea. Imò & in locis ipſis particularibus (vt altiſſimè de uniuerſo, & de principijs naturæ proponit Plato in Timæo) ſpecialis aliqua inſita eſt naturæ uirtus, ac proprietas, nulli aliæ rei, nec alio loco communicata. Dixerint mundi animam Stoici, dixerint naturam, & calorem

Tria arg. loca de inſita a cœlo virtute in fontibus.

Virtus ætherea cũctis rebus, & cũctis locis inſita.

rem Peripathecij;in omni fermè rerum naturæ ſpeculatione, hoc certum,ac firmum princicipium ſtabilire viſi ſunt ſapientes,vt à ſuperiori quodam agente,inſitaq; cunctis rebus virtute regantur,& gubernentur. Et cũ hæc quidem clariùs (vt diuinus reſtatur philoſophus) hæc verò obſcuriùs ſublimi illa participent dignitate,poſt cœlorum,& aſtrorum admirabilem illam conſtitutionem à perennitate motuum,ac lumine cœleſtium corporum; tota naturæ virtus,pro hac creandarum rerum neceſſitate,viſa eſt in elementis rerum conſediſſe. Quæ nimirum principia immutabili ordine conſtituta, ac certis ſedibus collocata, eodem motu,ac lumine,& calore cœleſti prædita, opportuna redduntur, & fœcunda ad omnem rerum generationem. Neq; nunc communem, quem omnes ſentimus calorem loquor, & qui in terris manifeſtè, & in aquis (quemadmodum à nobis eſt demonſtratum) vigeat; verum etiam digniorem intelligo caloris, inſitamq; illius ætherei luminis virtutem in fontibus, à qua nimirùm promouentur aquæ ad creandos fontes. Hinc arguimus,quòd ſubſiſtente tota aquæ natura in infimis terræ cauitatibus, ſubeant tamen fontes ad cacumina montium, vnde naſcãtur,irrigentq. in diuerſas partes terræ,ſummo conſenſu tàm Aſtronomici, quàm ac phyſici,non aliam habent demonſtrationem, niſi quia præter communem aquæ inclinationem,trahantur pariter ad eam altitudinem calore,& virtute ſtellarum. Nec ſecus de perenni motu,ac æſtu maris,quod quater in die vltro,citroq; trahatur ad littora,demonſtratũ eſt,quod mirificè libratum ſit, totaq. mole traharur virtute Solis, & Lunæ,quorum ſcilicet inclinationes,motusq. mare conſequitur. Proinde his probatis,& conceptis, quæ prima ſunt in tota aquarum natura momenta rurſus arguendum videtur in principijs Phyſicis; vt quæ primigenia à cœlo communicata eſt omni aquæ , ac ſingularibus fontibus virtus, quæ formam præbeat,& motus,& certam originem naſcenti aquæ; eadem tanquam anima inſita illi aquæ,ac fonti, contribuat & conſequentes ipſam formam differentias,ac virtutes,& quę ex modis mixtionum reſultant, ſubſtantiam aquæ certam conſtituat, ſaporem, colorem, odorem,caloris gradum,& omnem per differentias ſuas moderetur operandi facultatem. Quæ omnia cùm à perenni omnium fonte,ac datore formarũ,& virtutum dependeant,quaſi patratum videntur habere pactum cum natura,ac certam legem iſtę,& omnes formæ,vt eodem fontes naſcantur,permaneantq. tenore,nec deficiant à conſtituto per ſecula. Itaq; immutabilem quoq; habere connexum, ordinemq, in ſuis cauſis omnes facultates, ac operationes neceſſe eſt,vnde perfectæ ſint,vniformesq. & perpetuæ,præſertim in fontibus balnearum,& aliarum medicatarum aquarum. Nam,vt in cæteris rebus perfectis,vitæ ratio, nutritio,& omnis perfecta actio, caloris eſt ingeniti,& animæ, ita quandam animam proportione, ac formam, certumq. caloris gradum inſitum eſſe fontibus, ac balneis fatendum eſt, quæ præter ſubiectæ materiæ impreſſiones, per ſpiritus quoq; ei loco,ac fonti inſitos, proprietates præſtet,ac operationes ſupranaturales. Hos nimirum fauores diximus ineſſe cœleſtes in balneis,quos ſæpè inculcauimus in eorum hiſtorijs, ipſis dumtaxat effectibus perſpicuos. Quæ omnia minus animaduertentes qui priores ſcripſere de balneis, dum multas obiter in eis agnouerint admirandas prærogatiuas, ſuperficie tamen tenus, ſenſibiles tantùm,ac elementares perſecuti ſunt cauſſas,& caloris in balneis actualis naturam, vel à Sole,vel à ventis,vel à terræ proprietate reſultare,à ſulphure,vel alijs mineris calorificis, vnde vix corticem contentarum intimè proprietatum attigiſſe viſi ſunt. Omnes alioqui ſapientes in hoc conſenſerunt, vt cunctis in rebus pro ratione, intrinſecus eiuſmodi ineſſet calor, virtusq. cœleſtis, vbi plus, vbi minus. Ergo vt in vegetalibus, ac plantis,& in omni animantium genere ingenita aliqua elucet virtus,quam planè Ariſtoteles explicat neceſſariam in II.de gen.anima.cap.III. Seu natura inquit dicatur,ſeu calor, ſeu ſpiritus virtute reſpondens elemento ſtellarum. Non minus & in terris,& in venis aquarum, fontiumque, qui perpetuas,vniformesq. habent emanationes,ac proprietates ſuas certa haud dubiè virtutis illius participatio intelligenda eſt,proportione pariter,ac virtute reſpõdens elemento ſtellarum. Quæ in arcanis condita ſunt naturæ, ac dignis admodum elogijs explicata habentur à Theologis antiquis,& à Platonicis,animam mundi,ac diffuſam vbiq; mentem contemplantibus,quibus & Galenus multis locis conſentit, & in libris præcipuè de placitis Hippocratis,& Platonis. Libet autem & hanc noſtram appendicem altum ad id carmine Latini vatis concludere.

Igneus eſt ollis vigor,& cœleſtis origo Seminibus.

Suppoſitũ ab auctoritate.

Aetherea virtus in elemẽtis.

Calor æthereus, & lumen.

I. arg. à fontiũ cõſtitutione

II.arg.ab operationibus formalibus.

III.arg.à formę ratione.

Formam conſequẽtes operationes.

Fauores ſyderũ in fontibus.

Arg.à cõmuni conſenſu.

Ariſt. mira ſententia.

Theologi antiqui Platonici Gal. Virg.

Aquæ ſacræ cur dictæ,& Fontes ſacri ac Flumina.

OPTIMA ergo ratione à prima illa antiquitate, cum non adeò arcana illa in aquis naſcentibus explicata fuiſſent, ſatis quidem viſum eſt illi primæ hominum ſimplicitati,ac ingenui animi hominibus, ſi tantas, quas viderent in fontibus prærogatiuas, in admirandis acciperent, vel magnificis colerent titulis. Qui Thermas, ac balneas dixerunt; & ceù ali-

Aquarum diuinæ ꝓrogatiuę.

qua numinetur aris, venerarentur ſacraſq. nuncupauerint aquas. Nam omni ſui parte naſcentes aquæ aliquam præ ſe ferunt diuinitatem. Aquam enim vel à prima ſui origine admiramur, ſiue à mari, ſiue à cœlo venientem, & quæ cum Sole, & Luna in motibus ſuis habeat certum conſenſum, & à montium ſummitatibus veniat oriunda. Mobilitate propria, fontium perennitate, varietate partium, & diſtributione in omnem terram, ſinceritate, & vniformitate ſubſtantiæ. Et tandem quæ ſingulares habeat virtutes, & quaſi cœlitùs immiſſas gratias.

Aegyptij aqua adorantes.

Mercur. Trimegiſti ſententia.

quo nomine Aegyptij prima illa hominum memoria, aquam adorabant, quod diuino elogio contemplatus eſt Mercurius Trimegiſtus. Aquam ab Oceano diffluere dulcem, ad hominum alimenta, & quam conſperſam in populum colerent, quod ſic deleret animi vitia. Qui ritus hanc mihi videtur habuiſſe ſignificationem, quia Aegyptij veriſſimas vident pluuias, vnde eas, quùm pluit, affectatè recipiunt, venerantur q, ceũ rem diuinam, qui & Nilum putarent à cœlo venientem. Simili poſteà cultu in vrbe Roma fuit apud gentiles aqua Mercurij antè portam latinam, quæ conſperſa in populum crimina ablueret, ac à periurio vendicaret. qui locus ad hanc tollendam ſuperſtitionem, rectè S. Ioanni fuit dedicatus. Et qui hodie excommunicantur, aqua & igne interdicebantur, tanquam ſacris in cunctis rebus elementis. Sacræ dictæ Muſæ, & ſacri vice verſa, quos eas diximus colere fontes, ac etiam montes: quæ figura hanc videtur habere rationem, quòd vt è fontibus ſponte aqua emanat vberi vena; ſic è vatum, ſapientumq. ingenijs, quaſi è perenni vena abundent, quæ meditantur. Qui & coloni quoq; fontiũ figurantur, & circà montes verſari; quoniam muſæ, ac ipſarũ ſtudioſi (vt Strabo interpretatur lib. 10.) quaſi indagatrices ſunt, ac venatores rerum maximè vtilium ad diſciplinam, & ad vitam, vnde & venari vſurpamus Verbum, quod eſt inueſtigare, ac inuenire. Vel peruagari circà montes, vt notetur contemplantibus eſſe recedendum à communi commercio ad ſolitudines, & heremum: quod tetigit eleganter Horatius in 11. Epiſtolarum. Scriptorum chorus omnis amat nemus, & fugit vrbes.

Et circà fontes verſari, quaſi olores imitantes, & eorum cantus, qui (ut teſtis eſt Ariſtoteles 9. de animal. hiſtor.) circà fontes, lacus, ac paludes, aliaue loca aquis redundantia degunt, ubi muſicas exercene rationes, & concentus edunt ſuos.

Nymphæ ſacræ, & Lympha aqua.

Nymphæ item ſacræ, quare & Lympha à Latinis dicta eſt aqua, quæ ſyncera eſſet, ac limpida, & Sacri earum fontes, in quibus uerſantur. Hinc multa oraculis dignitas apud ignaram ueræ diuinitatis antiquitatem, quæ iuxtà aquas eſſent, quas numina aliqua putabantur incolere.

Oracula apud aquas.

Fons Caſtalius.

Fons Albunea.

Quem ad modum dictitarunt Græci, Ammiano teſte, Caſtalium fontem propheticam uim influere; & è ſpecu Delphico ſpiritum ſatidicum inſpirari, apud Iuſtinum legitur: Et fons Albunea in amœna iſta Latij planicie, cum nemore atq; oraculo, ubi Manes Fauni Latini Regis reſponſa reddere creditum eſt, Virg. lib. 7.

Hinc Itala gentes, omniſq. Oenotria tellus
In dubijs reſponſa ferunt.

Perſæ (ut Strabo meminit) in flumen non mingebant, nec lauabantur, nec mortuum conieciſſent, nec alia immunda. De fluminum uerò honoribus, relinquo Nili aquam ac patris Tyberis tantam gloriam, quiq; è paradiſi fontibus emanare iuſſi ſunt in ſacris litteris, Gion, Phyſon, Tygris, & Euphrates.

Superſtitiones fluminum.

Quicunq; amnes, ac fontes municipijs ſuis leguntur quandoq; Sacri, ac patrij Manes, quod legitur in Corn. Tacito, obiectum Senatui Rom. dum de vertendis à Tyberi alijs fluminibus ageretur: Spectandam eſſe amnium, ac ſociorum religionem, qui aras, ac lucos ſacros apud eos haberent. Proditum eſt Dionyſio teſte in primis Annalibus, Cutiliæ lacum in Reatino fuiſſe Aborigenum temporibus Saturno ſacrum, qui fluitantem in ſe contineret Inſulã, & cum ſylua ut Plinius inquit, quæ nunquàm diu, ac noctu eodem loco niſebatur quacunq; ex cauſſa, uel inſulæ mobilitate, uel numine. Erat & in ſuperſtitioſis Aegeriæ fons Camænis ſacer, quem quidam perennem eum riuum eſſe exiſtimant, qui media uia extrà portam Capenam excurrit. fortè alium ab Aricino, quem diximus. Cæterùm omnes fontes, qui numinum aliquo inſigniuntur titulo, peculiarem uidentur præfiguraſſe illius nominis fauorem: fons Iouis Hammonis, Iouis Dodonei, Herculis, Mercurij, Bacchi, Aeſculapij, Igiæ, Iuturnæ.

Fons Triuiæ in vrbe.

Fons aquæ Virginis ſeu Triuiæ, famoſus in urbe, non aliam uidetur habere eius nominis ſignificationem, quàm quòd Dianæ ſacer fuerit. Quæ & uirgo habita antiquis, & Nympharum fontium Regina. ac triplici numine fingitur; ut triplici pariter hæc aqua emanat fonte.

Balneæ Sacræ.

PROROGATA antem hæc appellatio, ac amplificata dignitas eſt ad balneas. propoſuit hoc Ariſtoteles perinde famoſum ſuo tempore dictum, cur Balnea Sacra dicta ſint. Iſq. in uerò ſenſu naturalium cauſſarum, quia (inquit) in defluxu fulminum flammas, ac ful-

ſulphura elambant. In quo ſuperiorem indicauit cauſſam efficientem, eundem ſcilicet eſſe auctorem fulminum, & calidarum aquarum: cauſſam verò materialem ſulphur, quod Θεῖον Græci, quaſi diuinum appellant, ac demiſſum à Ioue cælitus. A cæteris autem auctoribus eadem ſententia perinde definita, & certa recipitur: Varia tamen ratione, eiusq. diuinitatis nuncupatione, ac alio, & alio numine. Plutarchus in problemat. Admiramur (inquit) maximè aquas naſci calidas, non ita miramur frigidum fontem; quia ſuperiorem in calidis arbitramur cauſſam. Hinc ſacras alij dixere balneas à Virtutibus, & quæ ad hominis vſum dumtaxat naſcerentur, cùm aquæ vſus, vt aqua, omnibus rebus communiſſimus ſit, etiam plantis. Ac dicata ob id eis varia numina leguntur. Sacras dixerant Veteres ab ignibus veſtalibus, quos Tellurem matrem ſeruare perpetuos ſtatuere, ad propagationem rerum, ac vitam, & ab eis ſpecialiter incaleſcere balneas. Sacras à primo inſtituto, ſicut medicina ſacra ab Æſculapio, patreq. Apolline. Quare & pro calore terreſtri illis inſito, Vulcanias alij dixere, vt apud Piſandrum legimus. Alij Herculeas apud Athænæum, quia ſponte naſcentes, quaſi vi, ac feruore Herculis incaluerint: & ſacras, cui dicatæ ſint numini: quemadmodum Salſæ marinæ Neptuno ſacræ; ſacri fontes Naiadibus, Nymphiſque, & putidæ aquæ ſulphurum Mephiti ſacræ. Quo ritu multa obſeruaui particularium fontium monumenta in antiquis, quum aut muneris vice, aut voto ſuſcepto, ſacraria, aras, tabulasq. apud fontes conſecrabant, quales hodie tabellæ, & ſigna votiua in templis. Auxit numerum Deorum hæc balnearum celebritas, inquit Plinius. In Sicilia Syracuſis, Thermites Apollo adorabatur. In Thermophylis, qui ita dicti ſunt montes à calidis aquis in Græcia, Thermæ erant ad Demetriadem vrbem, dicatæ ob feruorem Herculi, Strabone teſte. In Italia ad aquas albulas votum legimus antiquiſſimum marmorea tabula, quod poſteà ſubreptum eſt. SACRVM M. D. M. IGIÆ. In Calderianis ſub Verona M. Iunoni. In Cluſiſinis Æſculapio. In Latinis quibuſdam, Iuturnæ. In Auinione Senarum, Nimphis ſacrum. In Campania autem Auernus Plutoni ſacer, & ad Cumas Sybillæ lacus. Aliaq. præſcripta ſimilia. In Ægypto hodie, iuxtà viridarium balſami, fons memoratur, quem celebrant incolæ tàm Saraceni, quàm chriſticolæ, concurrentes in die Epiphaniæ, ac certantes, qui primi intrent, ac lauent quam aquam foueri ab radicibus virtute balſami, ac nephas idcircò putant per eam diem ab alijs animantibus guſtari.

Calidæ admirabiles.

Ignes veſtales.

Bal. Vulcaniæ, & Herculeæ

Vota, & Sacraria in baln.

Apollo Thermites.

Fós aquæ balſami.

Aquæ Sanctæ:

CHRISTIANA autem veritas poſteris temporibus, in ſuperſtitionem illam è mentibus humanis abolendam à præclara aliqua prærogatiua, quàm inueniret in balneis, Sanctum eis aliquod appropriauit nomen. Optima ratione; quando ipſo ſtatim nomine balnei, tùm opinionem quiſq; incipiat concipere aliquam de balneo; tùm vtile quoque conſilium, ſperanda quidem eſſe, quæ balneum promittat de natura, & qualitate ſua; præſertim verò ſi balnei virtutes, ſuasq. operationes diuinus fauor aſpirando præueniat, à quo veram omnium languorum ſalutem implorare debemus; & cuncta bona. Commune ergo cognomentum multis balneis eſt Aqua Sancta, præſertim in Italia, & quæ in potibus ſumuntur aquis; quæ nimirùm benedictione Dei potiùs, quàm virtute naturali ſanitatem præſtare videantur. Sic aqua Dei, & vitæ cognominata quædam habetur in Carnis. Virginis aqua in Patauinis, ac S. Mariæ nuncupantur aliqua balnea, quorum ſingulare aliquod experimentum habeatur in miraculis. S. Ioannis nomen inditum à iuuando, Sancti Petri, S. Crucis, vel S. Helenæ, à quo quaſi diſpenſatione diuina, ac ſigno crucis ſperanda ſit ſalus. Sancti Chriſtophori, quod opem ferat diuinam. Sancti Georgij, quaſi à militiæ periculis, quod vulneribus medeatur; S. Luciæ, quòd oculis; S. Bartholomæi, quod languoribus cutis. Sancti Nicolai, quòd grata hoſpitalitate, & balneo excipiat pauperes. Alia vel à loco, vel ab electionis tempore denominantur; Sancti Martini, S. Philippi, S. Iuliani, S. Laurentij, S. Anaſtaſiæ, ac aliorum ſimilium. Vt in ſumma per hæc omnia moneri videamur, tàm Medici, quàm ægrotantes, balnea perinde ſacram quandam medicinam conſulenda, ac ineunda eſſe, pieque credendum eſt, quæ mira in eis, ac inſperata aliquando mortales iuuamenta ſentiunt, ea non tàm in balneo, ac ope medici, quàm diuina gratia ſe eſſe conſequutos. quare altius hinc euehamur ad ſupremæ cauſſæ contemplationem in miraculis aquarum.

Cur Sanctæ dictæ. A diuino fauore.

Aliæ denominationes.

Diuina in aquis, ac miracula ab altiſſima cauſſa cauſſarum.
Cap. XXX.

MAGNVM verò, quod vltimo loco erat concludendum, de ſingularibus gratijs, deque ſupranaturalibus aquarum prærogatiuis, argumentũ hoc eſt: quod diuina potentia in nulla parte naturæ viſa eſt tàm ſpecialia celebraſſe miracula, quàm in aquis. Qua de re, tranſeant ethnicorum exempla, & præclara paſſim in ſacris libris legantur teſtimonia, apud Moyſen, apud Eliſeum, in Salomone, & in Enangelio ipſo. quæ equidem non ad hiſtoriam, ſed ad renerentiam recolo, & ad concludendam omnium primam, maximamq. aquarum prærogatiuam. Sanè legitur Geneſeos primo, quod antequàm hæc mundi machina panderetur, cum adhuc terra inanis eſſet, & vacua, tenebræque eſſent ſuper faciem abyſſi, Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas. quaſi foueret aquas viuificaretque (vt inquit D. Ambroſius) vt eas in nouas cogeret creaturas, & fotu ſuo animaret ad vitã. Hæc prima Aquarum ſanctificatio, qua nulla conſtat antiquior in tota natura, confirmata eſt in ipſa ſtatim conſtitutione mundi, quum iuſſu Dei Aqua ſeparata fuit ab arida, & quæ ſubinde de Paradiſi fonte emanaret, totamq. irrigaret terram. In qua particularem ſimul gratiam concepiſſe aquam ad iuuandum, non videtur eſſe dubium; imò ex eo debet eſſe certiſſimum, quòd tria prima myſteria, quæ concernunt ſalutem, fuerunt à diuino rerum omnium conditore celebrata in aquis. Nempe, diluuium vniuerſale, quo mundi crimina deleta, ac renouata creatura. Diuiſio maris, quo populus electus fuit à ſeruitute liberatus. Et mirabile, quod atteſtantur Doctores ſancti per hæc duo myſteria fuiſſe configuratum, Sacramentum ſanctiſs. Baptiſmatis, cuius lauachro D. N. IESVS CHRISTVS regenerationem mundi ſanctificauit, aſſeruitq. animas à ſeruitute peccati ad ſalutem æternæ vitæ: Quæ myſteria concomitantur vera miracula aquarum: quæ nimirùm haud noſtrę imbecillitatis æſtimatione dicuntur miracula; imò quæ abſolutè proficiſcuntur à potentia, & maieſtate Dei, ac ipſo effectu mirabili differunt à cæteris operibus naturę, & ſecundarum cauſſarum agentium. Nam quæcunq; operantur tùm ſecundæ, tùm primæ iſtorum inferiorum agentium cauſſæ, operantur (vt ſuprà diximus) certo ordine, ac terminis ſuis. Solus Deus altiſſimus ſuprà omnem ordinem, ſicut neq; tempore, neq; loco, neque vllo termino circumſcribitur; ita ſpecialia quædam opera perficit, non per cauſſas rerum ordinarias, neq; per principiorum naturalium adminicula, neq; per vllam mediam creaturam, ſed ſimplici, abſolutaq. ſua pandit potentia; inauditis, inſolitis, ac mirandis modis; vbi, quando, & quibus medijs placitum eſt immenſæ poteſtati, ac ſapientiæ ſuæ. Sic Abyſſis aquarum imperatum eſt vniuerſam inundare terram. Sic Mare diuulſum, liberum per medium ſicci, aluei præbuit tranſitum Populo Dei, moxq. reuerſum ad priorem locum, ſubmerſit Aegyptios. Sic idem ſpiritus inclyta ſua virtute aquam in deſerto amaram fecit eſſe potabilem. Idem aquam ſitienti populo de petra produxit. Idem probaticam Piſcinam cœleſtis nuncij contactu ſanctificauit, vt ægros ab omni ſanaret infirmitate. In eius virtute Iordanis aqua mundabat à lepra, Ille ipſe, qui verbo imperabat mari, & ventis. Qui pedibus ambulauit ſuper mare. Qui ex lauacro Natatorij Syloe, aperiri iuſſit oculos cæci nati. Qui mutata deniq; elementi natura in alienam ſpeciem, Aquam in nuptijs conuertit in Vinum. In eodem Spiritus Sancti myſterio, qui ferebatur ſuper aquas, in eaq. virtute, qua in aquis, & nuſquam in alijs elementis tot magna leguntur celebrata fuiſſe miracula certiſſimum fit prorogatam fuiſſe eam diuinam benedictionem, ac virtutem in omnes aquas; magnumque profectò nobis argumentum eſt, non ſine propria ſummi opificis diſpoſitione, tot balnearum genera, & calida, & tepida, & temperata emanare, ad ſanitatem, ad opem, & vitam mortalium. Quis auſit ergo dicere aquas ad caſum naturæ oriri calidas, totque adeò mutationes, virtutesq. inclytas ad caſum in ſe concipere? Quis neget rem ſacram, ac ſanctam balnea? Quis non veneretur ſpeciales Dei, quæ in eis multifariam elucent gratiæ? In quibus ſit benedictus à nobis in omnibus ſeculis: Chriſtiana pietate poſteritatem admonebimus, vt ritè ac ſanctè balnea adeant, ac in omni earum miniſterio diuinum in primis illis fauorem implorabimus, vt quam gratiam de eius benedictione in cunctis aquis concepimus, eam in præſenti balneo ſua aſpiratione fœcundet, ac ad ſperatam propitiet ſanitatem.

Prima aquę ſanctificatio

Tria prima Myſteria in aquis.

Sacramentũ aquæ.

Miracula quæ verè dicantur.

Miracula particularia.

Baln. diuina prærogatiua.

Tria miracula in tota aquarum natura. Cap. XXXI. & vlt.

HACTENVS ex diuinis arcanis amplificatam aquarum dignitatem nouimus: Ex quibus, ſi citrà mentis iactantiam recogitare velimus rationum humanæ Philoſophiæ momenta, quas (vt potuimus) de omni aquarum natura tentauimus, concludemus tandem balbutire plerumque omnem humanam rationem, quæ de iſtarum rerum, & aquarum proprietatibus, circa vltimas, ac naturales occupatur cauſſas, quæ præcellentis, ac ſupremi potius ſunt auctoris prærogatiuæ. Mitto abſtruſiſſimas difficultates, quam operoſis adeò lucubrationibus conati ſumus, vt explicatæ eſſent, & claræ, de tota aquarum natura, communicantia, efficaciaque virtutum, deque tot generibus mixturarum, earumque differentijs, etiam occultis, quas deſcripſimus. Tria in ipſo ſtatim primo libri margine, mihi videntur digna miraculo, & quæ non tàm naturæ nitantur principijs, quàm quòd diuino ipſi auctori ſint ſtatim referenda. Nempe aquarum ſponte manantium origo; Diſtributio ipſarum partium; Et Fontium naturaliter calidorum cauſſa. Nam recurrantur hic breuiter ea, quæ de his adduximus in cauſſis; in quibus non verebor profiteri ſuperaſſe hac in parte omnes veterum conatus laborem noſtrum, vt demonſtratiuæ penitus haberentur, & certæ, inuenies eas vel Dei altiſſimi eſſe diſpoſitiones, vel naturæ rationes, in quibus pleniorem adhuc intellectus deſiderat adæquationem: & primum de origine.

Mira origo aquarum è montibus.

PRIMVM inquam conſtitutos fuiſſe mari terminos, hoc ex ore diuini ſpiritus prolatum eſt, nec vulgarem habet admirationem, quòd eos vnquam præterire non auſi. Imò flumina ſimiliter certos ſeruant, intrà ſuos aluuos, limites; & gutta, quæ natura fluxilis eſt, conglobatur in plano, ac ſua ſe meta circumſcribit, & continet. Vt autem mouetur aqua, ſubſilitque infrà terræ venas, ac oritur fontibus, vel hæc ſola naturæ eius contrarietas ſatis eſt pro miraculo; quòd ei proprium ſit de ſuæ formæ inclinatione, & grauitate tendere deorſum, & tamen ſubeat ad creandos fontes ad capita montium. Aequentur iudicio mentis libramenta ſituum, complanentur cylindro obices viarum, vrgeantur ſuopte ſpiritu atque impetu aquæ; tandem aquam contra ſuæ naturæ motum, ſubire, cogimur aſſerere. Id verò potiſſimùm fateri cogimur in opinione Ariſtotelis, quæ veras ſuper cæteras opiniones habet cauſſas de origine fontium. Nam generari in cauernis terræ aquas ex aëre inibi conuerſo in humorem, & vbi omnis deſtillatio fluit in decliuiorem partem, has tamen ſurſum vergere, ac petere aliquando ſupercilia montium, vnde exiliant fonte; id ſuperat prorſus rationem, ac excedere videtur naturæ vires. Qua propter haud perperam à quibuſdam refugium habetur ad fauores ſyderum. Veruntamen ſi quæras diuerſitatis rationem, & cur non æquè omnes ſimiliter trahantur ad cacumina montium, vbi naſcantur virtute ſyderum; alterum duorum fiet, aut ſubticebit humana ratio, aut in fauorem id referet ſpecialem alicuius ſyderum. Perinde ac ſi dicerent, ſupererogatum id eſſe naturæ viribus, ſpeciali diſpoſitione Dei altiſſimi. Quam omnis lingua confiteatur, iuxtà Pſalmum, VERBO DOMINI COELI FIRMATI SVNT, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Qui Spiritus, inquam, inter mundi primordia ferebatur ſuper aquas. Qui fundauit hanc mundi machinam in miraculis, & præſcripſit terminos maris, nihil voluit in tanto opere fruſtrà eſſe, aut ociari. Ille ipſe, inquam, ſatas aëre aquas in cauernis terræ, & quæ ſuapte natura circà humiliora ociarentur loca, itaque vſui eſſent paucis; voluit vbi opus eſſet, & vbi melius viſum oriri, ad commoditatem, & vitam viuentium. Ad id, tanquam ſapientiſſimus Architectus, vel loca coaptauit naturæ idonea; quocircà complures aquæ naſcuntur ad radices montium, multæ ad medium cliuum è ſupernis infrà deſtillant cauernis. Vel deficientibus naturæ modis; (vt confeſſus tandem eſt prudentiſſimus Philoſophus in 11. de Generatione) DEVS IPSE COMPLEVIT OMNIA. ſupererogauitque ſpeciali diſpenſatione aquis, vt ſubeuntes orirentur ex altis montibus. Vel, quod maius in aquis contemplamur diuinæ prouidentiæ munus, quàm quod blandiſſimæ ſe exhibeant fontibus, ad omnem vſum, & tunc ſatiari videantur, dum ſuperabundent ſine fine omnibus rebus? quam mira confirmat diſtributio fontium.

Maria, ac flumina ſeruant ſuos terminos.

Gutta cō globatur.

Ceſura in op. Ariſt.

2. de Gener. 59.

Mira conſtitutio, ac diſtributio aquarum.

NATVRALIS hic quidam videtur inſtinctus elementorum, vt ipſa quoque elemen-

Elementorũ quidam motus circularis. In mari. In Fontibus, ac fluminibus.

ta, in quantum poſſunt, ad ſuperiorum ſpherarum imitationem circumferantur. Quamrem in igne, ſtatim ſub concauo lunæ, & in aere fieri ſapientes omnes confitentur; in aqua verò nos idipſum in duobus præcipuis aquæ motibus demonſtramus. Primo id manifeſtum eſt in motu eius vniuerſo: nam motus maris rotatur cœli more perpetuò ab oriente in occidentem, quod in cauſſis primis de æſtu maris aſſignauimus. Secundo, quod magis mireris, motum quoque circularem quendam ſeruare videtur in origine fontium: quippe aquæ à mari longiſſimo excurſu infrà terræ meatus penetrant, hinc exiliunt, ac naſcuntur è ſuis fontibus, ac exinde ad mare irrigantes ſupernè terram, fluxu continuo perficiunt circulum. In quo reditu pulchram earum diſtributionem in vniuerſam terram videre eſt operæ precium. Iuſſu Dei id primò factum confitemur, & conſtat, cùm inter ipſa Mundi primordia, aquam de Paradiſi fonte manare fecit, quam in quatuor flumina diuidens, Nilum, Tygrim, Euphratem, & Phiſon, cis totam terram rigare præcepit. In quibus magnum videri debet, quòd aquæ infinitis hinc inde riuis ſint corriuatæ, opportuniſque excurrant locis, pro commoditate quam diximus, & vita viuentium, & pro condecentia; ac ornamento vniuerſi. Magnum quoque & illud, quod præſcriptos ſemel terminos nuſquam prætereant, etiam è fluminibus. Hoc verò prorſus implet contemplanti admiratione, & deuotione animum ergà ſummum Creatorem, quòd ex natura cùm

Finis aquarũ naſcentium.

omnes aquæ reuertantur ad mare, vt ſuo vniantur principio; attamen, vt quæ ad alium finem oriuntur è ſuis fontibus, ad irrigandam ſcilicet terram, ſaturandaque viuentia; ſæpè propinquum refugiant reditum in mare, ac in longiſſimam abeunt, excurruntque terram. Cuius rei iam nos demonſtrationes dedimus in multis fluminibus manifeſtas: & quæ

Miranda excurſio Nili.

in Nilo manifeſtiſsima. Cuius originem in extremo Aphricæ fronte, totum vndique ambit pelagus auſtrale: & tamen is, quaſi iure diuino delegatus ad irrigationem, & vitam Aphricæ, quo itinere taceo quot faciat, ad illius diuini Archetypi mentem, mutationes; pandit Lacus, emittit in diuerſa riuos, vitat deſerta, vbi ſubit, vbi cadit, vbi ſubmergitur, & rurſum redit, & vbi coniungitur; donec tandem peragrata tota ea ferè tertia mundi parte, pluribus expanſis ampliſsimis brachijs mittit in Mediterraneum mare: Et in reliquis

Tygris, & Euphrates. 2. de conſol. Phiſon, ſeu Ganges flu.

præſertim maximis fluminibus, aliqua id genus contemplatio eſt. Tygris, & Euphrates vno ſe fonte reſoluunt, vt cecinit Boëtius, ex Armeniæ montibus, & tandem ad diuerſas veluti colonias delegati, poſt varios ambitus circa Aſiæ partes ad duo millia ſtadiorum ſciunguntur, vt Strabo inquit, mox iterum iunguntur, ac mittunt in Perſicum. Vel Euphratem, vt alij dicunt, in Rubrum. Phiſon, qui Ganges putatur maximus omnium fluminum, eiſdem ferè modis, quos diximus in Nilo, totam alluit Indiam. Legantur denique terrarum corographiæ, vel aſpiciantur cæterorum fluuiorum excurſiones, in omnibus aliqua ex parte elucebit illius diuinæ maieſtatis imperium. Alia flumina gyris, ac mæandris ſe diffundunt, Alij, ac plurimi, quo ſe pluribus communicent, finduntur in partes. Alij, quaſi demandatam gerant viuentium curam, vel declinant deſerta, ac inculta, & mox redeunt vbi ſentiunt hominem: vel vt terras, nec malos halitus contingant inimicos vitæ, pluribus milliaribus ex itinere ſe ſubmergunt. Percurrunt, ac tranſnatant magnos lacus, & quod mirum eſt, quaſi ſui iuris non ſe commiſcent illis. Multis locis

Montes diſſecti. Valles, & lacus.

diſſecti à ſummo ad imum vaſtiſſimi montes, iuſſi videntur præbuiſſe fluminibus commeatum: & vbi maximi montes maximè, & in Apenninis noſtris conſpicuum. Nec vallium alia fermè ratio Naturæ fuiſſe videtur. Quis lacuum opportunitates, aliaque mira, quæ de ſe præbent ſpectacula naturales aquarum collectiones, ad aliam referat cauſſam, niſi ad illius primæ cauſſæ gloriam, ac gratiam.

Mirabilis cauſſa de calidis natura aquis.

SED in tanta vaſtitate, & immenſo curſu aquarum, hæc fortaſſe minus mirum videri poterit: contemplemur perexigui fonticuli miracula. In quo primùm notatur origo ex vmbilico terræ, notatur venæ ſpecies perennis, modulus, vniformitas in ſubſtantia, quantitate, ſapore, curſu, murmurio, & genuina denique omniquaque proportio proprietatum, hodie, heri, iam ætatem, iam centeſimas annorum, ſemper eadem. Quæ non ſine

Simplicis Fōtis conſideratio. Fontis calidi conſideratio.

aliqua admiratione conſiderabis, vt conſiſtant omnia. Verùm hactenus haud difficile hoc quis dixerit in ſimplici fonte, ob cauſſam originis, vnde emanant aquæ, vniformem, & ſtabilem, quæcunque ea ſit, aëris ordinaria mutatio in aquam, apertum à mari promptuarium, aut quiſpiam Tartarus, aut Abyſſus aquarum. quæ refugia ſunt hac in parte difficultatum, incerta quæque ad quæſitum cauſſa. At verò vbi ſuperadditam intelligas aquæ alienam qualitatem quampiam, & calorem; quot ferè mihi aſsignabis cauſſas ex principijs naturæ, ab agente, à materia, ab inſtrumento, actionis modo, diſpoſitione, & conſen-

ſu in-

ſu inuicem caloris, & aquæ, ac multis eiuſmodi alijs circunſtantijs, quæ ad ſingulam, quamque temperaturam, & gradum caloris in aquis requiruntur; tot ferè inuenies difficultates, easque ſine refugio ad ſuperiorem cauſſam, inexplicabiles & controuerſis. Primùm reuocatur in dubium cauſſa caloris. An cum antiquis ſapientibus calorem, quem ſentimus omnes dixerimus cauſſam, an Solem, an Aetherem, an Spiritum? Omnium iſtorum non eſt hic permanens affectio, neque ſimpliciter vllius caloris; imò penes temporum mutationes (præter alias repugnantias multas) alia & alia eſt; calor in fontibus euidens eſt, permanensq. iugiter vno tenore. An calor ſublatet ignis actualis in illis terris, & aquis? Ignis actualis neceſſariò, nam calidas tactu ſentimus emanare aquas, tepidas, feruidas, & cum ipſiſſimo igne ſcaturire.

A natura caloris in terris.

At hic duplex diſputationis locus, & vtrinque anguſtiæ. Primùm, quo modo ponitur ignis in terræ carceribus concluſus? quoniam ignis, vbi non reſpirat, extinguitur. Vel quæ nam hæc ignis conſtitutio in terris, imò infrà terram, cuius ſuper aërem locus eſt? Vel ſi ſubſiſtit terræ violenter, quomodo violenter, cùm perpetuò ſubſiſtat? An violentum aliquod in natura toleratur perpetuum? Eſto vtcunque vel ſtatu taliter de violento philoſophia, perpetuus eſt: nam perpetuò calent aquæ: quæro vnde pabulum igni perpetuò ſubgeritur? & amplius, vnde pabulum ita ad æquilibrium diſpenſatur ſingulis eiuſmodi locis, vt ſuus cuique fonti calor, & ſuum cuique calori pabulum conſtitutum ſit, vt ne minima quidem parte differat quiſque, plus aut minus hodie, quam heri, nudius tertius, ante annos noſtros, ante hominum memoriam, ſemper idem?

Ignis terreſtris difficultates

A cōbuſtibili perpetuo.

Maiores ex altera parte occurrunt anguſtiæ; Eſt hoc in fonte aqua impensè feruida; at vnde nam hic ignis? qui in Aetna non negatur, in Veſuuio fortaſſe, ac paucis alijs in locis: at hinc nullus ignis, imò ne vlla quidem ignium æſtimatio eſt, & tamen aqua feruida. An aliunde huc impetit vis ignis per ſubterraneos caminos, vt fortaſſe ex Aetna & Veſuuio prædictis ad diuerſas Italiæ balneas? Detur; nam fortaſſe ita fit, vt ex vicinioribus caminis, ac recta impetente vapore ignis, incaleſcat magis, ac feruefiat aqua; minus, ac minus ex admodum longinquis. Verùm quis mente concipiat barathrum ignis tam immenſum, vaſtas adeò cauernarum ſuſpenſiones? Vel quis penſiles ſuſtineat ſupernè terras, & vicinum mare, quin tanta vis ignis, iam tot millibus annorum non traxerit in ruinam? An qui ſolo nutu libratam in medio aëre ſuſtinet terram? At verò quæ tam vegeta eſt huius ignis virtus, vt centeſimis, & quingenteſimis milliaribus abſiſtat à primo incendij barathro, nec tam longè tamen vel exhalet, ex peruijs terræ poris, vel vt ne remiſſo quidem tantiſper gradu agat in aquam? Tale Viterbij Bullicanum deſcriptum eſt impensè feruidum, ſine alio tamen concluſi intus ignis veſtigio: Aponi valde calidas eſſe balneas, & multas id genus longinquas aquas à locis ardentibus.

Aquæ feruētis difficultates.

Sed mirabilis in altis Dominus, quæ nam harmonia hæc, & quis auctor, vt in quoque fonte ſuus calor vno iugiter tenore, ac temperie perſiſtat immutabilis? Quippe Aqua, Terra, Ignis, tota elementaris natura innumeris quotidie obnoxia fit mutationibus, maximè in ſuis partibus, & tùm maximè, cùm extra propriam regionem langueſcunt. An hac in parte habent elementa priuilegium, vt in fontibus calidis, aqua ſimul, ignis, & terra in vno conſiſtant temperamento, vnaque concordia perpetuò, & immutabili? Priuilegium certè ſingulare vel Naturæ, vel Dei altiſſimi.

A proportione, & vniformitate calidarum aquarum.

Illius tamen concordiæ, aquæ, ignis, & terræ ſimul, admirari ſubit diſpoſitiones particulares. Primò quia ignis & aqua non ſe compatiuntur vllo loco; ac planè patet, quòd vbi ignis, ibidem non fit aqua. Sed hic certa quadam lege ſe compati videmus hæc duo, exiſtente etiam igne in ſummo gradu. quæ nam ergo tam affabrè coaptata hæc aquæ ductuum, & caminorum diſpoſitio, vt hinc ignis impetat, inde aqua, quæ perinde in vaſto quodam caldario contenta in gremio terræ, ignis tandiu vim ſuſtineat, vel obiter influens experiatur, donec (mirum) ebulliens ſurſum, exiliat ad vſum mortalium? Vel ſi caldarium ſubſiſtat tam amplum, & quomodo alia vena diſtans à feruida minus duobus palmis, non æquè incaleſcit, imò exilit frigidiſſima? Quis tam magnus Architectus, aut prudens quiſpiam Caſtellarius aquæ curſum, & ignem attemperat, tantamque ac talem perpetuat ſtructuram? Quæ nam hæc legis conditio inuiolabilis? & quo modo hæc concinna proportio fontis, non dico per centeſimas annorum, ſed per ætatis humanæ curriculum, quomodo per annum, non aliquando corrumpitur, vel camino interrupto, vel ductu aquæ lacero, vel abſumpto igni pabulo, vel imminuta aqua; quæ omnia tamen videmus in omni natura contingere?

A diſpoſitionibus particularibus.

Quis virtutum præſumat reddere rationem, cùm in nulla parte medicinæ videantur tot alia fieri miracula? Vel virtus occulta, vel ipſe, ipſe DEVS auctor: qui Cauſſa cauſſarum, Fons fontium, & Abyſſus magna cœli, terræ, marium, & Forma cuncta perficiens.

A virtutibus.

Hh Con-

Concluſio.

Pia confeſſio.

Ergo ſi ſubductis vndequaque rationibus, velimus computare quos habeat progreſſus hæc ingenij noſtri capacitas in notitiam rerum, & quanta ignoret; tandem vix quicquam inueniemus ſine aliqua ſpecie miraculi. Nimirum ex his puteis, ac ſcientiarum humanarum riuulis, atteſtante ipſa ſapientia, non licet haurire niſi aquas, vnde quis ſitiat iterum, ſolus ipſe, fons aquæ viuæ, ac ſapientiæ ſalientis in vitam æternam. Transeo quot, & quanta vel omiſſa, vel ſuis meritis, pro noſtra inſcitia, fraudata ſint, vel inexplorata: ſanè ex veris per ſe, ac proprijs rerum cauſſis nullas cognoſcimus, vel certè paucas. Quicquid ſcimus, ex via dumtaxat ſenſuum, ac accidentium id genus exteriorum, quæ ſe ſtatim ſenſibus offerunt addiſcimus: nimirùm perinde diceres, circà corticem verſari tantum hanc notitiam noſtram, & circumferentiam rerum, centrum quis attingit? Hinc, aut cauſſas dicimus occultas eſſe, ac intimas: aut ad virtutes refugere cogimur ſupranaturalium, ac cæleſtium cauſſarum; ad quas (vt excuſat ſapientiſſimus philoſophus imbecillitatem noſtram) perinde ſe habet intellectus noſter, ac oculus noctuæ ad lumen Solis. Imò altiua cauſſas audemus delegare ad maximum Principem, abſolutamque appellamus manum; & potentiam Dei, quem decet admiratio ſolùm, atque actio gratiarum. Quam ob rem omiſſa omni humana ratione, ſi aliqua forte ſcripſerim in toto hoc opere minus vera, aut non adeò conſona (abſit intentio) ſanctæ Religioni; ea, & me totum humiliter ad pedes S. R. E. Catholicæ ſubijcio, atque remitto. Librum verò concludemus cum gratiarum actione ipſi ſummo omnium bonorum auctori, qui tandem omnis noſtræ philoſophiæ finis eſt, vt idem principium.

GRATIARVM ACTIO
DEO CREATORI.

SVMME opifex mundi, rerumq. æterna poteſtas,
Aethera qui compleſ, ac ſecula diuidis aſtris,
Spiritus alme Dei. qui iam antè exordia rerum.
Antè mare, & terras, dumq. eſſent cuncta tenebræ;
Per ſummas delatus aquas, has flamine ſancto,
Conſperſasq. tuo diuino rore ſacraſti.
Hactenus ipſe mihi lumen, ſpiritumq. dediſti,
Quo genus, & ſoboles varias ab origine aquarum
Tentaui, & ſacris caleant cur balnea flammis.
Quicquid aqua in terris miſcetur, cumq. metallis,
E Ponti vires, amnesque, lacusq. peregi.
Teq. patrem Tybrim redimitum mille coronis
Fluctibus adſimilem Nilo, ac turgentibus vndis
Ab æſtu aſſerui, nulli bonitate ſecundum.
Quid memorem Scillam, aut Syrteis, ſæuamq. Carybdim,
Monſtraq. tot varijs veterum implicata figuris,
Ignibus vtq. Aetna Pluton minetur olympo,
Thermarum in quibus, & naturæ arcana locaſti?
Hos vbi theſauros vaga mens, & munera aquarum
Ampla legit, ſanctosq. audet recludere fonteis,
Nec traditas alijs vnquam tentaſſet Abyſſos;
Obruta ceu ſolis, radijs trepidansq. refugit
Atque humili ſupplex demittit lumina vultu,
Et cupit æternis votis tua templa tenere.
At precor omnipotens corde hæc oblata fideli
Proſequere aſpirans, legat vt ventura nepotum
Quæ tibi cuique dedi laudi monumenta tuarum
Progenies. Stent hæc nobis ſolemnia vota,

Stentq.

Digitized by Google

Stentq. Clua tibi, vnde genus, nomenq. Cluenti,
Stent SIXTO QVINTO, maneant gentemq; futuram,
Donec in Oceanum mergat ſua plauſtra Bootes,
Et ſacra donec ceſſent feruefcere Thermæ.
Quiq. Tagum, Gangemq. bibunt, Tanaymque, Canopum,
Ex bis te celebrent, omne & venerentur in æuum.
Intereà tu me hæc meditantem ad Tybridis vndas,
Exaudi ò clemens, & quæ mihi vita ſuperſtes
Te duce reſpiret, da mentem cernere recta,
Da fontem luſtrare boni, vitaq; perennis;
Libera mortali dum carcere ſplendeat in te,
Temporis atq. ictu cœlum, mare, ſydera, terræ
In te colluſtrans, cauſſas penitusq. latenteis;
Tùm canat æternas laudes, condignaq. vota
Offerat. Et iam num te ſanctum nunc adoro,
Iam iuuat & ſacra perfundi aſpergine roris;
Atq; animi labe exempta iam concipit duras
Aethereas, ſummiq. boni mens flagrat amore.

LIBRI SEXTI FINIS.

DE THERMIS ANDREAE BACCII ELPIDIANI, MEDICI, ATQVE PHLOSOPHI CIVIS ROMANI,

Et in Almæ Vrbis Gymnaſio olim Profeſſoris.

LIBER SEPTIMVS.

In quo agitur de Balneis artificialibus; penès inſtituta veterum, & Galeni in Thermis Romanorum.

CAPVT PRIMVM.

Thermarũ dignitas.

QVANTA fuerit naturæ ſolertia in cumulandis gratijs aquarum ſponte manantium; & quæ differentiæ ſint tùm ſimplicis Elementi, tùm conſequentes ex mixturis, & quis vſus earum in balneis; hactenus pro eo ac potuimus explicauimus. Quis enim pro dignitate naturæ, ſpeciales proprietates cunctarum aquarum ſermone conſequi audeat? In his autem quæ ad vſum dicenda reſtant, ſi rectè quis Thermarum artificialium magiſteria conſideret, ſummum artis cum natura certamen videri poterit; Vt neſciam an adeò ſciuerit natura elargiri mortalibus tot adiumentorum materiam, totque adeò diuinæ diſpoſitionis oſtentare miracula in aquis; quãto maiora fuerunt emolumenta, ac maiora ornamenta, quæ ars addidit in Thermis ſuis. Præſertim ſub illa Romani Imperij maieſtate; in quarum monumentis, quæ ex eis partim apparent, & partim leguntur apud varios auctores, non ſatis conſtat apud me vtra fuerit maior, an magnificentia operis ad illorum temporum inſtituta, an commoditas popularis ad vtilitatem lauationum. Principio non eſt dubium ſi prima quaſi incunabula cæterarum rerum coniectemus, quæ à tenuibus initijs prima habent exordia, quin ipſa vitæ, ac naturæ neceſſitas coëgerit quodam modo ad lauacra homines. Quippe ea neceſſitas, quæ à primordio rerum monſtrauerat mortalibus ex agreſti vita victum quærere, tecta conſtituere, ab æſtu & frigore ſe tueri; eadem & ſordes abluere, munditiaq. cultum monſtrauit. primò quidem quantum vitæ ſatisfaceret, donec paulatim aliqua induſtria adhibita, laſſata corpora molli aquarum fotu recreare edocuit. Vnde ex antiquis monumentis, quæ ad notitiam hominum peruenere, omnia hunc morem lauationum commemorant tanquam vetuſtiſſimum. In primis verò pater Homerus, cuius ſcriptis apud Græcos nullum conſtat teſtimonium antiquius, ſæpenumero λουτρὰ τὰ θερμὰ, hoc eſt balnea calida nominat. Præcipuè verò in odyſſeæ lib. 8. vt fuit omnium fermè rituum memoria dignorum obſeruantiſſimus, ſub perſona Vliſſis, inter vitæ, atq; animi delicias, & Cytharas, & choreas, & ornatus veſtium, adnumerat & Thermas, illis verſibus.

Primus lauationũ vſus.

Thermarũ prima inuentio.

Αἰεὶ δ' ἡμῖν δαίς τε φίλη κίθαρίς τε χοροί τε,
Εἵματά τ' ἐξημοιβὰ, λοετρά τε θερμὰ, καὶ εὐναί.

Primum Thermarum inſtitutum.

Et item θερμὰ νυμφᾶν λουτρὰ. hoc eſt calida Nympharum balnea meminit Pindarus in Olympicis ode 13. Porrò extat apud Piſandrum, Mineruam olim feſſo Herculi balnea paraſſe calida. Et item, apud Athenæum recitatur ex antiquis, Vulcanum eidem muneris vice feruida ſuppoſuiſſe. Verùm quando id inſtitutum locum aliquem in Republ. habere cœperit,

perit, hoc etiam tempus non eſt adeò compertum, niſi quantum legitur fuiſſe antiquiſſimum. Superat verò omnium ſæculorum memoriam, quod ex primis Aegyptiorum monumentis tradidit Plato de Atlantica maxima olim inſula, nunc Oceano ipſo occupata, extrà columnas: quam Neptuni munere tunc omni deliciarum genere clariſſimam, habuiſſe (vt relatum eſt) etiam balneas, quæ omni cultu ornatæ eſſent, & partim quidem ſub diuo paterent, partim verò ſub tecto calentia haberent lauacra hyberno tempore, atque ſeorſum alia regibus propria extitiſſe, alia priuata viris, alia mulieribus dicata, alia item equis, cæteriſque iumentis. Sed, vt deſcendamus ad clara magis, & notiora ſæcula; Syri, Medi, Perſæ, Græci, & vltimi Romani hunc morem vnus poſt alterum recepere. Nam, vt diuitiæ, artes, deliciæ ſequi videntur imperia: ita à Syris primùm delicioſiſſimis populis hunc ritum defluxiſſe certum eſt. Summum verò cultum apud Perſas obtinuiſſe, quos conſiderantes quantam vim habeat animi tranquillitas ad vitam, & populorum ſecuritatem, certa conſtituiſſe præmia (tradit Athæneus ex vetuſtiſſimis, quos citat auctoribus) his, qui nouum aliquod deliciarum genus inuexiſſent. quas non mirum ſumptuoſiſſimas inueniſſe Alexandrum in balneis Darij, ac vehementer eas admiratum meminit Plutarchus. Quando tamen, & in Græcia, & in Macedonia erant non minus balneæ, quibus & ipſe Alexander voluptuoſiſſimè vtebatur, vt Strabo eſt teſtis. Thucidides optimæ fidei ex primis ſcriptoribus Græcis, & ex eo Polybius, & Dion hunc morem tribuit Laconibus, qui ex Aſiaticis didicerint nudi, ac oleo puluereque conſperſi in luctam deſcendere, ac poſteà lauari: cùm anteà ad ludos Olympicos linteo ſubcincti amictu, ac fibula, deſcenderent, ac ex eis poſteà alias nationes id cœpiſſe inſtitutum. Quod non dubiè ſuſceperunt, & Iudæi in Paleſthina Syriæ parte, quorum deliciæ commemorantur etiam in Euangelio, balnea, Piſcinæ natatoriæ, conditarum lotiones, & vnguenta, quibus in conuiuijs vterentur, & ad ſepulturam præcioſa. Poſteà ab Herode balneas, vt Augusti gratiam mereretur, magnificè extructas meminit Ioſephus, ac multas, ad Cæſaream, ad Aſcalonem, ad Damaſcum, ad Tripolim, maximo ſumptu, ac omni deliciarum genere ornatiſſimas. Ex medicis autem primus eius artis inuentor Hippocrates, balnearum vſum curandarum ægritudinum cauſſam, tanquam rei, iam in Græcia communiter vſitatæ commemorat, ac damnauit aliqua. Floruit autem multo antè Alexandri monarchiam, natus (vt ratio veteris instituti habeatur) ſexcentis poſt Homerum annis, primo octogeſimæ Olympiadis (vt Soranus tradidit) circà Peloponneſia cum bellum: quod teſte Plinio geſtum eſt à tricenteſimo vrbis Romæ anno, exactis anteà Regibus annos circiter ſexaginta, & Artaxerſe Perſarum Rege magnam Græciæ partem, & Helleſpontum occupante. Poſt quæ tempora dum Græcia indies Sapientiſſimorum virorum ſcriptis veniret illuſtrior, perpetua habemus de Balneis teſtimonia, Socratis, Platonis, Ariſtotelis, cæterorumque ſucceſſu temporum authorum, qui & Aſiam, (vt diximus) Perſiam, non ſolùm Græciam balnearum vſum habuiſſe familiarẽ teſtantur. Quod confirmat partim nomina in Thermis Romanis, quæ omnes Græcæ ſunt voces, Laconicum, Hypocauſtum, Miliarium, & Thermæ ipſæ, ne dicam cætera. Ex quibus conſtat vſum Thermarum poſt Olympicos ludos, & apud Romanos fuiſſe poſteriorem, ac eas in æmulationem Græcorum conſtructas teſtantur Marcus Varro in libro de antiquis nominibus, & item Vitruuius. Veruntamen ſub illa Romani imperij maieſtate, ſicut omnes artes floruere, ac inuenta prius ab aliis meliora euaſere, vnde meritò ROMA QVASI ALTERA MVNDI PARENS dicta eſt: ita omnium maximè Thermarum inſtituta incredibiles apud eos, & ſupra quàm exprimi vnquam poſſit, habuere progreſſus, ea tamen obliterata ferè ad hanc ætatem, nec literis mandata, multis forſan è doctis hæc melius ſcientibus. Quam ob rem nos, volentes ad noſtrarum lauationum regulam, antiquum Thermarum vſum reuocare in lucem; operæ precium eſt Romanorum inſtituta proſequi: in quibus quæ prima ipſarum introducendarum ratio fuerit, quis ordo partium, & quis vſus, & quæ tandem in eis medicinæ pars extiterit, percurremus.

Perſarum inſtituta.

In Græcia, & Macedonia.

Lacones primi inuentores.

Iudæorũ, & Herodis baln. ratio. victus.

Hippocrates.

De primis Thermarum inſtitutis in vrbe Roma. *Cap. II.*

SATIS quidem conſtat Romanos illos Quirites; antiquosq. Sabinos, aſſiduis primùm venatibus deditos, nec minus agreſtibus operibus educatos, non alia ferè induſtria tùm amplificandæ Reipublicæ, tùm defendendæ quùm opus fuit, præualuiſſe quàm quòd durata iam pacis laboribus corpora, facilè quodcunq; militiæ onus ſuſtinere didicerant. In quo percelebrem habemus Quintium Cincinnatum, ab aratro ad dictaturam vocatum: itemque C. Fabritium, & Curium Dentatum, qui rure ac militiæ laudatiſſimi, ſatis ſunt exemplo nobis, hæc fuiſſe illius ſeculi ſtudia. Non pecunia præualere,

non forma, non ambitioſo hominum comitatu, non ſtemmatis dignitate certare: ſed totam vim in proprij animi excellentia; viribus corpotis, ac exacta cura Reipub. col locate. Feruebant honeſtæ laudis æmulatione ingenia, vt quos arma, & ptopria virtus ad primos ciuitatis honores euexerant, omni ſtudio, ac labore æquarent. Quare vbi militiæ in externos ceſſaſſet occaſio; quaſi natiuo inſtinctu dediti ad labores, aut rure ſe agreſtibus exercebãt operibus, aut ad diſciplinam, ac robur corporis, ciuilibus, ijsq. varijs exercitamentis vtebãtur curſu, diſco, ſaltu, lucta, & pugilatu, natatione, atq; armis. Quem morem ante vrbem conditam, veluti hæreditarium apud priſcos Latinos, planè illis verſibus repræſentauit Virgilius 7. Aeneid.

Romanorũ ſtudia.

7. Aenei.

Ante vrbem pueri, & primæuo flore iuuentus.
Exercentur equis, domitantq. in puluere currus.
Aut acres tendunt arcus, aut lenta lacertis.
Spicula contorquent, curſuque, ictuq. laceſſunt.

Ab his ergo exercitijs, vt erant frequentes, harena, puluereque conſperſi, ac ſudore profuſi, atque oleo; vt ſeminudi ac exertis brachijs, cruribusque, vel libero ſaltem habitu, quo degebant, vt eſſent ad munia promptiores; neceſſariò lauationes poſcebant. Qua de re, dum adhuc nouitia vrbs in his ſtudijs ſtrenuè adoleſceret, præclarum habemus Vegetij teſtimonium, conſtituiſſe Patres Campum Martium vicinum Tyberi, in quo iuuentus poſt exercitium armorum, ſudorem, puluerem que dilueret, ac laſſitudinem, curſusque laborem natando deponeret. Qui mos, vt paulatim è re ipſa, & quaſi nemine inſtituente ſe in ciuitatem ingeſſit (quæ vt plurimum ſolet eſſe nouorum rituum introductio) ita tandem creſcente indies iuuentute, armorumq. ſimul ac exercitiorum aſſiduo ſtudio, viam tam frugi inſtituto apetuit. Sanè inciuile videri cœpit, nobilem ciuitatem in lutulentis fluminis aquis quotidie lauari; ac lauacra idcircò Aſiaticorum, & Græcorum more paranda eſſe, quæ poſt exercitia non ad munditiam facerent ſolùm, verum etiam recrearent, maiusq. robur laſſatis membris adiungerent. Quod tamen propoſitum longiſſimè diſtulere: non quidem inſcitia, aut vecordia tam generoſæ ciuitatis, ſed propter duas (vt ego reor) potiſſimas cauſſas: Tùm quia primi illi Patres non tam frugi tandem futurum hunc ritum exiſtimauere; quàm luxui, ac molliciei fore lenocinium; id quod accidiſſe, poſteà declarabitur. Deinde ob aquarum incommoditatem, quarum in colles, vbi tunc habitabant, difficilis erat, & non ſine maxima impenſa, perductio. Verùm hoc lautitiæ deſiderio vniuerſim ingruente, auctaque ſpatio temporis, ſpectatæ vrbis in finitimas terras authoritate; de aquis tandem è vicinis montibus, fluuijsque in vrbem perducendis, decreto publico S. P. Q. R. ſtatutum eſt: quæ & potuum ſimul, & lauationum ritui ſuppeterent. Quod factum eſt primùm M. Valerio Max. P. Decio Mure coſſ. (authore Plinio) circà CCCCXLIIII. ab vrbe condita annum, aqua Appia ex Tuſculano perducta, Cenſore Appio Claudio curante. A quibus temporibus, Tyberinarum aquarum vſus, ad eam vſque ætatem tàm potu, quàm lauacro frequentiſſimus, exoleſcere paulatim incepit: ac lauationum ſimul, atque exercitationis gratia (vt tradit Feſtus Pompeius) Piſcina publica ad cliuum Capitolinum iuxtà Tyberim eſt conſtituta. Poſteà Thermæ conſtructæ. Quæ quoniam frugi in primis, ob eam; quam dixi cauſſam, & ad ritum lauationum duntaxat, conſtitutæ fuerant, haud magnum habuere progreſſum, Niſi quùm aucta ciuitate, ſimul atque creſcente in dies in eis iuuentutis applauſu; ſemper maioris earum capacitatis ratio fuit habenda. & præſertim vbi medicorum conſenſu in curationem quoque ægritudinum ſuſcipi cæperunt. Verum tamen poſt initia diu admodum conſuetum fuit angustas fieri, ac tenebricoſas; non enim calidæ videbantur niſi obſcuræ; quemadmodum ſcribit Seneca ad Lucillum, fuiſſe balneum Scipionis Aphricani ad Linternum, Cauſſa verò amplificationis Thermarum præcipua, fuit Palæſtrarum adiunctio. Quippe cùm apud Romanos veteres, ferè vſque ad Auguſtum, non adeò multa extiterit architecturæ dignitas, nec adcò fuerit conſuetudinis Italicæ (vt de ſuo tempore ſcripſit Vitruuius, & multo etiam poſt) cum Palæſtris lauationes habere coniunctas; contentus quiſque ruralibus exercitationibus, vel Campo ipſo Martio, & harena Platearum; ſolas in Thermis obibant lauationes. Quo ritu ad imperium vſque Principum perſeuerante (vnde planè conſtare poterit Thermas exercitiorum cauſſa fuiſſe inſtructas) vbicunque aliqua fierent publica ædificia, ac populi celebritas, iuxtà conſtituebantur & Thermæ. Exemplo primùm Agrippæ clariſſimo; qui ob celebritatem admirabilis Templi Pantheon, atque Campi Martij iuxtà Thermas ſuas extruxit. Sic verò poſteà Neronianas ſuas iuxtà Agonalem circum, ob Ludos, qui ibi fiebant celebres, conſtituit. Nec ſecus (auctore Suetonio) Titus Veſpaſianus dedicato Amphitheatro, Thermas celebriter extrui iuſſit: nimirùm ad Amphitheatri, & exercitiorum, quæ in eo fiebant commoditatem. Donec tandem illuſtrata cum Imperij maieſtate

Lauationum neceſſitas.
Libro 1. cap. 10.
Lauationes in Tyberi.
Aquarum perducẽ. decretũ.
Tyberinarũ potus dimiſſus.
Piſcina publica.
Thermæ cõſtitutę.
Thermę auctæ:
Thermæ ad exercitia conſtitutæ.

ſtate

ſtate Architecturæ peritia, moræ Græcorum Paleſtræ cum Thermis fuere coniunctæ: vbi nimirùm generoſa iuuentus, relictis iam rutibus, atq; harenis, ſimul & exercitationes obirent omnis generis, ac lauarentur. Atq; hinc non ſolùm opera Thermarũ fuerunt elegantiùs diſpoſita, atq; admodum amplificata; ſed tantam etiam promeruerunt omnium gratiã, vt tota ciuitas paulatim hanc ſuſceperit conſuetudinem, frequentare ſingulis diebus Thermas, & tàm Senes, quàm Conſulares, atq; ampliſſimi ordinis viri, nec non artifices, & matronæ. Pro veteri inſtituto, ac ſtudio virium, pro munditia, & pro ſanitate, atque omni cura corporum.

Paleſtrarum cum Thermis coniunctio.

Romanarum Thermarum cenſura, atque Magnificentia.
Cap. III.

HÆc ergo initia, atque hæc incrementa fuerunt Thermarum Romanarum. Primò quidem inſtitutæ ob ritum laudabilem, quem exercitium, & vitæ ratio illorum temporum innexerat. Deinde auctæ ob communem vtilitatem, & magnificatæ cum palæſtris. Donec tandem ad ſummam amplitudinem, ac magnificentiam perductæ fuerunt ob delicias: quemadmodum à nobis ex earum aliqua deſcriptione monſtrabitur. Quanquam id quidem, pro rei, atque vrbis magnitudine, haud noſtro indigeret teſtimonio, qui medicinæ dumtaxat in eis inſtituta profiteremur: niſi minus plenè omnes, qui de Architectura conſcripſerunt, earum maieſtatem expreſſiſſent. Nam quid de Vitruuij libris eliciemus, niſi nuda quædam lineamenta, atque ea quidem non admodum explicata, paucaque loca balnearum ſui temporis; quando perangusta, & blattaria fiebant balnea (vt paulo antè ex Senecæ teſtimonio diximus) quæ eius ætate, & poſteà maximè, locum inter primas ædificiorum vrbis magnificentias habuere? Minus à iuniorum ſcriptis, qui mutatis rebus poſt tot ſecula, ac minus concordibus; qui ſparſim de eis meminerunt auctoribus; ſatis ſibi, atque legentibus feciſſe rati ſunt, ſi vaſtam dumtaxat Thermarum dixerint molem, ac Dædalei operis inſtar admirarentur, cùm tamen Romanarum rerum magnitudo cunctarum nationum miracula ſuperauerit, non in Thermis ſolum. Minimè omnium à medicis: quos turpe hodie ad rectam lauandi ægros inſtitutionem videri deberet hæc ignoraſſe; indigniſſimum verò pro ea, quam profitentur Galeni imitationem, quæ vix vlla eſſe poteſt ſine horum rituum notitia, in quibus ferè tota eius doctrina verſatur. Quam ob rem operæ precium eſt, ad vniuerſam inſtituti noſtri rationem, aliquam Thermarum Vrbanarum, partiumque ipſarum cenſuram facere. Principio Thermas fuiſſe decreto publico conſtitutas, (vt eſt dictum) non eſt dubitandum. Nam id multæ declarant auctoritates ſcriptorum, ac marmoreæ tabulæ, in quibus vel Senatus conſulta leguntur, vel leges poſitæ in Thermis, vel munera. Quæ ex multis poſteà ritibus declaranda venient, vtpotè, in aliquo publico gaudio ſine mercede præſtari ſolitas, vel oleum gratuito dari. In communi verò luctu publicè Thermarum vſum interdici ſolitum. Imò in priuatis pœnis exemplo legimus apud Valerium Max. lib. 1. Titio profecto ob ignominioſam deditionem Calpurnium Coſ. conuictum hominum, & balnearum vſum interdixiſſe. Verùm qui negant Thermas opera fuiſſe publica meminiſſe debent magnificos in eis Imperatorum titulos, qui æternitatem nominis ſui, tanti operis magnitudine affectaſſe videntur, ac Romanis ſuis, vel populo gratuito conſtituras indicant. Quo planum fit etiam, eas fieri opportuiſſe capaciſſimas. Non enim in templis tunc conſueuit populus congregari, quæ ideircò anguſta fiebant, ac ſuis quiſq; indigetis ac penaribus erat contentus, ſed in Thermis: quarũ hodie amplitudinem, ac celebritatem, hac ſancta religione introducta, templa noſtra, ac pia Xenodochia imitantur. Quare & Thermæ Xeniæ dictę, quæ ita apud Græcos cognominari ſolebant, quaſi hoſpitales, & gratuitæ, quo cognomine Thermarum publicarum vtitur M. Tullius pro Cælio. Vnde perperam in hiſtorijs retulit Volaterranus, qui ſcripta Franciſci Patritij imitatus, ſenias legit pro Senenſibus, cùm nuſquam balnea in antiquis legantur ſub Senarum memoria. Inter primas verò ac publicas, credo fuiſſe Palatinas, atque has Xenias, quarum meminit item Cicero, vbi Sex. Roſcius occiſus, ad emiſſaria aquæ Claudiæ, ad eas poſteà perductæ. Nec minus earum cura erat publici muneris, authore eodem Seneca, nobiliſſimos Aediles ante ſuam ætatem, qualis, & Cato, & Fabius Max. & alij, populum in Thermis exigendi munditias gratia receptare, ac ſua etiam manu temperare ſolitos. Balneatores tamen in Plauto legimus, & poſteà in M. Tullio pro Cælio, qui ei miniſterio aderant. Et Iureconſultus. Inſtrumento inquit balneatorio legato, balneatores continentur, quoniam ſine his balneæ vſum ſuum præbere non poſſunt. Producto autem ſecutis annis inſtituto ipſo ad luxuriam Principum, non ſolùm capacitati tantæ vrbis conſultum eſt, ſed citrà vllam menſuram, aut modum,

Thermarũ deſcriptio cur neceſſaria.

In Vitruuio cenſura.

Iuniorũ.

Medicorum.

Thermæ an publicæ, an priuatæ.

Thermarum magnitudinis ratio.

Thermę xeniæ, & publicæ.

Palatinæ.

Balneatores, & balneatorij legatum.

Thermarum numerus. dum, & (vt Ammianus aſſimilat) potius prouinciarum inſtar, quàm vllius ædificij forma
Thermas experunt extruere. Extat inter prima monumenta, M. Agrippam, in Aedilita-
tis munere, quod poſt conſulatum geſſit, gratuita præbuiſſe balnea CLXX. quæ poſtea
ſub Nerone, vt teſtatur Plinius, ad infinitum auxere numerum. Sextus autem Aurelius Vi-
ctor in cenſu partium vrbis, Thermas, ampliſſima opera Imperatoria XII. nominauit.
Ther. Priuatæ. Priuatarum verò balnearum, quas ad priuatos vſus qui lautè viuerent ſibi in proprijs do-
mibus compararunt, numerum ex eodem ſubducimus ferè DCCCLX. quas ſuccinctè per
regiones hic recenſebimus. Primas ergo harum duodecim non eſt dubitandum, fuiſſe
Ther. Agrippæ. Agrippæ Thermas, qui eodem auctore Plinio, imperante Auguſto eius ſocero, multa &
egregia in vrbe perfecit opera, ac Thermas ſuas lythoſtrato, ac encauſto pinxit, & pauimen-
ta ex vitro poſuit. Erant autem vltrà campum Martium ad ſiniſtram templi Pantheon, vbi
nunc locus vulgò Ciambella dicitur, vt quæ in Campo, & in Agonali Circo exercitaretur
iuuentus, hinc Tyberis naturalem aquam, hinc verò calentium in Thermis aquarum habe-
Neronianæ. ret commoditatem, vbi lauaretur. In eis verò cùm neque capacitati, neque adeo delicijs
conſultum fuiſſet, eodem auctore, succeſſit quadrageſimo circiter poſteà anno Nero pro-
fuſiſſimus Imperator, qui ad Agonalem ipſum Circum ſecundas Thermas ſuo nomine ex-
truxit: Veſtigijs etiamnum extantibus maximis, ab emporio vſque, ac gymnaſio publi-
Alexandrinæ. co, ad templum Sancti Auguſtini. In quibus, vt ſcribit Lampridius, ſyluas deputauit; &
non ſolum dulces, ſed vel marinas aquas interdum, vel Albulas per Aquæductus Anienis
adduci eum feciſſe meminit Suetonius. Ponit idem Lampridius Alexandrinas, ab Alexan-
dro Seuero extructas in Campo Martio, quas quidam eaſdem eſſe Neronianas putant in-
Agrippinæ. ſtauratas. Ad hæc P. Victor Hadriani Thermas. Et ex priuatis balneis in tota hac Regio-
ne LXIII. Eodem tempore erexit quoque ſuas Thermas iuxtà Eſquilias Agrippina
Titi. Neronis mater, quam tanto imperio faſtuoſam, par erat hac quoque non carere ſuperbia.
In Iſi & Serapide Moneta Regione, cùm Titus Amphitheatrum dedicaſſet. Thermas iuxtà
celeriter extruxit, Suetonio; quæ tertiæ fuerunt Imperatoriæ, nimirùm in Amphitheatri
Traianæ. celebritatem, & commoda (vti diximus) & idcirco breues. Quartæ iuxtà has Traianæ, quas
Traianus ob honorem Suræ, cuius ſtudio ad imperium peruenerat, erexit, ac Titi Thermis
maiores, vbi quæ extant mira aquarum receptacula, Septem Salas vulgò appellant. Priua-
Commodianæ & Seuerianæ. tæ verò in tota hac Regione Balneæ LXXX. In Regione ad portam Capenam, quintæ
in ordine fuerunt Commodianæ, quarum & Alexandrum Seuerum affectaſſe nomen vide-
tur: etiam inter priores, ac noſtros antiquiores, aliqua ſit de locis, & temporibus, & co-
gnominum aſſignatione varietas. In qua præter has, extant alicuius nominis apud au-
thores ciuium balnea, Torquati, Vettij Bolani, Mamertini, Abaſcantini, Antiochiani, &
Antonianæ. priuatæ aliæ balneæ LXXXV. Sextæ in Circo Maximo Antonianæ, quas maximas verè
dixeris, Spartiano auctore, qui eas meminit ad radices Auentini collis Antonium Impe-
ratorem cognomento Caracallam inchoaſſe, perfeciſſe verò eundem Seuerum: mira hodie
architectura, nec imitabili, cum Palæſtris coniuncta. In hac & Varianæ, & Deianæ po-
ſteriores numerantur à P. Victore, nec non Syriacæ aliæ cognominatæ, & Priuatæ aliæ
Seuerianæ. LXIIII. Seueri quoque nomine fuere in Tranſtyberina regione Thermæ, eodem Spar-
Aurelianæ. tiano teſte. Nec non Aurelianæ, Vopiſco. Balneum item Ampelidis, Balneum Priſcilia-
næ, & Priuatæ aliæ LXXXVI. Inter Eſquilias, & Montem Celium, apud Titi, & Traiani
Philippi. Thermas, Philippi Imp. Thermas adſcribit Pomponius Lætus. Nec procul Gordiano-
Gordiani rum Domus, quam deſcripſit Iul. Capitolinus admirandam, ducentas columnas vno ſtylo
habentem, & cum Thermis adeo lautis, vt præter vrbanas, vix aliæ ſimiles haberentur in
Diocletianæ. toto orbe terrarum. In alta Semita Regione, Viminali colle, Diocletianæ extant Ther-
mæ, quas inceperat quidem Diocletianus Imp. cum ordine exactiſſimo, atq. ampliſſimo
Palæſtrarum omnium generum, in quarum opus quadraginta millia Chriſtianorum eum
addixiſſe accepimus. Ob magnitudinem tamen (vt in marmorea tabula legitur) CON-
STANTINVS ET MAXIMIANVS OMNI CVLTV PERFECTAS RO-
MANIS SVIS DEDICAR. Hæ, cùm integro fermè ædificio admirandæ perma-
nerent, hodie Certuſienſium monaſterio Sacræ PIO IIII. PONT. MAX. ſub titu-
lo Sanctæ Mariæ de Angelis magnificè reſtaurantur: cum dyſtico ad perpetuam rei me-
S. Maria de Angelis. moriam poſito in ipſa baſylica, quod ſic à nobis eſt reſtitutum.

Quæ fuerant Thermæ, nunc templum eſt Virginis, auctor
Eſt PIVS ipſe Pater, cedite Deliciæ.

Conſtantiæ. Vltimæ Cæſarum nomine; Conſtantinæ leguntur Thermæ in Cliuo montis Quirinalis.
Quas reparatas, non de integro extructas à Conſtantino exiſtimo, cùm vetuſto ſatis appa-
reant opere. necnon marmoreæ tabulæ teſtimonio, in qua legitur: HAS CIVILI BEL-
LO DEVASTATAS QVANTVM PVBLICÆ PATIEBANTVR AN-

GV.

GVSTIAE PETRONIVS PERPENNA RESTITVIT. Propè has L. quoque Pauli balnea, quæ vulgo balnea Neapoli corruptè dicuntur, & priuatæ in tota hac Regione LXXV. Porro recenſetur in Eſquilijs regione Olimpiadis Lauacrum, vbi ſummo colliculo ſancti Laurentij in Paniſperna, monialium eccleſia hodie celebratur. Ad clinum collis à Suburra Agrippinæ Neronis, quod diximus balneum, & infrà Nonati ciuis aliæ balneæ, vbi S. Pudentianæ eſt eccleſia. Et Priuatæ aliæ in totum LXXV. Subinde vt de Priuatis reliquis breuiter agam: erant in quarta regione, vbi & Templum Pacis, Priuatæ Balneæ LXXV. cum Daphnidis balneo. In Celimontio XX. In via Lata LXXV. In Foro Romano LXVI. In Piſcina Publica XLIIII. In Palatio XXVI. Ex his aliquæ apud Martialem nominantur Thermæ, Stephani, Tuccæ, Hetruſci, Grilli, Lupi, Fortunati, Pontij, Seneri, Fauſti, Peti, Titi, Tigillini, quarum loca non aſſignantur. Porrò extrà vrbem non minor Thermarum cultus eſſe debuit, vt ex quarundam præclaris colligimus monumentis. Erant ad Hoſtiam P. Tacij Thermæ, centum Numicidis columnis exornatæ. Arpini ſuas inſtituit Thermas Cicero, ſcribens ex Aſia ad Q. Fratrem. Erant in Lucullino, quæ nunc Fraſcati vulgo dicitur, Luculli Thermæ, vbi nos integra vidimus Hyppocauſti veſtigia. Ad Baias autem Thermæ erant præter vrbanas, ſupra quàm quis optare potuiſſet, voluptuoſiſſimæ, natura ipſa ibi aquas vberrimè ſuppeditante, gelidas, calidas, & plurifariam ſalubres, quas ſatis in ſuis hiſtorijs celebrauimus. Quid verò hic ceteras Italiæ proſequar Thermas, cùm ea tempeſtate vulgo villa quælibet diuitum ſuas balneas haberet? quin etiam Ruſticanas, in quibus familia (vt inquit Columella, & ex eo Palladius) ferijs ſaltem diebus lauaretur: neque enim frequentem earum vſum robori corporis operariorum conuenire. Similiter hunc morem accepiſſe reliquas Prouincias, quibus Romani imperaſſent, in tranſcurſu diuerſarum lectionum obſeruauimus. Præter multas, quas legimus Romanis antiquiores, vel apud Sybaritas in Calabria, Athenæo & Suida teſtibus, populum olim florentiſſimum, ac delicioſiſſimum & quas primas in Græcia diximus, in Aſia, in Sicilia, & apud Perſas Darij Thermas ditiſſimas, & lautiſſimas. Ioſephus autem quas meminit Herodis Thermas ad Aſcalonem, ad Tripolim, ad Damaſcum, ad Ptolæmaidam in gratiam Auguſti editas ſuperabant tam opere, quam magnitudine omnem externarum magnificentiam. Hiſpani aqua calida lauari poſt ſecundum bellum Punicum à Romanis didicere, anteà non conſueuerant niſi in frigida lauari, author Iuſtinus Hiſtoricus. Multę occurrunt apud auctores Thermarum memoriæ in Germania, in Gallia, in Britannia, ac longè plura ipſarum veſtigia viſuntur in Italia, in quibus vidi ſæpius per inſcitiam etiam doctos viros obſtupeſcere, alij Theatra, alij Labirinthos, alij memorrandas moles alicuius ſepulchri iactantes. Quarum tamen ritum legimus veniſſe adeo communem, vt non colonias & municipia ſolùm, ſed nemo dignè tùm Romanam militiam profiteri viſus eſſet, qui non haberet ſua balnea, & gymnaſia, in quibus commilitones ſui exercerentur. Quod de Cleandro Tribuno equitum Commodi Cæſ. meminit Herodianus. Comi legitur Cælij poëtæ hoc munumentum in marmore. L. CÆCILIVS TESTAMENTO HS. XXXX MVNICIPIBVS SVIS COMENSIBVS LEGAVIT. QVORVM REDDITV QVOTANNIS PER NEPTVMNALIA OLEVM IN CAMPO, ET IN THERMIS ET BALNEIS OMNIBVS, QVÆ SVNT COMI POPVLO PRÆBERETVR. Dixit in campo, vſu antiquo, vbi ad exercitia vſus olei neceſſarius, & in Thermis, pro vnctionibus, à balneis. In domeſticis verò vſibus balneum erat via in cibum, vt notauit Arthemidorus. Cuius rei paſſim habentur exempla, quum ex itinere, labore, ac exercitio quopiam, balneum primò ingredi conſueuerint, & poſteà molli aquarum fotu recreati accumberent.

Balnea Pauli. — *Olympiadis.* — *Thermę extra vrbem.* — *Baianæ.* — *Ruſticanę.* — *Externæ Hebræorum Hiſpanorū.* — *Bal. domeſtica.*

De aquis vrbanis ad vſum Thermarum adductis. *Cap. IIII.*

VRBS autem Roma, cùm præter cæteras gratias, quibus eam altiſſimus decorauit, ſalubritate aëris, ſitu agri ad imperium opportuno, maris, & portuum commoditate aquarum dumtaxat ſuſtineret inopiam, hac in parte veniſſe in certamen quodam modo cum natura viſa eſt, vt aquarum quoque eſſet abundantiſſima. Itaque cum hoc deſiderio, creſcente indies inſtituto Thermarum, & modò alia atque alia adducta aqua; haud multo ſpatio temporis tantam aquarum obtinuit copiam, vt Auguſti ætate, Strabone teſte, per vrbem, atque cloacas omnes inundare viderentur, & vniuerſæ propemodum ædes ſubterraneos meatus, ſyphones, ac fiſtulas vndoſas haberent. Quo tempore M. Agrippa Auguſti ipſius gener, quem complura in vrbe

Aquarum copia in vrbe.

feciſ-

Digitized by Google

ſe conſtat opera, cultu, atque ædificio magnifica; aquarum Curator perpetuus, auctore Plinio, alijs corriuatis, atque emendatis, & alijs nouiter adductis, ſeptingentos lacus fecit. Præterea fontes C V. Caſtella C X X X.

Lacus in vrbe qd.

Lacus intelligo ex Frontino, alueo breui muro, in quibus aquæ reciperentur, & alia ex alia, vt fiunt apud nos Fontanæ, Lauacra, Fullonum ſtagna, iumentorum aquagia, & huiuſmodi publica commoda.

Fontes.

Fontes, qui primas ac ſynceras ex caſtello funderent aquas, pauciores idcirco quàm lacus.

Caſtella aquarum.

Caſtella, certa Aquæductuum receptacula, ad Mænia Vitruuio, & in viarum diuortijs, vbi aquarum facienda eſſet diſtributio. Quale etiamnum viſitur in Eſquilijs Caſtellum aquæ Claudiæ, in diuortio ad portam Maiorem nunc dictam, & ad portam S. Laurentij, quod poſteà C. Marij trophæis inſignitum, adhuc illius retinet nomen.

Trophea Marij.

Caſtellarij.

Porrò ſingulis caſtellis aquarum erant propoſiti ſui Caſtellarij, vt præclaro, quod Romæ legitur epitaphio conſtat. D. M. Clementi Cæſarum N. Seruo Caſtellario aquæ Claudiæ fecit Claudia Sabatis & ſibi & ſuis. Extat Senatuſconſultum apud Iul. Frontinum, quo aquam non erat permiſſum niſi ex caſtello adducere, ne aut riui; aut fiſtulæ publicæ lacerarentur. Publicis idcircò Thermis, propria caſtella videntur fuiſſe conſtituta: qualia videmus integra ad Diocletianas Thermas, & ad Traianas, multiplici opere concameratas. In priuatis autem prima Cenſorum, aut Aedilium erat authoritas, quorum arbitratu per modulos, vel vnciæ nomine, certo annuo ſoluto vectigali concedebatur.

Legis in aquis Vrbanis.

Legeq. cautum eodem teſte, ne quis priuatus aliam duceret, quàm quæ ex lacu redundaret, quam caducam vocabant: & hanc ipſam non in alium vſum quàm balnearum, aut fullonicorum dari eſſe ſolitam. Omnem aquam in publicos vſus erogari debere. Cæterum quot numero eſſent hæ aquæ, quo nomine, & quo tempore, & vnde adducerentur, breuiter percurrendum eſt. Scribit Procopius Iuſtiniani Cæſ. ſcriba, Romæ quatuordecim fuiſſe aquarum ductus, ex cocto latere, ea latitudine, ac profunditate, vt ferè equeſter ipſo cum equo per eos poſſet euadere. Nos Frontium imitati, qui Nerua imperante præfuit hiſce operibus curator perpetuus, & ſcriptis cuncta fideliter mandauit, octo, aut nouem ſuo emiſſario perductas dicimus. Quæ fuerunt ex ordine, Appia, Anienis vetus, Martia, Tepula, Claudia, Anienis nouus, Iulia, Alſietina, & virgo: etiamſi aliquæ poſteà duplici, ac pluri nomine, vt vſueuenit, fuerint cognominatæ. Nam poſt Frontini ætatem, non aliam legitur, præter eas fuiſſe adductam, niſi eaſdem à diuerſis Imperatoribus aut inſtauratas, aut ſe ductas ad propria commoda.

Aquarum ductuum magnitudo.

Mirari verò licet in primis ipſarum ductuum fabricam, dignam planè cùm pro magnitudine operis, tùm certè pro publica ipſa vtilitate, quæ pluribus mundi ſpectaculis proponenda eſſe videatur. Moles ingens, à dimidio ferè Italiæ quadam perducta, partim excelſis ac perforatis montibus, partim aſcendens; partim ab imis vallibus per immenſos arcus ſublatam, quibuſdam locis centum & nouem pedes altitudinis menſurantur. Vniuerſam verò omnium cenſuram ita habuit Frontinus. Altiſſimus Anio eſt nouus, Proxima Claudia, tertium locum tenet Iulia, quartum Tepula, dehinc Martia, quæ capite etiam Claudiæ libram æquat, deinde Appia, omnibus humilior Alſietina. Prima verò, vt propinquior, & maximè commoda. Appia adducta conſtat ex Tuſculano à Cenſore (vt ſuprà diximus) Appio Claudio, anno vrbis CCCCXLIIII. quæ per portã Capenam, nunc S. Sebaſtiani, in octo vrbis Regiones, ex viginti caſtellis diſtribuebatur.

Appia aqua.

Anienis vetus.

Quadraginta verò annis poſteà, ex manubijs Pyrrhi Regis Epiri, Spurio Garbilio, L. Papirio Coſſ. prima Anienis adducta fuit, vt etiam commoda vrbi, & altæ originis ſupra Tybur.

Martia aqua.

Tertia fuit adducta Aqua Martia, dicente Plinio lib. 36. cap. 15. Q. Martius iuſſus à Senatu Aquarum Appiæ, & Anienis tegula ductus reficere, nouam à nomine ſuo appellatam, cuniculis per montes actis intra præturæ ſuæ tempus adduxit. Et anteà lib. 31. cap. 3. Clariſſima inquit aquarum omnium in toto orbe frigoris, ſalubritatiſque palma præconio vrbis Martia eſt, inter reliqua deum munera vrbi tributa. Vocabatur hæc quondam Aufeia.

Aufeia & Piconia.

Fons autem ipſe Piconia. Oritur in vltimis montibus Pelignorum. Tranſit Marſos, & Fucinum Lacum, Romam non dubiè petens. Mox ſpecu merſa in Tiburtina ſe aperit nouem millibus paſſuum fornicibus ſtructis perducta. Primus eam in vrbem perducere auſpicatus eſt Ancus Martius, vnus ex regibus. Poſteà Q. Martius Rex in prætura, rurſusq. reſtituit M. Agrippa. Hæc Plinius. Hanc demum & Traianam nuncupatam aſſerit Frontinus, à Traiano in Auentinum vſque protractam.

Traiana.

Tepula.

Quarta fuit Tepula, quam ab agro Luculli, quem in Tuſculano ex Varrone legimus Gn. Seruilius Cepio, L. Caſſius Longinus Coſſ. in Capitolium perduxere, via Latina dextrorſus, longè 11. millia paſſ. ſub terra prius, deinde arcuato opere.

Claudia quæ, & Curtia & Cærulea.

Quinta, ac fauſti nominis fuit aqua Claudia, vt in frontiſpicio legitur portæ Metiæ, quæ porta Maior hodie appellatur, claris titulis Cæſarum, Claudij, Veſpaſiani, Titi, & M. Aurelij. Eam quidem deſtinauerat prius Caligula, perduxit verò Claudius ab vſque 36. lapide, via Tiburtina, è fontibus cæruleo, Curtio, atq; Albudino collectam, quibus ſæpè nominibus ſcribitur. Adduxit hic, & alteram Anienem, cui ductui ad differentiam vete-

Nouus Anio cognomentum fuit inditum, Frontino auctore, qui & ipſum poſteà reſtituit. Concipitur autem per agrum Tyburtinum 20. milliario, opere altiſſimo ad Portam Eſquilinam adducto. Aquam verò Iuliam admiſcuit cum Tepula M. Agrippa, via Latina, quæ ab Aureliano iterum reſtituta, eius cognomen aſſumpſit. Alſietinam, quam & Auguſtam, miratur Frontinus Auguſtum, prouidentiſſimum Principem perducere curaſſe nullius gratiæ, imò, & parum ſalubrem, niſi forte cùm opus Naumachiæ aggrederetur trans Tyberim. Quidam ob hoc eam inter vrbanas aquas non numerant. Reliquæ porrò quæ leguntur aquæ vrbis, aut variæ dumtaxat ipſo nomine ſunt, ſicut iam plura alicui aquæ adduximus nomina: aut externæ ſunt aquæ, non vrbanæ. Quomodo quidam Alſietinam, ita vocatam ob ingratum ſaporem inter vrbanas (vt dixi) non adnumerant. Nec crabram, quæ erat alia aqua, Tuſculanis, vnde aduehebat, relicta. Nec Sabatinam, quam à Lacu Sabatis, qui hodie eſt amnis Larus, nouiſſimam omnium aquarum breui modulo reſtituit Hadrianus I. Pont. Max. quam & ciminam interim appellari inuenio, à Cimino ipſo monte in Faliſcis, fonte Veneris deducta. Druſa autem, Annia, Traiana, Antoniana, Seueriana, Alexandrina, & id genus aliæ, nomina eſſe tantum aut inſtauratorum, aut inſignium eorundem conſtat, haudquaquam diuerſæ à prædictis aquæ. Quod facit honoris auiditas, vt quiſque ſtudeat circà eiuſmodi res præclaras, perpetuam ſibi famam ac memoriam comparare. Itaque prima Thermarum inſtituta atque momenta Aquarum ductuum habemus.

Fons Albudinus. Anio nouus. Iulia quæ & Aureliana. Alſietina. Crâbra. Sabatina. Lacus Sabatis, Amni. Larus. Cimina aqua. Fons veneris.

De aqua Virgine, quam vocant Saloniam.

De aqua autem Virgine, quoniam ſola hæc ad noſtram hanc ætatem Romam perducitur, altior aliquanto ſermo habendus eſt. Eam perduxit Agrippa, vt Plinius meminit libro 31. cap. 3. & deinde Claud. Cæſ. Primum verò anctorem Caium Cæſ. fuiſſe indicant marmoreæ inſcriptiones, quarum vna in eius aquæ ductu ita legitur. Tit. Claudius Druſi filius Cæſar Aug. ductus aquæ Virginis per C. Cæſarem diſturbatos, à fundamentis nouos fecit, & reſtituit. Virginis porrò nomen (vt idem Frontinus ſcribit) ex intentione fuit huic aquæ inditum: nam quærentibus aquam militibus, puellam virgunculam quaſdam venas præmonſtraſſe, ac illas ſequutos ingentem aquæ modum inueniſſe. Ædicula idcircò Virginis fonti appoſita. Quod nomen poſteà videntur adſciuiſſe Dianæ, ac Triuiæ nuncupaſſe, quaſi Dianæ fons diceretur, & aqua Dianæ ſacra: quæ veteribus virgo habita eſt, & in Triuijs, vt triplex habere dicebatur nomen, celebrari ſolita, necnon à triplici fonte, quibus hæc aqua concipitur. Vel (vt quibuſdam placet antiquarijs) Virginis nomen indicaſſe Iuturnam ac templum ſimiliter Iuturnæ ſacrum: quam Nympham ſic dictam (teſte Varrone) quòd iuuaret, in votis fuiſſe habitam aſſerunt infirmis, qui ex ea aqua biberent, ſacramq. idcircò hanc ædem ei fuiſſe conſtitutam, ſed poſteà Religione introducta, in ſuperſtitionem præteriti ſeculi abolendam, fontem ipſum ſimul atq; puteum qui extat, Diuæ Mariæ Virgini fuiſſe conſecratum. Vtrâlibet quis eius nominis interpretationem accipiat veruntamen eo fit magis veriſimilis noſtra ſententia, hunc fontem fuiſſe Virginem à Dia, & Triuia nuncupatum; quòd nomen ipſum ædis S. Maria in via, vulgari (vt videtur) voce mutila dicitur, pro S. Maria in Triuia, vbi multa cum deuotione Beatæ Mariæ Virginis etiamnum ea aqua ab infirmis bibitur. De fonte ergo ipſo, qui adhuc in Triuiæ vico celebris eſt, non eſt dubitandum. De origine autem, Plinius apertè dicit concipi via Præneſtina. Frontinus autem, Collatina ad milliarium octauum; quę, vt quidam putant, duorum circiter milliariorū ſpatio abeſt à via Præneſtina, dicente Plinio. Marcus Agrippa & Virginem adduxit aquam ab octaui lapidis diuerticulo duo millia paſſuum Præneſtina via: iuxta eſt Herculaneus riuus, quem refugiens, Virginis nomen obtinuit. hactenus Plinius. Habet autem ductus longitudinis à capite ab ipſum Triuij fontem, (vt Frontinus dimenſus eſt) milliariorum 14. nā vbi ſpecus ſubit montium, vbi circuit colles, vel valles æquat arcuato opere, multos habet flexus. Progreditur Anienem fluuium, ac interſecta Tyburtina via, & exinde Nomentana, & proxime Salária tandem inter Collatinam Portam, quæ eſt Salaria, & Pincianam, ſub colle Hortulorum, qui eſt hodie Sanctæ Trinitatis, ad Triuium vicum exilit fonte. Subit eum profundiſſimo ſpecu, cuius ad ſummam planiciem altiſſimus puteus repertus, vtrinque verò duæ Tyburtino lapide inuentæ ſunt eius aquæ, inſcriptiones TIB. CLAVDII nomine. Locum verò cùm magnifico, ac conſpicuo in totam vrbem ædificio ornare iam cæpiſſet Ioannes Politianus S. R. E. Card. hodie ampliſſimi eiuſdem ordinis Ferdinandus Mediceus, perfecit, ac tanta addidit ornamenta, lucos, nymphæum, pomeria, amœniſſima longè lateq. ambulacra, ſigna, tabulas, innumera pictorum ſpectacula; taceo ædium ſumptuoſiſſimos apparatus, & quæ maiora adhuc parantur, opera, ac perductiones aquarum in præal-

tum

Primus author. Nominis ratio. Fons Dianę vel Triuiæ. Iuturna Nympha. S. Maria in via. In Triuia. Origo. Ductus lōgitudo. Puteus Politianus. Muſæum Mediceū.

Artificiũ Agrippæ.

tum collem admirandas;vt iam Luculleam, ac lautiſſimam illam Veterum magnificentiam repreſentare videatur. Et quod ignotum fuit magnis illis Romanorum architectis, etitq. omni futuro ſeculo memorabile Camilli Agrippæ architecti inuentum; ſalientem ſuapte ſponte facit aquam (impulſam tamen in æreum tubum rotis per ipſam aquam volubilibus & machinis) quæ ex imo puteo ad ſumma Viridaria, triginta circiter paſſus exilit fonte, ac tanta vbertate, vt hortos omniquaque, & ipſam domum redda aquis irriguam. Cuius tam frugi operæ, primam, ſanè laudem promerentur Sanctiſſimi D. noſtri PIVS IIII. & qui ſtatim ei ſucceſſit PIVS V. & nunc GREGORIVS XIII. qui aquam Virginem in priſtinam antiquorum formam perducere curauere.

Aquæ virginis perductio.

Quippe lapſu temporum hæc aqua varias ſubijt mutationes, & quod mirum eſt, vſque à Plinij tempore (vt ipſe meminit) ſimulatque Martia aliquam incurrit penuriam: Ambitione (inquit) ac auaritia in villas, ac ſuburbana detorquentibus publicam ſalutem. Poſteà craſſantibus in Italiam, & in vrbem ipſam tot bellis, ac variarum gentium incurſionibus: plana in hiſtorijs monumenta habentur, quæ refert Platina, Adrianum patria Romanum PONT. MAX. domitis iam afflictiſq. Longobardis, anno ſalutis noſtræ circiter MCCLXXVI. Virginis aquæ ductum, cum alijs vrbis aquæ ductibus reſtituiſſe.

Adriani inſtauratio.

Donec iterum non multo poſt dirutus, pro tanta rerum, ac imperij, quæ ſucceſſit calamitate, nuſqnam præterea videtur fuiſſe reſtitutus.

Nicolai.

Nam quod in ipſo Triuij fonte legitur, Nicolaum v. anno ab hinc CXXX. virginem fontem reſtituiſſe. planè videtur is Pontifex hand vllam partem ductus antiqui huius aquæ inſtauraſſe; ſed confluentes dumtaxat è vicinia venas citrà pontem Salarium, pro refugio vrbis collegiſſe, quæ eſt minima pars.

Virgo aqua eſt Salonia.

Virgo igitur aqua octauo (vt diximus) milliario concipitur, vbi nunc locus à Salone dicitur: quæcunque fuerit huius nominis ſignificatio apud vulgus, qnod, vt conſueuit huiuſmodi aquarum conceptacula ſalas dicere, forſan & hoc ob amplitudinem areæ Salonem nuncuparit, dicente præſertim Frõtino, hunc locũ, vnde virgo aqua concipitut, paluſtrẽ fuiſſe, & vt ſcaturigines contineret, ſignino opere cõmunitum, quod nunc quoque uiſitur aliqua parte.

Herculeus Riuus non admittitur.

Iuxtà eſt riuus Herculaneus. quem tamẽ non admittit, tùm quia locus paluſtris humiliſq. eſt, ac uligine propterea obſitus, nec aquæ eſt ſatis utilis; tùm quia ſatis ſuperq. ad eam formam aquæductus Salonia eſt. Nec eum riuum admiſiſſe antiquos, ſatis apertè declarant ea Plinij uerba iam allegata. Iuxtà eſt Herculaneus riuus, quem refugiens Virginis nomen obtinuit. Nec ſecus admittenda eorum ſententia eſt, qui ad Salinas uocatas à Frontino aquas pro Salonia acceperint: cùm hæ longius influant à Salone, ſiniſtrorſus à uia Præneſtina, ut idem Frontinus inquit, paſſuum ſeptingentorum octoginta: quæ uel Appia aqua, uel Appiæ pars per Capenam portam, nunc ſancti Sebaſtiani ducebatur in Vrbem.

A Salinis aqua.

Appiæ origo.

Tota ergo Virgo aqua Salonia eſt, quæ multis venarum ac riuulorum acquiſitionibus uſque in uiam Salariam aucta, ſtructura (ut à Frontino primùm dimenſam inuenimus) per longitudinem paſſuum XIIII. millium in Triuium redit. Quam PIVS IIII. primum deſtinauerat; PIVS uerò V. cùm orthodoxam fidem noſtram à tot ſeculi huius erroribus uendicare ſtudeat, piè tamen & publicæ utilitati conſulens, opus tam frugi proſequutus eſt, aquamq. Virginem, adeo tot ſeculis deſideratam, hoc anno, MDLXX. decimoſeptimo Calen. Septembris. cùm maximo totius urbis applauſu, ac gaudio perduxit in totum. Conſultis tamen prius (ut ſapientiſſimum decet Principem) medicis, à quibus & bonitatem aquæ, & utilitatem, quam præbere poſſet huic almæ urbi relatã, comprobauit. Qua de re hæc mea eſt ſententia: Sanè magnum argumentum bonitatis huius aquæ hoc eſſe exiſtimo, qnòd hæc fuerit in uſu, ut nunc quoq. eſt, longiſſimis ſeculis, ac primas ſemper habuerit laudes ſimul cum aqua Martia inter cæteras vrbis aquas. Auctore Pli. lib. eod. XXXI. cap. III. d. Quantum uirgo tactu (hoc eſt frigore) tantum præſtat Martia hauſtu: alternante hoc bono, ut quæ tactu ſint frigidæ, eas non perinde (laudabiles) & hauſtu eſſe. hæc ſuccinctè Plin. Hanc aquam Martialis cognominat crudam, illis verſibus.

Martialis

Ritus ſi placeant tibi Laconum,
Contentus potes arido vapore,
Cruda Virgine, Martiaq. mergi

Qno nomine haud quidem cruditatis vitio eam hic Poëta damnare voluit; ſed miris extollens laudibus Hetruſci balneum, blandicie præſertim, & varietate influctium, & tepidarum & frigidarum aquarum hanc ſpecialiter uſu balnei comprobat frigore, & pro frigida, metri cauſſa dixit crudam. Vel crudam intelligas eum dixiſſe in comparatione aquæ Martiæ, quæ (vt dictum eſt) vtilior hauſtu erat, uirgo tactu.

Ab experimentis.

In experimentis, tardius hæc coquit legumina, ac cibaria, reliquaq. Tyberis aquæ limpidæ, & Ciſternalis aliquæ. nimirum quia fluuiales eiuſmodi, in reſpectu fontium, omni exutæ ſunt cruditate, ac pluuiales magis aëreæ. Cæterum hæc aqua nullis fontium aquis videtur meritò poſtponenda [illegible]

[illegible]

DE NOVA AQVA FELICE

SIXTO QVINTO. PONT MAX.

POST has omnes in vrbem deductas aquas, hodie SIXTVS V. PONT. MAX. dum egregios imitatur priſcorum Romanorum conatus, Felicem ſuo nomine aquam, à Præneſtinis vſque collibus perduxit, longo excurſu ab vrbe xx. mill. paſſ. Quam cum alij aliquam ex antiquis putent aquis, vel Claudiam, qui cum certo ſpatio conducatur, vel nouam perductionem, vel certè Appiam eſſe, quod ex eodem ferè conceptaculo excipiantur: Nos tamen re diligenter perſpecta, Appiam quidem hanc à prima origine confirmamus; nouam tamen eſſe perductionem, vnde rectè nouo nomine, ac auctore Felicem nuncupandam non dubitamus aſſerere, duplici ratione. Tum ob altitudinem: vbi enim Appia primùm excepta erat humili ſitu, & ſecus viam Præneſtinam excurreret (vt Frontinus eſt teſtis) hæc perducta altiùs, vt noſtra diligentia, ac relatis accepimus ab eius operis præfectis, qui hanc perductionem, ac verſuras ad regulam, & libellam dimenſi ſunt, ſuperat admodum antiquos Appiæ ductus. Tùm quia manifeſtè hæc relicto à capite antiquo Appiæ ductu, ceu depreſſa nimis, ac ſemilacerræ ſtructuræ, nunc nouo ad ſiniſtram ductu ſub Columna Illuſtrium Columnarum oppido perducta, præalta multis palmis ſtructura, partim riuo ſubterraneo, partim arcuata ſubſtructione, ac rediuiuis nonnullis Appiæ, & Claudiæ fragmentis ſubuecta, per portam Sancti Laurentij in altas Eſquilias ſubit, ac in Quirinalem vſque collem largis fontibus influit. Quare altitudine, præter vnum Anienem, ſuperat cæteros ductus antiquos: bonitate verò aquæ (ut poſt Antiquorum cenſuras noſtra adhibuimus experimenta) valde ſalubri. tanta vbertate, ac commoditate iam in omnes Vrbis regiones deſtribuenda, vt opus egregium in perpetuam omni ſæculo laudem ipſi ſummo auctori commemorandum ſit. Quando præſertim tot alia prudentiſſimus Pont. memoratu digniſſima aggreſſus ſit opera, eaq. mira duorum annorum celeritate perfecerit. Obeliſcũ in primis maximum, quod nemo vnquam ex alijs Pontiff. quamquam cogitauerint aliqui, ob magnitudinem tamen operis tentare auſus eſt, nunc ex humili loco vaticani ſublatum, ac antè Aedem Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli conſtitutum, ceu maximum S. Crucis tabernaculum, & Perpetuum Religionis ergo extabit monumentum. Vias præterea vndequaque ſtratas, ac ampliſſimas, auctum cultũ religionis, vrbem totamq. Italiam pacatam, & ærarium publicum cum his impenſis, vltra communem æxtimationem locupletatum. Poſt inquã tot magnifica opera, dandũ hoc potiſſimùm harum aquarum commoditati, & copiæ, vt iam directis, complanatiſq. per vrbis colles vijs ad primarias eccleſias, ac fontibus paſſim conſtitutis, antiqua vrbs vbique habitabilis, priſtinam formam, maioremq. aeris ſalubritatem tanto Pontifice ſit recuperatura. quarum rerum iam plenæ erunt hiſtorię, ac nos voluimus in hæc noſtra monumenta referri, illiſq. ornari ad perpetuam memoriam.

Appia, & noua perductio.

Aquę bonitas, ac copia.

Sixti V. egregia opera.

Ichnographia Thermarum, & de his quæ tractanda ſunt. *Cap. V.*

THERMAS verò per partes literis inſtaurare, haud quaquam præſentis muneris eſt. Nec facile eſſet, pro tantæ molis magnitudine, non vnius ſtructuræ exemplo, nulloq; integrè ſcriptore mandata literis, niſi obiter à multis, & controuerſè. Et quæ obſita adeo vetuſtiſſimis iacet ruinis, vt quanquam peritiſſimi multi, hac ætate, antiquarij conquiſitiſſimè ſtuduerint eas in aliquam lucem reuocare: non minor tamen adhuc relicta ſit, magnis etiam ingenijs confuſio, & quæ ſparſim de his leguntur authoritates ſcriptorum, cum paucis quæ ipſarum apparent reliquijs concordent. In primis deſcribenda eſſet ἰχνογραφία, baſiſque tanti ædificij, quam noſtri ad verbum Plantam rectè appellant: at hæc diuerſiſſima habetur ab ea quam tradit Vitruuius, nec eadem diſpoſitio in omnibus Thermis. Porrò, præter ſpatia platearum, ac additos lucos, hortoſq. immenſos, ac Lacus, diſtinguenda eſſent loca exercitationum à balneis. Ac loca propria cuique exercitij generi aſſignanda, vbi cominus, ac breui circo, vbi eminus fierent, ſub Diuo, ſub tecto, in Xiſtis. Et quæ ratio fuiſſet exercitiorum in Palæſtris, & qualia exercitia. Quis vſus præterea tot aliarum partium: & quæ diſpoſitio, Corycæi, Ephebæi, Elæotheſij, Coniſterij, Exhedrarum, Sphęriſterij, Xiſtorum. Et de balneis, ſi ſingulæ Thermæ plura habebant balnea, vt dubium non eſt, quænam ratio diſtinctionis, an commoditati, an loco, an ordini, vt cunctis legitur fuiſſe conſultum. An omnibus vnum eſſet commu-

Dubia in Ther.

ne hypocauſtum: & ſeu vnum commune omnibus, ſeu commune vni partitioni, vt veriſimile ſit, quo loco maximè commodo. An binæ & ternæ quæ leguntur lauationes, eodem fierent balneo, an diuerſo. Et ſi diuerſo an eadem pluribus ſeruiebat, an ſingulis noua aqua. Vel quæ ratio tàm miri artificij calefaciendi vna hora tantam aquæ quantitatem, quæ innumerabili populo ſufficeret? Vnde & quo certo ductu tantæ aquæ copia? Quæ ratio erat Penſilium Balnearum, quas tanto cum applauſu Vrbis, & totius Italiæ quoſdam introduxiſſe legitur? Quibus ad id vaſibus, aut balneis, aut alueis vtebantur? Et ſi labris lapideis (vt quidam putant) quæ videmus per Vrbem maximis: quæ eorum erant in balneis diſpoſitiones, & quo ſitu ad aquas accipiendas? Et de balnearijs rebus, quæ ſanis expedirent, & quæ ægris. Quid dicam de lauandi ritu per ordines, per ætates, per leges, per anni tempora, per ipſa exercitia; ac de innumeris denique id genus circumſtantijs, quas vel non ſcriptas ab antiquarijs, vel per coniecturam dumtaxat tentatas à iunioribus, meris potius erroribus obſcuratas, quàm explicatas inuenimus? Quare nos dum hæc aliqua ex parte reuocare in lucem intendimus, & quæ vſui maximè medico opportuna ſunt, exponere, nullam ferè iuniorum poſitionem ſequemur: ſed quantum ex ratione illorum rituum, ſimul atque locorum ipſorum diligenti conſideratione colligere potuimus, percurremus.

Spatia Thermarum.

Spatia in primis Thermarum videmus ampliſſima: atque adeo vt quaſdam vndecies millies pedum tota area continere conſtet, auctore Baptiſta Alberto in libris de Architectura. In Diocletianis, quæ in ipſa area apparent veſtigia, præter ſpatia vndique platearum, & præter membra, quæ inferius ac ſuperius varijs Thermarum miniſterijs ſeruiebant, centum continent partitiones, vario ac nobiliſſimò ordine. Nec mirum, ſi conſideraretur publici edificij magnitudo, in quo cõmunis fuerit ratio maximè ciuitatis ad exercitia corporis, ad balneas, ad diſciplinas, ad omnes delicias.

Magnitudo.

Gymnaſia, Scholæ, ac Palæſtræ in in Thermis.

In his enim communia erant ſtudia, tam animi quàm corporis. Nec alia erant artium gymnaſia, aut ſcholæ: vnde communiter apud auctores gymnaſia legimus pro balneis, & quorumcunq. exercitiorum locis. ἀπὸ τοῦ γυμνάζειν, hoc eſt ab exercendo, quæ latinis appoſitè ludi dicti ſunt. Nam auctore Aſconio, omnem ſcholam Romani ludum dixerunt, vbi ſcilicet omne ludicri genus tam ad animi, quam ad corporis exercitationem fiebat. Quare in Thermis ſæpè ludum palæſtræ legimus, ludum pilæ, ludum gladiatorium, ludum litterarum, vbi ſcilicet pueri à ſuis præceptoribus erudiebantur. & hæc eadem gymnaſia.

πεντάθλον, & Quinquertium. Ludi Olympici. Luſtra, & Olympiades.

Summæ verò gloriæ in exercitamentis erat græcis πεντάθλον, quod quinquertium latini vertunt, Feſto interprete, à quinque certaminum generibus, lucta, diſco, ſaltu, curſu, & pugilatu, & παγκράτιον, καὶ παγκρατιαστής, qui omnibus viciſſet. Ortam verò antiquis laudabilem conſuetudinem conſtat, à certaminibus, ac ludis Olympicis, qui ab Hercule primum (vt tradunt) conſtituti inter Elidem, & Piſas tunc nobiles vrbes in Achaia, pro gloriæ cupiditate dimanaſſe videntur tractu temporum ad varias alias nationes. Vnde cùm ſingulis quinque annis olympiades propterea luſtra Latinis dicta ſunt, ad ea certamina concurriſſent vndique viri fortiſſimi, præclara legimus edita à Pindaro poemata in gloriam victorum, quos ſub octogeſima & ſexta olympiade commendare ſuſcepit, non ſolum Græciæ, Siciliæ, & Italiæ, ſed & ex Aegypto permultos, & ex Aſia. In his ergo omnibus, quæ erant in Thermis ciuilia inſtituta, quis dicendo aſſequatur ſingula membra, ac loca, ac ipſarum partium ornamenta, in quibus nihil non decorum, non ſpectabile, non ſummæ deliciæ? Nam ratio ac res ipſa oſtendit, non ſolùm vſui in partibus Thermarum fuiſſe conſultum, verumetiam vt iuuentus facilius ad ea ſtudia traheretur, & delicijs maximè, & ornamento cunctarum rerum. Propterea Thermæ neque digniora occupabant vrbis loca, neque inter viliores fiebant vicos, ſed vbi loci capacitas, atque operis maieſtas requireret. Vitruuij tamen ætate non videtur fuiſſe conſuetudinis Italicæ (vt ipſe ſcribit) magnificare adeo palæſtras ac Gymnaſia in Thermis: vt quibus ſatis ad exercitia facerent tùm Campus ipſe Martius, tùm Agonalis, tot Circi, tot plateæ, tot alia exercitationum loca publica, & priuata. Sed per anguſtas fieri, & paruas, quales Agrippæ Thermas meminit Plinius. Poſteà verò producto imperio vrbis ad luxuriam Principum, non modò Græcorum more conſtitutæ, ſed dilatatæ fuere amplius, diſtinctaq. melius loca exercitationum, ac Gymnaſia à balneis. Quales Antonianæ, ac Diocletianæ de maioribus extant, ac melius diſpoſitis: quarum ſi nunc præſumam deſcribere magnitudinem, non tam deſcribere, quàm maiorem partem dignitatis earum mihi videbor minuere: ſed harum maximè, ad notitiam tanti ritus, ſequar veſtigia.

Forma Thermarum, ac partitio.

In his ædificationis erat varia forma, ac varia diſpoſitio partium: ſed area ampliſſima, quæ in quadrum clauſa, tribus veluti perpetuis circuitionibus diuiſa eſſet. In primo vndique ambitu, quæ mæniorum inſtar totum ædificium claudebant, erant gymnaſia exercitationũm, vario ordine; quæ dicemus. In ſecundo, longè, lateq. ſpatia platearum, Xiſta, ac Platanones ad exercitia ſub diuo. In medio, tota ipſa moles Thermarum, quæ ſunt membra balnearum,

rum,

rum, Atria, ſimul atque Xiſti, & Palæſtrarum ampliſſimæ porticus, vbi (auctore Vitruuio) Athletæ per hyberna tempora in tectis ſtadijs exerecerentur, ac tranſirent ſtatim ad balneas, vt pelineata primùm ipſarum baſi, diſtinctè magis ſingula explanabimus. *Lib. 5. cap. 11.*

De partibus Thermarum, ac exercitationum locis, Cap. VI.

IN Prima ergo facie, quæ ad meridiem, tertiam ferè partem mediam occupabat Theatridium, Quæ pars erat principalis, & tanquã caput totius huius ædificij: vnde duplicem (vt quibuſdam videtur) habet vſum; alterũ extrinſecus alterum intrinſecus. Ambitũ enim exteriorem ponunt fuiſſe arcuato opere diſtinctum, & apertum, quo exemplo patet, circumcolumnium poſt baſilicã eccleſiæ Lateranenſis. Vnde ſcilicet ingrederentur quaſi per Poſticum, & ſiue dextrã verterentur, ſiue ſiniſtra per porticus, apertè venirent in ampliſſimam plateam, ac exinde quò vellent, ſiuè in palæſtras, ſiue in balneas. In conſpectu vero interiori erga plateas, erat Theatri ſpecie diſtinctum cum ſedibus, vt ſcilicet populus, & maximè nobiles ſub vmbra meridiei ſederet ad ludorum ſpectacula, qui in plateis exercitij cauſa fierent. Partes verò quæ vtrinque à Theatridio plures ſunt, aliqui balnea putant. Nam quod rotunda forma eſt vtriuque in verſuris vnum, pingunt eſſe calidarium, & conſequenter ponunt vnum Tepidarium, vnum frigidarium, & vnum Apoditerium. Nec equidem negauerim debuiſſe quædam balnea ſeorſum, & quaſi extra palæſtras conſtitui: partim mulieribus, partim artificibus, & his qui venientes à ciuitate, ſtatim intrarent, & quaſi extrà conſpectum popularem lauarentur, & abirent. Veruntamen hæc non fuiſſe balnea, haud dubiè videtur: nam iuxtà eam appiſitionem, nullus hic videtur Hypocauſti locus: quod debuit eſſe in medio, & commune vtrumque ordini balnearum, teſte Vitruuio, at in medio hic eſt Theatridium maximum. Nec erat conſentaneum, vt membra ſpect aculi eſſent Stuphæ. Deeſt & laconicum, niſi fortaſſe hæc opinio confundat laconicum cum calidario, Sat erat & vnum Apodyterium commune, vtpote vnum veſtibulum balnearum: hic duo ponuntur. Et præterea Tepidaria duo, cùm tamen idem ſit Tepidarium, quod Apodyterium. Melius ergo mihi videtur dicendum, hæc fuiſſe partim ipſius Theatridij membra, & partim loca ad vſum Athletarum, ideſt eorum, qui exercendi eſſent coram Theatridio, vtpote Coniſteria, Elæoteſia, & quædam apertè in plateam, equorum carceres. Duo poſt hæc Periſtilia quadrata oblonga, hinc atque hinc vnum à Theatridio, quaſi palæſtræ breues, vel deambulationes. Ac in verſuris vtrinque, vnum Sphæriſterium, quod diximus rotunda forma, cum plurib. (vt ſcribit Plin. Iunior de villa ſua) exercitationum generibus: Vel Sacella, vt notatur per ædiculas, & quis vndique ſpatijs ſtatuarum. hæc erat primæ faciei partitio. Porrò in altera facie, quæ ab Aquilone eodem commenſu huic reſpondet, videntur fuiſſe maiori ex parte Gymnaſia, philoſophis dicata, ac Rhetoribus, reliquiſq. qui ſtudijs literarum dediſſent operam. Vtpote pars magis remota à ſtrepitu Athletarum; & ſitu commodiſſimo, tùm propter amœnitatem vmbrarum (erant enim in hac platea Platanones, vt dicemus) tùm propter grata fontium murmuria, in natationem ipſam cadentium. Quapropter viſum eſt pluribus antiquarijs, in medio hoc ſpatio à Septentrione fuiſſe principale veſtibulũ totius huius ędificij. Ex quo per medios Platanones patebat aditus ad Natationem, & hinc in porticus, in baſilicas, Dietas, & atria, quæ poſteà dicemus. Primũ verò à dextra veſtibuli, & à ſiniſtra erant Exhedræ plures cauſæ ante plateã, & cum ſedibus Hemicycli forma, vt diſputantes & tam loquentes, quã audientes ſeſe omnes aſpicerent: & aliquæ patentes: ceu ſcholæ noſtræ ad leuiora ſtudia. Maiorem verò partem exercitationum Gimnaſticarum continebãt duę vtrinq. facies laterales, quę cõformes hinc atq. hinc habebant partitiones. Ac fuiſſe eas ad exercitia dicatas videtur: tũ quia plateæ hæ laterales erant liberæ, & amplæ mille circiter pedũ ſpatio. Tùm quia membra ipſa partim erant Hemicycli aperti cum ſedibus, ac vario ornamento, quod apparet, ſignorum, ac picturarum: & partim coniſteria, Elæotheſia, aliaq. membra ad vſum Athletarum opportuna. Totam hanc autem primam circumferentiam circundabant continuæ porticus, quædam ducentas columnas vno ſtylo habentes. Subinde erant Plateæ, amplæ, & liberæ, vt dixi, tàm quæ ante Theatridium, quam vtræque laterales. In ea autem, quæ erat ante natationem, erant xiſtum, Platanones, & Stadium, ad exercitationes maximè æſtiuas idonea. Fiebant enim Xiſta (auctore Vitruuio) inter duas porticus Syluæ, quæ erant Platani, virenteſq. id genus arbores conſitæ, aptiſſimo ſitu antè natationem, vnde aquarum caperent refrigeria. Poſt Xiſtum autem Stadium, ita figuratum inquit Vitruuius, vt poſſent hominum copiæ ſine impedimento, athletarum curſus, variaq. alia ſpectare certamina. Atque hæ omnes erant partitiones quoquo latere, & Gym-

Poſticum | *Lib. 5. cap. 11.* | *Periſtilia* | *Sphæriſteria.* | *Sacella.* | *Gymnaſia.* | *Veſtibulũ* | *Hexedrę,* | *Hemicycli.* | *Scholæ.* | *Xiſta, & Sylua.* | *Platanones.*

Stadium naſiorum, & pla tearum. Summa verò operis maieſtas, erat tota moles in medio, quæ communes habebat palæſtras cum balneis, ac multimodis earum membris, ac miri artificij.
Lib. 3. Nam ſi ædifieiorum perfectio proportionibus humani corporis reſpondere debet, vt Vitruuius tradit, perfectiſſimè reſpondet in Thermis Diocletianis, ac melius quàm conſtituat
Diocletianorum mirifica ars, & deſcriptio. ex Græcis Vitruuius. Et enim in his Theatridium, vbi erat veſtibulum, tanquam caput: Apodyterium, pectus. Hyppocauſtum, Stomachus: vmbilicus, maxima, ac regalis baſilica in medio: venter, Natatio. Membrorum verò vtrinque, quæ ſunt balnea, atria, palæſtræ, porticus, Diætæ, baſilicæ; æqua ratio, ac menſura eſt, vt brachiorum, ac fæmorum, itaut quæ ex vna etadetur parte, eadem ex altera pariter intelligenda ſit. Incipiemus autem à Natatione, quæ patentiſſima pars aſpiciebat aquilonem; & ex ea à latere per baſilicas, ac dietas venimus in atria, exinde in palæſtras interiores, ac maximam baſilicam, & demum ad balnearũ
Natatio. membra. Erat inquam Natatio in receſſu medio ab aquilone, longitudine ducẽtorum pedũ,
Emiſſariũ aquę Martiæ. latitudine dimidio minus, ponte, ac arcubus bipartita ad interiores aditus, vbi nunc facta eſt maioris altaris baſilica. Habebat autem à caſtello proximo aquæ Martiæ emiſſarium, quod per ocultos tubos ferebat ad Natationem ipſam aquas. Habebat & supernè ad longitudinem fontes varia ſpecie, ac Muſæa, quæ teſte Plinio, ex pumicibus, ac crofis vetuſta-
Fontes, ac Muſæa lib. 36. cap. 21. te ſaxis extructa (vt hodie quoque Romæ ſunt in vſu) ſpecus imaginem referebant, ac fiſtulis modò apertis, modò clauſis, vario, blandiſſimoq. ſalientium aquarum luſu, recentes ſemper aquas in natationem ipſam fundebant. Miris circùm adhibitis ornamentis, quorum etiamnum apparent ædiculæ ſignorum, & ſtatuarum, fontiumq. veſtigia, & columnarum
Porticus natationis. baſes. A Natatione plura, ac nobiliſſima membra: primùm ab vtroque capite erant ampliſſimæ porticos conformes, nimirùm & ad ſpectacula Natationum, & ad refrigeria conſtitutæ: Et alię ad altiorem proſpectum porticus pẽſiles, minori ſtylo. Exeuntibus verò à porti-
Baſilica. cu, tam dextrà, quàm ſiniſtra, erat primùm baſilica amœniſſima, vbi conuenirent omnes, qui vel in palæſtras venturi eſſent, vel in balnea. Idcirco ſatis ampla, quæ ornatu plaſticis, ac
Diæta. picturis adhuc nitet antiquiſſimis. Hinc recta in Diætam, quæ erat eadem capacitate, ſed latior tamen baſilica, duplici columnarum ſtylo tripartita: nam media parte ceu atriolum, erat aditus in atrium maximum, & in palæſtris: capita verò hinc atque hinc deſinebant in
Atria. hemycilis, vbi fortaſſe Athletarum ferrentur iudicia. In Atrijs erãt Periſtilia, hoc eſt circumcolumnia, quæ faciebant atrium oblongum trecentis pedibus, latitudine dimidio minus. vbi in porticu orientali parte, hæc membra, ſitu aliquantiſper diuerſo ab eo, quem aſſignat
Ephæbeũ Vitruuius. Primò Ephœbeum, in medio, hoc autem erat Hæxedra ampliſſima cum ſedibus, quæ tertia item parte longior quam lata, erat ad exercitia iuuenum dicata. Sub dextra Ephæbei erat Corticeum, ſeu Coryceum à Coryco, quod videtur pilæ genus in Gal. 2. ſa. tu. Seu Choriceum dictum, Choreis nimirùm, ac ſaltationibus locus proprius. Proximè Frigi-
Corticeũ Coriceũ. Choriceum. darium, locos ventis perflatus, feneſtris amplis. Ab eoq. inter in Sphæriſterium oblongum, & ſimplex, ad pilæ ludum aptiſſimum. Ad Elæotheſium, quæ erat ad vnctiones faciendas cella olearia. Sub hoc Coniſterium, vbi ſicco puluere, vel harena luctaturi ſe ſe conſpergerent. Ab
Frigidarium. eoq. Iter in Propnigeum, vbi erat in verſura porticus Laconicum, quòd referemus ſuo loco
Phæriſterium, poſtea. A Periſtilio autem, atrioq. intrantibus ad interiores Palæſtras, erant Porticus tres ſtadiatæ, quas hodie occupat longitudo eccleſiæ. Ex quibus media pars ampliſſima, centum
Elæotheſium. pedum latitudine, ſuper ingentes columnas, altiſſima prominet teſtudine, cæterùm ita facta ſecundum Vitru. vti latera, quæ ſunt vtrinq. ad columnas margines haberent, & quales ha-
Coniſterium. bet hodie via ab Hadriani mole ad Vaticanum ſemitas, non minus pedum denum, reliquaq. planicies octoginta pedum. Ita qui veſtiti ambularent circùm in marginibus, non impedie-
Propnigeum. bantur à cunctis ſe exercentibus. Hæc autem Porticus ξυστὸς apud Græcos vocitatur, in quo
Palęſtræ interiores. Athletæ in tectis ſtadijs exercentur. quoniam exactè erat in medio, & veluti in corde totius ædificij, vbi maximè conuenire ſolebat nobilitas ad exercitia hyberna ad ambulatio-
Porticus ſtadiatę. Xiſtus. tiones, & ad ſpectacula: cæteras meritò excedit partes, tùm magnitudine, tùm regali maieſtate operis, altiſſimis ſuperbiſſimiſq. promineus columnis, & patentiſſima vndiq. in periſtilia, in balneas, in Hypocauſtum, in Natationem, ac supernè feneſtris illuſtratur latiſſimis.

De exercitationum generibus, ac præparationibus ad balnea.
Cap. VII.

Thermarum inſtituta, ac fines. CONSTAT ergò hactenus, balnearum loca in Thermis, atque Exercitationum fuiſſe coniuncta. Idq. optima ratione, quoniam vtrorumque ſimiliter coniuncta erat vtilitas, ac mutua erant inuicem beneficia. Nempe Thermarum ratio duos, imò tres habebat fines: primũ ad diſciplinã iuuentutis, quæ ſic viribus corporis, honeſtiſq. vitæ conatibus præualere aſſueſceret: deinde ad ſanitatem tuendam, qui duo fuerant fines

præ-

præcipui : & demum ad delicias. In quibus omnibus mura balnearum, atque Exercitationum erant beneficia. Nam quantum conſerebant balnea laſſatis exercitatione, ac labore corporibus ad robur virium reparandum, & ad munditiam; tantundem rependebant vtilitatis exercitia, ſine quibus balnea non poſſunt eſſe vtilia, maximè ſanis. Itaque Galenus in libris de tuenda ſant modò balnea Recuraroria virium eſſe dixit, modò Exercitia Præparatoria ad balneum. Quod frequenter in alijs auctoribus legimus,& ſuccinctè eo Epigramate colligitur Martialis.

Non pila, non follis, non te Paganica Thermis;
Præparat, aut nudi ſtipitis ictus hebes.
Vara nec iniecto ceromate brachia tendis,
Non harpaſta manu pulueruIenta rapis.

Thermarum inſtituta, ac ſines.
Balnearũ & exercitationũ mutua beneficia.
Bal. recuratoria.
Exercitatio, Præparatoria

Vidiſſes igitur tum frequentem ciuitatem, non ſecus atque hodie nos ſolemus ſacras Eccleſias feſtis ſolennibus, frequentare Thermas. Alios quidem ad honeſtos, quos primo inſtituto propoſuimus vitæ conatus. Alios ad ſanitatem tuendam. Et alios ad oblectamenta tam animi, quàm corporis capienda, pro celebritata illa populi, pro variarum rerum,ac ludorum ſpectaculis. Et denique pro amænitate loci delicioſiſſimi: vnde βαλανεῖας idcirço dictas græca voce exiſtimat D.Aug.in confeſſionib. quòd ἀνίαν ἀποβάλλει, ideſt quòd anxietates tollat. Ergo vt pro veteri inſtituto generoſæ ciuitatis, quam diximus in laboribus natam & eductam, magna erat omnium in Thermis celebritas; ita pro tempore, & pro conditionibus perſonarum,Exercitationes erant variæ, & in varijs locis. Quippe aliæ in Palæſtris fiebant, aliæ in Xiſtis, aliæ in Hexedris, ſub dio aliæ, in ſtadio, & platearum libero ſpatio : aliæ in pluribus fiebant locis. Nec ſecus quædam erant communes exercitationes pueris, ſenibus, iuuenibus, vt eo carmine notatur à Martiale.

Vitæ ratio Romanorum in Ther.
Βαλανεῖα vnde dicta.
Exercitationũ loca.

Folle decet pueros ludere, folle ſenes.

Quædam propriæ. Iuniores aut lucta, aut curſu, aut ſaltu, aut pila ludicriſq. id' genus exercitijs, cœpiſſent aſſueſcere in Ephebæis. Quem planè morem repreſentanit Plinius in Bacchidibus, vbi in perſonam ſeneri ſenis indicat puetos,primis viginti anuis cum Pedagogo in Palæſtram antè ſolem exorientem veniſſe ſclitos, d.

Ibi curſu, luctando, haſta, diſco, pugilatu, pila,
Saliendo ſe exercebant, magis quàm ſcorto, aut ſauijs.

Perſonarum exercitationes.
Puerorũ.
Iuuenum.

Fortiori autem iuuenta ijſdem quidem exercebantur, vel acrioribus etiam plerumque ludis, halteribus, harpaſto, & aliquaudo cæſtu. Vel amorum varijs generibus in Palæſtris. Vel in Hippodromis curſu equi, vel agitatu. Athletæ vel ſtadium ſpectante populo decurriſſent,vel acri pugilatu dimicaſſent, cum cæſtibus plumbeis,ac baltheis implicatis manibus, quod certaminis genus erat grauiſſimũ, ac à virgilio pulchre deſcribitur de Daretis, & Entelli certamine. Alij ſaltu ſimul exercebantur & halteribus, item plumbeis globulis. Alij in ſphæriſterijs luſiſſent pila,vel folle in plateis,vel Harpaſto,quæ pila erat maxima. Seniores quidam,quorum erant ad ſanitatem præcipua ſtudia, vt recenſuit Galenus, ambulatione dumtaxat antè balneum contenti erant. Alij clara lectione,vel diſputatione in Hemicyclis, vel declamatione oratoria, vel cantu muſico. Alij modò vno vtebantur modò alio per occaſionem,exercitij genere.idcirco nec mirum ſepties quoſdam aliqua die lauari ſolitos,quod apud Plinium legitur. Alexander Seuerus,vt meminit Lampridius poſt lectionẽ operam palæſtræ,aut ſpheriſterio,aut curſui,aut luctaminibus mollioribus dabat, mox veniebat in balneum. Alijs ſupplebant diurni operis labores,qui ad recreandum laſſatum virium robur vſuri eſſent in balneo. Cæterùm lenis exercitationis modus erat ambulatio,quam ſenes,& viri graues,& imbecilles potiſſimùm obibant. Dignior ad laudem, ac diſciplinam,erat exercitatio in palæſtris,& armis eorum,qui robuſtis eſſent viribus. Et quam σκιαμαχίαν, hoc eſt vmbratilem pugnam,vt interpretatur Gellius, Græci appellant, ἀποθεραπευτικὴ, ob ſalubritatem à gymnaſticis dictam; Galeno teſte. Quis mente concipiat præter publicas Thermas, & palæſtras, priuata quoque innumera, & alia publica exercitationum genera? Commemoratione verò digniſſimus eſt (inquit ſuo tempore) Campus Martius, cùm præter natiuam locorum amænitatem, artis quoque, ac ſolertiæ admiranda admittat ornamenta: curules pariter curſus, pilam, circum, palæſtras, & alia cõtinens equeſtria certamina.Vel ſola Mauſolei magnificentia(in quo nos hæc ſcribimus) argumento eſt in illa Campi Martij celebritate fuiſſe Auguſto dicatas, & ad ripam Tyberis, locus tunc habens, ampliſſimaque ambulacra, aliaque ad id requiſita opera admiranda. Innumera idcirco prætereo cum his Luſuum illorum genera, quorum (vt cæterarum rerum viciſſitutudines ſunt) vix nomina ad poſteras ætates tranſiere. Nec noſtræ profeſſionis eſt exercitationum ſingulos modos, aut genera: quibus illi veteres vterentur,recenſere, quam partem à Hieronymo Mercuriali, Medico atque Philoſopho ſcientiſſimo

Cæſtus.
Harpaſtũ
Senum exercitationes.
5.De ſan. tuen.
Operarij
2.De ſan. tu.
1.De ſan tu.
Campi Martij magnificentia.
Mauſoleum Auguſti.

Noſtri ſeculi vita d fferens ab antiquis.

elucubratam: propediem in lucem edi tam videbimus. Verùm ex eorum exercitiorum cenſu quem fecimus, hanc præcipuam habebimus vtilitatem, conſiderantes quàm longè differat hic præſens noſtri ſeculi viuendi modus, & maximè Principum, nec oportuno poſteros deſtituemus conſilio. Sanè vbi illorum temporum vita aſſiduis dedita erat exercitijs vtpotè quæ & ſanitatem conſeruarent, & promptiores redderent vires ad ſingula, tàm animi, quàm corporis munera obeunda; è contra hodie in continuo ocio degitur. Et à principibus maximè, qui ob decorum, ac ampliſſimi ordinis maieſtatem, ſemotam à communi conſuetudine degentes vitam; aut curis animi grauibus iugiter tenentur; aut ſi ad

Exercicia noſtri temporis inertia.

ludicra aliqui tranſire ſoleant; ea inertia ſunt, tabellæ, aleæ, vel Trochi nouus modus huc illuc ſuper menſam agitati: in quo vitæ genere tandem ob deſidiam, & anxietatem, totam breui peruertere temperaturam coguntur. Vnde non mirùm eſt, qui præproperam accelerent ſenectam, incurrantque facilè aut in morbos renales, aut in podagram, aut in Hemicraniam, alioſque id genus affectus, medioque veluti incurſu vitæ deficiant. Quapropter generaliſſimum hoc, ac ſaluberrimum ſibi quiſque proponere debet inſtitutum exercitium neceſſarium eſſe ad ſuſtentationem vitæ: in qua re omnes ſapientes, variarumque nationum ritus ſummo conſenſu conueniunt. Verùm quoniam hoc tempore

Exercitij neceſſitas ad vitam

non ſolùm plurima veterum exercitiorum genera non ſunt in vſu, immò vel ipſorum nomina (vt diximus) ſunt obſcura, nec adeo illis vti eſſet poſſibile, qui nec palæſtras habemus, nec Thermas; propterea in gratiam noſtrorum principum, aliquot particularium exercitationum genera proponemus ex Galeno, atque alijs antiquis auctoribus, quarum multas ſi non in campis, & plateis obire poterunt; licebit ſaltem & in cameris, & in atrijs, ac viridarijs ſuis, ſernata etiam perſonæ grauitate, percommodè exerceri.

Exercitationum differentiæ ex Galeno 2. de ſan. tuen. Exercitationum genera.

Exercitationum (inquit Galenus) complures differentiæ inueniuntur. Aliæ robuſtæ ſunt, & violentæ, ſiue vehementes; aliæ mediocres, & lenes. Aliæ ſingulares, aliæ cum alio ſiunt. Et aliæ vniuerſas ſimul corporis exercent partes, aliæ vnam magis, & aliæ alteram. Vehemens exercitatio dicitur, quæ & robuſta, & celeris fit: atque hæc multas habet differentias. Quædam enim fiunt ocyſſimè agitatis, quædam robore, ac nixu, quædam ſine his, quædam cum robore pariter & celeritate, & quædam lentè. Fodere robuſta eſt, & ſingularis exercitatio, remigare, diſcum mittere, moueri celeriter, ſaltare; idq. ſine intermiſſione maximè. Similiter graue quoduis telum iaculari, & continuatis iactis onere maximo ſublato, & accliuis ambulare. Graui armatura tectum celeriter agitari. Continuatus diu curſus. Et iter facere. Per funem manibus apprehenſum ſcandere, quomodo in palæſtris ſolitum erat pueros exerceri. Vel è fune, vel pertica manu apprehenſa ſublimem pendere, ac diu tenere. Manibus in pugnum reductis, iiſdemque prolatis, vel in altum ſublatis. Halteribus, ſeu globis plus minus grauibus ſeorſum poſitis, vtraque ſe inflectens manu attollere. Horum exemplar adhuc Romæ ſpectatur in antiquis templis, globi marmore nigro, ac grauiſſimo, vario pondere, ac perforati in medio, vbi valida manu apprehenſi ſubleuarentur. Quare hæc robuſtior erit exercitatio, ſi qui ad ſiniſtram manum fuerit dextra conetur attollere, & ſiniſtra qui ad dexteram. Diuque, ac ſæpius identidem facere. Poteſt & ſolis cruribus erectus, ac vno loco conſiſtens celeriter exerceri, modò retrorſum inſiliens, modò in anteriora viciſſim crurum vtrumque referens. Solus ſimiliter exerceri eſt, ſummis pedibus ingredi, tenſaſq. in ſublime manus, hanc antrorſum, illam retrorſum celerrimè mouere. Se humi celeriter circumuoluere, vel ſolùm, vel cũ alijs. Cùm alijs verò & città robur, & violentiã multæ exercitationes peraguntur. Vt curſus ad metam conſtitutam. Vel vmbratilis armorum meditatio. Summis innicem manibus concertare. Coryco, & parua pila ludere. Stare, nec ſinere ſe loco dimoueri; quo exercitij genere Milo Crotoniates celebratur. Vel ſe erectum, & circumactum propè aſtantem mutare. Complecti quempiam manibus, digitiſq. pectinatim iunctis, iſq. diuellere ie adnitens. Medium apprehendere, ac ſublatum ceu magnum onus protendere, & reducere. Lucta vtriuſq, luctatoris robur exercet. Luctari cum robore eſt, ambobus cruribus alter alterius crus complecti, manibus inter ſe ſe collatis, & collo. Manu altera tanquam fune collo alterius iniecta, ipſumq. retrorſum trahere, ac reuellere. Pectoribus ex aduerſo innixi, magno ſe conatu innicem retrudere.

Halteres qualeseſſent.

Exercitationes cũ alijs.

Lucta.

Vniuerſalis, & particularium membrorum. Luſus paruæ.

Ad ſingularem porrò attinet electionem, qua parte corporis quis vti velit, aut indigeat exercitatione. Aliæ enim vniuerſas ſimul exercent corporis partes, quo nomine ludus paruæ pilæ à Galeno præter cætera commendatur. quod ludi genus noſtro potiſſimum tempore in vſu eſt, ac pro varietate, pueris iuuenibus, ac etiam ſenibus, & ſpectatæ conditionis viris commodum fit. Pilarum genus varium, parua, paganica, harpaſtum, folle inſlatum vel aliud minori globo, ac durius infractum lanugine, exercens curſu, calce, uel manu, vel reticulo, ac vario corporis motu, brachia præſertim, crura, renes,

Vel A- [illegible], lucta, quæ confertis

ca-

caput, oculos. Et locis idoneis in pagis, vnde paganica, in plateis, in vijs, in atrio, ac Sphæriſterio clauſo ſuper cordam. vel qui trigonalis pilæ luſus dictos eſt antiquis, iocundus, iactata inceſſante, per manus hominum eadem pila, ac ſi in triangulo, diſpoſiti, is mittat, alter manu recipiat, ac remittat continenter in tertium, & cui ceciderit pila mulcta eſt. quos alio loco enarrandos remittimus. [ſūmis manibus poteſt. Trigonalis pila.] Aliæ exercitationes vnam magis, aliæ alteram exercent partem, lumbos, crura, brachia, ſpinam, pulmonem, thoracem. Itatio, curſusq. crurum exercitationes ſunt. Acrochoriſmi, hoc eſt feſtiuæ ſaltationes, & Sciamachiæ, crurum, brachiorum, & manuum propriæ. Lumborũ autem aſſiduè ſe inclinare, aut pondus aliquod à terra tollere, aut aſſiduè manibus ſuſtinere. Spinam tranſuerſim exercet, attollere (vt dictum eſt) alternatim halteres. [Libro 2. cap. 8.] Thoracis verò, & pulmonis ſunt propriæ, maximæ reſpirationes. Cor. Celſus inter exercitationes imbecilli ſtomacho conferentes, claram commendat lectionem. [Clara lect.] Maxima verò vox vocis quoq; inſtrumenta omnia permouet, dilatatque; naturalem excitat calorem, & quo magis fit aſſidua, eo magis vniuerſis corporis partibus cõmunicatur, vt in noſtris concionatoribus experimur, & in libro de voce à Galeno eſt proditum. Hoc genere exercitationum per vocem, quæ lenes ſunt, maximè vti poterunt Seniores, & qui ad motum ſunt imbecilles. Ambulatione etiam qui magis validi. Vel equitationes ſufficiantur, geſtationesq. ſeu curru, ſeu pro ægrotantibus in Scimpodio, & Sella portatili. Vltimò Frictiones ſuppleant. [Lenes exercitationes, lectio, & ambulatio.] His omnibus exercitationum generibus, imò infinitis alijs (vt Galenus inquit) docebant Pædotribæ exercendum eſſe: [Cap. 18.] & vel in palæſtris, vel extrà, vel in alto puluere, vel conculcato, & firmo ſolo, & omnino autè balneum. Quibus & nos iuxtà præſentem viuendi modum, ſiue pro præparatione, ſiquis velit ad balneum, ſeu ſine balneo, vt pleriq; hodie facimus, percommodè vti poterimus. Sed de exercitationum emolumentis alio loco occurret dicere: nunc ad deſcribendas balnearum partes in Thermis, ac alia in eis requiſita explicabimus.

De Natatione. Cap. VIII.

INTER principes autem Thermarum partes, primùm de Natatione oportet dicere, quæ ſitu boreali frigidas, ac puras ſtatim à fontibus admittebat aquas. Erat enim Natatio (vti diximus) locus à partibus balnearum ſeparatus: nimirum quia ſingularis eius erat, ac proprius vſus, non tàm quidem ad lauationem, quàm ad exercitium. Eſt enim natare laborioſum, quod ita iactatis manibus, ac cruribus aſſiduè, vniuerſæ corporis exercentur partes. [Natare eſt quoddam exercitium.] Quare rectè Ariſtoteles in Problematibus natationem, ob laborem, curſui comparat. Et Oribaſius eam inter alia exercitationum genera adnumerat. Antiquiſſimum verò fuiſſe hunc morem, ac proprium Italicis meminit Virgilius, dum pulchre facit Turnum iactantem fortia corpora ſuorum Italum lib. 9. [Virgil.]

Durum à ſtirpe genus: natos ad flumina primùm
Deferimus, ſæuoq. gelu duramus, & vndis.
Venatu inuigilant pueri, ſyluasq. fatigant:
Flectere ludus equos, & ſpicula tendere cornu.

Vnde & natationis in frigida legitur, fuiſſe primum, ac antiquũ in vrbe vſum ante balnea: quando ſcilicet conſtitutæ fuerunt exercitationes in campo Martio, vbi iuuenes (teſte Vegetio) puluerem, ſudoremq. detergerent, ſimul atq; ad obeunda aquarum pericula exercerentur. Et Galenus teſtatur de ſuo tempore, pueros in aquis λυμνασικὰς παιδίας facere conſueuiſſe, id eſt, quòd prima fiebant in aquis pueritiæ rudimenta. [1. De ſan. tuen.] Itaq; præter Tyberis commoditatem, propria ad hunc ritum loca conſtituta fuiſſe in vrbe diximus, quæ diuerſis explicata nominibus inuenimus, Natationes, Piſcinas, Stagna, atq; etiã Naumachias. Piſcinæ dictæ, quòd & piſces haud dubiè continerent, non tamen ad vſum piſcium, nam ad hoc propria erant viuaria, ſed ad munditiam ſeruandam aquarum, & amœnitatem. [Piſcina, & viuarium.] Videtur autem exercitationum huiuſmodi cauſſa, primùm conſtituta fuiſſe Piſcina publica dicta ſub cliuo Capitolino, ad quam (vt Feſtus Pompeius eſt auctor) & natatum & exercitationis cauſa veniebat populus. [Piſcina publica.] Ex ea & piſcinæ aliquando ſunt dictæ particulares natationes, & labra lapidea, qualia Romæ videmus maxima, necnon portatilia, ac lignea ad vſum etiam calidarum aquarum. Quod auctoritate conſtat M. Tullij ad Q. Fratrem de ſuis balneis, Latiorem (inquit) piſcinam voluiſſem, vbi iactata brachia non offenderentur. Has à Galeno, ac alijs Græcis auctoribus, modò κολυμβήθρας, modò βαπτιστήρια dictas legimus. [κολυμβήθρας. βαπτιστήρια.] Parua autem Solia, peluesq. πυέλους; quam differentiam planam faciunt Galeni verba lib. 7. methodi, vbi ad ventriculi ſiccitatem curandam, quæ Hecticam minetur, natationem in balneo factam conſulit ἐν ταῖς κολυμβήθραις, idest in piſcinis natando conſtitutis, potius quam ἐν ταῖς μικραῖς πυέλοις. [πυέλους.] Memorantur porrò & Neronis Stagna, vbi Amphitheatrum à Martiale ponitur in primis Epigrammatis d. [Stagna.]

Hinc, vbi conſpicui venerabilis Amphitheatri
Erigitur moles ſtagna Neronis erant.

Neronis nomine ſtagna duo. Naualе ſtagnum. Naumachia.

Quod tamen ſtagnum non planè conſtat an ad natationis vſum, an pro Naumachia fuerit à Nerone conſtitutum. Vſum tamen vtrumque præſtare poterat, ſicut & de altero eius nominis meminit Tacitus, clauſiſſe Neronem in valle Vaticani ſpatium, in quo equos regeret, apudq. nemus, quòd nauali ſtagno circumpoſuit, conſeuiſſe. Stagni huius in Vaticano Naumachiæ nomine meminit Egeſippus Græcus auctor, in D. Petri & Pauli martyrologijs. Cæterùm Naumachia poſt natationes, & balneas, altioris fuit inſtituti quàm ad natationem, nec niſi poſt imperia principum inuenta. Nempe in qua nautici certaminis fieret ſpectaculum, vel ad diſciplinam militarem, quò faciliùs milites pericula fluminū, vel naualis belli, cùm opus fuiſſet, poſſent euadere. Sic Polybius refert Romanos primo bello Punico, quod aduerſus Chartaginenſes geſturi erant, milites ſuos in nauali diſciplina exercuiſſe. Et Suetonius Auguſtum cùm eſſet contrà Pompeium iturus, in portu Iulio apud Baias, milites in nauali exercitatione tota vna hieme detinuiſſe. Vel erat Naumachiæ vſus ad delectationem populi, vt cætera ſpectacula. Plura enim erant quæ præberent animo delectationem: primò aluei magnitudo, ac Cyrci cuiuſdam ampliſſimi forma, edita ad commoditatem tanti ludi, in conſpectu maximæ ciuitatis. Deinde claſſis in eam, etiam magnarum nauium introductio, & ludus ipſe certaminis. Et demum populi celebritas, & vel ipſa aquarum copia, atq; amœnitas, maris inſtar tranquilliſſimi. Et quæ apertis euripis tantam vim aquarum vno hauſtu reciperet, laxaretq. finito ſpectaculo. in quo mouet admirationem aduenæ Martia-

Martialis locus.

lis, dum ſic adulatur Domitiano.

Si quis ades longis ſerus ſpectator ab oris,
Cui lux prima ſacri muneris iſta fuit.
Ne te decipiat ratibus naualis Enyo,
Et par vnda freti, hic modò terra fuit.
Non credis? ſpectes dum laxent æquora Martem,
(Parua mora eſt) dices, hic modò Pontus erat.

In Cyrco Naumachia. Gabiuſa aqua Mariana. Auguſti Naumachia. Domitiani. Heliogabali.

Ex qua planè auctoritate colligitur, in Cyrco tàm maris quàm terræ celebrari ſpectacula debuiſſe: vbi modò terra (inquit) modò pontus erat. Quod Cyrci Maximi ſitus confirmat inter Auentinum montem, & Palatinum depreſſus, in quem Gabiuſæ aquæ riuus, quem Marianam poſteri dixerunt, perpetuò influit. Propriè verò ad vſum naualis certaminis, duæ fuerunt certiſſimæ Namachiæ. Primæ Auguſti trans Tyberim, adducta ob id in eam Alſietina aqua, vt Frontinus meminit, quæ ſapore, & craſſicie marinam aquam æmulabatur, in qua faciliùs natatur, vt teſtis Ariſtoteles eſt. Altera verò, & magis celebris, fuit Naumachia, quam Domitiani diximus, ſub colle Hortulorum, ad emiſſarium aquæ Virginis. Auctore Suetonio, qui aſſerit Domitianum circunſtructo iuxtà Tyberim lacu (inter campum Martium ſcilicet & ipſum collē Hortulorum, vbi nunc iuxtà S. Syluestri ædem apparent veſtigia) nauales pugnas in eo, penè iuſtarum claſſium edidiſſe. Luxuoſiſſimus Heliogabalus, euripis vino plenis, Naumachiam hanc exhibuiſſe, tradit Lampridius. Sed nunc ad partes balnearum proprias accedamus.

De partibus balnearum, & de Milliarijs vaſis in Hypocauſto, Cap. IX.

Exercitationū plura loca, quam balnearum. Balnearū ſitus.

BALNEARVM verò in Thermis non eam videmus copiam, quam de exercitationum locis iam diximus. Ex quo planè videtur, quòd multo plures eſſent qui exercerentur, & qui frequentarent Thermas ad ſpectacula, quàm qui lauarentur. Et eodem tempore magna hominum copia exercebatur, & qui vno, & qui alio exercitij genere. At ad balneas intrantium continua fiebat ſucceſſio, nam cùm priores occupaſſent loca, reliqui (vt ſcribit Vitruuius) circunſtabant, dum lauarentur. Pleriq; ſani, ac robuſti, poſtquàm in exercitijs incaluiſſent, nullis ferè alijs vtebantur balneis (vt infrà monſtrabitur) niſi natatione. Quæ pars idcircò erat ampliſſima, & exercitationibus tàm ſubdialibus, quàm internis commodiſſima. Vel tranſiſſent duntaxat ad balneas calidas, atque illico egreſſi inſiliebant in frigidam. Summa ergo artificij in balneis hæc fuiſſe videtur, vt in loco eſſent quàm commodo omnibus ſeſe exercentibus; ac mirandi planè artificij in miniſterijs tot aquarum, calidarum ſimul, & tepidarum, quæ continuè ex ſe funderentur in balneas. Pro commoditate, ac ratione lauationum, erant vt plurimum expoſitæ ad meridiē, vnde ſolis ſemper illuſtrarentur, ac fouerentur aſpectu. Nam tota ea facies anterior erat diſtincta in duos ordines balnearum, vnum à dextris Hypocauſti, & alter à ſiniſtris. Et vterque ordo diſtinguebatur in quatuor Cameras, conformes vtrinque, ac ita collocatas, vt ex

vna

vna in aliam pateret aditus. In medio quidem Hypocauſtum, vtrinq; verò in verſuris Laconicum, deinde conſequenter calidarium, frigidarium, & tepidarium, vt planè ſingula explicabimus. Principio contrà Theatridium, quod in proſpectu platearum à ſitu meridionali propoſuimus, progreſſu ferè ad mediam plateam, erat ex communi aſſignatione, Apodyterium, ſeu Tepidarium. Quem locum laxum, & hilarem deſcribit Plinius ad Apollinarem, hoc eſt amœnum, ac mollis teporis, tùm ſolaribus radijs à meridie illuſtratum; tùm proximi Hypocauſti vapore laxum: vbi nimirùm ingreſſuri ad balneas exuebant veſtes. Quæ quoniam prima occurrit, ac nobiliſſima Thermarum pars, nobiliſſimi etiamnum apparet artificij, ac regale potius dixerim tantæ molis veſtibulum. Figura octagona, in quadrum oblonga, ac hemicyclis quaq; facie diſtinctum, cum aditis vndiq; intercolumniorum, columnisq; ſupernæ teſtudinis altiſſimis, quæ tàm auctoris, quàm operis ſummam maieſtatem vel ipſa appictione oſtendunt. Vnde melius hanc partem, quam doleo noſtris diebus deiectam, anteponendam pro prima porticu eccleſiæ, à Michaele Angelo Bonaroto deſiderauerim. Hinc introrſum modicus patet introitus in Hypocauſtum; ſiue (vt melius dicam) ſuper Hypocauſti locum, qui rotunda forma, cum opportunis hinc atq; hinc membris, nunc primis nouæ Eccleſiæ ſacellis dicatus eſt. Tota enim infrà moles huius ædificij, concamerata inuenitur, ac diſtincta ad diuerſos vſus. Aliæ Cryptoporticus erant patentes ad refrigeria in magnis caloribus. Aliæ calidarum, aliæ frigidarum aquarum ductus, aliæ calorum æſtuaria, aliæ grandes cloacæ, vnde lauationes exonerarentur, & alia deniq; Hypocauſtum, atq; Hypocauſti membra. cuius mirificam artem, ac vaſa, hodie vel ex hominum mentibus abolitam, delineata prius figura, quam diligenter explicabimus.

Apodyteriū ſeu Tepidariū. Hypocauſtum.

Cryptoporticus. Fornacatores.

MICHAELIS ANGELI GIDETTI
ROMANI I. C. CARMEN.
De Vaſis Myliarijs in Thermis Andreæ Baccij.

An nitidas primùm lector mirabere Thermas?
Vel quas delicias ex his daret inclyta Roma?
Mirare hic potius cogitans Myliaria Lymphas
Frigentes, calidas, tepidasq; referre perennes?
Hæc ſi laudauerim, & tantas qui reperit artes;
Laudabo dignè. tandem dedit ille caducas:
Baccius at ſtabiles reddit, ritusq; Vetuſtos
Innouat, ac tantas moles miro ordine pandit.

Erat ergo Hypocauſtum fornax inferior, vbi fornacatores (vt vocabulo vtar Iureconſulti) curam ſuccendendi ignem habebant in Thermis. Erat autem vnicum, teſte etiam Vitruuio: collocatum tamen in medio, vt communis eius eſſet vſus vtriſq; caldarijs, ex vna parte virilibus, ex altera mulieribus. Idque per opportuna æſtuaria, qui erant meatus ab Hypocauſto perpetui, vnde calores occulti in cameras caldariorum ipſorum penetrabant. Quod tetigit in primo Syluarum Papinius d.

——Vbi languidus ignis inerrat
Aedibus, & tenuem voluunt hypocauſta vaporem.

Super Hypocauſto tria erant compoſita vaſaria ænea, vel plumbea (vt Palladio placet) ænea tamen patina ſubiecta. Quorum idem erat nomen cum cameris prædictis, vnum Caldariū, alterum Tepidarium, tertium Frigidarium. Græcis hæc Μιλιαρία, Latinis (vt apud Catonem, Senecam, atq; Palladium legitur Myliaria; vel (ſi mihi liceat etymologiæ præferre claritatem) Myliaria dicta, à magna fortaſſe capacitate, quaſi plus mille librarum aquæ caperent. Quippe id genus vaſa, teſte Vitruuio, maximi aheni inſtar, ac teſtudinata ad circinum, ita erant collocata, vt ex Tepidario in Caldarium quantum aquæ calidæ exiſſet, influeret de Frigidario in Tepidarium ad eundem modum. Atq; hinc planum artificium eſt, in quo tantopere laborauimus, quomodo ad communem vſum tanta aquarum copia ex vaſis ſuppeditaretur in balneas. Quod reſtituo in lucem ex Seneca, qui dum ad Lucillum mira deliciarum inuenta ſui temporis detrectat, hoc aſſerit obiter. Conſtrui ſolitum in ipſis Myliarijs Dracones, quæ erant fiſtulata vaſa tubæ inſtar ære, tenui, per decliue myliario circundata, vt aqua dum ad os draconis conglomerati ſpecie pluries eundem ignem ambiret,

Vaſaria tria.

Μιλιαρία.

Dracones in vaſis.

ret; per tantum flueret ſpatij, quantum acquirendo calori ſatis eſſet. Quare triplex ſemper aqua in vaſis, ac infinitæ copiæ, calida, tepida, frigida, nam ſucceſſiuas vas ex vaſe capiebat aquas,

Caldariũ vas.

primum quidem, quod Caldarium dicebatur, ſuper prima hypocauſti ſtratura collocatum, tanquam omnium vaſorum vas, calfactas per draconis inuolucra fundebat aquas.

Tepidarium.

Secundum ſuper hoc erat Tepidarium, quod à primi vaſis vaporibus modicè incaleſcebat.

Frigidarium.

Tertium Frigidarium: vt pote quod frigidas ſtatim ab emiſſario aquas capiebat, & quantum ſubiecta vaſa vacuabantur, tantùm hoc nouarum aquarum infundebat ſine fine.

Mira ars ad imitationẽ naturæ.

Quod mirum haud dubiè artificium didicit ars ab operibus naturæ, quæ ſic longiſſima fecit inteſtinorum inuolucra, vnde longius alimenta continerentur ad perficiendam eorum digeſtionem. quod notat mirificè Galenus in 5. & 6. de vſu par. libro arterias, ac venas, quæ eſſent emiſſaria ſpiritus, & ſanguinis, non à vicinis, ſed à fonte, ac longiſſimè naturam deduxiſſe.

Galeni locus.

Vt quæ ad mammillas pertinet, & ad vaſa ſeminaria, quo perfectiorem ſcilicet longo tractu & lactis ad eas, & ſeminis perducerent ſubſtantiam.

Modus diſtributionis aquarum.

Ex conſtructis verò illis vaſis, ac Hipocauſtis, quomodo vſquequaq; ad opportunas partes percurrerent, ſeu perducerentur aquæ, & calores; obſeruauimus quidem in Thermis Diocletianis, dum his annis ad eccleſiæ cultum eruerentur, vndiq; ſub pauimento etiam platearum extructa fuiſſe ſpatia cuniculata, ac ſuſpenſa largis tegulis lateritijs, quę ab Hypocauſto deducta videntur & igni ſimul vaganti, & influentibus aquis fuiſſe peruia ad omnes partes.

Emiſſarij locus.

Cæterùm emiſſarij influentis ſupernè aquæ obſcura adhuc ratio in Thermis eſt. Nam videmus quidem ad ipſas propria aquarum caſtella deſtinata: quale extat in Diocletianis poſt palæſtras orientali parte. Et in Antonianis à tergo Theatridij ad meridiem. Horum tamen altitudo nullibi excedit planiciem balnearum. Nec vllus eſt modus, neq; artificij vllius veſtigium in ſummis Thermarum teſtudinibus apparet, vnde tam altè deduci potuiſſent aquæ. Imò fontium ſtructura, qui varia ſpecie, ac modulo fluentes ſtatim ab emiſſario refunderent aquas in amplisſimam Natationem, quæ nunc clauſtro eſt occupata, à ſummo vſq; faſtigio ſalientes videntur habuiſſe fiſtulas. Niſi fortaſſe dicamus, conſtructos fuiſſe à proximis illis caſtellis infra pauimenta, totius molis canales occultos, quorum aliquæ viſæ ſunt reliquiæ in eruendis ad nouam eccleſiam macerijs; atq; exhinc aquas deduci ſolitas in natationes, in fontes, ac alias piſcinas.

Rotæ ac Tympana aquarum.

Hinc, tanquàm à communi fonte, per rotas ac tympana, ac id genus alias machinas aquę hauſtorias, quas deſcribit Vitruuius lib. 10. à miniſtris balnearijs, vel etiam iumento alligato, ſubleuatæ aquæ in ſupernam ipſi Hypocauſto piſcinam infundebantur, quæ ſponte poſteà in ſubiectum frigidarium caderent, & ex frigidario rurſus in Tepidariũ, & conſequenter in Caldarium, veluti diximus. Vnde plena ſemper vaſa ſuis aquis, imum calida, medium temperata, ſupremum frigida, quæ per fiſtulas æneas hinc atq; hinc in quolibet vaſe compactas, verſis ad vnumquenq; actum epiſtomijs, fundebantur.

Fiſtulæ aquarum.

Vbi nota harũ ductuum in balneas alterum artificium. Erant tubi ænei erecti, tres à dextera, & tres à ſiniſtra myliarijs, muſicis organis non abſimiles.

Tubi & Epiſtomia.

Qui ad firmitatem, ac robur faciebant ipſis vaſibus: ſimul atq; artificio ferè ſimili, quo nos hodie Romæ nympheis ac viridarijs damus, vel arcemus aquas, habebant fiſtulas intra parietes occultas, quæ in cameras balnearum, vbi opportunis locis eſſent epiſtomia, infundebant aquas. Quod ex eodem Seneca non eſt dubium, dum minimæ lautitiæ adſcribit, quod continuè aqua calida ex ſe funderetur in balneas, ac recens ſemper, veluti ex calido fonte per cameras tranſcurreret. Et ex Galeno iam de camerarum diſpoſitionibus dicemus.

De Laconico, & de Solijs balnearum. Cap. X.

Baln. virilia, & muliebria.

ORDINES quidem balnearum in Thermis duos diximus, vtrinq; ſcilicet ab Hypocauſto vnum, teſte Vitruuio, alterum virilium, alterum muliebrium. Nam vt ſcribit Gellius lib. 10. cap. 3. auctoritate Varronis 2. de Analogia, Pudor non patiebatur vtrumq; ſexum ſimul lauari; ſed commoditas coniungi deſiderabat. Quanquam in his, quæ poſt Varronis, & poſt Vitruuij ætatem factæ ſunt, hæc diſtinctio non mihi veriſimilis: quando aucto ritu exercitationum, ac lautitia in Thermis, vix publicas potuiſſe virorum frequentiæ ſufficere videtur. Itaque promiſcuas potius ex eo tempore fuiſſe reor, ac honeſtis mulieribus ſatis feciſſe priuatas, vel quas principes matronas conſtituiſſe iam ſcripſimus, Agrippinæ Neronis matris balneas, Olympiadis, atq; alias.

Cameræ quaternæ in baln.

Cameræ in quoq; ordine quaternæ, Laconicum, Calidarium, Frigidarium, & Tepidarium. Vel ternæ ad minus: hoc enim non videtur dubitandum, non fuiſſe Thermas vno ſtylo vbique, neq; vno ordine partium, & tàm in publicis, quàm in priuatis. Et hinc in auctoribus tanta earum inuenitur varietas.

Celſus.

Quatenus ponit Celſus lib. 1. cap. 4. dum ſcribit, ſub veſte primùm paululum in Tepidario ſudare ſolitos: tùm tranſire ad Calidarium, vbi ſudabatur largiùs, quod

quod ponit pro Laconico : tumq. aut calidam deſcendere, aut in Tepidam; deinde in Frigidam. Eaſdem ponit Galenus lib. 10. Methodi, à Laconico incipiens: Primùm enim inquit ingredientes in aëre verſantur calido: hinc ſecundò in aquam calidam deſcendunt, quod propriè λουτρόν ait appellari. Ab hac mox in tertiam frigidam ibant: & tandem in quarta ſudorem detergebant, quod erat Tepidariũ, ſeu Apodyterium Græcè dictum; in quo & Celſus dicit, ſe nouiſſimè qui ſe lauiſſent abſtergere, & vngere conſueuiſſe. Quem planè ordinẽ & in his Thermis, quarum videmus veſtigia, ſeruatum inuenimus. Extat Laconicum ad ſudationes in quoq; primæ faciei angulo vnum, idq. non adeò magnum, huius enim partis non erat vſus cõmunis, neq; adeò neceſſarius omnibus, vt quibus ſatis ad ſudandũ exercitia feciſſent. Sed imbecillis proprius, & qui minus validi ad exercitia; ſudores hoc loco excitabant: ſubinde intrabant ad cęteras balneas. Nomen autẽ deduxit à Laconibus: quos hunc ritum primò inſtituiſſe, Plutarchus in Alcybiadis Lacedemonij vita eſt teſtis. Græci aliquãdo Πυριατήριον, & nonnullis ὑπόκαυστον dictum, ob igneum in eo vaporẽ: Latinis modò calidarium modò Cella calidaria, Senecæ Sudatorium, Laconicũ verò communiter omnibus, & Ciceroni quodam loco ad Atticum. Suetonius in Veſpaſiani Cæſ. vita, Sphæriſterium hanc partem appellat à figuræ rotunditate. Locus quippe concameratus ac rotunda ſpecie, habens, auctore Vitruuio, in hemiſphærio lumen, ex eoque clypeum æneum cathenis pendens, per cuius reductiones perficeretur ſudationum temperatura, vaporibus nimirùm ſic retentis, vel diſſlatis. Erat autem huius inſtituti ratio, vt ſcribit Dion in Annalibus, vt fusè intrantes in hac parte ſudarent, & ſubinde vnctione adhibita, ſtatim deſcenderent in frigidam. Quod planè clarius ex Galeno fiet poſteà, ac à Martiali obiter tangitur in Hetruſci Thermis, ad Oppianum tribus verſibus.

Galenus.
λουτρόν.
Pyriaterii Hypocauſti.
Calidarium.
Sudatorium.
Sphęriſterium.
Libro 5. cap. 10.
Clypeus Laconi.
Laconici vius.

Ritus ſi placeant tibi Laconum
Contentus potes arido vapore
Cruda Virgine, Martiaq. mergi,

Virginem dixit, & Martiam in his balneis Romanas aquas, blandiſſimi frigoris. Videtur autem Laconici aërem, ſiccum quidem fuiſſe, atq; igneum, tepidum tamen aquatum vaporem potuiſſe ſuſcipere. Proinde Celſus in eo, aſſas dixit ſudationes lib. 3. cap. 27. alibi exſiccari dixit corpora; Seneca exanimari, Galenus & alij medici interdum elixari, Oribaſius planè aërem feruidum dixit, ac præhumidum in Laconico. Quod rationi conſonum fit: nam ex æſtuarijs, partim quidem ſiccis, ex quibus jam diximus ab Hypocauſto occultos penetrare ignes in cameras; partim aqueis per ſuos tubos ac ſpiracula, vapores mixti ad hemiſphærium Laconici petentes, ſub curuatura magni clypei in tenuiſſimas conuertantur aſpergines, quæ imbrium modo ſuper capita eorum, qui morabantur in Laconico depluebant. Idipſum obiter, ſed claro exemplo explicat Ariſtoteles, ſeu quiuis alius author in 1. de Plantis. Quemadmodum, inquit, calor in balneis humorem trahit, & vaporem conuertit, qui eleuatus, ac multiplicatus (nimirum ſub clypeo Laconici) in guttas vertitur. Poteſt autem hæc prima pars ſuo tenui calore (dicebat Galenus 10. Methodi) reſeratis vndique meatibus, liquatisq. per totum ſuperfluis, ſudores, vel leſq. madores elicere, quæ inæqualia ſunt æquare, cutim laxare, & multa quæ ſub hac detenta erant, vacuare. Ex Laconico aditus in Calidarium, quod propriè λουτρόν, hoc eſt lauacrum dicitur, eodem teſte, & calidum Solium. Patet autem hæc pars, duplex magnitudine ad cæteras cameras: vt cuius in balneis maior erat neceſſitas, longior in eo fiebat mora, ac vſus frequentior, præſertim minus validis ac imbecillis. Vbi meminiſſe oportet ex Celſi verbis, quæ paulò ante retulimus, vel in calidam fieri deſcenſum, vel in tepidam, & quaſi ad vtentis arbitrium potuiſſe temperari. Et Galenus in 3. de San. tuenda idem uidetur aſſerere, nimirùm quòd in calido Solio aqua, ex uaſis quæ diximus milliariorum calidis, tepidis, ac frigidis, poterat ad uſum trifariam comparari, nempe temperatam fieri, tepidam, ac iuſto calidiorem. Quam tamen uarietatem non uideo potuiſſe fieri in publicis lauationibus, ſed in priuatis, uel ad priuatos uſus. Nam in Thermis, parabatur à balneatore aqua ad uſum publicum, uno tenore calida. Vel attemperata ſemel pro multis. Quod declarant auctoritates ſcriptorum, qui alias Thermas appellant frigidas, alias blandas, alias feruidas: uti frigidas ſignificauit Martialis in primo Epigrammatum.

Vaporum qualitas in Laconico.
Facultates [illegible]
Calidum Solium.
An baln. uno teno re calide
Thermæ aliæ frigidæ, aliæ calidæ.

Aeſtiuo ſerues vbi piſcem tempore quæris.
In thermis ſerua Ceciliane tuis.

Idem in 10. Neronianas indicat fuiſſe calidiſſimas, eo epigrammate.

Temperat hæc Thermas nimios prior hora vapores
Halat, & immodico ſexta Nerone calet.

Meminit Plutarchus in Sympoſijs Græcos primùm & item Romanos lenibus, ac tepidis dumtaxat vſos, quaſi pro modeſtia: Vt Alexander Magnus in balneo febricitans dormierit,

Frigidum Solium. Vſus.

rit, & Galatharum mulieres pultem cum pueris ſuis inter lauandum eſitare conſueuiſſe, poſteà acerrimas, ac laniantibus ſimiles corpora parari aquas cœpiſſe. Atq; hinc vſui erat frigidarium, ſeu frigidum ſolium tertio loco, in quo aqua exquiſitè, ad hunc videlicet vſum inquit Galenus 10. Methodi, vt quæ fuerant excalefacta, ſiue in anterioribus Solijs, ſiue in exercitijs, hic refrigerarentur, ac vires denſata cuti firmarentur. Qui enim ſubdit, hoc modo à calidis lauationibus, ſudationibusq. laconicis ſtatim in frigidam non deſcendiſſent, paulo poſt trauſpirato immoderatius calido innato, totum corpus frigidius euaſiſſe ſentiebant. Quod ſanè frigidæ lauatio fieri prohibebat, totum ſemel corpus conſtringendo, & conſtipando, non ſecus atq; accidere ſolet calenti ferro, quod quùm in frigidam mittitur, & refrigeratur, & induratur. Atq; huius rei cauſſa potiſſimùm conſtat inuenta fuiſſe balnea, pro imbecillium videlicet corporum robore: hoc eſt vt imbecilla corpora præcalfacerent,

Frigidarũ prærogatiua.

itaq. ad frigidam Solium præpararent. Adeoq. præualuit ſemper frigidarum vſus, vt vix quidam alijs balneis vterentur. Carmis Maſſilienſis medicus, ætate Neronis, ſcribit Plin. lib. 29. cap. 1. damnatis prioribus medicis, ac balneis, frigida lauari hybernis etiam algoribus perſuaſit. Merſit ægros in lacus. Videbamus ſenes conſulares in oſtentationem vſque rigentes. Ex frigido tandem Solio erat exitus in Tepidarium, tepidi ſcilicet aëris, quod diximus Apodyterium, ſiue Spoliatorium. Et erat finis in balneo. Antè Tepidarium tamen

Cella olearia, & Tonſtrina.

in Diocletianis commodè eſt (vt videtur) Cella Olearia, eademq. Tonſtrinæ fortaſſe locus, vbi nimirùm olea ſeruarentur, atq; vnguenta, alijq. odores ad opportunos vſus, & qui vellent barbæ, & capillorum cultui vacarent. Erat autem hæc pars vna de neceſſarijs, ac

Vnctiones in Thermis.

eſſentialibus (vt ita loquuntur) in toto ritu Thermarum, quando hic mos erat communiſſimus, vt quiſq; lotus, ſimplicis ſaltem olei vnctione vteretur, tùm vt ſudores inhiberet, tùm vt ſe ab extrinſecùs ambientis iniuria vendicare poſſet. Hunc enim tenorem in omnibus ferè, quæ hic ſparſim adductæ ſunt, auctoritatibus obſeruabis: primùm legitur exercitium, deinde balneum, vbi frictio fiebat, & deterſio, mox ſtatim frigidæ lauatio, poſteà ci-

Olei munus publicum.

bus, & potus, vltimò ſomnus. Proinde recolo me legiſſe pluries in vitis Principum, ſicut inter munera publica erat Congiarium, erat Recta, erat Sportula, ita oleum aliquando publicè donatum, quo in communi veluti gaudio, quiſq; frueretur in balneis. Nimirùm vel Thermis tùm primùm dicatis, vel faſtu aliquo Principis. vnctionum verò, quas quiſq; ſibi

Balnea cõſperſa vnguẽtis.

priuatim deferebat ad balneum, luxus legitur inæſtimabilis. Qui delicatè viuerent, vel imbecilles, odoratis vnguentis refouebant ſpiritus. Quoſdam legimus iuſſiſſe ſpargi parietes vnguento. Vt ſimul (equidem puto) & lauarentur, proiectis in alueos ita imbutos aquis ipſis, & vngerentur, ſic penetrante exactiùs vnguento, & odorem, virtutemq. ſuam diutius ſeruante in corpore. Atq; ita Caium Principem ſolitum lauari, teſtis eſt Suetonius. Scribit Lampridius Heliogabalum nunquàm in Piſcinis lauari ſolitum, niſi illæ croco, alijſuè precioſis vnguentis perfuſæ fuiſſent. Vel planè conſperſis eo modo ad luxum parietibus vtebantur, vt dum quis ſe parieti confricaret (quòd aliqui facere ſolebant, vt apud Spar-

Balneum vnguenti præcioſi. Galeni locus notatur.

tianum in Hadriano legimus) ſine miniſtris, ac etiam proprijs manibus perungi liceret. Nero autem profuſiſſimus, non ſolùm calidis balneas ſpargebat odoribus, ſed frigidis quoque vnguentis lauabatur, ſcribit Plinius. Recenſentur autem hoc in genere vnguentorum per multa; quæ (vt Galenus ſentit 11. de San. tuen.) Romanorum lautitia inueniſſe videtur. Complura tamen eorum nomina inuenio apud Græcos auctores antiquiora, Megaliũ,

Olea, & vnguenta præcioſa. Vſus in bal. & in couiuijs.

Mendeſium, Metopium, Oenanthinum, Erotinum, Rhodium, Amaracinum, Cyprinum. Quorum Plinius meminit; & alia poſteà, quæ apud Reges Parthos aſſerit comparari ſolita, vt Regale ideirco nuncupatum, Suſinum, à patria, & Nardinum, quod & Foliatum dictum fuiſſe. alterum Spicatũ, quod idem Nardi Piſtici precioſi legitur in Euangelio. Teſtatur Dioſcorides in oleo Iaſmino, hęc precioſa, tàm vnguenta, quàm olea, non in balneis ſolum vſurpari ſolita, ſed apud Perſas inter Epulandum quoq; dari odoris gratia. Quem morem fusè proſequitur Athenæus in libro Dipnoſophiſtarum quintodecimo, & antè ipſum ex noſtris Valerius Max. lib. 11. titulo vnguenti, coronarumq. in conuiuio dandarum, ſecundis menſis: Emanaſſe id (inquit) à Parthis, quorum deliciarum plenæ ſunt hiſtoriæ, ad Medos, & Syros, ac diu Spartanos, ac Ionas eo ritu conuiuari conſueuiſſe. Donabantur autem inter bella-

Coronarum ratio in conuiuijs. Vnguentorũ ratio.

ria diſcutientes tùm coronis capiti impoſitis ex viridantibus herbis, fragrantibusq. floſculis contextis, Leucoio, Baccare, Helichryſo, Hyacintho, Nareiſſo, Anemone, & coronarijs eiuſmodi vel pluribus his, vel ſingulis. Tùm vnguentis id genus ſuauiſſimis, precioſiſſimiſque capite, ac facie præſertim per pueros inunctis. nec ſolùm ad odorem, & gratiam conciliandam dicit Athænæus, verum etiam vt ſenſus excitarentur ſuauitate, ac puriores, ſanioreſq. poſt dapes efficerentur. Coronarum ritum legimus, & apud Romanos inter apophoreta in conuiuijs: vnguentorum verò ſolùm in balneis; quæ primùm in alabaſtris, guriſque aureis, vel etiam corneis pueris anteferebant in balneum, mox ob luxum, quem diximus

prin-

aureis, vel etiam corneis pueri anteferebant in balneum, mox ob luxum, quem diximus principum, in tantam venere copiam, vt vſus eorum ad vulgares quoq; defluxerit, quod ſeriò arguit Iuuenalis.

Mœchis foliata parantur.

Porrò ad cutim detergendā erant Strigiles,& Smegmata,quæ Græcè dicebant,varia, moris (vt legitur apud Danielem) antiquiſſimi in balneis. Adferte ad me dixit Suſanna puellis, oleum & Smegmata,vt lauer. quorum varia erat materia. Alia ex farinis,quæ erant in ſtuphis familiaria,alia,liquida,alia concreta,ac ſolida vt ſapo. Ad ſudores autem cohibendos, & conciliandam à balneo gratiam,quædam ſiccis conſtabant odoribus,quæ (vt Plinius aliquando meminit)Diapaſmata dicebantur,quaſi conſperſoria,Cyprini pulueris, inſtar, quo hodie vtitur odoratiſſimi:de quo ebrimum,putidamq.Feſcenniam,alludit Mart.1.epigrammatum,eo carmine.

Smegmata.

Diapaſmata.

Quid? quòd olet grauius mixtum diapaſmate virus.

Vt redeamus ergo ad cameras, Apodyterium erat principium, & finis in balneo. Principium quidem, nam ibi primùm ſe exuebant, ac veſtes deponebant,deputatis ibi capſarijs, vel proprijs pueris,qui eas ſeruarent. Ad vitanda autem veſtium,ac aliorum vtenſilium furta,lege erar cautum,vt balnearij fures morte mulctarentur. Quæ antiquiſſima fuit promulgatio, ac ſingulare de ea extat problema āpud Ariſtotelem ſect. 29. Cur qui ex balneis furatus eſſet, aut ex palæſtra, aut ex foro,aut ex eiuſmodi loco publico,grauius puniretur? vel quia impudentiores (inquit) ſint, vel quia nulla diligentia à publicis furibus cauere poſſumus. & quia grauatur furtum turpi contumelia vt cogantur domini inde nudi diſcedere, ac ludibrio fore videntibus. Idem verò Apodyterium finis erat in balneo: eodem nimirùm reuertentes, vbi antè balnearum veſtimenta conſignaſſent. Idemque ex Galeni verbis planè intelligitur 10. Methodi: hic enim dum cunctareneur, ac tergerentur, corpus adhuc per ſudorem innoxie, ac citrà refrigerationem vacuabatur, ac in naturalem redibat mediocritatem. Porrò vana quorundam controuerſia eſt,ponere Auic.tres caſas (ita enim interpretantur)in balneo,eaſq. longè aliter diſpoſitas,quàm diximus. Cui enim dubium non fuiſſe balneas vno ſtylo vbique, neq; vno ordine? Deſijſſe tamen pariter apud Arabes hunc ritum, teſtatur Auerroes in Canticis: ac non mirùm imperfectas tùm eos habuiſſe balneas. Neq; in antiquiſſimis exemplis ea diſtinctio quærenda eſt: quando Hippocratis ætate non adeò ritè balnea parabantur, quòd & ipſe innuit 3. de ratione victus in morbis acutis. Neq; in priuatis multo minus,quas Galenus idcircò aliquando perinde damnat,ac incommodas.

Apodyterium.

Lex in balin. contra fures.

Auicēnæ bal.

Baln. an idē ſtylus vbique.

De penſilibus balneis, ac balnearijs rebus. Cap. XI.

PENSILIVM verò balnearum, celebre dumtaxat nomen peruenit ad nos, fuiſſe eas inter maiora illius ſeculi blandimenta: cæterùm quæ nam earum fuerit ratio, non facilè ex auctoribus colligitur. Ponit Valerius Max. inter luxuriæ exempla libro 9. Caium Sergium Oratam Penſilia balnea primum facere inſtituiſſe. Idque tradit Plin. lib.9.cap.54.L.Craſſi Oratoris ætate,parum ante Rempubl.occupatam. Quem inter alias voluptates, & Oſtrearum aſſerit inueniſſe viuaria, nec tàm gulæ cauſſa, quàm auaritiæ, & qui ita mangonizatas vendebat villas. Eadem teſtatur Macrobius. 3.Saturnalium cap.15. Porrò veniſſe eas in gratiam popularem planè oſtendit Plinius libro 26.cap.3. Aſclepiadis Neronis Medici ætate; vrbe, inquit, imò verò tota Italia imperatrice, tum primùm vſum balnearum penſili ad infinitum blandiente. Extat & Annei Senecæ cenſura ad Lucillum, de Penſilibus balneis: quarum inquit ſuſpenſura inuenta eſt, vt ne quid deeſſet ad lautitiam. Hæc habentur de inuentione, atque delicijs Penſilium, quarum tamen non facilè inuenire potui rationem. Nam ſi Penſiles balneas intellexeris ſublimes alueos, & quæ ſuper ſolario locatæ eſſent, id magnum non eſt: ſicut & Hortos Penſiles videmus, atque horrea: ac maius opus, Thæbas Aegyptias penſiles ſcribit Plinius. Audiui qui ad artificium attribuant Laconico, è cuius ſuſpenſura vapores conuerſos in tenues aſpergines, imbrium modo ſuper capita eorum, qui lauabantur, depluere diximus. Vel quemadmodum aqua Penſilis dicitur, & fluuius Penſilis, ita id balneum Penſile fortaſſe intelligendum, ex quo diximus (auctore Seneca, atque Galeno) calidas perpetuò aquas, vel quales quiſque vellet,& tepidas,& frigidas, velut ex calido fonte depluere,ac tranſcurrere per cameras. Verùm nihil illius blandimenti video in his,quam ob rem populus eas cum tanto plauſu receperit,& quæ ad inuentorem adſcribantur voluptuoſiſſimum. Penſiles ergo balneæ haud publici videtur fuiſſe inſtituti,ſed in priuatis extitiſſe. Vt quæ priuatum habuere auctorem,& priuatam cauſſam,nempè inuentæ ad delicias. Nec vllum veſtigium,

Penſilium balnearū inuentor. Sergius Orata.

Penſile quid.

Aqua penſilis Fluuius penſilis.

Vera balnearũ pẽſilium ratio.

nulla de his in Thermis publicis mentio habetur. Earum verò rationem, in qua tantopere hæſitaui, elicio ex eodem Plinio, cui de rerum antiquarum memoria prima laus ſuper cæteros ſcriptores meritò tribuenda eſt. Penſile enim dicitur ſuſpenſum, & mobile: quales ipſe meminit lib. 59. cap. 5. Tyberij Cæſaris hortos Penſiles miræ voluptatis, quos haud quaquam ponit ſuper ſolario locatos, ſed ſuſpenſos, & mobiles, quos (inquit) ſingulis diebus promouerent ad ſolem rotis olitores. Quod idem clara in balneis authoritate expoſuit libro 26. cap. 3. Dum Cleophantum Medicum commemorat, auctore M. Varrone, alia quoque blandimenta excogitaſſe, iam (inquit) ſuſpendendo lectulos, quorum iactatu aut morbos extenuaret, aut ſomnos alliceret. Iam balneas auidiſſima hominum cupiditate inſtituendo: eaſdem ſcilicet, & ſuſpenſas, vt dixit lectulos. Quam ſententiam confirmant quæ mox paulò ſubiunxit verba, quæ allegauimus; Anxiam nimis fuiſſe Aſclepiadis, & quorundam eum ſequentium curam, tum primùm Penſili balnearum vſu ad infinitum blandiente. Eaſdem & balnearum ſuſpenſuras dixit Seneca. Et Valerius Max. impenſa leuibus initijs cæpta, ſuſpenſis calidæ aquæ balneis.

Suſpenſa balnea.

Vnde ſi iam mente concipias videre hominem in balneo Penſili, vel ægritudine debilem, vel voluptuoſæ vitę, cuius dulci tepore, ac leni iactatu, & nænijs, & dulci concentu tibiarum, ſomno & quieti indulgeretur, iam nihil poteris excogitare ſuauius; Ex quibus intelligitur, neq; lectulorum ritum in publicis extitiſſe: ſed horum quoque, vt Penſilium balnearum, priuata ratio eſſe debuit, maximè ægris.

Lectuli non erant in Ther.

Vtenſilia in Thermis.

Neq; particularium quorundam vtenſilium, quorum in balneis aliquando mentio fit, quæ pueri ſuo quiſq; domino ad balneum anteferebant. Vt de Strigili, quo ſudorem detergebant, meminit Perſius eo carmine Ironico.

Strigiles.

I puer, & Strigiles Criſpini ad balnea defer.

In ægris tamen pro Strigilibus, qui erant vel oſſei, vel ferrei, vel argentei, ſpongia vtebantur, Galeno teſte 10. Methodi. Id genus erat & Guttus, quod Lecythum quoque legitur, in quo ſeruabantur oleum, vel alia vnguenta precioſa ad balneum. Hydriæ, pelues, alabaſtri, aliaq. id genus vaſa, ex auro, argento, ferro, vel interdum lapidibus quibuſdam. Refert Clemens Alexandrinus Pedagogij libro 3. cap. 5. conſueuiſſe nobiles auferre ad balneas vaſa innumerabilia, aurea, atque argentea, quorum hæc quidem ad lauandum, illa ad veſcendum, alia ad propinandum.

Vaſa aurea.

Syndones.

Labra.

Quin etiam carbonum craticulas, & cathedras. Syndones tergendo ſudori præparatas, maximè ægris, meminit Galenus 10. Methodi. Et Smegmata varia, quibus videlicet opus eſſet vel ſcabiem, vel alia cutis vitia expurgare, ex Nitro, vel mollibus ex Aphronitro Gal. vel ex fabarum lomento, vel lupinorum farina, & quod commune euaſit deterſorium, ſapo, Gallorum primùm inuentum Plin. de quo & infrà de Stuphis dicendum. Cæterùm Labra ex Vitruuio, & veſtigijs ipſorum alueorum videntur fuiſſe extructa in cameris ſignino opere, atq; albario: ſic enim legitur lib. 5. cap. 10. Labrum ſub lumine faciendum videtur, ne ſtantes circum ſuis vmbris obſcurent lucem. Scholas autem labrorum ita fieri oportet ſpacioſas, vt cum priores occupauerint loca, circũſpectantes reliqui rectè ſtare poſſint. Aluei autem latitudo inter parietem, & pluteum ne minus ſit pedes denos, vt gradus inferior inde auferat, & puluinus duos pedes. hactenus Vitruuius. Quare, vt arbitror, labra iſta lapidea, quæ multa videmus per vrbem maxima, vicenos & amplius pedes longitudine, erant fortaſſe in priuatis balneis.

Labra in vrbe marmorea.

Vel aliqua fortaſſe in Thermis ad magnificentiam potiùs operis, ac ornamentum, quàm ad vſum, & adlata, vt multa alia ex Aegyptijs operibus, pro ſpectaculo. Alioqui ad publicum vſum non video locum, neq; adeò ea labra fuiſſe uidentur capacia populo. Poſteà uitro quadã extructa fuiſſe conſtat. Pauimentorum autem, ac Lythoſtrotorum, quibus alueos, atque ipſas cameras adornabant, luxus erat inæſtimabilis. Quod certè inuentum Agrippæ teſte Plinio libro 36. cap. 25. In Thermis, inquit, quas Romæ fecit Agrippa, figlinum opus encauſto pinxit, in reliquis albario adornauit. Non dubiè uitreas facturus cameras, ſi prius id inuentum fuiſſet.

Vitreæ cameræ gẽmis, ac argento ſtratæ.

Libro autem 33. cap. 12. uiſas olim ſcribit Balineas gemmis, ac argento ſtratas, ut ne ueſtigio quidem locus eſſet. Argento fœminas lauari ſolitas, argenteis ſolijs, eandemque materiam & cibis, & probris ſeruiſſe. Pauper ſibi quiſq; uidebatur ac ſordidus (ſcribit Seneca ad Lucillum) niſi parietes balnearum magnis, ac precioſis orbibus refulſiſſent. Alexandrina marmora Numidicis cruſtis diſtincta, operoſa undique, & picturæ modo uariata circumlitio. Vitro conditæ cameræ ac Thaſio lapide, quod rarum quondam in templis erat ſpectaculum. Aquam per argentea effundebant epiſtomia, & adhuc (inquit) balneas fiſtulas loquor. Relinquo cũ his ſtatuas illic æternitati deſtinatas, opera tectoria, picturas, ſpeculariorum lapidum luxus, qui antè cameras præbebant lumina, & columnarum ingentium numerum, aliaque tanti operis ornamenta ſine fine.

Aſiaticorum Thermę luxuoſiſſimæ.

Atq; hoc uno tantùm Plutarchi exemplo, quo balneas ſummis ſemper in delicijs fuiſſe apud omnes nationes oſtenditur, hanc partem concludam. Aſiaticos durante ſuo imperio luxuoſiſſimos fuiſſe, ac ex eis primùm

ad

ad Græcos & exinde ad Romanos hunc morem balnearum emanaſſe, apud veterum hiſtoriarum monumenta clarum eſt. Cum ergo Alexander Magnus deuicto Dario rerum tandem Perſiæ, ac imperij eius potitus eſſet, balneumque, vt ſudorem pugnæ leuaret, ingrederetur; aquarum ductus admirans, hydrias, pelues, vnguentorum odores, & alabaſtros, cuncta auro lita, ac miro ornamento inſtructa; ad ſocios conuerſus, & quaſi nimium illudens, luxum, Hoccine (inquit) imperare erat.

De ritibus antiquis in Thermis vrbis. *Cap. XII.*

A PRIMIS ergo Thermarum, ac Palæſtrarum inſtitutis, iam partium earum principalium diſtinctiones, necnon requiſita ad earum vſum magis neceſſaria tetigimus. De Ritibus verò in eis, atq; ordine ſe exercentium, ac lauationum, haud mirum eſt hæc inſtituta ſemper maiorem habuiſſe progreſſum; ſi conſideremus nō ſolùm hinc vitæ elegantiam eos ſeruare conſueuiſſe, ſanitatem, & robur corporis; ſed quod maius eſt in republica emolumentum, quoniã per hęc oblectamenta, aſſidua fiebat in Gymnaſijs frequentia, ac varijs, quas diximus corporis exercitationibus aſſuefiebat iuuentus ad armorum induſtriam, vnde faciliùs poſſet militiæ labores, quando hæc erant prima illius ſeculi ſtudia, ſuſtinere. Huc acceſſerat & alia cauſſa, quoniam qui tepideſcere quodammodo ab honeſtis conatibus cepiſſent, per has delicias retrahebantur à vitijs animi, ſicq. ociũ, quod eſt omnium malorum fomes, tollebatur, ſeditiones arcebantur, & omnes populares corruptelæ. Ex quibus tria inter communes ritus videntur eſſe manifeſta: primùm ſi vetuſtam illam verecundiam, ac Romanum decus reſpicias, ſummam in Thermis honeſtatem fuiſſe ſeruatam. Si maieſtatem populi, omnia in eis fuiſſe magnifica, & ſplendida, veluti diximus, & quæ nolentes illicerent, atq; etiam traherent. Si deniq; communem cauſſam, communem, ac liberum earum vnicuiq; fuiſſe vſum. Erat autem hæc balnearum conditio communiſſima, vt ſinguli balneum ingreſſuri Quadrantem ſoluerent balneatori. Quod planè aliquæ præclaræ declarant auctoritates: primùm M. Tullij pro Cælio, vbi quadrantariam vocat permutationem balneatori fieri ſolitam.

Fines, & vtilitates principales Thermarum.

Thermæ cõmunes.

Quadrantis ſolutio.

Indicat & eo carmine Horatius: *Dum tu quadrante lauatum* *Rex ibis, &c.*

1. Sat. 3.

Vituperans eum Principem, qui vt vnus de multis quadrante lauaretur. Idem Iuuen. auctoritate confirmatur in 6. vbi mulieres quaſdam arguit impudentiæ, quæ communiter cum viris auderent, inquit ipſe.

Cædere Syluano porcum, & quadrante lauari.

Lauari.

Pueri tamen antè 14. annum, nihil ſoluiſſe videntur: teſte Iuuen. Sat. 2. d.

Nec pueri credunt, niſi qui nondum ære lauantur.

Quorum tamen priuata fieret lauatio, hora extraordinaria quæ erat poſt decimam, ij pluri precio lauabant, quod indicat eo carmine Mart. lib. 10.

Balnea poſt decimam laſſo, centumq. petuntur *Quadrantes &c.*

In communi tamen gaudio, erat aliquando hoc munus inter alia Principum, vt gratis lauaretur. Antonini Pij exemplo; quem balneum ſine mercede præſtitiſſe, meminit Iul. Capitolinus. Siue ergo pro veteri inſtituto, ſiue pro ſoluta mercede, hoc manifeſtum eſt, commune, ac perpetuum fuiſſe in Thermis indultũ, vt locus in balneo, cuicunq; tàm primati, quàm plebeio communis eſſet, atq; indifferens. Ex quo intelligitur Tertulliani ſimilitudo aduerſus Marchionem. Quaſi locus in balneis: quia videlicet nec gradus perſonarum, nec vlli proprius eſſet locus in balneis, iam gratuitò conſtitutis, & ad vſum publicum. Erant autem tintinnabula in Thermis ſummo quopiam faſtigio poſita, ęre factitio conſlata, quorum ſonitu populum, ſicuti hodie ad ſacra, conuocari lauandi hora erat ſolitum. Tintinnabulum inter Xenias exhibuit Martialis, eo diſtico.

Loca in Thermis cõmunia.

Tintinnabula.

Redde pilam, ſonat æs Thermarum, ludere pergis?
Virgine vis ſola lotus abire domum.

Nempe indicans elapſa communi hora lauandi, frigeſcere Thermas, ac ſola frigida fore lauandum, & Virgine frigida. Facit ad eandem licentiam Suetonij auctoritas, D. Titum Cæſ. admiſſa plebe nonnunquam in Thermis ſuis lauiſſe. Et Aelij Spartiani alia, Hadrianum Cęſ. tam probatæ vitæ, publicè frequenter ſe lauare conſueuiſſe cum multis, etiã priuatis. Innaſiſſe enim conſuetudo videtur, ex aſſiduis illis exercitijs, vnde ſoluto habitu, ac ſeminudi plerumq; homines degebant, vt non eſſet verecundia ſe nudum quiſq; in balneas exhibere, & etiam in exercitationes. Cuius rei inter alia fidem faciunt ſtatuæ, pręſertim virorum, in quibus videtur minuere potuiſſe corporis gratiam, ac venuſtatem, ſi non pudenda etiam ſimpliciter enudata eſſent. Nonnulli tamen inter exercitationes, aut ſuccincta fibula prodire ſolebant, aut ſubligaculis, quæ & ſubligaria vocabant. Auctore M. Tullio 1. offi. Sce-

Reges lauiſſe cum plebe.

Verecundia in balneis.

Nuditas in verecũdia.

Subligaculorum vſus.

Fibula. nicorum mos tantam habet veteris diſciplinæ verecundiam, vt in Scena ſine ſubligaculo prodeat nemo. Idem affirmat quodam loco Clemens Alexandrinus de Athletis. & Martialis in VII.

Dum ludit media populo ſpectante Palæſtra,
Delapſa eſt miſero fibula, verpus erat.

Et lib. 3. Chionem notat verecundiæ, quæ muliebria in balneis contecta lauaret d,

Subligar.

Tecta tamen non hac, qua debes parte lauaris.
Si pudor eſt, transfer ſubligar in faciem.

Bal. promiſcua. Baln. muliebres. Cæterùm cum hac licentia balnei, videtur diu admodum perduraſſe mulierum verecundiã, quę non promiſcuè cum viris intrarent in balneas, niſi per abuſum. Hinc tot priuatarum balnearum numerus. Et quædam videntur publicæ fuiſſe muliebres, vt Agrippinæ Auguſtæ Neronis matris. Olympiadis item balneæ in Suburra. Et quas trans Tyberim, quaſi extrà conſpectum hominum habuiſſe Ampelidem, & Priſcilianam ex P. Victore recenſuimus. Conqueritur hac de cauſſa in ſuis amatorijs Propertius, non eam eſſe tum Romanis virginibus in balneis libertatem, quibus cum more Spartano publicè liceret certare, & lauari, his verſibus.

Multa tuæ Spartæ miramur iura Palæſtræ,
Sed magè virginei tot bona Gymnaſij.
Quòd non infames exercet corpore laudes
Inter luctantes nuda puella viros,

Verecundiã inter affines. Refert Plutarchus inter laudabiles Catonis illius Cenſorij mores, hoc ſummæ laudi illi ceſſiſſe, quod cùm filio nunquàm lauiſſet. Imò Val. Max. ſcribit de inſtitutis antiquis, nec pater cum filio pubere, nec ſocer cum generos lauabatur: quia inter iſta ſancta vincula, non magis quàm in aliquo ſacrato loco, nudare ſe nefas eſſe credebatur. Sed tranſeamus iam ad eos ritus, qui communi vſu retinebantur in Thermis. Per initia inſtituti huius, narrat Seneca ad Lucillum conſueuiſſe veteres quotidie brachia, & crura lauare, totos nundinis ſolùm. Cęterùm poſt Magni Pompei ætatem (cuius memoria notatur pręceps bene inſtitutæ Reip. lapſus) totos ſingulis diebus lauari cœpiſſe. In vniuerſum, quicunq; in exercitijs ſuis, aut laboribus defatigati eſſent, vix ſanam vitam putaſſent, niſi balneas ſtatim intrarent, vbi ſudorem, ſordes, puluéremq. detergerent, ac in totum ſe molli aquarum fotu recrearent. Quo planè fit, vt mirũ eſſe non debeat, neq; luxui adſcribendum, quod quidam ſepties eadem die tum lauari conſueuerint, quod Plinius in primis refert: ac poſteri ſcriptores Commodum Cęſ. & Gordianũ id aſſerunt factitaſſe. Sic enim intellexere quotieſcunq; exercerentur, laſſitudinis ac refrictionis vitare pericula, obſtructiones tollere, cutis aſperitatẽ lenire, facieĩ, manuũ, ac vniuerſi corporis decorem conciliare. Erant tamen lauandi horę conſtitutę. Scribit Iul. Capitolinus antè Alexandri Seueri tempora nunquam Thermas antè auroram apertas fuiſſe, & ſemper antè ſolis occaſum claudi conſueuiſſe. Communiter verò lauandi hora erat à meridię ad veſperũ, quãdo (inquit Vitruuius lib 5. cap. 10.) maximè calidæ auræ aſpirare incipiũt: cui omnes aliæ auctoritates conſentiunt. Hadrianus Cæſ. (inquit Aelius Spartianus) antè horam octauã in publico neminem, niſi ægrum, lauari paſſus eſt: quod erat duas horas poſt meridiem. Vbi operæ precium eſt horarum apud antiquos rationem habere, qui diem artificialem quolibet anni tempore diſtinguebant horis duodecim, & noctem per vigilias. Horæ ergo erant inæquales, maiores æſtate, quia lõgiores tũc dies; minores hieme, & proportione cæteris temporibus. Haud tamen intelligendum eſt eos à prandio vſos balneis fuiſſe; Nam & prandij frequens mentio occurrit apud auctores, ac rationem eius, & menſæ ſimiliter & cænæ planè explicat Plutarchus Sympoſiorum 7. Vbi quoniam prandium antiquitus vitio vertebatur, vel panem (inquit) ex mero edisſe intinctum, ideò vir Romanus impranſus, aut ientaculo tantum manè refectus, bonã diei partem impendiſſet negocijs: mox à meridie, à ſexta nimirùm ad decimam horam, exercitijs & balneo, à balneo autem, circà vigeſimam ſcilicet & ſecundam horam, cænabat opiparè. Quam diei atq; horarum partitionem conquiſitè in eo Martialis epigrammate compra henſam habemus.

Septies quoſdam lauari. Lauandi hora. Horologij ritus apud antiquos. Prandij, & cænæ vſus.

Martial.

Prima ſalutantes, atq; altera continet hora,
Exercet raucos tertia cauſidicos.
Ad quintam varios extendit Roma labores,
Sexta quies laſſis, ſeptima finis erit.
Sufficit in nonam nitidis octaua Palæſtris,
Imperat extructos frangere nona toros.
Hora libellorum decima eſt Eupheme meorum,
Temperat ambroſias cùm tua cura dapes.

Octauam verò diei horam fuiſſe lauationibus propriam, tùm publica, tùm priuata teſtantur

exem-

M. Tull.

exempla: M. Tullius ſcribit ad Atticum de Cæſare: Ambulauit inquit in littore, poſt horam octauam in balneum, vnctus eſt, accubuit, edit, bibitque opipatè. Horam & diſtinctionem temporum aliquam adnotamus ex Galeno 5. de ſanitate tuenda, d. Antonius Imperator cognomento Pius, ad curam corporis promptiſſimus, ſub breuibus, ſcilicet diebus, ſole Occidente in palæſtram ingreſſus; ſubinde oleo perunctus lauari erat ſolitus: in Solſtitio autem hora noua, aut ad ſummum decima. Porrò quod legitur apud aliquos auctores, Thermas aliquas fuiſſe Hiemales, aliquas Aeſtiuas; hæc non erat communis omnium diſtinctio, ſed quarundam à certo cœli ſitu diſpoſitio. Quales Hiemales feciſſe tradit Vopiſcus Aurelianum Cæſ. in Tranſtyberina regione; nimirùm quæ ad meridiem expoſitæ, apertè ſolis fouebantur aſpectu, itaque ad Hiemales exercitationes aptiſſimæ. Aequa ratione Aeſtiuas in Gordiano Iuniore meminit Iul. Capitolinus, quæ in opaco ſitu inter montem Cœlium & Eſquilias, grata æſtate exercitationibus præſtabant vmbras. Alioqui penes anni tempora, vix vlla erat lauandi diſtinctio, ſed benè perſonarum. Nam quicunq; lauabantur ad exercitium, indifferenter tàm hieme, quàm æſtate lauiſſent, quandocunque ſcilicet exercerentur etiam ſepties die, Plin. Sanitatis verò & mundiciei cauſſa: quandocunque opus fuiſſet, vel ad priuatam cuique conſuetudinem, vt de Telepho Grammatico meminit Galeno 5. de ſanitate tuenda, qui lauari conſueuerat hieme bis menſe, æſtate quater, medijs verò temporibus ter. Et de Primigene quodam philoſopho, qui, qua die non lauiſſet, febricitabat omnino. Ad delicias autem ac voluptates, vel me tacente, priuata quoque ratio eſſe debuit, & citrà vllam aut regulam, aut menſuram. Vnde Meridianæ lauationes leguntur, atque etiam ante meridianæ, & veſpertinæ. Et Stephani balneæ clara luce celebres Martial. Nec non pro lauationibus nocturnis, Lychnuchi in Thermis penſiles, græca forma: monomixi, dimixi, trimixi, polymixi, ideſt angulorum & luminum, vnius, duorum, trium, plurium. quorum vſum, atq; genera fusè proſequitur Athenæus lib. 15.

Galenus.

Thermæ hiemales & æſtiuæ.

Baln. vſus penes anni tempora.

Lychni in Thermis.

De vtilitatibus Balnearum, & quando primùm Balnea in vſum Medicinæ venere. Cap. XIII.

PRo eo igitur vitæ genere impigro ad labores, & pro exquiſita corporum cura illius ſeculi, in quibus maximè robur virium, ac ſanitas conſeruatur; non aliam legimus fuiſſe Romæ medicinam ſexcentis annis, quàm balnea vel empyrican forſan præſidia. Quod ex Plinij verbis elicitur lib. 29. cap. 1. Receptos primùm è Græcia Medicos L. Aemilio M. Licinio Coſſ. DXXXV. Vrbis Romæ anno. Imò dum longiùs illorum ritus, ac vtilitates cum illis inſtitutis recognito: hanc præcipuam inuenio in eis adhibitam fuiſſe medicinæ methodum, ac dignam nobis imitationem. Vt cùm potiſſima hæc eſſe debeat, ad arcendas à corpore omnes infirmitates intentio, ac cura, vt corpus ſuperfluitatibus vacet, hâc optimè aſſiduus balnearũ vſus præſtaret, quoniã à cētro omnes ſuperfluitates traheret ad circumferentiam. Hinc diſce modum ad rectam imitationem: nam pro aſſiduo illo, ac conſueto naturæ motu ad ſuperficiem, nulla fiebat in venis, nec in principibus membris humorum aggregatio, ſed aſſidua attractio, ac totius corporis purgatio. Et ſi verendum eſſet, ne ex tranſitu ſuperfluitatum eiuſmodi ad cutim, morbi ſcaterent cutanei, ſcabies, pruritus, defluxiones, abſceſſus, podagra; horum omnium in ipſis balneis communis erat curatio. Qua propter cum eo ritu frequenti balnearum, & exercitationum, & tàm rure quàm militiæ, perrari erant, niſi qui ob cœli inclementiam graſſarentur morbi. Nam quæ ex malo vitæ regimine, ac externis cauſſis contingere potuiſſent vitia, omnia communi vſu lauationum, ac cultu corporum curabantur. Ac medicina introducta, rarus fuit tamen pharmacorum vſus, quæ habentur hodie horrenda, Peplium, Elleborus, Scammonium, Elaterium, Colocynthis, Lathiris, & ſimilia. Nam contrà quàm quis hodie ſua iactet benigniora Antidota, plurimas illi pro ritu illo balnearum, anticipabant, arcebantque ægritudines; nec niſi inueteratis, animæque propemodum intimatis morbis, Deleteria illa ſumebant: vnde raró eis contingebat vti. Quæ vulgò hodie graſſantur in ſingulos, ſcabies, impetigines, lepra, atque alia huiuſmodi cutim deturpantia vitia, perrara erant; purgamentis id genus ſanguinis, per balneas quotidie diſſipatis. Lichen Romæ, & in Italia, non antè Tyberij Cæſ. principatum viſa, per contagium ab alienigenis inculriorjs vitæ adlata: Pli. Ac Licheni ſimilis Lues Venerea noſtri ſeculi, fortaſſe non tam frequenter ſuum virus ex concubitu propagaſſet, ſi prius quàm medulis inhæſiſſet, per balneas, ac exercitia fuiſſet exturbata. Paucos item ex antiquis Podagra laboraſſe, teſtis eſt Plinius: cùm tamen multis hodie domeſtica ſit, etiam mulieribus menſtruatis, ac lauationibus irritatur. In totum ignoratur hodie à medicis Decorationis ars, tam ad cultum corporis neceſſaria, quę erat tunc ad vſum illum Thermarum notiſſima.

Medicinæ introductio.

Summa ratio Salubritatis balnearũ.

Medicina rumacriũ vſus.

Morborũ viciſſitudines.

Decorationis ars in Ther.

tiſſima. Nec ferè legimus in antiquis auctoribus medicis vllum decorationis remedium, quod non inter balneas adhibendum ſit, ob id vix intellectum, ne dum miniſtratum à noſtris medicis. Talia ſunt pilis, capillisque cuſtodiendis varia remedia; pariterque viſui conſeruando, odoratui, guſtui, dentibus, gingiuis, thoraci, & quæ ad gratiam denique faciunt vniuerſi corporis. In his & animi quoque paſſiones alleuiabant, triſtitiam, odium, mœrorem, cupidineos amorum affectus: ne quid interim dicam de inſania emendanda, & de memoria reficienda; quæ nihilo ſecius infrà, quùm has balneas ad noſtros vſus accommodabimus, fient perſpicua.

Balnearũ vſũ in Medicina.

Porrò quando ad vſum Medicinæ primùm venerint balneæ, nec id ſatis compertum eſt. Nam earum meminit Hippocrates, vtpote ſalubris, ac vſitati ſuo tempore remedij, 111. de ratione vict. in morb. acutis. Meminit & Plinius auctoritate M. Varronis lib. 26. cap. 3. Cleophantum percelebrem Medicum, inter multa quæ excogitauit ægris blandimenta, balneas quoque inſtituiſſe cum auidiſſima hominum cupiditate. Nec minori poſteà auctoritate Aſclepiades M. Pompei ætate, vbi multa ſagacitate ingenij cum omnem Medicinam abrogaſſet, reliquit balneas, vſu tunc penſili balnearum ad infinitum blandiente. A quibus temporibus quanquàm non pauci interceſſerant medici alieuius nominis, qui modò damnauerint balneas, modo comprobauerint; in vniuerſum tamen apud bonos auctores, inter præcipua remedia earum mentio fit. Inter quos Cornelius Celſus Auguſti Cæſ. ætate, Cleophanti præcipua inſtituta collegiſſe videtur, quæ nos quum de Febrium balneis tractabimus, exponemus. Vt eadem quoque ſecutos apud Galenum legimus, ac auxiſſe etiam aliqua; Antonium Muſam, Andromachum, Archigenem, Ruſum, Eraſiſtratum, magnos omnes eorum temporum medicos.

Galeni in ſutura: 10. Meth.

Donec tandem Galenus, quo auctore medicina ad ſummam perfectionem perducta eſt; balneas non ſolùm ad omnem vitæ cultum confirmauit, verum etiam eas vt ſaluberrimum, atque vnicum in certis febribus remedium celebrauit.

Libro de Maraſ.

Quæ quoniam omnia eius ſcripta paſſim declarant, vt opportuno quæque ſuo loco citabimus; hic ſatis eſſe videtur, in vniuerſum aliquas eius vtilitatum cenſuras proponere. Primùm 10. Methodi: Summa inquit vtilitatum, quas de balneis relaturi ſumus, hæc eſt: Quòd ex balneis vacuatur quicquid in corpore vel fuliginoſum, vel fumidum fuit: conſiſtunt autem in naturali ſymmetria tùm caro ipſa, tùm cutis. Solidarum autem partium ariditas corrigitur, & calor non modò is qui ex lauacro acceſſit, verum etiam qui prius fuit, ex frigidæ vſu remouetur. Maximo huius rei documento eſt conſtitutio eius ex balneo, qui in ſole feruente iter fecerit, vel vtcunque ſolidarum partium ariditatem contraxerit. Quippe accedunt ad balneum, ne loqui quidem prælinguæ ac faucium ſiccitate valentes, totumq; corpus ſtipulæ ritu aridum habentes. At egreſſi è frigida, illicò omnia pro naturæ habitu recipiunt, nec febrili calore vexati, nec ſiccitate afflicti, promptè loquentes, ac plurima ſitis parte leuati. An igitur euidentius adhuc balnei vires in ſicco & calido corporis affectu videre deſideras? Contrà qui non lauerint, hæc ſequi videntur incommoda, aut enim ſtatim febricitabunt, aut multo affecti tædio, & grauato capite perſeuerabunt.

De Medici.

Quinetiam multi iuuenes, potiſſimè qui valentibus ſunt viribus, & frigido Solio aſſueti, vbi illicò ſe in aquam frigidam proiecerint, iuuantur. Hæc & alia ibi Galenus. qui & in libro de Maraſmo, hoc habere mirabile teſtatur balneas, quòd caliditates, & frigiditates, & ſiccitates iuuant; quemadmodum & hoc quòd non ſitientibus ſitim accendunt, eandemq. ſitientibus tollunt.

5. de ſan. tuen.

Et in 3. lib. de officina Medici: Fere mortuos, inquit, illùc profectò calfaciunt balneæ, etiamſi valde frigefacti fuerint, exuſtos, verò atq; incenſos non lædunt. Cæterùm inter innumera ſingularium exempla, ex quinto de ſan. tuen. libro adducemus aliqua. Ex ordine his balneis vſus Antiochus medicus, octoginta annos, & amplius ætatis exceſſit. Telphus verò Grammaticus prouectioris adhuc ætatis, quippe qui centum ferè annos vixerit, ſenſibus illæſis, membris validis, & inculpatæ omnino ſanitatis ad extremum vſq; diem. Lauabatur autem is hieme bis menſe, æſtate quater, medijs temporibus ter: ſenectus enim aſſiduum balnei vſum minus ſuſtinet: quibus verò diebus nõ lauabatur, circa tertiam horam ſe perungebat cum exigua frictione, mox mel optimum crudum cum halica eſitabat pro ientaculo. Rarum verò exemplum, Primigenes philoſophus ex ſecta peripatetica ea ætate celebratiſſimus, qua die non lauiſſet, febricitabat omnino. Erat autem is (ſubdit Galenus) cutis adſtrictæ, ac mordacis caliditatis, vnde neq; prius exercebatur, vt de more conſueuerant, nec breuem quidem inambulationem in porticu, quæ eſt ante balneum inibat; his enim naturis, vtpote quæ multa fumida gignunt excrementa, ſaluberrimum eſſe balneum cenſetur.

Therma cur aliquibus fuerint derogata. Cap. XIV.

THERMARVM igitur cùm vniuerſalis fuerit applauſus, ac tanta emolumenta: attamen, quæ fermè eſt rerum omnium mortalium labes, damnatas interdum conſtat, ſeu per iniuriã, ſeu per abuſum, ſeu per inuidiam etiam medicis. Parum enim tranſiluit hic ritus laudabilis, introductis medicis, quando ſub Neronis principatu Theſſalus, qui ſe Iatronicem appellauit, cæpit multa veteris medicinæ abrogare. Et in quo apertior cæpit inuidia, Carmis eadem ferè ætate ex Maſſilia inuaſit, qui non ſolum priores damnauit Medicos, ſed & balneas: quorum auctor eſt Plin. lib. 29. cap. 1. Iure publico nunquam interdictas legitur: niſi (vt vſu euenit) in communi luctu, ac magnis Reipublicæ incommodis: quod apud Liuium aliquoties accidiſſe notauimus. Et Suetonius ſcribit, defuncta Druſilla iuſticium indictum à Caligula, in quo riſiſſe, lauiſſe, cænaſſe cum parentibus, aut coniuge, aut liberis, capitale fuit. Ab Homero primùm inter voluptuariæ vitæ delicias balnea commemorata ſunt, Odyſſeæ lib. 7. Ex Latinis verò gulæ vitio illa primùm damnauit M. Varro, Plutarchus item in Sympoſijs, ex eo Columella lib. 1. quòd pleriq. ſui temporis, ſaturi cibo, potuq. diſtenti, excoquere quotidianam epularum cruditatem in Laconicis conſueuiſſent, exſuctoq. ſudore ſitim quærere, ac ita rurſus ad cænas eſculentiores reuerti. Quo vitio damnantur præcipue à Satyricis. vt Horatius.

Publica interdicta.

Thermæ voluptuariæ.

Crudi, tumidiq. lauantur. & Perſius
Turgidus hic epulis, atq; albo ventre lauatur.
Turgidus & crudum pauonem in balnea portas Iuuenalis
In Thermis ſumit lactucas, oua, lacertum, Martialis
Et cænare foris ſe legat Aemitius.

Luxum verò qui ſuprà modum creuerat, deteſtatur bonus Seneca ad Lucillum Quippe ſtrata argento balnea, eodemq. epiſtomia, tantũ ſtatuarum, tantum columnarum, gemmarumq. impenſas exprobrans. Et præter hæc, abuſum ſpeculariorum lapidum in Thermis deteſtatus, ſua quoq; ætate inuentum: perlucente nimirùm teſta eius lapidis antè balneas, ex cuius perſpicuitate, reflexa nudorum qui intus lauabantur corpora, maiora & quaſi gigantea ſpecie apparebant, nudis puellis, & catamitis procacibus ad hoc irritamentum laſciuiæ introductis. quod riſit Perſius.

Specularij lapides in Ther.

Elixaſq. nates labefactat forcipe adunca.

Hunc morem tacitè taxauit Lãpridius in Seuero, qui aliquando luctaminibus mollioribus daret operam. Porrò ocij in eis, & molliciei fomenta conqueſtus Seneca, quid mihi (inquit) cum iſtis calentibus ſtagnis? quid cum Sudatorijs, in quibus, ſiccus vapor corpora exhauriens includitur? omnis ſudor per laborem exeat. Plutarchus etiã narrat, hanc fuiſſe priorum Græcorum cenſuram, nihil aliud adlaturum aliquando Romanis ſeruitutem, ac molliciem, niſi balnea, atq; gymnaſia huiuſmodi. Vtpotè quòd in his relangueſcerent adoleſcentium animi, effœminarenturque. Cui ſentẽtiæ conſonat Aphoriſmus Hippocratis 16. quintæ ſect. Calidum inquit, ubi quis ſæpius eo utatur, hæc mala afferri carnium effœminationem, neruorum incontinentiam, mentis torporem. Proinde priſca illa Romuli proles, & qui militares faciebant delectus, ruſticam plebem aptiorem armis eo potiſſimùm nomine iudicabant, quòd balneariũ deliciarum ignara eſſet, ut Columella, & Vegetius, & anteà Liuius de Ligurum diſciplina teſtantur. Hinc enim puerorum concupiſcentias gigni, hinc ſomno & delicato cibi genere debilitari corpora, degenerareq. penitus à maiorum fortitudine, delapſis in contrarium cauſſis, ac primis inſtitutis Thermarum. Græci quoque ſcriptores Romanis id uitium imputant, qui uxores ſecùm nudas in balneas introducerent, unde minus honeſtè alios hanc licentiam ſumpſiſſe. Quàndo eo vſq; proceſſiſſe hominum ſolutio uiſa eſt, ut eas pleriq; in turpem conſuetudinem uerterint, omnem promiſcuè in Thermis uoluptatem, ac libidinem explentes, ut iampridem Pontanus ſatis lepidè illas delicias æmulatus uidetur; his uerſibus.

Delectus militaris.

Thermæ promiſcuæ.

Quid Thermæ, niſi lene, molle, mite?
Hic fas eſt iuueni, hic licet puellæ,
Certatim teneros inire luſus.
Hic & baſia, morſiunculaſq.
Subreptim dare, mutuos fouere
Amplexus licet, & iocari,
Hanc legem ſibi balnea edidere, &c.

Hunc morem promiſcuè lauandi acriter inceſſit Cælius Cyprianus, & D. Hieronymus. Ante alios uerò nephandam fuiſſe corruptelam apud Clementem Alexandrinum legimus, qui

Corruptela in Thermis.

Clemens Alexandrinus.

qui de moribus chriſtianis Pædagogis conſcripſit libros, ſub Seuero, ac Antonino Principibus. Eò venere inquit intemperantiæ mulietes noſtri temporis, vt cænent, & ſiut ebriæ dum lauantur. Viris autem & fæminis communia aperta ſunt balnea, ac ex eo exuuntur ad intemperantiam. Itaque ipſæ ſuis maritis non ſe exuerint, ſimulatum pudorem probabiliter præ ſe ferentes. Licet tamen alijs volentibus, eas quæ domi ſunt incluſæ, nudas videre in balneis. Hic enim ſe exuere ſpectatoribus, tanquam corporum cauponibus, non erubeſcunt. Quæ autem non vſque adeo pudorem exuerint, externos quidem excludunt. vna autem cum ſuis miniſtris collauantur, ſeruis nudæ exuuntur, & ab eis item nudis fricantur. Et aliæ. Cæterùm frequenter legitur huic licentiæ Thermarum fuiſſe animaduerſum: ac lata fuit inter prima illa inſtituta lex Cenſoria, vt à promiſcuis abſtinerent balneïs. Nec mulieres commune lauacrum cum viris, libidinis cauſſa intrarent, repudij & dotis amiſſione periculo. Quod poſteà in l. fin.C. de repud. ſancitum fuit, ac fortius ſubinde in auctentica de Nuptijs intimatur. Vir qui Thermas mulieribus diſcertas violenter intrare præſumpſiſſet, capite puniretur. Spartianus Hadriano Cæſ. tribuit, qui lauacra pro ſexibus ſeparauit. Iul. verò Capitolinus M. Aurelium Cæſ. diu aliquas Thermas clauſiſſe. Heliogabalus cum omni luxus genere eſſet effœminatiſſimus multas balneas in amicarum illecebras extruxit, ac paulò poſteà odio illarum captus, vel vbi ſemel in ſingulis ſe lauiſſet, dirui iubebat.

Leges in Thermis.

Thermæ ad ritus ſanctos Eccleſiæ ſubrogatæ. Cap. XV.

Thermarum ceſſatio.

QVANQVAM ergo procliues ad nequitiam multi Thermas à primis illis inſtitutis in malam partem contraxerint, vix tamen vllus potuiſſet abuſus ipſarum gratiæ derogare. Niſi quando iam declinante imperij orbis terrarum maieſtate, deſijſſe quoque paulatim Thermarum cauſſam veriſimile fit, ac minùs balnea frequentari. A labore, inquam, qui, ob honeſtas quas diximus cauſſas, lauationum morem inuexerat, ad deſidiam deflnximus, adeoque multo ſegnius homines in curam corporis, elegentiamq. ſtudium poſuere, tranſlato in Orientem imperio, ſic volente diuina prouidentia. Ex eo enim tempore graſſantibus in Italiam tot bellis Vnandalorum, Gothorum, Hunnorum, Longobardorum, vt rerum quoque aliarum viciſſitudines neceſſitate quadam ſequi videntur imperia; tota paulatim Europa in alios ritus conuerſa eſt. Italia verò princeps, non ſolùm tantarum rerum fecit iacturam, verum etiam corrupta cum illorum aſſidua barbarie, antiquum illum decorem in totum ferè dimiſit: minus ad præſtantiam excitari, non arma exercere, niſi aut ciuilia, aut ſeruilia interdum, non corporis robore, nec labore cæteros antecellere curans. Quo rectè quidem factum eſt, vt ſacroſancta Chriſtiana religio, iam rerum potita, ſicut durantes Thermas tolerauit; ita collapſas, ad tollendum luxum, qui ſolus remanſerat, reficere neglexerit, poſteritate in alia ſtudia iam conuerſa, ac deliciarum illarum oblita. Donec paulatim deleta illarum ſuperſtitionum credulitate, qua diu illaqueata iacuit tota antiquitas; loca Thermarum, ac ſtructura ad honeſtiorea chriſtianæ vitæ ritus redacta, ac Thermæ conuerſæ ſunt in templa. De quarum rerum mutatione, non humanum dixerim conſilium, non refugium poſteritatis, non occaſione ſecutos homines; ſed diuinum potius contemplamur iudicium: quando ceſſatis iam diu oraculis (quod mirari viſus eſt Plutarchus, & ante ipſum M. Tullius) ac ipſis auctoribus tunc illos mores, ac luxus damnantibus (vt dictum eſt) irridentibuſq. vaticinia, auguria, vanaſq. alias id genus diuinationes, quaſi ex ore diuino vaticinatum, legimus admirabilem vatem,

A diuino conſilio.

Virgilij vaticiniũ.

Magnus ab integro ſeclorum naſcitur ordo.

Comparatio, ac cultus in Templis. Copia, ac magnificentia ecclesiarum s. Petri in Vrbe magnificentia, & Gregoriani Sacelli

Diuino inquam conſilio putandum, inter illas ſuperſtitiones omnem ceſſaſſe Thermarum cultum, & in religionem ceſſiſſe, vtq. videamus omnem illarum magnificentiam iam ſuperatam eſſe in templis. Quod rectè factum eſt, nec indecora fuit viciſſitudo: nedum quia ipſa inſtituta à delicijs, ac vitijs mutata videamus ad honeſtiores, ac ſanctos mores, ſed pro ipſorum etiam templorum magnificentia, atque ornatu operum, in quibus non minora habentur animi, & corporis oblectaméta, ac ſalubriora exercitia, quàm in Thermis illis, & palæſtris. Imò cùm repleuerint iam templa ſacra vniuerſum terrarum orbem, quæ videmus militantem vbique eccleſiam fræquentare, & colore (taceo in reliquis terris amplitudinem, & magnificentia exempla innumera, in ampliſſimo Sancti Petri templo ſuperatum iam eſſe ſuperbum Pantheon ſupremo baſilicæ culmine) planè ſi reliqua tanti operis membra cenſeamus, & cum excellentia columnarum, opera pictorum computemus, plaſticæq. ornamenta in muſæis, ac lythoſtrotis, quæ ſacrarium hodiè GREGORIANVM, quaſi cæleſte quoddam angelorum oraculum adornant, ſint imitanda; iam verè fatebimur

mur

mur ſumptuoſiſſimum hoc omnium templorum archetypum, non Thermas modò, ſed Salomonis etiam templum in omni ſua gloria, ac diuitijs ſuperatum, ac inter maiora quoque mundi miracula fore numerandum. Cùm verò priſca illa Thermarum monumenta non tantopere à nobis fuerint indaganda, niſi ad ea cognoſcenda, quæ hoc tempore ſunt ſcitu neceſſaria; cæterùm quis palæſtras illas, aut exercitamenta in Thermis conſerat cum chriſtianis exercitijs? Erant illa quidem ad militarem diſciplinam, & ad liberalium artium cultum, pro illo tempore recta inſtituta, faciebant ad ſanitatis tutelam, & ad munditiam corporis, nec minus per eam celebritatem exercitabantur iuuentutis ingenia à deſidia, atq. ocio ad exercitia, & honeſtiores conatus, ſic tum ferentibus illis ſeculis. At hoc tempus (vt comici vtar verbo) aliam vitam adfert, alios mores poſtulat. Imò cùm ſatis ſufficiat ad vitam conſueta obire exercitia, & non minus laudatæ ſint in Thermis deambulationes, quarum cauſſa longiſſimæ ſiunt hodie in templis porticus, atque areæ, iam non ociari in ipſis templis, nec deſidiam dixeris, quin potius & commeatus ille popularis, & aſſiduæ ſtationes, concurſuſq. ad aras, vigilantia illa, & horariæ preces & ſtare, quoddam exercitij genus ſunt. Et quid dubium, quòd inſtituta eiuſmodi ſobrietatis, & continentiæ apud medicos pluris ſunt æſtimandæ ad ſanitatem, ac firmitatem comparandam, quàm omnis illa lautitia, vel ſoluta ad omnem luxum licentia? Declamationes in noſtris eccleſijs, & in oratorijs, pſalmodiæ, cantus, ſonitus tibiarum, & organi, communc iubilium in diuinam gloriam, nonne hæc omnia honeſtiſſima ſunt ſtudia, & longè aliæ animi & corporis deliciæ? ad quas nullam habent præludia illa in Thermis rationem. Per hæc verò quidem non derogatum velim, aut concluſum contra Thermarum mores, immò quoniam rerum Romanorum magnitudinem nulla vnquam delebit obliuio, vigebit & in his noſtris monumentis aliqua eorum memoria, ac condecens hæc videri poterit viciſſitudo, vt tam præclara inſtituta ſi non inſtaurentur, ad ſanctoa ſaltem ritus eccleſiæ ſint ſubroganda.

Chriſtiana exercitia in templis.

Sanitatis ſtudia in Sancta religione

De Thermulis, quas Stuphas appellant, ad imitationem Thermarum. *Cap. XVI.*

PER hæc inquam communia Thermarum inſtituta, quæ ſat erit ad notitiam tanti ritus nos reuocaſſe in nouam lucem; ſatis quidem perſuaſos credimus Reges, ac rerum publ. rectores, ſi quando Thermæ inſtaurandæ eſſent, digna optimo principe fore munia, atque hanc laudabilem habitura rationem. Quoniam non ad lauationum dumtaxat vſum erunt comparandæ, ſed publica hæc fore gymnaſia, vbi hoc maximè tyrocinio allici deberet iuuentus, ad bonas artes capeſſendas, ac prima in eis laborum, & militiæ rudimenta experiri. Et quando non aliæ hinc ſuppeditarentur vtilitates, quæ maximi ſunt momenti in omni republica, retractio fieret popularis à deſidia, atque ocio, cultus in eis haberetur, ac cura corporum. Et tandem pro vitæ, ac ſanitatis cuſtodia, tanquam commune Aſylum, ac refugium conſtitutæ eſſent publicæ commoditati. Porrò ad ea, quæ deinceps de lauationibus arte parandis, ad imitationem Thermarum, ad vſumq. medicinæ ſcribenda reſtant; duplicem hæc inſtituta habere poterunt vtilitatem; vna quidem eſt ad veræ medicinæ, quam iuxtà Galenum profitemur, doctrinam aſſequendam (ſunt enim Thermæ quædam medicinæ pars) quæ in his inſtitutis nata primùm, & ſcripta, & tradita nobis, multam in eis videtur habere neceſſitatem, & ad intelligentiam, & ad vſum: Altera verò vtilitas eſt, ad rei balneariæ complementum: quæ enim præſidia præſtare non valent balnea naturalia, vtpote calida, & ſicca, ac aduerſa certis morbis curandis ac maximè febribus; eandem nobis abundè ſuppeditant in Thermis artificialibus lauationes. Ad quarum exarationem idcirco, penes illa inſtituta accingimur. Tentauerunt autem noſtri veteres nonnulli antiquatam iam fermè hanc medicinæ partem literis inſtaurare; quod tamen ex rei obſcuritate, & quæ in omnium ferè ſcriptorum monumentis diminutè ac ieiunè admodum præſtiterunt. Quos inter, minus congruè fecerunt quidam hodie ex Germania ſcriptores, qui ſuas Stuphas in locum Thermarum ſubſtituere auſi, iam poterunt ex prænarratis à nobis de earum amplitudine agnoſcere, quantum aberrent: quippe vt cecinit quondam Poëta ille egregius.

Inſtaurãdæ Ther. rationes.

Quæ de artificialib. balneis tractanda ſint.

Sic canibus catulos ſimiles.
Sic maximis minima: Cicero.

Quare in primis quid de Stupha ſentiendum ſit, nunc breuiter incipiam. Vtimur quidem in Italia, & frequentius in Germania duplici Stupharum genere: quod vocabulum à græca etymologia quidam adpoſitè deriuant, quaſi ſtipa, quod arctiſſimè hæ concamerationes pro ſeruando calore ſtipari ſoleant. Sunt enim aliæ priuatæ, ac tepidi aëris, quas ad proprios vſus, in hibernis maximè Germani, & vlteriores populi communiter ſibi comparant,

Stupha quid.

rant,

Stuphæ mercenariæ damnantur.

rant, ac nobili artificio aliquas, vt dicemus. Aliæ publicæ, vel mercenariæ potius, tonſtrinæ modo, vbi lauantur, ac ſudant, & cornua quædam ſcabioſis applicantur, ad trahendum è ſuprema cuti ſanguinem. Quarum tamen vſus à medicis non admodum laudatur. Tum quia in his nulla hodie recta ratio habetur, vt quæ ad mercedem dumtaxat apertæ ſunt, & promiſcuæ omnibus. tàm ægris & contagioſis, quàm ſanis. Tùm Stupharum ipſarum vitio, quæ anguſtæ & tenebricoſæ, carent omni cõmoditate, & omni delicia, ac noxiæ idcirco multis, ac inuiſæ potius quã gratæ aut vtiles. Quare ſi ad ordinem, quem dicemus, conſtituantur, non vtiles ſolùm ac gratæ omnibus, verumetiam neceſſariæ in Republica videri poterunt. In primis conſtituenda eſſent loca aliqua ad decorem & cultum ciuitatis: quæ videlicet non eſſent communia omnibus, & tam ægris quàm ſanis; præſertim hoc tempore, quando morbi graſſantur contagioſiſſimi. Audiuimus quædam publica lauationum loca apud Brabantos, aliquandiu fuiſſe clauſa, & refrixiſſe, quòd in promiſcuo illùc hominum concurſu, vulgò omnes noua lue afficiebantur, quam Gallicam, & alij Hiſpanicam appellant, alioqui omnibus iam nationibus communem. Et cum in quolibet morbo diſcrimen contagij ſit, maiorem in modum graſſantis peſtilentiæ tempore cauenda ſunt.

Stupharũ nouarum conſtitutio.

Præparatio ad ſtuphas.

Ingreſſuri ſint vtcunque leuiter exercitati, qui ſi in exercitatione ſudauerint, haud moram trahant, ſed confeſtim exuti lauentur, ac exſiccentur, Ingrediantur autem ieiuno ſtomacho ſemper, ac ventre vacuo, non aliqua ex parte dolentes, non febricitantes, nec inſignem quampiam euacuationem paſſi, præſertim ſanguinis, nec ſint aut inedia, aut lõgis vigilijs extenuati. Nec inter lauandum aut venere, aut cibo, aut potu vtendum; in quem errorem nonnullos cum vitæ diſcrimine incurriſſe cognouimus.

Mane an veſpere lauãdum.

Mane, an veſpere vtilius ſit; matutinum tempus omnes illas conditiones requiſitas comprehendit, quietem corporis, ſomnum prægreſſæ noctis, ſtomachum ieiunum, ventrem inanem. Ac vtile idcirco eſt leuari mane, & ei maximè, qui ſimpliciter lauari intendit, cauendo aliqua eius diei, aëris incommoda. Alioqui ſeruatis (vt aiunt) ſeruandis, veſpertinas lauationes vtiliores exiſtimo. Nempè quæ ad inſtituta illa antiqua Thermarum, & ad munditiam faciunt corporis, & etiam ad ſanitatem, multis ſuperfluis, per diurna negocia ad ſummam cutim excitatis, ac per balneum vacuatis, ac deterſis. Simul atque ſecuris nobis ab incommodis aëris, cùm ſubinde domum redeundum ſit, ac ceſſato à balneo motu cænandum, & de more quieſcendum.

Stupharũ diſpoſitiones.

Stuphas autem laudauerim eas, quæ ſtructuræ vetuſtæ potius quàm nouę ſint, & aſſeribus vbi oportet, contabulatæ. In quas aqua haud quaquam putealis mittatur, quæ cruda eſſe ſolet, & dura, & cutim inaſperat: ſed fontana, quæ perpetuo alicunde ducto recens ſemper habeatur, & clara. Vaſaria erunt aut fictilia, aut ex ære ſtannato, ac tinæ ligneæ plures opportunis locis diſpoſitę. Conſtituantur autem in Stuphis tres ad minus partes diſtinctæ, quales Romæ in priuatis balneis fuiſſe videtur, Apodyterium, Laconicum, Calidarium.

Partes.

Quarum partium cùm diuerſam eſſe oporteat temperaturam calorum, infra ſit Hypocauſtum, ita collocatum, vt communis eius ſit vſus tùm calefaciendis aquis, tùm vaporibus ad opportunas partes diffundendis. In veſtibulo deberet eſſe porticus, ad deambulationes his qui eſſent ingreſſuri. Primò autem intrantes in aëre verſentur temperato, quod (vt Plinius de ſuis balneis meminit) Apodyterium dicendum erit, ſeu Tepidarium, in quo veſtimenta capſarijs conſignantur.

Portici vſus.

Apodyterium.

Laconicũ in Stuphis.

Si autem duplex magnitudine ad cæteras cameras, ſit laxum, & hilare (vt inquit Plinius) ſignis ornatum, ac iucundis picturis. Et in parte habebat Tonſtrinam ſeparatam ſub lumine, quæ & ſua habeat Elæothesia, ſiue armaria, aquis nanphis, oleis, ac odoratis vnguentis blandiſſima. Ex Apodyterio ſit duplex aditus, vnus in Laconicum, ad ſudandum; alter in Calidarium, his quibus balneo tantùm vti opus eſt, & non ſudare. Laconicum appellauit Cicero in Cumani villa, hanc partem, quam nos propriè Stupham dicimus: partem ſcilicet concameratam, ac rotunda (vt facilè fieri poterit) ſpecie, ac plenam calido vapore, tum à ſubiecto hypocauſto, tùm à calidis ſimul aquis eleuato, Hic perfuſius, ac deterſis affatim parietibus, ſudent, quibus ſudare erit opus, & cornicula, quibus conueniunt applicent. Quibus verò hęc & quantum conueniunt, id non liceat niſi medico indicare.

Cornicula in Stuphis.

At cùm ſint ex Stuphariolis iſtis, qui pro ſua auaritia non curant tot cornicula applicare, vt tot recipiant obolos, donec videant miſellos exangues ſibi cadere ad pedes. qui, ſi validi ſint, paulo poſteà recollectis ſpiritibus, vel ex vomitu, vel per aluum reiectis humiditatibus reſipiſcunt. Omnino ſciant ſingulum corniculum ſingulam extrahere vnciam ſanguinis: audent tamen ad triginta, & amplius applicare, indifferenter. Corniculorum huiuſmodi antiquum fuiſſe vſum vſque à Galeni tempore legimus x111. Methodi, cucurbitularum vice. claram verò de his mutationem facit Cor. Celſus lib. 11. cap. x1. ac duo eo tempore fuiſſe genera, alia cornea, quæ foramen in parte haberent exiguum, cera ad vſum obſtructum. Alia ænea, cum linea-

mento

mento ardenti applicanda. Conueniunt autem duobus hominum generibus: primùm quidem ſcabioſis, & qui id genus cutis infectionibus ſcatent: in quibus quidem caſibus vniuerſa prius corporis euacuatio deberet præcedere, nam remedium foret efficacius: alioqui fiet maior contractio ad cutim, & patiens minus iuuabitur. Conueniunt & his, qui ad conſeruandam ſanitatem, cùm non adeo tutum ſit venam incidere, quòd ſcilicet vna cum ſanguine multum vitalis excernitur ſpiritus, ac vires debilitantur; applicatis quod decet corniculis in partibus ignobilioribus, præſertim vbi maiorum venarum concurſus, vt in humeris, in coxis, & in cruribus, ſanguis quidem malus, & craſſus, citrà virium reſolutionem educitur, ac patiens admodum iuuatur. Deinde ex Laconico per hoſtiolum commune ad Calidarium tranſeant, in quo nimirùm æqualis ſit tepor aëris cùm Apodyterio, ac nitens temperatarum alueus, vbi lauentur, & confeſtim vel inſiliant in Solium frigidum, vel ſi horreant frigidam, ſit aqua minus frigida, & veluti inſolata, qua perfundantur. Quem frigidæ vſum iam ex antè narratis toties à nobis antiquorum ritibus, nouiſſe poterunt, quàm ſit neceſſarius. Qui enim hoc modo à ſudationibus, atque vſu Laconici, ſtatim in frigidam non deſcendunt (dicebat Gal. x. Methodo. vij paulopoſt tranſpirationi moderatius calido innato, totum corpus frigidius euaſiſſe ſentient, nec vacant periculo, qui maximè ab extrinſeco lædantur aëre, poris ita apertis. Quod ſanè frigidæ illa perfuſio fieri prohibebit; nam & cutis per ipſam denſabitur, vires firmabuntur, & quæ antea fuerint excalefacta ex Laconico, hic innoxiè refrigerabuntur. Quæ tanti momenti vtilitates ſunt, eodem Galeno teſte, vt Laconicum & cætera calidaria ſint præparatoria ad frigidam. Vnde aut Stupha vtendum non eſt, aut frigida ſubinde vtendum. Porrò quibus ſudare non expedit, nec vllus vſus Laconici, hi tā manè, quā veſpere vti poterunt balneo, ita vt ex Apodyterio ſtatim intrent in Caldarium. Vbi qui commodis balnei vti voluerit, vel ſic aliquam curare infirmitatem, intrent balneum, cubent, & taceant, lauentur & exſiccentur, vt de priuatis Solijs explicabimus. Qui autem ad munditiam tantum intrauere, lauentur, & tergeantur. Mox in Apodyterium redeant, vbi commodè exſiccent madorem, veſtiriq. incipiant, ac ita in priſtinum naturæ habitum, bellè reſtituti, abeant, caueantq. veluti diximus. Atq. hic eſſe debet Stupharum ritus.

Calidarium

Frigidum Solium

Balneum in Calidario.

Deterſoria in Stuphis, & Saponis apparatus.

CÆTERVM ad detergendam in balneis, cutem, vario antiqui vtebantur deterſoriorum genere, quæ Smegmata cum Græcis dixere, communiter verò erant Nitrū, & Aphonitrum eius ſpuma tenuior, & quod à mollicie dicebant Aphrolitrum, quaſi vrna continendum. Vulgare deterſorium erat farina fabacea, quod dixere lomentum, & ex lupinorum farina ſmegma. quibus equidem Galeni, Plinij, & Dioſcoridis auctoritate vtendum in ſtuphis pro hoc noſtri ſeculi mediocritate conſuluerim. Dicebat Gal. 1. de alim. facul. Cutis ſordes fabacea farina manifeſtè deterget: quam ob rem mangones, ac mulierculæ ea vtuntur in balneis, ſicut alij Nitro, & alij Aphronitro. Illinunt ea faciem: lentigines enim ac maculas etiam à ſole contractas exterit. Cicatrices, inquit Dioſcorides, reliquæ carni concolores reddit. Sugillata cohibet. Dutis item, ac ventris corrugationes delere lomentum, quæ eſt ipſa farina fabacea, teſtis eſt Martialis lib. IIII. qui ludibundus irridet Pollam d.

Nitrum, & Aphronitrum.

Lomentū ex faba fabacea.

Lamento rugas ventris quòd condere tentas.

Idq. clarius in Apophoretis, laudans hoc ritu Stephani banea.

Gratum munus erit, ſciſſo nec inutile ventri
Si clara Stephani balnea luce petas.

Ex lupinis Plin. lib. 28. cap. 25. lupinorum farina aceto ſubacta papulas, pruritusq. in balneis illita cohibet, & per ſe ſiccat vlcera. Ex iiſdem decocta lentiginem, & fouentium cutim corrigunt. ſi verò ad mellis craſſitudinem decoquantur, ſuccus ille ſmegma fit. 1. deterſorium cutis, & quaſi ſapo. de quo meminit lib. 25. cap. 12. d. Gallorum id inuentum rutilandis capillis, ex ſeuo, ac cinere optimus fagino, & caprino, duobus modis ſpiſſus, ac liquidus. Vterque apud Germanos maiore in vſu viriſq. fœminis. hæc ille. Varios tamen Sapo habet hodie apparatus, & noſtra ætate nobiliores; præſertim in Italia, quorum gratiæ iamdudum ceſſerunt Aphronitra, relicta ſuis Aegyptijs. & his vtimur in balneis pro leni ſmegmate, cùm ſpongijs, & ſtamine (vt moris eſt) & inſanis, non relicto fabarum lomento, vbi opus erit.

Lupinorū farina.

Smegma. Sapo.

De

De Hipocauſtis, quæ ſunt Stuphæ domeſticæ. Cap. XVII.

Cella Caldaria pro Stupha.

STVPHÆ autem domeſticæ ſunt hodie Germanis in vſu frequentiſſimo, ac aliquibus Italiæ ciuitatibus in hybernis. Erant & apud noſtros antiquos, ſed exquiſitæ magis lautitiæ genere. Proprium tamen vocabulum antiquum non habemus, niſi Hypocauſtum. Cellas Caldarias, A'ποθήκας θερμάς, in quibus ſedentes caleſierent, legò primùm in Atheneo lib. x i i. inuentas apud Sybaritas, nationem in Italia ante maeſtatem Romanorum delicioſiſſimam. Communiter tamen græca voce dictum eſt Hypocauſtum. Nam vbi nos Stupham vocamus ſtipatum Conclaue, ſubcenſis à tergo, vel ſub camino ignibus concaleſcens; illi ex communi Hipocauſto, ſingulas, & quas vellent ædium partes caleſaciebant. Eo vocabulo vtitur in primis M. Tullius ad Q. Fra. In balnearijs Hypocauſta in alterum Apodyterij angulum promoui, propterca quòd ita erant poſita, vt corum vaporarium, ex quo ignis erumpit, eſſet ſub tectum cubiculi. Vaporarium dixi feneſtram, ex qua vapor exhalat in cameras. Hypocauſta autem videtur dixiſſe, non partem aliquam ædium ſtipatam, ſed ipſos intrà parietes cuniculos, vnde vapor in vnam, & in aliam cameram diffunderetur. Cui ſententiæ omnes auctoritates conſentiunt. vt Papinius Statius in primo Syluarum,

Stupha, & Hypocauſtum quid.

Vaporarium hypocauſti.

----Vbi languidus ignis inerrat
Aedibus, & tenuem voluunt hypocauſta vaporem.

Feneſtra Hypocauſti.

Tubi, & Tubuli Hypo. Zetæ.

Modum explanat melius Plinius ad Gallum, dum ſcribit. Applicitum eſt cubiculo Hypocauſtum perexiguum, quod anguſta feneſtra ſuppoſitum calorem (vt ratio exigit) aut aſfundit, aut retinet. Structuram verò tanquam nimiæ eius ſeculi deliciæ, ponit Seneca ad Lucullum. Impreſſos parietibus tubos à præfurnio, per quos circunfuſus calor, ima ſimul & ſumma calfaceret æqualiter. Paulus iureconſultus Tubulos definit eſſe, per quos partes calore torretur. Zetas verò, & Zeteculas uocat idem Plinius ad Gall. propria calorum conclauia, vbi lecticuli eſſent ad delicias, & amores. Lampridius inquit. Indicos odores Heliogabalus ad vaporandas Zetas ſine carbonibus iubebat incendi. Veſtigium antiquum Tubulorum eiuſmodi parietibus impreſſorum viſitur in ſacrario S. Helenæ, in Eccleſia S. Crucis in Hieruſalem, qui ſub opere tectorio quadrada forma, quatuor digitorum latitudine, ac triplici coniuncti ordine, ab imo (vt mihi videtur) hypocauſto, calores in ſupernas ædium partes deſerre debebant. Ex quibus hoc haud dubium eſſe debet, non fuiſſe tunc vſum caminorum noſtri temporis: quam partem deleta illa lautitia viuendi, poſteritatis refugum puto, ne inuentum dicam. Deinde planè intelligitur mirum artificium illius ſeculi in fouendis ædibus, ac mira in omni vitæ cultu diuerſitas à noſtris vſibus. Foris degebant totam diem in liberalibus exercitijs, ientaculo dumtaxat contenti primo manc, deinde cæna hora decima: habebant palæſtras, & balnea publica. Domi calores (vt ratio temporum exigebat) in quaque parte ædium diffuſos, qui apertis interdum feneſtris, vel clauſis, fundi poterant, vel retineri in cameras, in triclinia, in aulas, in zetas, in muſæa. Sic eos incorrupta ſeruare ſolitos ædificia dixerim, ſigna, picturas, aurata laquearia, aulæe, libros, in muſæis, veſtes, & id ſupellectilium genus. Sic ædium intus ſtructura ſimplex, paruis feneſtris, vt videmus adhuc aliquas, eiſq. altis, nam ad proſpectum erant porticus penſiles; Sic algores vitare, ac libero habitu, veſtiri, domi, foriſq. erat ſolitum, non iſtis inquam arctis centonibus, nec bracchis ad talum demiſſis, quod ſeruile erat; ſed aut ſoluto ſago, aut ſimplici tunica præcincta, quam lata ſubinde toga comprehendebant. Cum nos alioqui ex barbara illa aquilonarium corruptela, onuſti veſtibus, & quaſi compedibus braccahti, ad cineres cubemus totos dies; vnde ocio, & ſtrictura veſtium torpeſcimus, fumo oculis lædimur, mente, ac omnibus ſenſorijs langueſcimus. Ruſticum erat, & non ciuile, habere lares, foculoſq. mobiles, vt apud Columellam legitur: Conſueſcendos eſſe ruſticos circà larem domini, focumq. familiarem epulari. Et caminos, quicunque eſſent, ad parſimoniam, quòd rarò legitur, vt apud Galenum v. de San. tuen. Antiochi medici domuncula, æſtate citrà ignem, hieme camino calebat. Eadem fortaſſe tenuitate contentus dixit Tibullus.

Caminus nouum inuentum.

Vitæ cultus antiquorum.

Ientaculū ex cęna.

Aedificatio.

Veſtitus liber.

Lares foci, & camini antiquorum

Dum meus exiguo luceat igne focus.

Sidonius tamen in 1 4. Epiſtolarum qui vixit iam imperio declinante zenonis tempore, ſtylum noſtri temporis caminorum viſus eſt expreſſiſſe his verbis. Hyemale triclinium arcuatili camino ſæpè ignis animatus pulla fuligine infecit. Sed te nunc ad focum minimè inuito. Cęteræ quæ leguntur auctoritates referuntur ad lautitiam Hypocauſtorum, vt quùm ſcribit M. Tullius ad Trebatium, qui quartana laborabat, luculento camino vtendum eſſe.

& Ho-

& Horatius:

Diſſolue frigus ligna ſuper foco
Largè reponens.

Porrò nunc vbi pro ſingulis ſeruitijs multiplicare oportet foculos, ac varios per quaſque ædes conſtruere caminos; obſeruauimus in antiquis domibus, & in illis ſumptuoſis, ex eodem hypocauſto, ac eodem igne, plura ſimul, ac commodiora haberi ſolita ſeruitia. In inferiori præfurnio, vbi ſerui tantùm degiſſent, culina erat domeſtica: supernè & ad latera hypocauſti, vbi vaſa erecta balnearia, erant diſtributa loca balnearum: per ſubditos verò pauimento tubos exhalabat clam vapor ignis in omnes domus partes, vt dictum eſt. Quod artificium animaduerti olim ex ruinis in Tuſculano Luculli, vbi in fronte, qui nunc reſpicit Fraſcati oppidum, ſitum erat Hypocauſtum, rotunda forma, centum pedum ambitu diſtinctum æquis ſpatijs per foculos arctus ex quibus tubi occulti & fictí deducebant calorem per tria ſtadia, ſub ſolo, & ſub viridarijs, ad capita villæ, vbi ædes omnes & cubicula communem ſuſciperent calorem, apertis, vel ſtipatis feneſtris, quantum vellent. Vnũ facile diſcrimen credo equidem potuiſſe afferre illis temporibus quam diximus continui caloris, & ignis, per quaſq. ædium partes deductionem, quòd crebra, ac tam vaſta, vt leguntur, inducebant incendia. Tubuli enim oppleti tractu temporis aliqua fuligine, facilè poterant concepiſſe (vt vſueuenit) flammas, ac eas vſquequaque perducere ad laquearia, & contignationes. Porrò ſicut noua, ac diuerſa ratio caminorum, & ignium noſtri temporis eſt; ita nimium delitioſus huic noſtræ moderātiæ eſſet illorum ductuum vſus, quo ima ſimul & ſumma calefierent. Nec ſatis idoneus; qui ſubiectis præfurnijs, nec cuniculatis illis hypocauſtis vtimur. Quapropter, ſicubi nobis Stupharum id genus artificium parandum erit, quod ſæpenumero vſueuenit hieme, aut his maximè, quibus aliquandiu medicinali cuipiam miniſterio inſeruiendum eſt; plures ſunt modi, & quiſq: facilis, pro conditione perſonarum.

Stupharũ artificia.

Manifeſtum enim planè eſt, quòd nihil facilius ad quamque mutatur alterationem, quàm aër. Ergo quocunque artificio concalefactus aër careat noui aëris ſpiraculo, fit Stupha.

Aer facilè alterabilis.

Cuius ſumma artificij hæc eſt; quòd aër in Stupha quanto magis expers vaporis in ſua puritate ſeruatur, tanto ſalubrior. De facile parabilibus, in noſtris maximè regionibus, eſt; vt conclaue eligatur, quod non ſit admodum anguſtum, ſed altum (vt monuit Celſus) lucidum, ſpatioſumq. In quo picturæ, ſigna, aulea, veſtes, id genus vtenſilia omnia niteant, ac delectent animum ad quietem. Pateat autem (ſi fieri poterit, ab auſtro, vnde ſolis illuſtretur, ac foueatur aſpectu, contraq. borealis flatus arceatur. Sint feneſtræ volubiles, vel lineis velis, vel quæ perſpicua antiquorum ſpecularia æmulantur, vitratis clauſæ, quibus interim adapertis, concluſo vapori aliqua expiratio præbeatur. In quo, ſi calor ad conſuetudinem noſtram temperandus ſit, eſto continuo luculentus focus, qui vitato fumo, ac lethali carbonum halitu, odoris interdum lignis ſplendeat, ex iunipero, lauro, cupreſſo, ac aromatis aliquibus.

Stuphæ Germanorum.

Stupharum verò ritus apud Germanos varius eſt. Solent communiter caminum à tergò Stuphæ concameratum habere, vnde calor è ſuppoſitis ignibus per fictilem teſtam, aut vitrum penetret, foueatq. concluſum aërem. Ciuilior vſus eſt, vapores longè à camino ex occultis lithoſtrati ſpiraculis concipere. Vel in medio pauimenti fit ornamẽtum ſolidum, ſiue æneum, ſiue lapideum, quod per figurata ſpiracula vapores exhalet. Ad quemmodum viſuntur hodie in vrbe ex marmore aliqua in lunatam faciem, quinque pedes circiter latam, aut in aliam conſimilem ſpeciem formata, quę vbi erant pro vaporarijs in magnis aulis; nunc contrario in totum miniſterio, aquas ex atrijs in foricas, ore, oculiſq. foratis inducunt.

Statuæ æneæ in hypocauſtis.

Rarum verò, ac nobile artificium, æneæ ſtatuæ concauæ, aut vna, plures diſponantur in aula, quæ varijs geſticulationibus, ore, oculis, naribus, auribus, vel per veſtimentorum lacinas, vapores infernè ſuſceptos è pedibus, aut trunco, aut haſta, aut caduceo, in apertum effundant, nemine, id niſi experto, ſentiente.

Vſus.

Ad vſum: Aër huiuſmodi cùm multis nominibus vtilis ſit, omnino ex mediocri tepore nõ adeo calefacit, parcius exſiccat, ac temperatè diſſoluit, ſuperfluitates in ambitu corporis diſperſas leniter digerit. Pueris, mulieribus, ſenibus, imbecillis, reſolutis, pinguibus, frigidis, humidiſq. naturis, & paſſionibus, admodum conferens. Ac maximè quidem conferet, ſi per id tempus inſigni quopiam medicamine vtendum ſit, vt in balneis priuatim faciendis, & in noua iſta ligni Sancti adminiſtratione fieri expedit.

Nocumẽta.

Cæterùm graciles, cholericos, & facilis tranſportationis homines, ſtrictum pectus habentes, & pulmonarios, & omnino inconſuetos non videtur aër ſtuphæ ita iuuare. Multis aluum, ac vrinas adſtringit ex accidenti, iuncturas laxat, alijs caput replet, oculos hebetat, & auditum. Præſertim verò eos lædere ſolet, qui è ſtupha egreſſi, ſe ſtatim libero aëri cùmittunt; cùm inuenti ſint qui propterea in repentinam Apoplexiam, uel in aliquem alium eius generis morbum inciderint. Propterea conſulo, vt paulatim aſſueſcant ad nouum aërem, apertis interdum feneſtris, in-

terdum ſtuphæ calore remiſſo, ac tranſeant ad cameras minus calidas. Cæterùm haudquaquam ſanis hunc ritum inſtituo, ac noſtris minimè: ſed hanc partem volui in tota reparatione Thermarum, tanquam primam conſtituere, & quaſi commune quoddam Tepidarium, in quo ſubinde ad priuatos vſus & ſudationes, & lauationum reliquos ordines moliremur. Itaque iam de his dicemus.

De vaporarijs, & ſudatorijs in priuatis hypocauſtis. Cap. XVIII.

SVDATIONES autem in vaporarijs, quæ Græcis πυριατήρια vocantur, in ægritudinibusdumtaxat perſanandis comparari ſolent. Vbi, ſcilicet ex alto in extimam ſuperficiem obnixè trahere intentio eſt, calfaciendo, ac impensè exſiccando, aperiendo, attenuando, ac per ſudores, perq. halitum celerrimè vacuando: frigidis potiſſimùm, humidiſq. naturis & paſſionibus ſummè vtile, & certis alijs caſibus, quos dicemus. Expectanda autem eſt humorum concoctio, niſi materia ipſa, quæ eſt in cauſſa aut in promptu exſiſtat, aut vtique turgeat, ſicut in venis, vt plurimum facere cogimur. Tumque ſurgente iam ſole, ac ægro exactè omnibus excrementis è latis meatibus vacuato ac ieiuno ſtomacho, res ita ineatur. Eſto in primis hypocauſtum concalefactum, vel conclaue ipſum benè clauſum, & ſtipatum; claris & odoris ignibus efferueſcente camino, quem ad modum propoſuimus. Cubiculo autem anguſto exiſtente, diligenter fumus euitetur, præcipuè verò grauis, turbidusq. ille carbonum vapor, qui ſæpè incautis magnum intulit periculum: Interim verò paratum ſit in proximò angulo tuguriolum, lectiſternijs

Stuphæ ſiccæ.

nimirùm, totalibus circumtenſis, quod nudus ſubintret æger. Vbi ſedens in ſedecula, mox ſubditis per miniſtros claris, rutiliſq. carbonibus, & conſperſis, quæ opus fuerint, pulueribus, ſudet ad tolerantiam, adaperta ſolùm à facie interdum cortina, vt aliquem frigidi aëris reſpiratum accipiat. Vel ſi minus ſicca illi affectui, aut naturæ conueniant, humi-

Stuphæ humidæ.

di in Sudatorio vapores ſunt. Nempè decoctis pro ratione in capaci lebete herbarum faſciculis, vel ſeminum & id genus alijs pugillis, eoq. bulliente ſuppoſito. Aut lapidibus aliquibus, vel pyrite, vel molari, ſeorſum fernefactis, in lebetem ipſum iniectis, extinctiſq. ignei uapores excitentur. Materia rerum eiuſmodi ſuppeditanda, varia eſt, pro varia intentione, ſumpta à natura ægrotantis, ab effectu ipſo, & à particula laborante. Ad ſummam Diſcuſſorij generis ſunto, ſubtilium, ſcilicet partium, olida, & anodina, & quaſi in articularijs doloribus, in antiquo capitis dolore, diutiniſq. neruorum, & aliorum morborum malis ſumuntur. Flores Chamæmeli, meliloti, centaurij, ſtœchadis, roriſmarini, comæ abſinthij, abrotani, heliochryſij, menthæ, ruthæ, ſampſuci, ſaluiæ, origani, calamenti, pulegij, praſij, folia lauri, braſſicæ, hederæ, vrticæ, ſtipites gariophyllorum, macis, agalloci, cupreſſi nuces, & ſemina eiuſmodi, vel omnia, uel aliqua. Permaneat æger, ſi tolerare poterit, quandiu

Vtilitates.

totus ſudore perfundatur, horæ ad minus dimidium, tumq. linteis obuolutus in proximum lectulum ineat, tegatur, tergeatur ſudore, vt in alijs anteà diximus. Sudationibus tam naturalibus, quàm arte paratis pluries vtitur Celſus, vt libro III. cap. ult. Ad neruorum reſolutionem, ſubijcienda (inquit) pruna lenis, & ſulphur, atq. ita in ſuffumigandum, idq. aliquandiu faciendum. vtitur & Paulus in Elephantiaſi, adhibitis quoque exterſorijs, ac balneis naturalibus. & item in frigidis omnibus paſſionibus, quæ miſcellam carnis laxare ſolent, cruribus inflatis, abdomini tumido, ſenſum ſqualidum habentibus ex malo habitu, ac iam factis hydropicis. Ad Voluolum item & Colicum cruciatum, fomentis ad eandem ſententiam applicatis, ex furfure, milio, & conſimilibus. Ad ſquammas autem vteri, ſcabroſaſque puſtulas pruritum his locis inducentes, tùm calida inſidere, tùm ſudare

Morbi Gallici Stupha.

quoque ita expedit. Ad reliquias autem morbi gallici, hæc vaporaria ſunt hodie de extremis: inueterata nimirùm affectione, & quæ reliquerit vel capiti, ac iuncturis dolores, vel tumores in muſculis, qui occalluerint, uel puſtulas, uel palati, aut naſi, aut gutturis ulcera. Quibus affatim ſudare in uaporario iubere ſolemus, præmiſſa tùm uniuerſi corporis uacuatione, tùm præſertim ligni Sancti aut aliqua huiuſmodi generoſi medicamenti adminiſtratione præcedente. Horum uero affectuum contumacia ut radicitus extirpetur, hic puluis ex maioribus diaphoreticis in prunas ipſas Vaporarij conſpergendus eſt uel cõſimilis alius. Styracis calamitæ, mirrhæ electæ, Olibani, maſticis, Ladani optimi, ana. drach. ij. Macis drag. I. fuſtium gariophyllorum, nucis muſcatæ, Cinnamomi, ana drach. III. Corticum nucum pineorum, cort. nucum cupreſſi, ana drach. v. Galliæ muſcatæ ad odo-

Suffumigium.

rem ſemidrachma: fit puluis, uel Theriaca. excipiuntur paſtilli, pro tribus uicibus. Nonnulli Cynnabarim quoque in ſuffumigio commiſcent, quod tota mineræ qualitate hãc aiunt luem deſtruere, confirmatis interim aliquo mediocri gargariſmo dentibus, ac gingiuis, è qui-

quibus partibus occulta eius medicaminis proprietate, cotylas crudi & contumaciſſimi phlegmatis videbis emanare. Breue & nobile quo vtor, Cinnabaris vnciæ duæ, Thuris maſculi vncia, Galliæ muſcatæ drachma: vtitor ad dolores artuum, atq. capitis contumaces, in tribus vicibus. Cæterùm ſolent aliquando medici, vt remedium facilius ſit, in dolium ſubditis eodem modo prunis ægros mittere, ac ſudationes moliri. Quale ex Aræteo, & Archigene in Diabete paſſione miniſtrat Aëtius: nimirum vt caput extrà dolium promineat, vnde frigidum aërem attrahat, reliquum verò corpus omne vaporatione ipſa caleſiat. Doliaris vaporarij ad hydropicos extenuandos meminit Gal. in lib. de vtil reſp. à Cryſippo Cnidio laudatum. Hoc verò genus Sudationum in Dolio, audio quibuſdam medicis in Germaniæ partibus frequenter vſitari, quippe qui in illis Hypocauſtis totum annum degunt. Sunt qui ægros in furnum mittant, prominente itidem extrà præfurnium capite, quibuſdam è plebecula idoneum, quibus non ſat commodè alia remedia ſuppeditant. Vt idem vſurpat Aëtius, ad Ranæ rubetæ inquit virus, ſtuporemq. excutiendum, ſimiliter dolium, aut furnum feruefacito, igneq. extracto, laterem pro ſedili adponito, & ægrum immitti, multumq. ac diu ſudare iubeto. Nos verò in frequenti vſu, ſimplici tina contenti ſumus, quod vulgo noſtri veteres videntur Semicupium dixiſſe. In cuius videlicet margine æger circumpalliatus nudus inſideat, ſuppoſitaq. patina ænea incoctis, vel aliquo eius generis puluere prunis conſperſo. Vel quod paratu facillimum habemus, & vtile, laminis ferreis igne candentibus ſuppoſitis, ac aceto conſperſis ad ſudationes. quo remedij genere vſum legimus Alexandrum Trallianum lib. 1. cap. xvi. Confert ad reſolutionem, ac coxendicum dol. ex molari lap. ignito, ac vino conſperſo in tina. idem ſi concitatis motibus æger, exercitetur, inambulet, currat, quotidie lauetur, vt contentus in eo vapor excutiatur. quod & Arcquati ſqualidum virorem tollendum erit valde vtile, inclinato iam affectu. Porrò pro ſicco vaporario veteres defrictionibus ex Nitri uſti, aut fæcis aridæ, vſtæ puluere vtebantur. Hodie communiter exerceri diu, ac multum ægros imperant, geſtari, ac Sudationes moliri, alios in balneis & in Stuphis, alios ad Solem. Ita ſanè duas Thermarum partes in priuatis balneis æmulati ſumus, Tepidarium ſcilicet atque Laconicum. Nunc ad lauationes veniemus.

Doliaris vaporarij Sudationes.

Sudationes in furno.

Fotus in Semicupio ex Scoria ferri.

De balneis artificialibus Priuatis ac facilè parabilibus. Cap. XI.

QVANQVAM verò priuatas iſtas lauationes extrà balneas præparari debere, nobis intentio eſt, neutiquam tamen apud antiquos, qui lautas illas habebant Thermas, id inuſitatum fuiſſe quis exiſtimet. Vel quia non eſſet alterius balnei commoditas; vt labra, quæ parari in caſtris conſueuiſſe meminit Gal. 5. de ſa. tu. quas propriè balneas videntur dixiſſe, quaſi diminutiuo à balneis nomine, ad parua, vel priuata balnea. quas ſæpè legimus in Plinio, & planè in compendiaria C. Vellei Paterculi hiſtoria, qui in caſtris uerſatus Tyberij Cæſ. laudi tribuit apparatui bellico, in quo & medici eſſent, & in hoc ſolum importatum inſtrumentum balnei, ut nihil deeſſet ualetudini. Vel balineæ dicuntur, quas hoſpitalitatis officio tum parari ſolitum fuiſſe legimus, ut de Vlyſſe meminit Homerus, recognito à nutrice eius dum lauaretur, iam admodum anu. Vel ad priuatas commoditates, ut de Auguſto teſtatur Suetonius, qui quùm neruis laboraret, quotieſcunque marinis aquis, uel Albulis utendum eſſet, contentus hoc erat, ut inſidens ligneo Solio, manus ad pedes alternatim iactaret. Ex quibus intelligitur, quòd non eſt nouum, neque difficile hunc morem imitari: nam etſi illis careamus delicijs, ſatis erit tamen ſi noſtra balnea ſine incommodo, quo ad eius fieri poterit, vtamur. Danda igitur opera in primis eſt, ut pro his quæ inſtituimus, opportuna ſint omnia. Tempus idoneum, cameræ benè ſtipatæ, ac temperati caloris, lectiſternia, ac uaria linteamina parata, quæ in his opus ſunt: & ſuper hæc diligentia miniſtrorum, qui requiſita tempeſtiuè, & quantum fieri poterit commodè exequantur. Simul atq. concalefactæ aquæ puræ, ac dulces habeantur, quæ trifariam ad minus temperari poſſint, calidæ, calidiores, & tepidæ ad præſcripta Thermarum inſtituta. Peluis deinde, ſiue Concha lignea ad ſtaturam hominis oblonga in cubiculo collocata ſit, quam cùm Græcis Baptiſterium uocat Plinius Iunior, ac vulgò parùm deflexa uoce Capiſterium. Medici utrò non incongruè Tinam appellant. Quo planè uaſis genere utebantur etiam ueteres in priuatis balneis, quod labrum appellabant, & ſiue ænea fuerint materia, ſiue lapidea, ſiue lignea, portatilia aliqua fuiſſe conſtat: quod declarat per epiſtolam Cicero ad Terentiam uxorem, cui ex itinere ita mandat: Labrum ſi non eſt in balneo, fac ut ſit. Ad uſum autem, quoniam cùm hoc ritu uniuerſum ferè uitæ regimen, ac ſanitatis tuendæ ſtudium coniungitur: idcircò reuocare hic in memoriam oportet illa, quæ ad uſum

Balnea priuata in caſtris.

Ligneum Solium.

Requiſita in balneis

Peluis ſeu Concha. Tina. Labrum.

lauationum in Stuphis neceſſaria eſſe diximus, de præparatione ad balneum, de exercitij modo, de hora & tempore balnei, & quòd aluo prius inanita, & ante cibum ineundum eſt. Qua in parte Galeni præcepta in libris de ſanitate tuenda, vt in reliquis quoque huius voluminis inſtitutis, in quoddam veluti compendium redigemus. Harum ergo rerum ſeruandarum ordinem exquiſitè continet ea aurea Hippocratis ſententia in Epidemijs lib. v i. LABOR, CIBVS, POTVS, SOMNVS, VENVS, OMNIA MEDIOCRIA. In qua ſententia, vt 1 t. de ſan. tuen. interpretatur Galenus, & modum ipſum ſingulorum definiuit, addito ad finem epitheto, mediocria: & tempus, ordinemq. ſignauit, ipſa verborum ſerie. Quippe ſanitatis cuſtodiam à labore auſpicandam eſſe, laboris nimirum communi appellatione, quæ omne genus exercitij comprehendat, & item frictiones, & balnea. Mox cibus ſequi debet, & potus, deinde ſomnus, & reliqua, vt cuiq. competit. Ad exercitationem verò commodiſſimum tempus eſt, eodem auctore, iam peracta externi cibarij duplici concoctione, & ea ſcilicet quæ in ventre, & ea quæ in vaſis ſanguinis agitur. Contra autem (vi. de ſan. tue.) non leue, inquit, incommodum illis accidit, qui à cibo repleti ſe exercent. Siquidem & caput impletur vaporibus, & in iecinore aut ponderis ſenſus, aut diſtentionis, aut vtriuſque percipitur. Eademq. incommoda eos ſequentur, qui balneis à cibo vtentur, diſtentiones hyppocondriorum, flatus ventris, capitis grauitas, ſenſuum & omnium virtutum, præcipuè animalium hebetudo. Et periculum ſubinde ne cibi incocti, ac ſucci multitudo in omnes animalis partes rapiantur. Propterea diximus, matutinum tempus eſſe tum exercitationibus, tum balneis idoneum, his præſertim qui mediocriter cænauerint, aluo tunc inanita, ac ieiuno ſtomacho, v i. de ſan. tuen. Exercitationum autem quoniam vniuerſa ratio in conſuetudine verſatur, nimirùm quæ non excedat cuique conſuetum modum; idcirco melius eſt ad imitationem Galeni (ut ipſe de ſe narrat eod. lib. vi.) qua die quis balneo erit vſurus, præſumpto de mane breui ientaculo ad conſueta exire negocia, quæ & ipſa exercitij genus ſunt commodiſſimum. Subinde inclinante iam die, hora videlicet xxi. æſtate, vel occidente iam ſole per hiemem, balneo vtendum: quando & præſumptus cibus iam concoctus eſſe in ventre poſſit, & externæ diei digeſtiones omnino peractæ, & in ventre, & in venis. Præſtabit Exercitium caloris innati augumentum, 1 i. de ſan. tuen. Quippe calefiunt corpora noſtra & balneis, & thermis naturalibus, & inſolatu, & igne, & calidorum medicaminum fotu: cæterùm hæc ab extrinſeco calefaciunt: exercitium verò innatum excitat calorem, qui eſt omnium bonorum cauſſa, & ipſa vita. Balneum recuratoria veluti pars, i i i. de ſan. tuen. duplex afferet beneficium: nam & excrementa quæque à toto corporis ambitu deterget, expurgabitq. & ipſum corpus à laſſitudinis periculo tutum reddet. Sedeat autem in balneo, ac lauetur, tergeaturq. quantum cuique opus fuerit, horæ ſpatium, vel ad minus dimidium: longè enim alia ratio eſt, eius qui ad munditiam lauatur, & eius qui aliqua morbi occaſione diu in balneo teneri debet. Quam ob rem generalem hic lauationum rationem habebimus, poſt hæc quid valeant in ſanis, & demum in morbis curandis, explicabitur. Omnino exiturus à balneo, ſiue ſanus ſit, ſiue æger, niſi alterius Solij frigidi copia ſit, in quod totus confeſtim inſiliat, multa certè aſperſione aquæ frigidæ perfundatur. Cuius ſanè partis in balneo prima eſſe debet intentio, nam (vt ex Galeno, ac diutiſſimo veterum vſu probauimus) ex hac quæ fuerant excalfacta, innoxiè refrigerantur, ac vires denſata cuti firmantur, & ſine frigida nihil iuuantur. Vel tepidiuſcula aſperſione vtatur, ac madore deterſo, oleo leniter perungatur. Deterſionis verò per oleum ſingularis hæc vtilitas eſt 4. de Sa. tu. quòd oleum cum mediocri frictione, & quæ tenſa ſunt remittit, & quæ inter exercitium vehementius fatigata ſunt, emollit. Præſtat & hoc non mediocre commodum, quòd exiguos cutis meatus opplendo, ab extrinſecus ambientis iniuria vendicare poterit, & veſtimenti inſtar calorem natiuum munire, & ſudores inhibere. Vt hinc maximè vniuerſa ratio Sudationum, inunctionumq. in balneis haberi poſſit. Quos largius antiqui ſudare volebant, eos neque à balneo, neque ante balneum vnxiſſent: quod perpetuò in his, qui aut cruditate, aut plenitudine premuntur ſeruandum eſt. Sed diu hos tenebant in Laconico, & mox in calidum ſolium mittebant. At contrà, qui longo morbo laboraſſent, extenuatiq. fuiſſent, hos vbi in calida lauiſſent, ac poſt frigidæ ſolium ſudare incæpiſſent, perungebant. In ſanis autem, quod frequentius vſuevenit, quibus aut longo itinere, aut exercitatione, aut alio quouis pacto corpus eſſet exhauſtum; hos non ſolùm à balneo, ſed & antè balneum vngi imperabant. Nos illis Sudatorijs deſtituti primùm cui ſudare opus fuerit, exercitium iniungemus; poſteà eum in Tinam calidam, calido item, & ſtipato cubiculo, demittemus; exinde in lectum proximum benè conſtratum, & calfactum ducemus, vbi & largè ſudare, deterſo interim madore, aut etiam dormire, vt copioſius ſudet, iubebimus. Cùm verò is in naturalem habitũ rediſſe viſus ſit, in Solium frigidum mittemus, vel multa frigida perfunde-

Margin notes:

Aurea ſententia Hippocratis.

Sanitatis cuſtodia ab exercitio.

Exercitij, ac balnei incommoda à cibo

Tempus balnei.

Exercitij vtilitates & balnei

Mora in bal.

Frigidæ lotio.

Vnctionũ ratio in balneis.

3. San tu.

ſundemus, vel tepida, ſi horruerit primò frigidam. Tum mollibus linteis deterſus, dulci oleo, aut butyro (Plinio, & Galeno teſtibus) vbi olei copia non ſit, leuiter perungi poterit. Quod ſi is frigidæ natationi alias aſſueuerit, hoc aget ſecurius, atque vtilius. Sin faſtidierit, ſciat ſe prætermittere partem balnei admodũ vtilem: ac ſit ſaltem contentus vnctione molliri, & cauere per eam diem à quocunque aëris exceſſu. Illam verò equidem neceſſariam puto, ſenibus maximè, & valetudinarijs cautelam, imò nemini fore inutilem, vt quoniam ſtomachus mediocri ſolet calore balnei relaxari, gaudet enim forti extrinſecus calore VIII. Methodi.) idcirco ante balneum muniatur, vel Maſtichino oleo, vel Melino, vel vnguento id genus aliquo, vel, prout cuique opus eſſe videatur, ceroto ex Maſtiche, atque aromatis, quod applicitum illi parti perpetuò teneatur.

Vnctio ſtomachi ante bal.

III. da ſan. tu.

Poſtrema verò ex oleo ſaltem communi deterſio totius corporis, duplicem illam, quam item ex Galeno reſtituimus, præſtabit vtilitatem; tum vt veſtimenti inſtar muniat, caueatq. corpus ab externi aëris ambientis iniurijs. Habet enim omne oleum emplaſtici vim medicamenti, VI. de ſa. tu. quod videlicet exiguos cutis meatus opplendo, prohibet inſiti caloris tranſpirationem, præcipuè Hiſpanum oleum. Nos vel omphacinum accipiemus, vel violaceum, vel Amigdalinum, vel aliquod eius generis, pro his qui frugi lauari debent, & non delicijs. Quibus verò precioſa licuius vnguenti, vel olei copia fuerit, pro delicatis maximè & imbecillis, id erit aptiſſimum. Vbi quis autem ita lotus, atque blandè vnctus ad priſtinam mediocritatem rediſſe viſus fuerit, cænet, & à cæna ſubinde interpoſito ad minus duarum horarum ſpatio, ad ſomnum ſe conuertat: minimè ignorantibus nobis, quòd NIHIL ÆQVE CONDVCIT CORPORI, tùm concoquendis, æquandiſq. humoribus tùm viribus recreandis, quàm ſomnus, & ſomnus à balneo.

Somni à balneo vtilitas.

Cæterùm de electione ſalubrium iſtarum lauationum, certum tempus non ſtatuitur: alijs enim inſeruiendum conſuetudini erit, alijs neceſſitati, alijs conſtitutioni ambientis aëris, & caſibus conſimilibus. Quibus ob aliquam morbi neceſſitatem balneis vtendum erit planè infrà conſtabit, quòd alij ſemel in die, alij etiam bis, imbecilles verò alternis ſaltem diebus eis vtentur. Sani prout aſſueuerint: Vel prout ex occaſione iuuamentum ex eo ſenſerint. Aſſueſient autem pro natura, ætate, & tempore paulatim. Frequentius enim iuuenes, & qui conſiſtenti ſunt ætate lauari debent: Senes minus, Plus calidæ & ſiccæ naturæ, minus frigidæ, & minimè humidæ. Plus æſtate quam hieme. Quam rem melius quiſque cognouerit ex Galeni inſtitutis, quæ iam in ſanis, & poſtea in ægris deſcribemus: nam hæc hactenus communiter dicta ſunt.

Lauationum electio per naturas, & tempora.

De vſu balnei aquarum dulcium temperatarum in cauſſa tuendæ Sanitatis. *Cap.* XX.

DE Lauationibus itaque in ſtatu ſanitatis, duo principaliter attendenda ſunt: vnum quidem eſt natura vtentis, quam impreſentiarum penes ætates, & quadantenus penes temperiem diſtinguemus: alterum verò eſt ipſum balnei temperamentum. Hoc eſt, quòd pro ratione ſingularis naturæ, ætatis, regionis, & temporis, & neceſſitatis comparetur, ac temperetur. Qua in parte hæc ſunt Galeni inſtituta.

Infantib. primo de ſa. tu.

Infantibus quidem recens natis, & circà primos annos balneum eiuſmodi ſalubrium aquarum idoneum eſt. Salubres autem vocamus, inquit, exactè temperatas, accomodataſq. illi naturæ, vim, ſcilicet calidam humidamq. habentes. Qua planè ratione haud quaquam ſalubria huic ætati eſſe dicimus balnea, quæ ex natura minerali medicam vim aliquam præ ſe ferant, omnia enim talia manifeſtè ſiccant.

Infantib. Thermæ inimicæ.

Frigidæ lotio.

Multò verò maximè à frigidæ lotione coërcendi ſunt infantes: nam etſi hunc morem ſeruent quędam efferæ gentes, vt Galenus inquit, in Germania, quod idem in Britannia meminit Cæſar, & in Scythia, parum tamen emolumenti ſi res ſuccedat; ſin minus, detrimenti multum inde conſequi poſſint. Quam maximè autem ſtudendum nutrici eſt, & vt dum fricat, dumq. lauat puerulum, ne lac ei in ventriculo crudum inhæreat. Periculum enim eſt, ne prius quàm probè ſit concoctum, per corpus digeratur, & caput præcipuè aggrauet. Quod vitabitur, ſi nutrix obſeruet, vt poſt longiſſimum ſomnum, curet infantem, & omnino caueat ne quid nutrimenti ante lauationem, neque antè frictionem puerulo præbeat. At hæc tempeſtina lauatio multa infantium vitia corrigit: facit ad tuſſim, ac grauedinem, ad fœmorum intertriginem, lacte poſt lauationem oblito, ad infeſtaſq. paſſiones ſub primorum dentium ortu. Prohibetur autem in quibuſdam infantilium malis, vbi ex multa tùm humiditate, tùm ventoſitate laborant: veluti in Hernia accidit, & vmblici procidentia, quam Græci ἐξομφαλον dicunt: in his enim paſſionibus non ſat commodè calidæ lauationes miniſtrantur.

Pueris, Gal. I. de ſa. tu.

Porrò à primis annis Pueri, cum crebris balneis abſtinendi ſunt, aſſueſaciendi, auctore Galeno, prius exercitatione aliqua vtantur, & poſt deinde in balneum mittantur. Quod ijs declinantes variolas ſanare, earumq. veſti-

Adoleſcentibus

gia delere valent, Auicenna. A quartodecimo autem anno, quanquam plerique amnes, & ſtagna inire condiſcant, vt de Natationibus id genus dicemus poſtea, calida tamen potius quàm frigida vti debent, vt qui hanc non dum citrà noxam tolerare valent. A ſecundo ſeptennio in totum ferè tertium, cauẽdum pariter à frigida eſt, quippe eorum augmentationi contraria. Vbi verò plenè eſt auctus, non ſolùm temperatæ, ſed frigidæ etiam committendus eſt, iuueni enim duras, tenſaſq. emollit partes, & ſi quod putre excrementum intus ad cutim hæret vacuat, vireſq. confirmat. Vitanda verò huic ætati, & his qui optimo ſunt temperamento, exactè calida eſt, & vehemens motus, & exudatio nimia in hypocauſtis, ne ſupra modum calidi ex natura ſpiritus ferueſcant. Hac enim de cauſſa eos diſsuadet Galenus ne in Laconico diutiùs commorentur, ſed vt tranſeant tantùm ad ſoliùm vſque, & inde confeſtim loti feſtinent ad frigidam. Senibus verò adhuc vegetis & robuſtis, temperatarum lauacrum eſt maximè idoneum, & vinum dulce à balneo, inquit Galenus. Quibus ad verbum propriè quadrat, quod ex Homero vatæ ſapientiſſimo hic ipſe citat,

Iuueni, Gal. 1. de ſan. tu.

Senibus bal. 5. de ſan. tu.

Vt lauit ſumpſitq. cibum, dat membra ſopiri.

Cùm enim ſenectus ſit frigida & ſicca, per calefacientia, & humectantia aptiſſimè corrigitur Stomacho his antè balneum iuuucto, vt paulo aute diximus, ne ex balnei tepore relaxetur. Seniores autem propter virium imbecillitatem aſſiduum balnei vſum minus ſuſtinent. Quo modo autem mulieribus balnea conſulenda ſint, ſpecialem conſiderationem non habemus. Plurima pars ob multam humiditatem, ac carnium molliciem, eadem qua pueri ratione lauandæ ſunt. Aliquæ ſenum modò parcius lauentur declinante ſcilicet à iuuentute iam ætate, ac pluribus maxime effœtæ partibus. Aliquæ iuuenum, vt quæ virgines ſunt. Quo modo verò mulieres ad nitorem, & candorem ſe lauare, ac detergere debeant; hoc pertinet ad Decorationis partem, quam libro tertio exarauimus, & vt lomento præcipuè fabarum vtantur pro deterſorio, vt paulo ante diximus. In vniuerſum verò de abſoluta balnei ratione hoc eſſe dixit Paulus, vt omnibus tutiſſimum ſit, aptiſſimumque & viro, & mulieri, & puero, & priuato: Sed his præcipuè qui ex pluri ocio multas ſolent cruditates congerere, crebroque infirmantur. Potiſſimum verò his, qui cutis ſunt adſtrictæ, ac fuliginoſis abundant excrementis, quod Galenus de Primigene Peripatetico atteſtatur, v. de ſanit. tuen. nam congeſtis illis fumidis excrementis, febres confeſtim excitari poſſunt, qui ſi bis etiam in die lauentur, apprimè iuuantur. Saluberrimum pariter laborioſam vitam degentibus, quo certè nomine Renocatoriæ pars balneum dictum eſt IIII. de ſan. tu. Nam cum à defatigato corpore ſæpenumero laſſitudines, exuſtiones, ſudamina, pruritus, ſcabieſq. experiantur, vel reſtricta inopinatè cute, Lethales interdũ obſtructiones incurrunt, aut pleuritim, aut principalis alicuius viſceris phlegmonas; ab his omnibus vendicant balnea. Qua in parte illuſtria adeo exempla ex Galeno dedimus, de his qui ſub ſole ardenti, aut longo itinere, aut magnis laboribus defatigati, maximè ſitibundi, ac ferè emortui, ex balneis ſtatim recreabantur, ſiti ſedata, calore qui febrem minabatur, remiſſo, ac omnia denique pro naturali halitu recuperabant. Contrà qui non lauiſſent, aut febricitare conſueuiſſe, aut multo tædio, ac grauato capite perſeuerare. Sed omnes hæ laſſitudinis ſpecies, extrinſecæ cuiuſdam cauſæ vicem obtinent. Verùm balnei vſus non has ſolùm, ſed ſpontaneas quoque ſedat laſſitudines, quæ ſcilicet ſponte, ac nulla præcedente commotione, aut labore fieri ſolent, de quibus eſt præclarus ille Hippocratis Aphoriſmus. v. ſect. 11. Spontaneæ laſſitudines morbos præuunciant. Quæ quoniam triplicem ſolent facere ſenſum ab affectu ipſo, III. de ſan. tuen. alia tenſiua dicitur, alia inflammatoria, & alia vlceroſa. Harum autem in totum duplex eſt cauſſa, aut plenitudo, ſcilicet, quam Græci πληθώραν, aut vitiati ſucci copia, quam κακοχυμίαν appellant. Eſt autem plenitudo XIII. Metho. vbi æqualiter inter ſe ſucci ſunt adaucti. Cachochymia autem, vbi vel flaua bili, vel nigra, vel pituita, vel ſeroſis humoribus refertum corpus eſt. Ergo plenitudo tùm ſanguinis miſſione curatur, tùm frequenti balneo, tum exercitatione, tùm frictione, tùm digerentibus medicamentis, & præter hæc omnia, inedia. Diſtinctione tamen adhibita, an cum febre intelligantur, an citrà febrem. Siquidem febris non adſit (monet eodem loco Galenus) omnibus his vtare, ex ratione eligens id, quod melius eſt. At ſi iam in febrem inciderit æger: tunc nec exercitatione vacuare exuperantiam licet, nec vnctione, quæ excalfaciat, ſed nec multa frictione, nec balneo; immò ſanguinis miſſione, vnà cum inedia, vel purgatione aliqua. Sicuti etiam excluſa febre, intelligendus mihi videtur locus eiuſdem ex Hippocrate VI. de morbis vulg. Commen. v. commen. 29. Et in Præſagio experimentis confirmato. Vbi in ſanguinis miſſione facienda, ſi ſanguis, inquit, craſſior percipitur, hos præſtat matutino tempore experrectos, ac poſtquam ad horam vigilarint, prius lauari, vel obambulare, & deinde ſanguinem de more educere. Qui mos in trahendo è ſumma cute ſanguinem in ſtuphis, ſeruari debet. Specilis autem quidam balnei

Mulierib. bal.

Ocioſis bal. 5. de ſan. tu.

Laborioſis.

3. de ſan. tue.

Laſſitudinis duo genera.

Spontaneç laſſitudines III.

Plenitudinis & Cacochymię.

Plenitudini cum febre.

Locus Hyppocratis.

modus in quolibet affectu laſſitudinis eſſe debet. In laſſitudine enim tenſiua, quæ factæ iam plenitudinis ſoboles eſt; diu in temperato balneo commorari oportet: adeoq; ſi hominem bis, atque iterum laueris, & à balneo de more inunxeris, plus profeceris, multa prius exercitatione, aut frictione adhibita. In laſſitudine porrò inflammatoria, quæ & plenitudinem ſimul, & ſuccorum vitium habet in cauſſam; eodem quo tenſiua modo tractandus eſt patiens, qui tamen longiorem in balneo moram contrahere debet, & aqua item ſit paulo tepidior, vt fuſius humectetur. In laſſitudine autem vlceroſa, quæ ſuccorum vitio propriè conflatur, ſi tempeſtiuè balneum miniſtretur, valde contulerit, molli præſertim vnctione adhibita ex oleo, quod omnis ſit adſtrictionis expers 3. ſa. tu. Sicuti etiam in illa alia quartæ ſpeciei laſſitudine, quam videlicet ariditas quæpiam genuit, facto eſt opus, niſi quia calidiorem aliquando aquam eſſe oportet, inquit Galenus, quæ ſenſim contrahat, calefaciat; atque roboret cutim. Calidiorem item conuenit eſſe aquam gracilibus impinguandis, eadem ratione vi. de ſan. tuen. Solet enim eorum temperamentum eſſe calidius, ac ſiccius, quare hi haud longa exercitatione antè balneum opus habent, nam his abundè ſatis ambulatio faciet, deinde balneum, & mollis ex oleo frictio. Hos verò à cibis balneum quoque iuuat, atque incredibile eſt, inquit Galenus, quam obeſi aliqui hac victus ratione ſint redditi. In intemperie verò ſicca, tam corporis vniuerſi, quam particularis alicuius membri, puta ventriculi, vel inteſtinorum, vt fuſius item humectetur, longiſſimè in temperatarum aquarum balneo ſidere oportet, & per horarum ad ſummum quatuor interuallum lauationes iterare, mox oleo ſe inungere, veſciq; ex Galeno monet Paulus. Qui frigido autem atque humido temperamento ſunt, valentiores motus deſiderant, nec ſi in ſole exerceantur, læduntur, nec etiam ſi balneo abſtineant. Atrophuntis (ita enim græcè vocat Plinius eos, quorum membrum aliquod ex nutrimento non iuuatur & gracileſcit) mediocrem perfuſionem iniungit Galenus, neque eſſe ſudandum. Contrà, nimium pingues extenuat balneum: quibus tamen cauendum à cibo præter cæterà balneum vtpote quos & ante cibum non iuuat, nam ex balneo maior fit diſtributio nutrimenti. Quo nomine increpabat Galenus Eraſiſtrateos, qui quoſdam adeo ſanguine refertos, vt fermè venæ præ multitudine rumperentur, tentabant per vſum balnei extenuare, cùm hi ſanguinis miſſione potius ſint vacuandi, veluti ſupra eſt dictum. Proin tutius craſſis tum larga exudatio conſulitur, tùm aquæ cuiuſpiam medicatæ vſus. Porrò vtiliter etiam balneum adhiberi ſolet, vbi aluus, aut vrina ex aliqua cauſſa, vel etiam in febribus retinetur. Facit ad vigilias: Balneum, inquit Galenus 4. de ſan. tuen. non in poſtremis eſt eorum, quæ ſomnum ducunt: imò qui eo vſi ſunt, propenſiores ad ſomnum fieri ſolent, niſi quidpiam maioris momenti obſtiterit. Eſt autem balneum paulo antè cœnam miniſtrandum. Paulus Aegineta conſuluit amantes, & ob cupidinis affectum mente ferè ſolutos, & ſqualidos, meroreq; tabeſcentes, duci in balneum debere; nam facit ad humectandum, & moleſtias animi alleuiat. Reconualeſcentes, inquit Galn. 7. Methodi, ad conſueta paulatim reducendi ſunt, geſtationibus, ambulationibus, frictionibus, balneis, atque vnctionibus vtantur, tàm antè balneum ſaltem ſtomacho, quàm poſt balneum vniuerſum. Et in ſumma media ſit ratio inter eam, quæ ſanorum propria, & ægrotantium. Hæc ergo ſunt in tota latitudine ſanitatis balnearum vtilitates: nunc earundem vſum in morbis, & primò in febribus oſtendemus.

Tenſiuę laſſitudini, Gal 3. ſan. tu.
Laſſitudini inflammatorię, Gal. 3. de ſan. tuen.
Laſsitudini vlcer.
Gal. 3. de ſan. tu.
Laſsitudini quartę ſpeciei, Gal. 3. ſa. tuen.
Gracilib. Gal. 6. ſa. tuen.
Siccæ intemperiei Galen. 7. Me ho.
Frigidæ, & hu. tēp. Gal. 6. de ſan. tu.
Atrophūtis 6. de ſan. tu.
Pinguib. Gal. 6. ſa. tuen.
Retentionib. excrementorū.
Somno & vigilię.
Amantib. bal.
Reconualeſcentib.

De vſu balnei temperatarum Aquarum ad omnes Febres communiter. Cap. XXI.

DIXIMVS, quòd dulcium calefactarum aquarum, triplex eſt differentia, Galeno 3. de ſanit. tuen. auctore: temperatæ, ſcilicet Tepidæ, & plus iuſto calidiores. Si media (inquit ipſe) temperie ſint, vis calida, & humida eſt. Sin tepidiores, humida & frigida. Quod ſi iuſto calidiores fiant, calida quidem, ſed non perinde humida. In febrium ergo curationibus per balneas, de temperatis vniuerſus ſermo noſter intelligendus eſt, dimiſſis calidioribus, atque tepidis: nimirùm quæ temperamento noſtri corporis, imò eius particulariter hominis, qui balneo vſurus eſt, exquiſitè congruat. Quod paſſim, ex Galeno proteſtabimur. Proſunt autem temperata balnea febribus duplici nomine, x. Methodi: prima, ſcilicet ratione, & ex accidenti, vtpote quæ ex partibus varia facultate præditis componuntur. Nam balneum, vt aqua eſt, fieri non poteſt, quin perpetuò humectet, atque refrigeret, quod communiſſimè omni febri conuenit. Vt autem acquiſititia qualitate calens, eductis feruidis illis vaporibus, corpus refrigerat, atque in ſuam temperiem reducit. Cui rei præclara Galeni atteſtatio eſt, infrà dicenda in curatione Tertianæ ſcilicet primo ad Glauco. Atteſtatur & effectus ipſe,

Temperatę aquę.
Bal. temperati duplex virtus.

quem

Mictio frigidæ in exitu balnei.

quem Macrobius poſuit in quæſitis: Cur in exitu ex balneo frigida vrina mingitur? Nimirum quia omne balneum calidum, dum trahit à centro ad ſuperficiem calorem, corpus extrinſecus calefacit, refrigerat intrinſecus. Temperatarum itaq; vis calida & humida eſt, aperiens, penetrans, digerens, ſemper humectans: quare vbi quis ſicco corporis affectu detinetur, vt in febribus, poteſt ipſarum vſu vtilem madorem ſolidis partibus immittere, vrinas, aluumq. laxare, ac ſudores elicere. Semper conditionis illius memores, vt abſoluta febrium intemperies intelligatur: quod eſt citrà omnem alicuius particularis membri affectum, ſecus enim non vacat periculo, quin vniuerſa ei intemperiei materia in particulas illas affectas influens, maius inferat malum. Quod autem de affectu diximus, puta inflammatione, eryſipelate, antiquo capitis dolore, & tumore præter cætera in aliquo viſcerum: idem quoq; de membri alicuius imbecillitate intelligendum eſt. Rara autem corpora in febribus, maximè continuis, particularum aliqua imbecillitate non laborant: itaque ſummopere hic Raſis auctoritatem attendendam eſſe arbitror, qui ſuam proteſtatur experientiam, plerumq; balneum ſe febricitantibus vidiſſe inutile, ac in putridis maximè, quæ pro materiæ copia plurimam poſſunt, de loco ad locum fluxionem mouere. quam cautelam Galeni dictis non eſſe inconſonam, paulo poſt apparebit. Quare antiquiores, Cleophanti, ſcilicet medici ætate, timidius in quibuſdam febribus balneo vtebantur. Fecit autem poſteà Aſclepiadis audacia, vt neq; eo terrerentur, ſi tempeſtiuè adhiberetur: quando verò tempeſtiuè diceretur, ediſſerit ex eius ſententia Corn. Celſus ſatis planè; planiſſimè verò, poſt eum CLXXX. circiter annos, idipſum edocuit Galenus, quem præcipuum ſequemur. Sed vt primo antiquiorum illa inſtituta percurram: tota apud eos tempeſtiui ratio erat in tribus, in concoctione videlicet humorum, in ægri habitu, nùm valido, nùm debili, & tolerantia virium. Quanquam has quoq; conditiones confuſis verbis exprimebant, quas nos explanabimus. Nam quod attinet ad primam conditionem, quæ erat cōctionis, ſic ipſi præcipiebant Celſi verbis. Manentibus quidem febribus lauandos eſſe, cum hoc tamen, ne increuiſſet tum febris, neue lingua eſſet aſpera, neue aut in medio corpore, aut in capite dolor vllus eſſet, neue præcordia dura eſſent, aut tumida. De habitu autem ſecundo loco ægrotantis: nam imbecillo ægro timendum apprimè conſulebant horroris periculum, proinde ægrum vbi in balneum veniſſet, pauliſper reſidere iuſſiſſent, expeririq. num tempora aſtringerentur, & an ſudor aliquis oriretur. Illud ſi incidiſſet, hoc non ſequeretur, prætermittebant eo die balneum, tanquam inutile, leuiterq. perunctum auferebant, vitato omni modo frigore, & abſtinentia indicta. At ſi temporibus integris primùm ibi, deinde alibi ſudare incepiſſent, os aqua calida fouere iubebant, tùm in ſolio deſidere: atq; ibi quoque animaduertebāt, nùm ſub primo contactu aquæ calidæ, ſumma cutis inhorreſceret; certum enim id erat ſignum inutilis balnei, quod tamen vix timebant poſſe accidere, ſi indicia priora rectè ceſſiſſent. Et deniq; pro tertia conditione, conſtantia virium attendebatur: neq; enim committendum (inquit Celſus) vt per æſtum anima deficiat: quare maturius tunc ægrum auferebant, curioſeq. in veſtimentis reuolutum, vt neq; frigus aſpiraret, ſudare antequam aliquid ſumeret, iubebant. Antè verò, an poſteaquam in aquam calidam deſcendiſſent, inungendi eſſent, ex ratione valetudinis ſuæ noſcebant: ferè tamen (niſi nominatim facta fuiſſet exceptio) ut poſteà id fieret, ſolebant. Hæc erat ſecundum Celſum, diligentia veterùm circà ægros in balneis, cùm exacta adhuc non eſſet apud eos medendi peritia in eis, quam à Galeno poſteà habuimus exactiſſimam, eamq. priuatis hiſce noſtris lauationibus valde congruam. Quare de cura febrientium in balneis, duplex in vniuerſum ratio habenda eſt: vna quidem communis eſt omnium febrium, & altera quæ erit vniuſcuiuſq; febris propria. Cōmuniſſima ergo hæc eſt: ut in putridis Febribus manifeſta prius in urinis concoctio appareat: tunc enim in remiſſione febris corpore iam mediocriter tranſpirante, multum caloris febrilis exhalabit, & unà fuliginoſa omnia, ac fumida excrementa educentur. Cui rei in principio, & in augumento contrarium accidit: nam uel ob denſam cutim, uel ob rodentium humorum copiam, in horrorem ægri incidunt. Hæ enim ſunt duæ horroris cauſſæ præcipuè: atq; adeò ij qui ita ſunt affecti, ſiue balneum ingreſſi fuerint, ſiue ſteterint in ſole, ſiue quoquo modo uel geſtati, uel perfricti, uel exercitati uehementius ſint dimoti, in horrorem ipſum quamprimum incidunt. Danda igitur opera eſt, ut in quacunq; febri, uel in quolibet etiam morbo balneum adhibendum ſit, tria hæc omnino non impediant. Vnum quidem, ut balneum ſine horrore ſit adminiſtratum, ſecundum quòd nullum primæ notæ uiſcus ſit imbecillum, & tertium quod multitudo crudi humoris in primis venis non contineatur. Horror namq; non ſolùm iam præſentem febrem intendere poteſt, ſed cùm non fuerit, eam interim excitare, ut optima ratione hoc ſemper inutilis balnei inditium habitum ſit. Partes verò imbecillæ liquatos iam humores noxios, magis recipiunt. Crudorum verò copia in totum corpus diffunditur. Propter has igitur cauſſas neque in

Balnei in febr. diſcrimina.

Baln. vſus in febribus ex antiquis.

Ex Corn. Celſo.

Baln. vſus ſecūdum Gal. 10. Methodi.

Balneum vtile 11. Methodi

Horroris periculū.

prin-

principio,neq; in augmento febrientes balneis committendi ſunt,ſed declinante iam morbo: quod tempus indiſtinctè tetigit ex antiquioribus Celſus,dum febres (dicebat ipſe) ſunt lentæ. Tunc enim cùm abſumpta iam ſuperuacua ſunt,& tùm cruda,cùm putreſcentia concocta,& balneis,& cataplaſmatis intrepidè vti poſſumus. Multò verò magis ſi animaduerſa vtentis conſuetudine in balneis, is balnei deſiderio teneatur, qui (teſte Hippocrate in III.de rat.vict.in morb.acu. & (item Galeno) ſi bis etiam quotidie lauetur, non erit error. Inter lauandum autem, ægrotantem aut nullo modo fricare oportet, aut certè leniſſimè,ſi ſordium extergendarum cauſſa opus ſit, & mollibus ſpongijs pro ſtrigili vtendum. Componat autem ſeſe qui lauatur, & taceat, & nihil agat, dicebat Hippocrates, ſed miniſtris tùm perfundere, tùm abſtergere ſinat: Ne (inquit Galenus) moto corpore muſculi extendantur,ac minus molliantur. Petendum verò ex ſuperioribus eſt,quando & quatenus poſt balneum tùm ſudare, tùm frigida conſpergi, ac inungi ex vſu ſit,& ex his quæ mox dicemus in ſingulis febribus. Veluti etiam ſupponimus eos qui legerint,dati illius præcepti fore memores,vt ieiuno ventriculo,ac aluo inanita ineundum ægris balneũ ſit: à cibo enim verenda eſt aut iecoris obſtructio,aut aliqua noxa conſimilis. Propterea neq; etiam eis à balneo ſtatim ſorbendum eſt, neq; bibendum; ſed ſedata ex balneo turbatione tùm eſſe, ac bibere conuenit. Sic enim non erit periculum,vel vt caput repleatur, vel vt ſtomachi ſubuerſio fiat,vel aliquod eius generis contingat malum.

Tempus baln. declinatio.

Vtentis conditiones.

Baln. ratio ieiuno, & nõ ieiuno.

Cicandi hora.

De vſu Balnei aquarum Temperatarum ad ſingulas febres.
Cap. XXII.

MAXIME verò oportunus ac tempeſtiuus balnei vſus dicetur, ſi præter communes præceptiones iam dictas, ſigillatim quoq; quantum cuiq; febri balneum conueniat,aut non conueniat, teneatur,atque miniſtretur. Tametſi ergo balnea dulcium & temperatarum aquarum ad omnem Diariam febrem commodiſſima ſunt (Galeno 9.Methodi auctore) haudquaquam tamen omnes diariã patientes ſimpliciter,neq; vno tenore lauandi ſunt. Imò vt ſiunt aquæ ad diuerſos vſus temperatæ,temperatiſſimæ,& minus temperatæ, quod toties diximus; ita in his febribus prout cauſſa poſtulat,diuerſimodè eligendæ ſunt,& aut citius aut tardius lauandum. Sunt autem cauſſæ in ſumma,laſſitudo,æſtus, ſiccitas,frigus, vigiliæ,fames, curæ,iræ, triſtitia,inguinum inflammatio, cutis obſtructio, & cruditas. In principijs lauatio in aquis temperatis conuenit dumtaxat his,quæ vel ex laſſitudine,vel ſiccitate,vel æſtu cõcitatæ ſunt:tunc enim æger pingui oleo ac molliter fricandus eſt,ac in balneum ducendus.nequaquè enim his ſudare conuenit. Quos autem mœrores,curæ,vigiliæ,iræ, & huiuſmodi aliæ paſſiones exercuerunt;lauare quidem non perinde oportet, verùm oleo copioſiore tepido, & ſubtilium partium tùm paulùm fricare,tùm vt moris eſt,lauare conuenit. In Diarijs cum grauedine,& deſtillatione, quæ plerumq; in caliginoſis quibuſdam cæli conſtitutionibus fieri ſolent; lauandi ægri non ſunt, prius quam hæ non concoquantur. Ac pariter ex alijs cauſſis lauare ægros in remiſſione melius eſt. In Diaria verò plurium dierum,tertia die exacta,ac nulla cruditatis ſuſpitione neq; in vrinis,neq; alibi apparente,lauare, & mox in frigidam deſcendere iubebat Galenus. In febribus autem Putridis,antiquiores (vt Celſus eſt auctor) hanc rationem habebant, vt in continentibus, cùm febre quis liberatus eſſet, ſimul atq; ea vno die non acceſſiſſet,eo qui proximus erat,poſt tempus acceſſionis, in lauacrum tutò mittebant. At eiſdem adhuc manentibus, ſed lentis, lauabant quidem, dum nequicquam obſtaret, vt dura præcordia,aliaque nuper adeo commemorata. Si verò febris certam aliquam ſeruaret periodum, ſic vt tertio, vel quarto die recurreret; quandocunq; non acceſſiſſet lauare conſulebant. Aut ſeruato ipſius periodi tenore duo potiſſimum tempora eligebant,alterum quidem ante horrorem,alterum ſebre finita. Vel certè febre alleuiata in his quæ lentè, ac perpetuò affligunt,& corpus tam integrè conſiſteret, quàm maximè in eo genere valetudinis eſſe ſoleret. Communiſſima verò, atq; certiſſima indicatio balnei in febribus putridis hæc eſt,etiam in Galeni ſchola,vt in vrinis manifeſta concoctio appareat. Per ſingulas autem febres,à Tertianis exorſi: Cleophantus multo ante acceſſionem tertianæ, caput ægri multa calida perfundebat,deinde vinum dabat,quod quamuis pleraq; eius viri præcepta ſecutus eſt Aſclepiades,rectè tamen præterijt, inquit Celſus. Galeni verò rectiſſima inſtituta ſunt, quæ omnes in poſterum comprobarunt,ac nos iterum introducimus. Febrienti quidem ſimplex lauacrum idoneum eſſe diximus,vt quod omne humectando ſit:ad cætera lauacra,quæ ſeu arte,ſeu natura,vel Nitrum,vel Salem,vel Synapi,vel aliud quipiam huiuſmodi recipiunt,non idonea. Quod verò Tertianarum dumtaxat priuilegium eſt,in his non expectata etiam concoctione,tutò balneum adhiberi poteſt, tùm quia bilioſus humor, qui

Diariæ febri Gal. 9. & 11. Methodi.

Diariæ plu. dierũ baln. 11. Metho.

Putridis, & continuis.

Intermittentibus.

Tertianis feb.

10. Meth. & primo ad Glau.

Ter-

Digitized by Google

Tertianas eacitat,ad exercitationem in promptu exiſtit,ac tendit naturali ſuo motu sd eatrinſeca;tùm quia corpus ipſa aquarum qualitate humectatur, bumectatur autem apprimè educto per balneum feruore bilis. Quam ob rem ad Glauconem ſcribens Galenus, audacter inquit,ſi æger admodum balneo delectetur,& adhæc concoctionis appareant ſigna, bis

Tertianis Noth.

in die etiam balneum miniſtrandum eſt. Quod confirmauit ex Tertianæ Nothæ diſcrimine, vtpote quæ à crudioribus humoribus pendens, non ſtatim per initia, ſed apparentibus

Quotidianæ Lyparia & Hepialofeb.

omnino conctionis ſignis tùm eſſe lauandum. Ac eadem contumaciæ ratione,cautins Quotidianarij, atq; item in Hepialo, & Lyparia, quæ ſunt ambiguæ & frigidæ febres, tractandi ſunt. Quartanarijs balnea quidam omnino intercipiunt: Galenus autem eodem ad Glau-

Quartanæ.

conem libro ſcribit,Quartanarios à frictionibus,& ambulationibus,& balneis, atque conſuetis officijs non eſſe pœnitus abſtinendos. Et ſi omnino vellent à balneis abſtinere, ſolis ſint frictionibus contenti. Hippocrates etiam in 11.de Morbis libro, & item in alio de affectionibus,vtrobiq; conſuluit in Quartanis,vt poſt aliquot medicationum aggreſſus,ſi vi-

Ardenti febri.

debitur adhuc proſequi febris, multa calida aqua ægrotantes lauandi ſint. Ad febrem autem ardentem, quæ affinem cum Tertiana cauſſam habet, intrinſecam continuam tamen, & vel vno tenore, vel tertio quoq; die exacerbantem; temperatarum lauacra conueniunt: dummodo moderata ſit febris, vires robuſtæ,& ſigna concoctionis apparuerint,nec vllæ ex principalibus membris particulæ inſigni aliquo vitio affectæ ſint. At vbi æger impensè arderet,frigidæ natationem conuenire magis, poſteà monſtrabitur. Animaduertere autem diligenter oportet,vt ne tumor alicubi,& præſertim in viſceribus aliquò ſubſit, inflamma-

Pituitoſis, & Salſis feb.

tioni:vel eriſipelati ſimilis,feruente per totum corpus bile. Verùm ſi æſtuoſa eiuſmodi febris,(quod in 111.de ratione victus à Galeno notatur) ex ſalſa pituita putrefacta oriatur, aduerſiſſimum illis balneum eſſe ſcire oportet. Neq; enim pituoſus humor, vt bilioſus, per cutim vacuari eſt idoneus,propterea quòd tùm craſſus,tùm glutinoſus ſit,longa egens con-

Febribus quib. balnea cótraria.

coctione. Ad eandem ſententiam in quibuſdam etiam febribus, quæ ex affectu eriſipelas referente gignuntur, in totum à balneo abſtinendum eſt. Neq; in Semitertianis conuenit, neq; in febribus Syncopalibus, imò bis aër vel nimium calidus, vel frigidus, aduerſiſſimus eſt,Paulo. Neq; in his potiſſimùm,in quibus aluo prius adſtricta,mox pituitoſiors, ac fluida excerni incipiunt: vt qui eò frequenter eſt pituitæ motus, vnde ad cutim per balneum

Cótinentibus feb. Hecticis feb. libro de Tabe. & 10. Metho.

coactè auerſus,contrà ſpem ſalutis,inſigne detrimentum afferret. Quæ omnia diſcrimina, vt infrà fuſius,ita bic etiam animaduertiſſe, non fuerit intempeſtiuum. Porrò continentibus in febribus,vbi ſcilicet æquè omnes humores intrà vaſa putreſcunt,ægros non oportet niſi ſoluto iam morbo lauare. Aut niſi virus planè tendat ad cutim,quemadmodum in peſtilentibus papulis accidit,quæ rectè à primis viſceribus ad extrinſeca,balnei calore attrahi poſſunt,vt proximè docebimus. Hecticis verò febribus,quæ ſolæ ſunt (authore Galeno)

Frigidæ conſperſio Hecticis neceſſaria.

ideſt,quæ nullam aliam implicatam habent febrē omni tempore lauacrum idoneum eſt:implicatis verò,cùm illi humores concocti fuerint,magis commodum. Equidem verò ad rectam integramque Hecticarum febrium curationem in balneis, id neceſſariò animaduertimus,quòd niſi febre Hectica correpti in frigidā à calido ſolio demiſſi,nihil iuuantur: quod

Recentiorū error.

tamen vidi non vulgares Medicos relinquere. Satis arbitrantes,ſi præterquam cubiculum tot peluibus impediant, & citrà moleſtam ægri commutationem, ſi ſatis madidum in temperato ſolio, frigeſcere paulatim eadem in tina ſinant; vel ſi paulatim per miniſtros frigidam infundere iubeant,vnde æger (vt ipſi arbitrantur) mutationem ferè non ſentiat. Sed decipiuntur duplici errore,tùm quia ſic paulatim ægrum ad contrarium ſtatum redigunt, frigeſcereque, ac horrere omnino cogunt. Deinde quia ſic infirmus vltimo,ac neceſſariò frigidæ iuuamento fruſtratur, quod ſubitò, extemporarioq. non ſucceſſiuo frigidæ occurſu ſit. Cæterùm quod nam poteſt eſſe maius erroris, aut temeritatis indicium, quàm pro no-

Gal. 10. Metho.

ua opinione,veterum probata inſtituta relinquere? Id enim vbiq; conclamat Galenus, audacter ægros à calida in frigidam totos confeſtim eſſe mergendos. Quòd ſi (inquit 10. Methodi) quis metu prematur, ne corpus ex frigidæ extemporario occurſu in diuerſa transferatur,ac frigidum reddatur,vtpote qui diutino malo exſuccus, ex carnis,pellis,& oſſa;nō tamen vitio id dandum eſt,quin proſperè id præſidium ſuccedat.Frigidam enim (quod fiet poſteà manifeſtius) conſtringendo corpus,& conſtipando,impreſſam iam in membris aquæ qualitatem, humiditatemq. ex calido Solio temperatarum, tutiſsimè ad intima vſque ui-

Hectici bal. ex 10 Metho.

ſcera propagat,perducitque. Cùm alioqui ſalubre non ſit, frigidæ ſubſtantiam, neque omnino eius qualitatem integram ad ea uſq; pertingere. Hæc ille. Sit itaque (ut nos proſperè ea inſtituta ſequuti ſumus) aër balnei temperatus, toto inquam pauimento, ac parietibus circumquaque calida aqua reſperſis; uel cameræ ſint ad hunc ritum comparatæ, ueluti ante monſtrauimus. Subinde æger in peluim ipſam temperaturam aquatum mittatur, diuque admodum reſideat, nulla corporis perfuſione, neque commotione,

ſien-

Digitized by Google

ſiente, caputq; omnino non madeat. Hinc demum in frigidam inſiliat, quæ erat tertium Solium in Thermis illis commodiſſimis: vel multa frigida, vel certè tepidiuſcula perfundarur, vt toties diximus. Itaque tantiſper perfuſus, ac exiens, blandiſſimè ſubtili linteo detergatur, datur ad proximum lectũ, vbi inungatur leniſſimè amigdalino, vel violaceo oleo, maximè circa ſpinam, & dorſum, & pectus, ac quieſcat. Hunc morem ſe in Maraſmode etiam febri tenuiſſe ſcribit Galenus, & quendam hominem præter omnium ſpem reſtituiſſe ſanitati. In ſummam, inquit, venerat maciem, longo tempore tùm decolor, tùm viribus imbecillis, ſqualiduſque, omnino confectus defeciſſet. Sẽper autem congruam his victus rationem, quæ ſcilicet humectet, atq; refrigeret, intelligi debere vel me tacente arbitror. Reſtauratio enim deperditi humidi ſolidarum partium, per ea fit, quæ immediatè ac naturaliter ipſas humectant. Id aptẽ Gal. teſte IIII. Aphor. 13. ex omnibus ſoli cibo ineſt, quippe ex ſui natura conuertibili in ſubſtantiam nutriti: non ex accidenti humiditate. Cùm aqua è diuerſo neq; pota, neq; extrinſecus occurrens, natura apta ſit ſolidas partes humectare: haud enim nutrit intus abſumpta, ſed alimentum ad ſolida vſq; conuehit, remittiturque. Nec eo magis foris adhibita ſi inſenſibiles permeet vias, ſuam qualitatem in intimas partes propagare valet. Cui profectò ſententiæ conforme eſt alterum Galeni dictum in primo de ratione victus com. 22. Aquam minus humectare quam Mulſum & Vinum, quod ex tranſcurſu, nec minus opportunè hic dictum velim.

Maraſmo in lib. de Tabe.

Aqua vt aqua nec nutrit, nec humectat corpus. Gal. III. de ra. vict. 17.

De vſu balnei aquarum temperatarum in particularibus ægritudinibus.
Cap. XXIII.

HÆC hactenus de vſu temperatarum aquarum in febribus dicenda erant. Cæterùm rari ſunt morbi, ſiue communes toti corpori, ſiue particulas ipſas priuatim occupantes, quos opportuna earundem adminiſtratio non perſanet. Hæ enim ſunt balnei in vniuerſum operationes: Humectat in primis, & calfacit blandiſſimè: mox aperit, lenit, attenuat, digerit, reuellit, maximè calidius. Deinde vrinas, ac aluum ciet, ſudores, ac halitus inſenſibiles excitat. Dolores mitigat, ſomnum conciliat, bonas concoctiones molitur, ac vires corroborat. Penes has operationes hoc balnei genus ad ſingulares multas ægritudines eſt vtile: vt ex veterum auctoritate, ac eorum, quos imitamur præcipuè, Galenum, Paulum, atq; Aëtium, planè conſtabit. Ad vſus verò oportunitatem, iam ſupponimus præſcripta à nobis generalia inſtituta de balneis, prælecta eſſe, & ea hùc eſſe conferenda. Præcipuum verò illud Galeni præceptum 5. de ſan. tuen. & III. de ratione victus, eſt memoria tenendum: Scieris (inquit) in vniuerſum de balnearum viribus in particularibus curandis affectibus, quòd ſi, non euacuato prius corpore, adhibeantur, membris affectis fluxionem pariunt. Multo verò maximè ſi bi affectus alicubi in viſceribus hæreant; vt inflammatio, eriſipelas, & id tumorum genus, ſicuti etiam, & pleuritis, & peripneumonia. Balneum verò vacuato corpore adhibitum, reliquiarum concoctionem iuuat, aduacuatoriamq. obtinet facultatem. Præparato igitur diligenter vniuerſo corpore, ad Cephaleam, & Hemicraniã conferre apprimè balneum teſtis eſt Paulus: ac ei ſpeciei præſertim, quæ inferiorum partium vitio fieri ſolet, vt plerumq; fit. Et item ad mitiorem capitis dolorem, ſiue ex calida ſit, ſiue ex frigida cauſſa. Phrenitidi ſuccurrit, ſi affectus præſertim longior, & contumax fuerit, corpore peruſto & ſqualido, & febris adfuerit: tunc enim ſalubri hoc balneo vtendum eſt, & vnctione liberaliore, caputq. ad ſomnum conciliandum temperata eadem aqua ſouere, non fuerit alienum. Lethargicos autem, & attonitos affectione iam declinante lauare conuenit. Ad vertiginem, oportet vt æger lotus, caput non madefaciat, ſed blandè dumtaxat frigida aqua perfundatur. His verò qui valdè calidũ caput habent, etiam roſaceum cum aceto adhibendum, ipſumq. ex ſalientibus aquis in balneo frigefacere, vel ex vaſe perfundere expedit. Epilepſiæ, ſeu Comitiali morbo laborantibus auxiliatur, vbi ſat æger purgatus ſit: cauetur nihilominus frequẽtior balnei vſus his, qui huic morbo obnoxij facti ſunt, & à cibo potiſſimùm, pariterq. liberalior venus, vini potus meracior, & eiuſmodi quæ caput replent. Inſaniam emendat declinante iam affectu, & melancholicas paſſiones ſuſtinentibus opitulatur, Paulo. quales Dæmoniaci, Phanatici, Licantropi, Maniaci, Furioſi; hi enim crebris aquarum dulcium lauationibus, ac victu humido & boni ſucci curantur. Quin etiã imbecillitatem ventriculi patientibus ob hæc vitia, vt promptius digerant, adiuuat balneum, Aëtio. Memoriam collapſam, collapſumq. aliquo cerebri vitio ingenium reſtaurat, diuertendo. Triſtitiam, mæroreſque, & cupidineo affectu perditos in melius conciliat. Valet ad Apopleſiam, & Paræſim, ideſt ſi principis animæ functionibus liberis, omnium particularum corporis reſolutio accidat: ſeruato in magna huius mali remediorum congerie, eo ordine, qui à Paulo præſcribitur. Ad Conuulſiones item,

Bal. tẽperati vniuerſales operationes.

Capitis dolorib. cephaleæ & Hemicraneæ.

Phreniti-di.

Lethargiæ, Attonitis, Vertigini.

Epilepſiæ

Inſanientibus, Maniacis.

Memoriæ collapſæ.

Triſtitiæ.

Apoplexiæ, Paræſi.

Conuulſioni.

quæ

Tremoribus, oculorum morbis. Gal. 13. Meth. Viſui inſtaurãdo.

quæ ex inanitione factæ ſunt,hydrelæo caput fouere,& ſi nihil prohibet,etiam in lauacrum ægros deducere conuenit. Ad tremores,ſolutis ſcilicet febribus,ſi adfuerint. Oculorum dolores meri potio ſanat,aut balneum,vt ſcribit Hippocrates Aphor.31. ſect. 6. Vbi ſcilicet tumida inflammatione dolent,præſentiſſimum remedium foret, Galeno teſte. Oportet autem magis in aëre balnei calido immorari,quale antiquis erat Laconicum,& oculos fouere plurimum ſicciore fomento,per ſpongias multum expreſſas,moxq. balneum confidenter aſſumere. Multas inſuper in oculis fluxiones ſanat, viſumq. remedijs diuerſimodè in ipſo balneo adhibitis, illuſtrat. Tabes & macies oculorum corrigit, quam Græci ἀτροφίαν appellant,perfundendo multa aqua calida ipſam faciem. Ad Ganglia item,& Atheromata oculorum calidam in eum modum infundit Aëtius.

Gingiuarum morbis. Aet.lib.8

Cruentas autem,& corroſas gingiuas, proptereaq. inflammatas,in quibus ſalſæ cuiuſdam, aut mordacis humiditatis ſenſus percipitur, magnopere iuuant dulcium aquarum balnea; quæ ſuperfluitates quidem ex toto corporis ambitu per ſudores euacuant.ſanguinis autem acredinem obtundunt. Quare niſi quidpiam aliud obſtiterit,bis ac ter adhibitum balneum,magis pro fuerit;capite interim illinito per oleum roſaceum cum aceto.

Dẽtibus. Oris, & Faucium mor. Anginæ. Voci inſtaurãdo.

Eadem ratione ad dentium, & oculorum paſſiones optimè faciet. Ad oris item affectus,gurgulionisq. inflammationem,poſca inter balneum in ore retenta. In Angina autem haud vtile vllum balneum,niſi affectione iam declinante;quanquàm in principio quoq; ipſum adhibebat Archigenes, atq; eum multos ita liberaſſe,recenſet Aëtius. Vocis organa corroborat,leni,ac itidem laxante cibo,vt ſeptimo localium remediorum ex Galeno accepimus;quare cantoribus,& concionatoribus dulciũ, ac temperatarum eiuſmodi balnea apprimè laudantur,vt contrà aduerſiſſima his ſunt marina,ſulphurata, aluminata, & omnia ſummatim quæ vehementer reſiccant.

Hæmoptoicis. Pleuritidi. Tabi. Syncopi. Defluxionibus in ventrem. Choleræ vomitib. Paul. Ventriculi intẽperiebus.

Facit quodammodo etiam ad Hæmoptoicos, quibus ſcilicet è pectore ſanguis emanat, cum maxima tamen cautela,cum his intempeſtiuum balneum ſit valde contrarium, Paulo. A Pleuritide, ſi poſt quartumdecimum malum remanſerit,poſt cucurbitulas loco applicatas,inclinante morbo,æger balneo credi poterit. Ad Tabem autem,vt anteà ad febres meminimus,omni tempore temperata balnea ſunt idonea,quod & in libro de Tabe Galenus fusè demonſtrat. A Syncopi homines refocillant,quæ ex vſtione ſub ſole producta eſt, vt iam diximus. Eos autem,qui ex defluxionibus in ventriculum delapſi ſunt in ſyncopim,iuuare poterunt,vitata cauſa à ſanguinis eruptione, aut immodica ſudoris exolutione, hæc enim aſtringere quàm laxare ſatius eſt. Vitanda item his qui eam humorum defluxionem patiuntur calida naturalium aquarum balnea,cùm alioqui dulcia valde competant. Choleram vomentibus opitulantur, vbi iam malum inclinauerit, flauam bilem enim ad cutim ſic retrahere expedit. In imbecillitate ventris ex ſiccitate,& quç eſt eius particulæ veluti Tabes,temperatiſſimum eſſe conuenit balneum,ac ita,vt aliquandiu in eo patiens commoretur,ac interpoſitis trium,aut quatuor horarum interuallis, ter in die lauetur, ſi is præſertim balneo aſſueuerit,& balneo humectis cibis vtatur,ex doctrina Galeni in 7.Methodi.

Crapuloſis. Inteſtinorum intemperiei. Lienoſis, ictericis. Calculoſis, Paul. Semen fluentib. Paul. Priapiſmo. 14.Meth. Menſibus & Dyſuriæ. Vteri affectibus, Paul. Infantarijs. Fœtui mortuo. Molæ vteri. Arthriti.

Illis autem qui præ nimia crapula in his locis dolentes, & inflati vix anhelare videntur,commodant. Ad Dyſenteriam item, maximè vbi multa ſubſit caloris intemperies, & ad Diarrhæam valent ex hepatis quapiam debilitate. In omnem verò ſiccam, ſtipticamq. inteſtinorum, & hepatis intemperiem,cùm dulcium,& temperatarum lauacra rectè laudentur,cauenda omnino naturalia, quæ ſiccant, augentq. cauſſam. Et in tali ſimiliter lienis affectu. Valent ad Ictericos,cum ex ſolidarum partium calore affectus gignitur;& quæ exinde tingunt oculos materias diſſoluendas,quopiam acri ſucco interim naribus inſtillato. Facit etiam perinde inſeſſus in aqua calida,atq; in oleo,& in hydrælao,ad Calculoſos, vtiliusq. ſi eo ſæpiùs vtantur,cataplaſmatis interdum, fotibusque ad renes ipſos,vel circà pubem adhibitis. Ad hos item qui renum vitio ſemen retinere non valent, à balneo circà renes oleo roſaceo, omphacino, & melino inunctis conuenit, cautione quadam præhabita, quam poſteà dicemus. In Priapiſmo; purgato priùs corpore, aut vena ſecta, digerentibus his balneis vtendum præcipit Galenus. Suppreſſos menſes ducit,calidis præſertim natura mulieribus, paritérque ad vrinæ difficultatem ex intemperie calida. Vteri inflammationes atq; abſceſſus ſanabit,ſicciorem eiuſdem intemperiem corrigendo, vnde ſæpenumero imprægnatio prohibetur. Vtero gerentibus autem, ad futurum partum facilitandum eſt remedium aptiſſimum,niſi febris aduerſetur, plures anteà dies vſurpatum. Iam verò infantarias, in ipſa etiam difficultate pariendi,iuuat maximopere,partes emolliendo,ac relaxando. Diu verò his in calidæ labro deſidendum eſt, & crebrò loca perfundendum, pubem interim,ſuperiorem ventrem, ac lumbos defricando. Quin etiam,ad mortuum fœtum in vtero, ità ſæpè puerperis balnea præparantur adeò vtiliter. Vitiatum lac in mammis hoc ritu ad benignum reduci poteſt, atq; his maximè, quæ ſalſa,& conſumente quadam humiditate abundant. Inanem imprægnationem,& vteri molam diſcutit in calida balneum,& quandoque

etiam

etiam in marina aqua. Scabrities, vteri puſtulas, rugoſitateſque diſcutit, nigredines abolet, adhibito præſertim in his locis vnguento, aut collyrio aliquo. Porrò, in Articularijs paſſionibus ceu Podagra, & Coxendicum doloribus; manifeſtum exiſtimo (inquit Aëtius) quòd poſt inflammationum remiſſionem omnibus podagricis balneum eiuſmodi temperatarum commodiſſimum eſt. Quandoque etiam in vigore vtiliter adhibetur, quando, ſcilicet æger aut prurītu, aut vigilijs infeſtatus ſit, aut alias labore fatigatus. Lauare autem oportet tempore remiſſionis, itaut ſpongiæ aceto & ſale permixtis madefactæ, locis circumponantur: quæ à fluxione imminente ſeruant innoxios. Itaq; ijs vti balneo non eſt perpetuò tutum. Nam (vt ſententia eſt principis Auicennæ) Articularijs vel eo potiſſimùm nomine dulcium balnea incommodant, quod humores liquant, meatus aperiunt, iuncturas humectando laxant, habileſque defluxionibus recipiendis efficiunt. Idem antè ipſum Paulus obiter iuſſerat, vel ſi lauetur (ſubdit) nitrum, ſalem, aliaque huiuſmodi frictionibus adijciant. In naturales verò balneas deſcendere hos melius eſt, vel in ſabulo, vel in harena ſaburrari. Vtiliter item olei, vel hydrelæi, vel etiam vini inſeſſus, & ex compoſitis aliquibus diſcuſſorijs balneum adhibebitur. Cæterùm, benè quoque facit temperatum balneum elephanticis, deterſis præſertim ægris à balneo, aut alumine, aut ammoniaco, aut eius generis quopiam abſtergentium, reſiccantium, ac diſſoluentium. Vel etiam aliquo herbarum ſmegmate impoſito, vel vnguento conſimili, Paulus. Benefacit item Scabioſis, ac prurientibus cuti vitijs, deterſo videlicet corpore decocto fænogræci, aut ſurfurum, aut betarum, aut Ptiſana vel dulci ſaltem oleo Roſaceo, vel amigdalino, quibus communiter in ſenibus vti conſueuimus. Ad Mentagram, & indecora eius generis vitia, faciem vt plurimum impetentia. Ad vlcera item capitis, & locorum iſthinc affinium, perinde atque dentibus opitulari ipſum dicebamus. Omnes cutis aſperitates, lituras, rugaſque lenire valet à balneis etiam ſulphuroſis, aluminoſiſque, & alijs naturalibus inductas. Luxata ad robur præparat; contuſa reficit, ac præſertim marinæ perfuſio. Confert pariter ad vlcera maturanda, quæ ſqualidam carnem, & ſiccam habent, temperatè fouendo, atq; humectando, vt Gal. in IIII. & XIIII. Methodi, vbique pluries demonſtrauit. Conſolidandis nihilo ſecius vlcetibus, maximè antiquis fluidis, quæ ſint inflammationis expertia, tutiùs Medicatæ aquæ conſuluntur. Facit etiam ad ſauciatos neruos, die ſeptima ſaltem præterita, aut dolore priùs ſedato. Nec eo minus ad hyrudines in potu hauſtas, nempè in ſolium aqua calida plenum vſq; ad collum ægrum immittito, & frigidam aquam ore tenendam exhibeto, quam frequenter permutato, egredietur enim inde hyrudo frigidæ appetentia prolecta. Ad eos pariter, qui ex opio aſſumpto graui ſopore ſubmerſi, & quaſi commortui iacent, ingenti pruritu interdum cruciari ſoliti. Ad luridum item venenum ex fungis deuoratis, pariterq. ad argenti ſpumam ebibitam. Ad venenum item ex chantaridibus ſumptis, & in oleo inſeſſus, vel in hydræleo. Ad dolorem leuandum in Phalangiorum morſibus. Ad Scorpionum ictus, ad Hemorrhoi ſerpentis morſum, & ad Ranæ rubetæ virus excutiendum, facta in cunctis exudatione in ipſo balneo plurima. Succurrunt item temperatarum eiuſmodi inſeſſus his, qui medicamento ebibito non purgantur, & perinde ac ſi venenum ſumpſiſſent, mille cruciatibus anguntur. Nec minori præſidio eos iuuant, qui ex immodica Pharmaci ſolutione periculum conuulſionis incurrunt: oportet verò aquam plus iuſto calidiorem eſſe quàm temperata, de qua hactenus vtilia narrauimus. Nunc ad calidiorum ſpeciem tranſeundum eſt.

Fluxionibus articularijs.

Elephantiaſi, Pau.

Cutis ſcabiei, & prurītui.

Cap. vlceribus.

Luxatis, & fractis vlcerib.

Neruis vuln. Gal.

Hyrudini Paul.

Opio, Paul. fungis.

Chantaridibus. Paul. & Aet.

Phalangis, Scorpionib.

Medicinę nō purganti. ĳmmodicæ.

De vſu balnei aquarum dulcium plus iuſto calidarum. Cap. XXIIII.

CALIDÆ aquæ eo tantùm nomine à temperatis differre videntur, quòd non eſt earum vis perinde humida, quin imò inſigniter calfaciendo exſiccant. Inhorreſcere enim (inquit Gal. III. de ſan. tuen.) cogunt corpora, & meatus ipſorum denſari, vt neque extrinſeca humiditate fruantur, neq; ex internis ſuperfluitatibus quid excernatur. Hinc rectè boni Meſuæ conſilium accipiunt, qui ex immodica pharmaci ex ſolutione, patientem in calidæ labrum immergunt; quod & Galenus monet, cauendo frigida, ſtiptica extrinſeca, & quæ ad intima repellant, fluxumq. maiorem efficiant. Nec verò Auicennæ canon perpetuò ſeruandus eſt, quæ eſt etiam Petri Aponi Conciliatoris ſententia: nempè vt altera die ab aſſumpto pharmaco dulcium & calidarum huiuſmodi balneo vtantur, vtpotè quòd reliquias peccantis humoris ad cutim extrahere, atque penitus abolere valeat. Locus eſt IIII. primi, cap. 5. qui duas præcipuas patitur anguſtias, tùm quia ſic balneū contingit trahere ad contrariū naturæ motum. Tùm quia reliquiæ aliquę crudæ, ac ineptæ ex ſolutionis per viam balnei, violenter attractæ obſtructionis cauſſæ ſunt valde

Pharmaco violento.

Auicennę locus.

contumacinm. Non ergo omnibus à pharmaco conuenit balneum. Quibus verò,& quando conueniat, tres in vniuerſum conditiones ſeruauimus: vnam quidem, quàm diximus, ſi pharmacum contingat ſuperfluè ducere; quo in caſu, ægro potiſſimùm non adeò debili, balneum calidæ (vt dictum eſt) virtutis, ac attrahentis ad extrinſeca, nequaqnam frigidæ, nec ſtipticæ eſſe oportebit. Altera, vt ſi ob reliquias expediat balneum, eas conſtet pro virtute balnei in promptu exiſtere, ſubtiles, ac facilè educibiles. Et tertia, ſi naturæ motu ceſſauerit, corpore alioqui valido, neque ſatis integrè purgato. Cæterum ſufficienter, atque integrè purgat, vel vtcunque debiles, nullo opus balneo habebunt. Porrò calidiori balneo vti-

Laſſitudini ex gracilitate.

tur Galenus III. de ſanitate tuenda, in quarta illa ſpecie laſſitudinis, quæ ſcilicet ex gracilitate ſolùm, ac ariditate gignitur, maſculis plus æquo exſiccatis. Nempè balneo vtendum prima die calidiori, quod ſcilicet ſenſim contrahat, calefaciat cutim, roboretque: ſecunda verò die ſimiliter, ſed vt protinus in frigidam inſiliant, minimùm enim ſudare expedit. Quippe gracilibus implendis procurandum vt ne nimia fiat corporis exhalatio, id quod accidere cute conſtipata nequit, cogere ergo hanc, denſareq. oportet. Sanè cogit, clauditque tùm frigida, tùm feruens aqua; verùm à frigida lædi hominem metus eſt, vtpote quod iam ex multa exercitatione, & rarior eſt redditus, & vacuus. Ex feruida verò, vt noxa certè nulla, ita ſecura in cute denſitas paratur, ipſo qui in ea relinquitur calore non nihil etiã conferente. vbi verò cuti nimium aſtrictæ ſuccurrendum eſt, ſiue ex vehementi frigore, ſiue

Cuti aſtrictæ. I. de ſan. tuen.

ex diutino aluminoſarum aquarum balneo id accidat, ſiue ex quapiam alia cauſſa; Sanatio horum calfactio eſt, & rarefactio, exercitiorũ vſu videlicet, & balneis calidioribus ſudoribuſque. Vnde ne inſeſſus quidẽ in frigido ſolio vtilis eſt. Eundem in modum tractandi ſunt,

Papulis, Aet.

qui multiformes in morbis papulas patiuntur. Sunt enim aliæ latæ, & rotundæ, aliæ inflatæ, aliæ diſperſæ, aliæ ſubalbidæ, aliæ ſubrubræ, aliæ inæquales, aliæ exiles, morſibus culicum adſimiles; Vulgò impetigines, ſeu potius peſtigines dictæ, deflexa (ut arbitror) parùm uoce à peſte, cuius hæ plerunque mala ſoboles eſſe conſueuere. Eos, qui has patiuntur, continuè tegendos, fouendoſque, ac interdum (niſi quidpiam obſtiterit) in Solium calidarum mergendos, ex Herodoto monet Aëtius. Dico niſi quidpiam obſtiterit: nam ut papulæ id genus ſunt ſymptomata peſtis, in qua omnia fiunt grauiſſima, & nihil (ut in cæteris morbis) definitum, authore Paulo; multa ſolent obſtare, & cum noſtris iunioribus abſtinere à

Lib. 12. cap.

balneo ſecurius iudico. Ad uentriculi quoque inflatione hiſce utitur Aëtius, remiſſionis

Ventris inflationib.

quidem tempore, & ex interuallis. Conſulit idem ex Galeno his, qui aut ex crapula, aut alia cauſſa magnam in uentriculum cruditatem congeſſere: ut partim edormita crapula,

Crapuloſis, Gale.

partim per uomitum eiecta, partim aquæ frigidæ cyatho ebibito, quo cruditas celerrimè ad inferiorem uentrem detrudatur, ſequenti deinde die poſt quietem, fricationem pedum, ac moderatam deambulationem in balneum intrent. Eſto autem balneum ſolito calidius, exudent patientes, ac frigidæ poſteà labrum ingreſſi, largiori oleo uniuerſum corpus pinguefaciant. Commodiſſimum eſt etiam aqua calida in balneo hauſta uomere, ad abluendum ea quæ in ſtomacho redundant biliofa, ac pituitoſa excrementa: quod & abſyntij præ-

Pilis abolen.

libatio à balneo præſtat. Calidiorem etiam parari conuenit balnei aquam in pilis abolendis, pſylotro aliquo adhibito, quod ſolum hactenus balnearij in Stuphis obſeruant. Vte-

Pſylotra.

bantur autem iam pro leni pſylotro Terra Melia, ut teſtis eſt Dioſcorides. Pro eius uerò

Deterſoriũ ex farina fabacea.

penuria apud nos, non eſt illis acerrimis intritis, quæ ex calce parant, ac auripigmento indiſcriminatim utendum, ſed temperanda ad uſum. Et pro familiari deterſorio nihil utilius in balneis farina fabacea, uel per ſe indita cuti, uel & aceto, quæ teſte Dioſcoride, & pilos renaſcentes graciliores reddit, & adoleſcentes facit tardius pubeſcere. Tollit maculas, ac lentigines, & æquat cicatrices, & rugas carnis. In ſumma, ubicunque ex alto trahere ad ſuperficiem intentio eſt, calidiores eſſe aquas oportet, quod maximè dum uenenis ſuccurritur, ſeruandum eſt.

De balneo ſimplicis aquæ frigidæ: & natatione in fluuijs, ac lacubus.
Cap. XXV.

Tepidarũ promiſcua qualitate.

ANTEQVAM de frigidæ aquæ lauationibus ageretur, erat abſoluenda tertia differentia calidarum in calido ſolio, ſcilicet de tepidis. Attamen cùm iſtæ pro ſui promiſcua qualitate, medio inter frigidum, & calidum, modò in frigido ſolio reciperentur, & modò pro calidum aquarum temperatura miſcerẽtur; ideò utrarumq; rationem, atq; uſum, tepidarum ſcilicet & frigidarum, unico ſermone abſoluemus. Frigi-

Frigida lauatio dupl.

darum ergo aquarum uſus, duplex fuerat antiquis. Vnus quidem erat ſimplex natatio in natationibus, lacubus, fluuijs, mari, ac fontibus, de quo uſu iam dicturi ſumus. Alter uerò in ipſis balneis, ut ſucceſſiuam diximus lauationem, temperatarum ſcilicet aut calida-

rum,

rum,& mox frigidarum. In balneis quidem antiquior fuit temperatarum, & calidarum lauatio:nam etiam ſi antè Thermas frigidis ſponte manãtibus,fluuijsq. vterentur in lauationibus, quippe adhuc hominum vita rudis,& contenta his ſatis, quæ natura ſuggerebat; introducto tamen Thermarum ritu per initia,calidis ſolùm,ac tepidis,aliquo tempore lauari ſolitum fuiſſe videtur. Cuius rei,teſtis eſt Plin. lib. 25. cap. 7. dum ſcribit: Antonium Muſam,& Euphorbum eius fratrem inſtitniſſe à balneis frigida multa aſtringi corpora. Anteà, inquit,non erat mos niſi calida tãtùm lauari,ſicut apud Homerum etiam inuenimus. Poſteà verò cùm geminus is vſus, & in ſanis, & in ægris cum magno hominum applauſu inualuiſſet;tota ad poſtremum lauationum vtilitas ab authoribus ipſi frigidæ lauationi relata eſt. Videntibus planè à balneo per frigidam & aſtringi corpora,& vniri calidum innatum,& vires firmari;vnde per calidam,diximus ex Galeno in Thermis, præparari hominem ad frigidæ vſum. Sed de hoc quidem vſu dictum eſt ſatis. Extrà autem ritum Thermarum lauari ſimpliciter in frigida aqua ſiue in fluuijs,ſiue in mari,fuit antiquiſſimum, vt iam propoſuimus. Idque inſtitutum tres pariter, vt Thermæ ipſæ,habuit rationes: nempe ad exercitationes corporum pro ſanitate tuenda; ad diſciplinã iuuentutis in re militari, & ad morborum complurium curationes. Verùm, quod ad noſtros pertinet vſus, quoniam hoc balnei genus,vt non modicæ vtilitatis eſt,ita noxa aliqua non vacat,niſi rectè adhibeatur,Gal. teſte 111. de ſan.tuen. ideò tutius eſt ad noſtram cautelã,eius inſtituta, ac antiquorum experimenta ſectari. Ariſt. in probl. melius eſſe dixit natare in mari,quàm in fluuijs,& id genus crudis aquis: tùm quia Marina aqua faciliùs ſuſtinet hominum corpora craſſicie; tùm etiã quia minus penetrare poteſt,quàm dulces,& minus lædit. Quippe dicebat Gal. ſuper quintam Aphor. 21. Aquæ frigidæ occurſus, aut vnit,& colligit calorem natiuum, aut vincit. Colligit quidem atq; vnit,cùm fortis eſt,ipſum diſſlari prohibens. Vincit autem debilem. Frigidum, dicebat Hippocrates eadem ſect. 17. vbi quis ſæpius eo vtatur, hæc mala affert, conuulſiones,diſtentiones,liuores, rigores febriles. Et item 18. Frigidum inimicum oſſibus, dentibus, neruis, cerebro, ſpinali medullæ. Et 23. quaſi à maiori aquæ noxa arguens, Galeno teſte; Frigida inquit qualis nix,& glacies pectori inimica,tuſſes mouet, & ſanguinem,& deſtillationes. Vnde manifeſtò liquet,natationẽ in frigida aqua non conuenire omni ætati,& minimè omnium conuenit infantibus, deinde nec pueris abuſq; ſecundo ſeptennio ad tertium:quippe (vt Gal. eſt teſtis 1. de ſan.tuen.) frigida augmentationi illius ætatis,aduerſiſſima eſt. Sub horum conditione fœmellæ veniunt graciles, & imbecilles, & qui carnes habent delicatas,poſtremò ſenes,& in totum frigidæ naturæ. Non ergo omni ætati conuenit balneum in frigida aqua, ſed robuſtæ, & iuueni. Neq; omni tempore,ſed æſtate media dumtaxat,Gal. eodem 21. authore. Ad vſum verò, his maximè conuenit, qui ei ſint aſſueti,vel paulatim ſunt aſſueſcendi. 111. de ſan.tuen. Nec me latet fuiſſe ſemper,vt hodie quoq; eſt, natationem in frigidam vulgarem, & citrà vllum delectum aut rationem,ciuitatibus præſertim maritimis,vel quę magnis fluuijs alluuntur. Et Oribaſius poſt Galeni ætatem Medicus non ignobilis, indiſtinctè omnibus temporibus lauari in frigida ſuadebat. Verùm nobis hic inaſſuetis ſermo habendus eſt. Et tamen ſiue aſſueti,ſiue inaſſueti, modũ certè ac rationem ſcire debemus, quando tutò, & ſine noxa quis frigidæ lauationi ſe poſſit committere. Quam ob rem de hoc quoq; inſtituto,Galeni ſententiam ferè ad verbum hic recitabimus,ex 111. de ſan.tuen. vbi ſic homines ad frigidam aſſuefaciendos eſſe admonet. Optimum quidem corpus, quo ad augeſcit,vt dictũ ſupra eſt,non eſſe frigida lauandum,ne ei ad incrementum aduerſetur. Vbi verò abundè eſt auctus,iam frigidæ quoq; aſſueſaciendus: vt quæ tùm corpus vniuerſum roboret, tùm cutem denſam, duramque efficiat, quod ſanè vtiliſſimum eſt aduerſus noxas, quæ extrinſecùs imminent. Qui hunc ergo morem inchoauit, ne ex ſubitaria mutatione noxam aliquam incurrat, hæc ſcire debet. Primùm quidem, vt non quolibet anni tempore, nec quolibet die auſpicetur, ſed inter æſtatis maximè initia, vt hoc toto ſpatio hiemem præcedente, non ſpernendam acquirat conſuetudinem. Eſto autem dies, qua id incepturus eſt, quam maximè tranquilla, & quoad id tempus feret calidiſſima, & calidiſſima etiam ſui parte,vt dictum eſt, circà meridiem; vel etiam vltra. Tumque haud ſynceram frigidam ingredi oportebit, ſed quæ neque tepida, neque purè frigida ſit, tenuis, limpida, non limoſa, neque paluſtris, neque glacialis. Sit verò is ætate in quarto ſeptennio, ſeu circà quintum & vigeſimum annum, animi alacris,fortis,& carnoſus. Neq; ſit anteà vulgari victu vſus,neque tum ex venere laſſatus,nec vigilijs,vel quomodolibet aut vomitu,aut deiectione,aut alia inanitione fatigatus. Excrementis ſit vacuus,ac ieiunus. Nam quod faciebat Antyllus,Oribaſio auctore,ſe etiam à cœna in frigidam mergere ſolitum,ac mirum, inquit,quam placidam eam noctem ſentiremus; id quidem beneficium conſuetudini tribuendum eſt, non rationi. Oportet autem Laconicos ritus imitari:vel pro Laconico eſto aliquod aliud exercitij genus, quod videlicet inca-

Lauari in calida antiquior vſus.

Lauari in frigida primalaus.

Cap. 11. Natationis tres fines.

Natare in Mari melius eſt, quam in fluminib.

Frigidæ lauationis noxæ.

Vtilitates communes.

Lauari in frigida ex Gal.

Tempus

Dies.

Hora.

Frigidæ ratio.

Aetas.

Corporis conditiones.

Exercitatio præuia.

leſcat corpus, & quo quis maximè vti ſolet, labor, ambulatio, curſus, pilæ luſus, inſolatus. Qui mox erat Plinij, vt de eo meminit Iunior: nam æſtate ſiquid ocij fuiſſet, in ſole diu iacere erat ſolitus, poſt ſolem plerunque frigida aqua lauari, deinde guſtare, dormireq. iuxta eadem Galeni inſtituta.

Exercitationis neceſſitas. 11. de ſan. tuen. 3. de ſan. tuen.

Prorſus enim exercitationis alicuius neceſſitas hæc eſt: quòd hæc non tantùm calfacit corpus, ſed etiam vt calor naturalis foras ex profundo moueatur efficit: quo circà ſe opponit contra frigidæ impetum, obſiſtitque quo minus in profundum violenter pertranſeat, & viſcerū aliquod feriat. Nam nec ipſam frigidæ ſubſtantiam peruenire expedit ad viſcera, nec vniuerſam eius qualitatem, & puram illis occurrre. Imò verò melius, & tutius eſt, vt ſola qualitas abſque eius ſubſtantia in partes primò occurrentes recepta, & ab his in alias ſenſim permanans, tandem in profundum feratur. Et talis profectò erat ſudatio in Laconico, ac in calido Solio natatus, qualis ſola exercitatio, ac mox vtrobique in frigidam demerſio.

Cōfeſtim & non lente inſilien. in frigidam.

Exercitato ergo, vel fricato prius corpore frictione duriore, ac deinde oleo etiam illito, in frigidam deſcendat. Deſcendere autem oportet non lentè, ſed confeſtim inſiliens, quo uno tempore omnibus corporis partibus aqua circumfundantur. Dum quis enim paulatim, ſenſimque ingreditur, natura ſe tota ad immerſam partem conuertit, quo fit vt non æqualiter ſubinde reſiſtat, ac horrore afficiatur.

Mora in frigida.

Ipſum immorandi tempus in frigida aqua, id quoque à quotidiana experientia definiendum eſt.

Frictio & vnctio à balu. frigidæ.

Galenus ſi egreſſus inquit coloratior ex frictione appareat, mediocriter hunc moratum indicio eſt: ſin tardius caleſcat, & diu maneat decolor, plus æquo moratum. Nimia verò mora in aqua frigida caueri debet, ne facilè quis aliquam ex præſcriptis noxis incurrat. Debet ergo quis ita lotus, & egreſſus, à pluribus per oleum fricari, donec cutis incaleſcat.

Cibus, & Potus.

Poſteà indutus, vbi ad horæ ſpatium ad minus requieuerit, cibos plures quàm ſolet ingerat, ac minus bibat. Nam plures appetunt ex frigidæ lotione, melius concoquunt, & minus ſitiunt. Hic ordo eſt, hæc ſumma lauationis in frigida, ex Galeno.

Natationis vſus curationib. morborum. 3. ſanitate tuen.

Porrò quas præſtet vtilitates in frigida natatio, tàm in ſanis, quàm in ægris multa ſunt exempla. Corroborat, dicebat paulo antè Galenus, totum corpus, & cutem duram, ac denſam efficit. Quare ex antiperiſtaſi calorem innatum vnit, appetentiam gignit, ad excrementorum expulſionem excitat, fuliginoſos vapores ſoluit in ſudorem, ac nonnullis aluum laxat.

Calori roborando. Laſſitudinibus.

Ad laſſitudines in malo corporis habitu, per interualla frigidæ lauacrum, ex Archigene inſtituit Aëtius. Exuſtos item ſub ſole, longo exercitio, ac medijs caloribus ex itinere æſtuantes, totos frigida perfundi debere, iubet Paulus & Aëtius, quibus ſi etiam ſiti conficiantur, ac frigidæ potioni aſſueuerint, frigidam quoque bibendam propinari, atque hoc pro ratione, non vniuerſum facere expedit.

Exuſtionib. ex itineribus. Canino appet.

Caninum appetitum reprimit, ex immodica cutis exolutione, ac tranſpiratione factum: niſi patiens admodum gracilis ſit, & frigidæ natationi ineptus, aut inconſuetus.

Meſtruis, ſanguinis fluxui.

Menſtruis rubris cohibendis frigida natatio mirifica eſt, Aëtio: atque pariter ad ſeminis profluuium, eoque magis ſi aliqua medicata qualitate id balneum præditum ſit. Sanguinem cohibet ex naribus, vel etiam vndecunque manantem, perfuſione confertim multa, ac veluti ex improuiſo facta.

Oculorū vitijs.

Ad oculorum verò caligines, ſi dum in frigida natatur, oculi in eadem aperti teneantur, viſui robur valde adijcitur, Paulo.

Venenis.

Porrò, nec ad venena frigidæ natationem reperimus inutilem: nam in Mandragoræ ſucco ebibito, ſi aliquandiu in ipſa emmorentur, apprimè iuuabuntur.

Canis morſui, ex Aet. Aquam timenti.

Optimè facit in Canis rabioſi morſu: nam aquas ob eam cauſſam timentes quos Græci ὑδροφοβοῦς appellant, nullum magis præſentaneum hoc remedio habetur, quàm inuitos etiam, & quantumuis renitentes in fontem, lacum, fluuium, uel in mare ad natatum proijcere. Abominantur enim qui à cane rabioſo commorſi ſunt aquas, perinde ac in aquis ſpeciem ringentis canis aſpiciant, vereanturq; vt ex Poſidonio tradidit Aëtius. Extat verò eius rei prouerbium apud Lucianum, τί κακὸν καὶ ἐν βαλανείῳ; ortum ex philoſopho quodam, qui iam aquam timere incipiens, inuicto animo formidinem ſpreuit, ac inſiliens in aquas, perſanatus eſt.

ἱππομανές.

Eſt autem hæc affectio equis etiam, & equabus communis, quare nomen huic paſſioni ἱππομανὲς. Quippe, Seruius auctor eſt ex Columella, equas interdum, cùm imaginem ſuam in aqua viderint, inani amore correptas, per ſtabula, paſcuaque vagari, ac niſi deductæ ad aquam, vbi ſuam deformitatem ſpeculatæ, priſtinæ imaginis aboleant memoriam, cupidinis tabe interire.

Febribus. 3. de ſan. tuen.

De vniuerſalibus verò morbis iam pluries demonſtratum eſt, quod quæcunque febres curantur balneis, maximè frigidæ lauationis beneficio curantur: ſic, vt poſt calidum Solium in frigidam ægri mittantur. Ita Ephemeras, ita putridas, & maxima ex parte Hecticas curari, ex Galeno dictum eſt: quùm in maraſmode, & valde extenuatis ægris, quos nimirùm ſeruari impoſſibile ſit, neque lauari, neque vngi melius. Imò verò ſine calidi Solij interuentu, frigidæ natatione ſola, multi febricitantes iuuari aſſolent: tribus potiſſimùm ſeruatis conditionibus. Vt valentibus ſint viribus. Vt humores appareant per vrinas, vacuationi eſſe idonei, & vt nullum primæ notæ viſcerum male affectum conſtet.

Quod

Quod ex ijs planè conſtat, qui non habentes balnea, ſine omni medicorum, ſuaſu, ſeipſos, in ſtagna, vel flumina coniecerunt. Quem morem narrat Americus Veſputius, ſeruare hodie quaſdam noui Orbis gentes, oppoſito tamen Laconicorum modo. nam in ſtatu vigente febre, ſe in frigidiſſimam aquam demergere, exeuntes verò vehementi curſu quantũ poſſunt, circa luculentum ignem exerceri, mox longum obdormiſcere, & (vt credo) ſudare, ſicque à febre plerunq; liberari. Nec ſecus ruſticos, & qui in montanis longè abſunt à Medicis facere videmus hac ætate. Verùm hiſce omnibus quùm ad caſum res benè interdum ſuccedat, (nam aliquos vidimus fuiſſe periclitatos) diligens tamen nobis cura adhibenda eſt, vt tutò eo remedio vti poſſimus. In febre enim ardente, has omnes conditiones requirit Galenus ad frigidam natationem 10. Methodi. Vt iuuenis ſit, & plenioris habitus; tempore æſtatis, conſtitutioneq. calida, & ſicca; febre ipſa in vigore exiſtente; & concoctione iam in vrinis apparente; & ſine viſceris alicuius inflammatione. Is ſi in frigidæ naturã ſeſe inijciat, euidenter iuuabitur. Nam quibuſdam venter ſtatim multa billioſa egeſſit, alijs largiſſimus ſudor erupit, qui omnino febrẽ finiuit: quare valde confidenter, ſi frigido balneo æger aſſuetus fuerit, hoc auxilio vti poterit. Communiter enim recuſatur, Galeno teſte: tùm quia ex intempeſtiuo vſu, maxima ex errore impendet noxa, vt ex his quæ dicemus iam planius conſtare poterit.

Balnea noui orbis.

Febri ardẽti quinque cõditiones ad frigidum balneum.

10. Meth.

Quibus in caſibus cauendum ſit à balneis aquarum ſimplicium. *Cap.* XXVI.

COMMODA ergo, virtutes, iuuamenta, tot ægritudinum remedia ex aquarum dulcium balneis, ſic ſe habent in vniuerſum. Operæprecium verò eſt in vniuerſum quoq; earundem nocumenta, ac incommoda, veluti ex aduerſo ponere, vt viſis, ac vitatis offenſis, integer cuique, inculpatusq. vſus eſſe debeat. Iam verò inter enarrandas vtilitates, noxas quoq; cõmunes animaduertimus, quæ in multis malis aut ex intemperato, ac temerè adhibito balneo, aut ex intempeſtiuo vſu, aut ex quapiam alia aduerſaria cauſſa ſolent accidere. Eſt enim (quis neſcit?) modus in rebus, quem qui non ſeruat, abutitur, abuſu autem quid eſt tam bonum, quod aliquando non fiat peſſimum? Forma, diuitiæ, vires, facundia, ſæpè in malum abutenti redundant. Itaq; rectè id verbum apud medicos iactatur ad balneas, quod ex veteri Thermarum macerie, eruto marmore legitur, cum hoc εἰδύλλιον.

Prouerbium de balneis.

Balnea, Vina, Venus, corrumpunt corpora ſana.
Corpora ſana dabunt, Balnea, Vina, Venus.

De ſingularibus verò erroribus, iterum hoc loco meminiſſe oportet, quòd in omni vſu balnei ſolet eſſe admodũ infenſa defluxio, ſeu catarrhi à capite ſit, ſeu liquationis, ac fuſionis humorum ad quanq; partem. Quæ in balneis his temperatis, præſertim ſuperfluitatum liquatio, ſunt frequentiſſima. Imò vix vtile balneum, niſi liquatas, ac fluxiles reddat reliquias, quas trahat ad cutim, itaque exoluit: quod facit, vbi tempeſtiuè, ac ex ratione adhibitum ſit. Alioqui non ſine periculo, dum liquatos balnei qualitate humores, ad impetum de parte in partem facit idoneos. Ergo ad hunc veluti ſcopum principaliſſimum, cætera tui balnei inſtituta, prius quam incipias dirigenda ſunt: videlicet, vt aquę ad hominis condecentiam temperentur, vt tempeſtiuè adhibeantur, vt nulla noxiæ huiuſmodi colliquationis ſubſiſtat occaſio, ac ſingulares id genus circumſtantiæ aliæ, quas per caſus aliquos, quibus inimica eſſe balnea obſeruauimus, breuiter percurremus. Tria quidem ex Galeno iam propoſita ſunt capita 10. Methodi, vt balneis inculpatè vtamur: Copia crudorũ humorum in primis uenis diſperſa, Horror, & Imbecillitas uiſcerum: quæ & nunc quatenus tùm ſanis, tùm ægris cauendum ſit, demonſtrabunt. Solet autem cruditas tùm in ſtomaco contineri, tùm in primis uenis, tùm in toto uaſorum genere. Vel toto igitur ipſo iure Thermarum exploſos eſſe oſtendimus; qui non ieiuno ſtomacho intrarent balnea, quorum adeò luxum Satirici increparunt, ut Horatius,

Defluxionis periculum.

Tria pericula.

Primus ſcopus, ac cruditate.

In ſtomacho.

—— Crudi, tumidiq. lauamur. & Iuuenalis.
Turgidus, & crudum Pauonem in balnea portas.

At inter neceſſarias cautelas eſt, ubi circà primas uenas, à uentre ipſo ſcilicet crudorum copia ſuccorum eſt diſperſa. Balnea à cibo (dicebat Galenus in libro de Palpitatione, rigo. & tre.) uel alioqui intempeſtiua, cuiuſq; morbi cauſæ antecedentes fiunt, quotidianas concitant febres, rigores, atque horrores. Si uerò cruditas ſanguinis in toto uaſorum genere fuerit aggregata: diſtinctione aliqua opus habet, an abſque febre intelligatur, an cum febre. Quæ eſt Galeni doctrina in 111. de ſan. tuenda, & 13. Methodi. Omni enim ſuccorum copiæ digerendæ in ſanis, balnea ſummè idonea perhibentur. Sicut etiam, inquit

In venis primis.

Bal. à cibo noxa.

Cruditas iuvenis ſine febre,
ipſe, valde conferunt, exercitatio, frictio, ſomenta calida, vnctio calſaciens,clamor,animi iracundia, & vno verbo dicam,omnia quæ ſuccos altè in animantis corpore immerſos, ad motum quoquo verſus irritant. Oportet autem hus blandè prius vnctos, atque oleo perfrictos, in balneum mittere, vt quod præter alia,duras, tenſasq. partes emolliat, & excrementum putre,quod ad cutim intus hæret, euocat. A balneo autem cibo abſtinere oportet:ac ocio ſe dedere,atq; etiam ſomno,cùm nihil ſit quod æquè concoquat ea,quę concoqui poſſunt,& malos ſuccos per halitus digerat,quàm ſomnus,præſertim à balneo,& item

Somni à bal.vtilitas.
inedia. Ergo ſomnus,& cauſſa, & ſignum tibi ſit percommodum ſperatæ vtilitatis:ſicut è diuerſo non poſſe à balneo dormire, nec cauſſa,nec ſignum eſt commodum. Hæc in IIII. de ſanit, tuenda.

Plenitudo cum febre. Cap.6.
In 5. verò, his qui ex pluri ocio multas ſolent cruditates congerere, ac crebro infirmantur, vtiliſſimum perhibet balneum. At ſi iam æger febricitet,ſiue plenitudo ſit in cauſſa, ſiue ſuccorum vitium, vt ſcribitur 13.Methodi, tunc nec exercitatione vacuare exuperantiam licet, nec vnctione, quæ excalfaciat, ſed nec multa frictione, nec balneo, imò ſanguinis miſſione, vnà cum inedia, vel purgatione aliqua. Semper verò cùm abſolutè de ple-

Plenitudini quoad vaſa. Quoad vires.
nitudine loquimur, de ea ſpecie intelligimus, quæ ad vaſa, non de altera quæ vires aggrauat, IIII.de ſanitate tuenda. Omnino enim vbi plenitudo ſuprà vires eſt, balneis ægri interdicendi ſunt, ſyncopes periculo. Multo verò maximè vbi humores ſint crudi cum paucitate ſanguinis, qui & meatus obſtruant, & grauent vires: pernicioſiſſima enim huiuſmodi affectio eſt, tùm quia animal non nutritur,tū quia ſuffocatur. Quare hos neq; lauare expedit, neque ſanguinem detrahere, neque purgare, qui ſanè etiam citrà hæc de repente animo concidunt: imò his ne aëri quidem ambienti nimium vel calido, vel frigido confidendum eſt, & ne mouere quidem aliquid expedit, præterquam confrictionibus, & leui vnctione de more, quem Galenus ex profeſſo tradit 12. Metho. & 1.ad Glauconem.

In febribus.
Porrò in Febribus iam particulares vſus, & item cautelas in quoque genere expoſuimus. Semper Horror (vt ex Celſo adduximus) inditium balnei inutilis habetur certiſſimum.

II.ſcopus ab Horroris cauſis
Horroris autem duæ ſunt oppoſitæ cauſſæ, teſte philoſopho in Problematibus Sectione 8. Nam æquè frigida aqua affuſa corpori, ac calida, excitatur horror. Frigidam quidem quia extinguit, offenditque calorem intrinſecum: calida autem frigus ambiens compin-

Horroris cauſſę extrinſecę. Cauſſę intrinſecæ.
gendo in poros, idem efficit. Galenus autem, ac Medici duas alias conſiderant Horroris immediatas cauſſas in corpore: nempe vel cutis adſtrictionem, vel multam rodentium humorum copiam in corpore exiſtentem, quæ plerumque in his qui febricitant ſunt perſpicuæ. Et citrà febrem, in his qui cùm exquiſite ſani videantur, contingit tamen aut

In febr. Putridis.
per niues obriguiſſe, aut per ventos boreales, ac frigore refrixiſſe: qua re neque his tum competunt balnea. Nunc communiter in febribus Putridis, duplici occaſione balnea intempeſtiua fieri poſſe colligimus, aut ſi præmiſſa non fuerit vniuerſi corporis euacuatio, præſertim in cauſſa plenitudinis. Euacuatio autem quia ſupponitur debere fieri bene, & perfectè digeſta materia, hinc intelligitur balnea non conuenire his niſi in fine. Aut ſi humores, vtpote craſſi ac tenaces, inepti iudicentur ad reſolutionem per balneas. Nam bilioſi vel ſuopte ductu interdum, ac nulla ferè alia vacuatione opus habent, quàm vt ad cutim, ac per ſudorem reſoluantur: itaquę Galenus Tertianarios non expectata etiam coctione mittebat in balneas. Viſcidi contrà, & frigidi omnes ſucci, & qui aluum tenent

1.ad Gla.
fluidam, minimè. Quo nomine reprobata iam ſunt balnea in Tertianis nothis, in Lyparia, in Hepialo; in Quotidiana, & Quartana, & omnino in Pituitoſis reliquis, ac contuma-

In acutis morb.
cibus febribus. In morbis item magnis, & omnino acutis, aduerſiſſima balnea. Niſi in fine, & purgato omniquaque corpore. Imò perſeuerante morbo, ſi etiam ſymptomata aliqua deſiderent, balnea, ea omittenda ſunt, vt aduerſiſſima. Exemplo quorundam qui ad auertendam Phrenitim, aut vigilias, aut capitis dolorem, aut noxium aliquod id genus accidens, quæ ſolent magnas conſequi febres, vitæ vt plurimam iacturam faciunt. Et nota rationem. Huiuſmodi enim accidentia, vel ſummo maximè vigore morbi affligunt, vel ſaltem in augmento: quando natura vel concoctioni eſt intenta, vel multis oppreſſa ſuperfluis, facta per balneum commotione, facile periclitari poteſt. Quoniam verò vix aliquam inuenias febrem,etiam intermittentem & leuem,quę alicuius accidentis vel periculi

Rhazę cēſura de baln.in febribus.
ſuſpitione vacare poſſit:optima ratione Rhazæ conſilium ſpernendum non eſt. Nunquam vidi, inquit, balneum febricitantibus in aliqua diſpoſitione eſſe vtile: maximè autem ipſa vitare conſulo in febribus Putridis,quàm fieri poteſt. Adde iuxtà Hippocratem; & in Re-

5. de ſan. tuēda, & 3. de rat. vic.
gione,præſertim,& tempore,quando homines non adeò balneis delectantur. In particularibus autem ægritudinibus: Scieueris in vniuerſum,dicebat Galenus,de balnearum viribus, quòd ſi non euacuato prius corpore adhibeantur,ad ipſa membra affecta fluxionem concitant, quam paulo ſupra adeò timendam eſſe monuimus. Multò verò maximè ſi hi affectus alicu-

Digitized by Google

alicubi in viſceribus hæreant, vt inflammatio, Eryſipelas, Pleuritis, Peripneumonia, & id tumorum genus. Vbi (quod minus accuratè quoſdam animaduertiſſe arguit Galenus) non eos ſolùm à balneis deterreri debere pro affectu: verumetiam ſi imbecillam dumtaxat aliquam ipſarum principalium particulam haberent, ceu cor, ventriculum, iecur, pulmonem, cerebrum, maximè in febribus qui tertius erat cautionum propoſitarum ſcopus. Quin imò aliquibus etiam inferioris notæ partibus inualidis, vt pedibus in podagra: minus audacter balneum adhibendum. Quando quidem & citra balneum ſuperuacua in partes infimas confluere aſſolent, eoque magis à balneo, tùm ſuccis ex eo liquatis, tùm vijs per quas mearent, pateſactis. Quem ſanè errorem non effugiunt, eodem teſte, qui relaxantia cataplaſmata, ac ſimilis facultatis perfuſiones circà iecur, aut ventriculum, aut Septum tranſuerſum, aut Meſenterium, aut ieiunum, aut colon, aut renes, non eductis prius ſuperuacuis, adhibere ſolent. Immò vel eo potiſſimùm nomine adpoſitè magis conferre poſſent in his caſibus balnea, quam cataplaſmata, & id genus epithematum particularium; nam quod periculum ſtatim in præcordia ipſa faciunt relaxantia, quæ iſti vocant, præſidia, id leuius in balneo fit, quod non minus ad vnam ignobilem quampiam contrahere partem, quàm à principibus auertere valet. Reprobantur item balnea uti incommoda, in Cæliaca paſſione, quæ quædam eſt cruditatis ſoboles: niſi ea vel ad laſſitudinem tollendam concedantur, vel vt alicuius alterius uitij medelam, cum ſmegmate præſertim ex nitro, & eiuſmodi alijs, teſte Aëtio. Pariter in hepatis contumaci obſtructione, & cibo potiſſimùm reprobantur, quæ ex craſſis ac viſcidis humoribus generantur: Nec minus in omni eius frigida, atque humida intemperie, Paulo. Vitanda item in omni deſtillatione, & grauedine, quæ cum febre affligit, donec rehuma ipſum concoquatur, eodem Paulo. Maximè verò cauendum vbi ex Tuſſicula Tabis imminet periculum: Cor. Celſi auctoritate libr. I I I I. cap. I I. In deſtillatione (inquit) & grauedine nihil peſtiferum, niſi quod pulmonem exulcerauit. Tunc enim protinus abſtinere à ſole, balneo, & vino, & Venere debemus: vnctione vtentes, & cibo aſſueto. Idem capit. v. Tuſſi inimica ſunt vinum, balneum, venus, oleum in cibis acriora omnia. His autem qui morbo Comitiali ſunt obnoxij, & ſi pro ratione anteà conceſſa ſint balnea, dum eos ſcilicet ab accidentis afflictione vendicare intentio eſt: certa tamen cautela eſſe debet, non ſolùm balnei, ſed Veneris, liberalioris tùm cibi, tùm potus, & repletionis, præſertim vini meraci ſtatim à balneo. Ea enim de cauſſa vini potus ab vſu balnei, tanquam venenum omnibus habendum eſt. In albarum humiditatum fluore ex vtero, haud laudantur crebræ aquarum dulcium, & calefactarum lòtiones. in quo maximè meretrices errant, quæ ſe lauant aſſiduè, ac ſtuphas frequentant: cùm alioqui his frigida lauatio, ac naturalis exſiccantis alicuius qualitatis conceſſa ſint. Atque hactenus errores à tribus propoſitis ſcopis monuimus, à Cruditate, ſcilicet ab Horrore, & à membrorum debilitate. Quibus deniq. quartus ſcopus addendus eſt, qui à natura balnei ſumitur, immodicâ nonnullis ſpirituum reſolutionem faciente, nonnullis item caput replente. Cauent medici, nonnulos ex frequenti vſu balnei, contagia aëris & maximè peſtilentialia facilius imbibere, quamobrem, graſſantis eius mali tempore à balneis abſtinendum. Vel quibus vſuuenerit lauari, potiſſimùm recuratoria parte vtendum conſulitur, quæ tùm frigidi Solij vſu à balneo, tùm inunctionibus perficitur. Omnino his qui Syncopim, vel animi deliquium, quæ minor eſt affectio, patiuntur, ſiue ex ea quam proximè diximus, plenitudinis cauſſa grauante vires accidat, ſiue ex ſanguinis vndecunque eruptione, ſiue immodico ſudore fiat, aduerſiſſima ſunt balnea. Alioqui Syncope ex accidenti in balneis contingit bifariam, vt in libro de vſu reſpirationis à Galeno habetur: aut quidem ob immodicam, quæ dicta eſt, ſpirituum diſſolutionem, quæ imbecillis maximè aduerſantur, tumque hos leniter perfricare oportet, abſque pingui aliquo, & deinde oleo quopiam, quod aſtringat, ac denſet cutim: Aut propter æſtum nimium, quod frequentius accidit, & inconſuetis: hoſque vt ſcribit Celſus, arcet à Syncopa ore exceptum, & in eo retentum acetum. Et Gal. poſteà XI. de Localibus med. compo. quibus inquit in balneo diu immorandum eſt, hi acetum & pulegium odorent, ne in animi deliquium incidant. Quod ſi effugere nequierint, præſertim imbecilles cùm ſint, vel febricitantes, recreandi ſunt per ea quæ refrigerent, & vires confirment I. ad Glauco. Qui autem deficere incipiunt, hos celeriter educere oportet, neque multa aquæ effuſione humectare. Qui verò iam inciderint, celerrimè exportandi ſunt, toto quidem corpore leni velamine cooperto, facieſque ſpongia ex aqua frigida imbuta madefient, aut frigida aſpergatur. Reſipiſcentes autem ex grandi animi deliquio, tam in calidam, quàm in frigidam demittere caueatur tamquam mortis cauſſa, X I I I I. Methodi. Vel enim laxatis corporibus caloreque diſcuſſo, exolutoque perirent, vel à frigiditate coarctati, extinguerentur. Prægantibus ex multa meatuum coarcta-

III. Scopus à membrorum imbecillitate. XI. Metho.

XI. Me-

In Cęliaca paſſ.

In hepa. duritie.

Deſtillationi.

Comitiali mor.

Phthiſicis Tuſſiculoſis.

Vini à bal. prohibitio.

Albis fluoribus.

IIII. ſcopus à natura bal.

Peſtis tẽpore.

Syncopis cautio in balneis.

Pręgnantibus cautio a bal.

Sanguinis fluxui I. ad Glauco.

tione

tinne, & erebro ſpiritnum an helitu, multi viſus cùm ſint, parcius balneum venit concedendum, niſi iam propè infantarijs. Nec minus fluentibus menſtruis, vt quibus die-

Mulierũ purgatio nibus.

bus ſupernentura inſtant menſtrua, ab omni balneo abſtinendum eſt, vtpote quod purgationem naturalem ſolet intercipere. Vel intempeſtiuè relaxare, vt iis accidit, qui ſanguinis fluxui vndecunq; ſunt obnoxij: fluxum enim ſanguinis acriter irritant balnea. Atque ea de cauſſa ſanguinem ſpuentibus inimica prohibetur Venus, Ira, Vini potus, & balnei, præſertim immoderatè calidi, frequens vſus. In appetitu item canino, qui ex immodica itidem cutis tranſpiratinne ſæpè gignitur, à balneis calidis, conſimiliq. aëre, ac vini etiam potu, &

Canino appetitui

ab omnibus, quæ tùm intrinſecus, tùm extrinſecus calfacere poſſunt, & abſtinere, & ad frigidam duci oportere patientes, monet Galenus. item primo ad Glauconem. In oculorum ſuffuſionibus balneo perinde interdicemus, ac omnibus alijs caput replentibus, niſi

Oculorũ vitijs.

quis laſſitudinis, ac tardæ concoctionis gratia ad lauationem cogatur. Et tunc omnino ne immoretur in aëre balnei, qualis in noſtris ſtuphis eſt: neque in ipſo ſolio, aut inter lauandum moram trahat, ſed pauliſper inſcendat, lauet, & citò exeat. Sic in Mydriaſi, quod eſt pupillæ dilatatio, ferè præcepimus, ex Aetio. Hyſtericas item, quæ ſcilicet vteri ſtrangulationem patiuntur, crebris balneis pariter interdicimus, vtpote quæ caput replent, rametſi labrum bis, ant rer per totam curationem, vel morbi, vel ſordium extergendarum cauſſa

Hiſtericis

admitti poſſit. Cæterùm ſiquæ aliæ ſint noxarum cautiones, diſperſim (vt tulit occaſio) declaratæ inuenientur,

De Balneis Medicatis Artificialibus. Cap. XXVII.

RELIQVVM verò eſt, vt tota nobis materia de balneis pertractata ſit, de Artificialibus agere. Quæ quoniam admixtis ex arte quibuſdam ſimplicibus medicamentariæ qualitatis componi ſolent, non incommodè à nobis Medicata artificialia balnea vocabuntur. Quo vana mihi quidem videtur, quorundam hodie ſcriptorum quæſtio: An poſſibile ſit per hæc artificialia imitari naturam balnearum.

An arte aſſequi poſſimus naturæ balnea.

Quam opportuno magis loco, cùm de vtilitatibus balnearum loqueremur examinauimus lib. I I. cap. IX. & item XVI. Per hæc enim Ars imitatur quidem naturam in quantum poteſt, at non aſſequitur, cui dubium? Quare hoc diuerſum genus balnei eſt, quod aliquibus quidem naturalibus potentius ſit, aliquibus leuius, prout ratio exigit Medicinæ. Fiunt autem Artificialia balnea pluribus modis, penes diuerſas intentiones; quorum aliqua ex auctoribus Medicis adducemus exempla. Alia enim componuntur ex rebus Anodinis, alia ex Emollientibus, alia ex calidis ac Relaxantibus, alia ex Adſtringentibus. Alia rurſus mutata balnei materia ex Hydræleo paramus, alia ex ſimplici oleo, alia ex lacte, vel quocunque alio liquore fuerit opus: de quibus ex ordine ſermonem habebi-

Inſeſſiones.

mus. Communiter horum omnium apparatio Inſeſſiones appellantur, Græcis verò ἐγκατισμάτα; vt quæ priuatim parabantur, & quotieſcunque opus fuiſſet in balneis. Nunc autem deſitis Thermis magnificis, priuatas Tinas nobis ex induſtria ſuppeditamus, cameris ad hunc vſum bene ordinatis, ſecundum quod diximus. Oportet autem ægros, modò inunctos, modò aliter præparatos, vſque ad vmbilicum inducere, vel ſi affectio altiùs hæſerit, magis immergantur. Potiſſimùm verò partes, quæ non madefieri debent, opus eſt prius inungere, præſertim caput, ac tegere, ne repleatur aut Ventriculus his, qui ſtomacho ſunt debili. Inuentio fuit neceſſaria, aut propter balneorum penuriam, aut propter vſum particularem in membris. Vſus autem varius, ad calefaciendum refrigerata, ac exſiccandum, ad

Vſus.

dolorem leniendum, ad emolliendum, ad diſcutiendum, ad adſtringendum. Et, quod ſummatim dicam, ad capitis, thoracis, ventriculi, inteſtinorum, renum, vteri, veſicæ, iuncturarumq. paſſiones plurimas. Semper verò debitæ præparationes ſupponendæ ſunt, nempe, vt, quantum res exegerit, totius corporis purgatio præcedat. Et præter hæc, ſecundum loca patientia peculiarem loci tutelam habentia ſimplicia immiſceantur, & ſubinde pro ratione affectus, & pro vario compoſitionum ritu, miniſtretur.

De Balneis Compoſitis emollientibus. Cap. XXVIII.

Inflammationi.

EMOLLIENTIA dicentur, & Lenia balnea, mollis ſubſtantiæ, ac facultatis; lenientibus quibuſdam in calidæ temperatę labro admixtis. Qualia ſunt malua, althæa, mercurialis, uiola, beta, blitum, Senecion, chamemelum, melilotus, ſemen lini, furfurum cremor, fœnum græcum; acanthi folia, & his ſimilia. Vſi ſunt ad

Refrigerantia lenientia bal.

inflammationes ſedandas, quo nomine Refrigerantia quoque, ac Lenientia appellanda ueniunt. Vtilia uerò maxime, cùm nulla amplius fluxione affecta particula tenetur; nam

ſi adhuc

ſi adhuc fluxio ingruit (vt addit Oribaſius) tunc parum quoque ſtypticantia vtiliter commiſcentur, veluti arnogloſſi folia, malicorium, Roſa, rhus obſoniorum, rubi cimæ, & id genus alia. Ad ſedis item inflammationes, meliloto plurima incocta, cũ papaueris, calcibus atq; roſis: Et ad inflammatos renes veſicamq́. Calculoſis autem tùm inflammationẽ arcent, tùm dolores leuant, ſimul atque vrinam proliciunt, quamobrem ſubtilium partium quædam ad penetrandum admiſceri ſolent, vt Arthemiſia, petroſelinum, ſpicanardus, anethum, caricæ, nonnullis parietaria, vrtica, atque etiam oleum. Nec non, ſi opus videbitur, anodinis quibuſdam additis, althea, ſemine lini, ſurfure, fœno græco, plurimoq. commiſto, ac conquaſſato oleo. Rufus Epheſius phlegmonem in veſica ita curandam conſuluit, nempè diminuto prius per venæ ſectionem ſanguine, capacem tinam parandam habendam ex rutha, anetho, radicibus altheæ, & conſimilibus, in aqua æger aliquandiu aſſidere debeat. Maximè verò miniſtrandæ eſſent inſeſſiones huiuſmodi in balneis; quod monuit Aëtius, & poſt hoc æger confeſtim in ſolium tepidius demittendus, atque hoc aſſiduè faciendum. Conferunt ſimili modo ad multas vteri affectiones, duras præſertim & contumaces, adiecta arthemiſia ſiue parthenio, ac balneo ſub ſella pertuſa ſuppoſito, in qua mulier aſſidat. Ad ægrè autem parientes, cum partus difficultas inſtat, & loci præcluſi manent, prægnans in balneum ducenda, quæ in calido aſſidens labro multùm perfundantur; quod fiet efficacius, ſi quædam inſuper lubricantia, ac lenis qualitatis adiecta ſint, quæ diximus, altheam, acanthi folia, fœnogræcum, lini ſemen, Pſylium, atque oleum. Ad vnamquamque demum præternaturalem duritiem molliendam vſurpantur, ad dolores ventris mitigandos, fæceſq. in inteſtinis induratas eliquandas, educendaſq In totum actu humida eſſe oportet, cum leni tepore, & quæ nequaquam ſiccent.

x. collec. cap. 2. Pudendis Calculoſis.

Vteri morbis.

Partui difficili.

De Balneis compoſitis adſtringentibus. *Cap. XXIX.*

ADSTRINGENTIA verò balnea, ſtypticantibus ac frigidis aquæ commixtis, & ebullitis componuntur. Folijs, floribus, fructibus, plantaginis, poligonij, helxines, rubi, malicorij, balauſtiorum, mixti, cotoneorum, gallæ, rhois obſoniorum, meſpili, pinaſtri, pirorum ſylueſtrium, quercus, vlmi, roſarum. Interdum verò per mineralia fortiora adſtringentium confectura paratur ferri, ſcilicet aut ſcorię, eius commixtione, aluminis, gypſi, cineris, chalchanti, chryſocollę, argillæ, cadmię, & meteriorum huiuſmodi, quas multas in naturalibus diximus. Vtimur verò plerunque adſtringentibus ad fluores, vt ad vteri fluores, Aëtio. Ad aſtringendas item fluentes ani hæmorrhoidas, adiecta præſertim tamarice, & galla ex aceto, & aqua chalybeata, Auicenna. Et ad diutinos ventris fluores. Porrò quæ denſant cutim, ad hoc quoque genus in balneis ordinantur, quæ ſcilicet frigefaciant, non tamen ſiccent. Quo modo frigidæ aquæ vſum à balneo iam toties indicauimus neceſſarium, & ex adſtringenti oleo quopiam vnctionem, vt ex Hiſpano, vel quale ex immaturis oliuis comparatur. Denſat autem ſine adſtrictione ſemperuiuum, & portulaca, pſylium, lenticula paluſtris, mandragoræ mala, & huiuſmodi. Priuatim ad luxatos, & non bene ſolidatos artus, ex myrti folijs decoctum, ac inſeſſus probatur Dioſco.

Fluorib.

De Balneis Compoſitis diſcutientibus. *Cap XXX.*

DISCVSSORIA porrò, ſeu diſſoluentia, priuatim componuntur in balneis, cùm per halitum digerere, extenuareq., & quod dicunt reſoluere, intentio eſt, quæ ad multa habentur vtilia. Comparatis, nimirum calidis aquis, comparatiſq. ex rebus, quæ Galeno teſte, ad ſecundum caliditatis gradum cum ſiccitate pertingant, quanquam & hunc gradum aliquando contingit excedere, pro ratione. Mitiora diſcuſſoria fiunt ex herbis, folijs, floribuſq. quorum aliqua diximus, abrotani, abſynthij, rutæ, Iuæ, calamenti, Origani, ſatureiæ, ſabinæ, Hyſſopi, ſampſuci, marrubij, braſſicæ, ſeminibus item ſtaphidis agriæ, vrticæ, dauci, cardi, ſeſeli, ameos, fœniculi, aniſorum, lauri atque Iuniperi baccis, Pyrethri radicibus, ſtœchade. Fortiora verò ex metallicis, nitro, alumine, ſale, ſulphure, cinere, perinde cùm Muriam facere volumus ſalem aquæ indimus, naturales balnearum mixturas ita æmulantes. Facilè comparantur, ac valentia è lixiuio ex cinere ficulneo, aut vitis percolato, aut ex aqua marina, aut melle etiã aquæ admixto. Talibus vtitur Auicenna contrà Apoplexiæ materiam in capite impactam diſcutiendam, pariterq. ad horrores, rigoreſq. ſedandos. Valent ad habitum corporis graciliorem reddendum, & ad tumefactiones præternaturales in membris, pedum, teſtium, abdominis. Fluidis vlceribus adhibetur, vbi ex ſordium in toto corpore multitudine, aut ex

Apoplexiæ. Pinguib. & Tumefactis.

vari-

Vlcerationibus, Scabiei. Lepræ, & Elephantiaſi. Palpitationi.

varicibus vlcerationi ipſi ſubiectis, contumacia facta eſſe contingat. Fortia verò diſcutientia adhibet Auicenna in ſcabie, illito prius dormituro ipſi corpore ex ſmegmate argenti viui extincti, lithargyrioq. cum aceto, & oleo, alijſq. vt ſolet. Fortiſſima autem in lepra eradicanda, quam ſignificantius græci auctores Elephantiaſim vocant, Nitro, ſale, & glutino carpentariorum commixto, quinetiam ſynapi, origano, pipere, macropipere, ſtaphide agreſti, aloë, calamentho, & quandoq. ſimul Euphorbio conquaſsato. Eodem in genere notat Galenus ex ueterum medicorum conſenſu, inter omnia ad palpitationes remedia, valentiſſima eſſe balnea naturalia, quæ calfacere & extenuare poſſint, atque ex his potiſſima intelligi ſulphuroſa, nitroſa, bituminoſa. Et quæ in arte cõpoſitis ipſe laudat in libro de Palpitatione & Tremore, ex Euphorbio, piretro, lemneſia terra, ſulphure, pipere, ſarmentorum cinere, iuniperi baccis, atque alijs id genus. Ad frigiditatem tollendam, ad laſſitudinis affectum, ad conuulſiones, & quandoque ad dolores mitigandos mitiora calfactoria commiſcemus, chamæmelum, melilotum, ſaluiam, centaurium, Tymum, lauri folia, ſtœcadem, nardum.

Ex Braſſica.

Porrò diſcuſſorij nomine, miris experimentis celebrat Cato in libro de re Ruſtica Braſſicam: nec perperam, ſi præter viri indubitatam fidem (cùm maximè eo tempore homines paratu hiſce facilibus valde vterentur) braſſicæ ipſius naturam computemus, exſiccatiuam, mediocriter calidã, & de natura nitri abſterſoriam, Galeno etiam authore. Quare ad omnia tumida concoquenda, eademq. aut diſſipanda vnde cumque, aut rumpenda, frigiditates alicubi fixas, horrores, duritiaſq. abolendas; braſſicæ aut ſucco, aut fomentis adhibitis medebantur. Nec non cancris ſanandi, vlceribuſq. vbicunque curandis, fiſtuliſq. ſuppurandis, luxatis firmandis, ſupra omne medicamentum.

Manuum fiſſuris ex Gallico.

Hodie manuum fiſſuras ex Gallico relictas, fomentis ex braſſica, cum porcina axungia egregiè perſananr. Alij huic remedio addunt Sabinam. Alij etiam ſaſeolorum decoctum. Nos ijs præmiſſis, niſi conualuerint acri ſuffitu vtimur ex cinnabari, Stibio, & modico ſulphure, quod ad chyronia partium vel cera, ac inſanabiles manuum, ac pedum fiſſuras perſanandas habemus in ſecretis.

Baln. ex Lotio Catonis de Re ruſtica.

Porrò qui ſcrophulas exterunt, calenti braſſica ex vnguine aliquo applicant. Et in balneis; Lotium eius qui braſſicam eſitauerit, maximè abſterſiuum laudat Cato, & corroborans. Si pueros puſillos (inquit) eo lotio laueris, nunquam debiles fient, oculi eo illitu illuſtrantur, dolores capitis, ceruiciſq. ſimiliter leuantur. Et ſi mulier eo lotio locos fouebit, nunquam ij viroſi fient, quòd non difficilè fit. Sed localium perfuſionum iam aliqua ratio habenda eſt.

Conſperſio, ſiue Embrocha diſcuſſoria.

AD Gibbos, ac nodos iuncturarum, artificialem embrocham parare ſoleo huiuſmodi, quę leuiter exſiccat, ac dolorem ſedat, diſcutit inſarctos humores, ac partem ipſam corroborat. Paretur lixiuij medicati modiolus lib. xx. cuius cineri abmiſceãtur Terræ ſulphureæ balnearum lib. ſemis, floris ſulphuris ſubtiliſſimi Vitrioli Ro. Salis gemmei, ſingul vnc. ſcilicet vini græci lib. v. coletur, in eo unica ebullitione immadeant Stoechadis, næ arthericæ, Sampſuci, abſynthij, chamæmeli, polij montani, fol. lauri, lauendulæ, ſiugul m. j. Calamiaro, Squinanthi, ſingul. vnc. ſemis. His ſemel ſeruefactis, ac immiſſis in infundibulum barbitonſoris, recipiatur lixiuium medicatum in totam gibbam partem, incipiendo leni gutta, ac attemperato per initia lixiuio, & calore ad condecentiam. Sic deterſa leni linteo particula, oleo de Therebintina, vel ſimili alio inungatur, ac lanis ſuccidis contegatur quindecim ad minus diebus, vel etiam per triginta dies repetito præſidio. Alia perfuſio paratu facilis, ac emolliens, dolorem leniens.

Alterum.

Rad. altheæ tritarum, ſem. lini, Chamæmeli, anethi, meliloti. Stoechadis, abſynthij, nucum cupreſſi confractarum, ſquinanthi, ſampſuci, ſing. m. ſemis. calami aro. cimini, ſingul. drach. ij. bulliant ſecundum ar. in ſuff. q. aquæ ac vini odoriferi, & ex ſpongijs fiat fotus. Aliquo inſuper vel oleo ex prædictis, uel vnguento adhibito, cum lanis ſuccidis.

De Fomentis. *Cap.* XXXI.

FOMENTA verò propriè locales perfuſiones dicuntur; ſiue quidem ex ſimplici aqua calida, vel alio liquore adhibeantur, ſiue (quod frequenter eſt) adiectis ad eadem, incoctiſq. alijs rebus, herbis maximè ac floribus, comparentur. Quare præterquàm quòd vniuerſo corpori non adhibentur, in quo à balneis differunt; cæterùm generale præſidij genus eſt, ſingulis membris particularibus idoneum, capiti, oculis, thoraci, præcordijs, ventri, muſculis, pedibus, & carnoſis partibus quibuſcunque. Definitur autem penes componentium facultatem, quale relaxans, quale diſcuſſorium, quale anodinum, quale corroborans. Rerum verò apparatus duas præcipuas intentiones habet, alteram quæ reſpicit affectum, alteram verò partem, cui adhibenda ſunt. Penes af-

fectum

ſectum quidem, vt pro ratione conueniant, ſiue relaxare, ſiue diſcutere, ſiue corroborare opus ſit. Penes particulam autem potiſſima cura eſſe debet, vt quantum affectui reſpicimus, tantum vel amplius naturali partis temperaturæ faueamus; vel relaxent v. g. non labefacint; diſcuriant, non debilitent; corroborent, non indurent. Et præter hæc, danda opera eſt, vt tempeſtiuè adhibeatur. Quapropter (ex Galeno XI. methodi) ante fomenta totum corpus præuacuatum habere oportet: ſecus enim ſi qua redundauerint in eo ſuperflua, ad eam calefactam partem per fomenta trahentur. Humida itaque fomenta inflammationibus conueniunt à bilioſioribus humoribus factis, Sicca verò his quæ à tenui, & aquoſo ſanguine productæ, ſunt. Et lenia quidem fomenta mordacibus humoribus conueniunt; Mordacia verò, & attenuantia, craſſis ac viſcoſis.

Humida. Sicca. Lenia. Mordacia.

Relaxantia.

RELAXANTIA verò dicuntur, quæ moderatè, ac citrà moleſtiam calfacere valent, vnde & Calfacientia ſæpenumero appellanda veniunt. Nequaquam ſiccare debent, ſed cutim dumtaxat rarefacere, cum modica, aut nulla diſcuſſoria facultate, Vſus horum talium eſt ad laſſitudines particulares tollendas, ac dolores, quùm videlicet ceſſato iam adfluxu, lenem ex rarefacta cuti halitum tentamus. Quare Galenus XI. Methodi, iure optimo damnat gregales quoſdam medicos ſui temporis, qui in principijs febrium, fiente magno adfluxu, ac nulla facta uacuatione, niſi fortaſſe ſanguinis, relaxantia huiuſmodi circa præcordia adhibebant. Calefacere enim (inquit) præcordia cataplaſmatis, aut perfuſionibus, non eſt perpetuò tutum; ſed in his tãtùm ægris, quibus in toto corpore nihil erat ſuperfluum. Cæteris omnibus extrema pernicies eſt. Nam ſiue redundantia, vtrauis ſit, vel quo ad vaſa, vel quo ad vires, ſiue in vna parte, pluribuſue vitioſa excrementa ſint, omnia ad partem calefactam trahuntur. Vnde (ſubdit) qui quotidie tùm calido oleo perfunduntur, tùm cataplaſmatis vtuntur, phlegmonem nimirùm aliquam vel in iecinore, vel ventriculo, vel reliquorum iſtic viſcerum aliquo contrahunt, alij in quarto die, alij in quinto, omnes planè in ſexto. Laudat autem ea in inueteratis inflammationibus, ſi qua fortaſſe ſuperfluitatum proprio ex adſtringentium vſu, eſſet intus conculcata. Et aliquando in pulmonis, ac partium pectoris phlegmone; abſtinendo ab aſtringentibus, quando talia humores, qui phlegmonem excitant, in pulmones, & cor nonnunquam reprimunt. Vtitur eis etiam in dolore laterali Hippocrates, quem tepidis fomentis (inquit) protinus ab initio diſſoluere tentandum, vt aqua calida in vtre, vel in veſica adhibita, aut ſpongia, molliſq. ex aqua calida expreſſa, quæ fomenta vix acceptat Galenus, indiſtinctè prolata, niſi quantum videtur Hippocrates ab eo fotu incepiſſe, qui periculo omni vacat: vtpote qui minimè mordet, ac humidus eſt, nam etſi nihil aduerſus malum fecerit, non tamen magnum, nec inſigne adferr detrimentum. Porrò in Compoſitis deſeruiunt, Chamæmelum in primis althæa, cucumeris ſylueſtris radix, abrotanum, coſtus, nitrum, oleum vetus, ac ſubtilium partium huiuſmodi. Ad vteri inflammationes, doloreſq. commiſcemus ſubinde arthemiſiam, in Coli verò rutham & paretariam, & anethum ad calculoſorum cruciatus, Ad Scroti verò tumentias, ſeu flatu plenas, ſeu ſarcoticas, ſtœchadem, iuam artheticam, centauri folia, ac flores, hypericonis, roſarum, myrtillorum, folia lauri, ex vino præſertim, vel lixiuio.

Calefacientia. Gal. locus. Pleuritidi 2. de ra. vic. Vteri dol. & Colicæ.

Confortantia.

CONFORTANTIVM nomine cum D. Hieronimo vtimur, quæ alias corroborantia diximus ſimpliciter leuem aſtrictionem habere ſignificant. Propriè tamen intelligi debent, quæ ita contemperent membri naturam, eoq. artificio conficiantur, vt ipſa particula per eorum adhibitionem, quaſi in ſuo naturali robore firmata, & noxia expellat. & ſi qua in ipſa redundent inæqualia, ea reddat æqualia. Vſu idcirco idonea ſunt omnibus membris, aut quidem affectis, aut affectioni obnoxijs, ſuſpectiſq. His quidem (in principijs, inquit Galenus) confeſtim loco in quem timetur adfluxio, vel relaxatio, vt ſæpè contingit ventriculo, & cordi in febribus, corroborantia ipſa adhibere commodiſsimum eſt; quæ ſcilicet adſtringant, ac firmitatem parti adiungant, vt ne facilè adfluentes ſuperfluitates ſuſcipiant. Quomodo in phlegmonis oris, & ſuarum partium, & in Anginæ incipientis periculo, ſtatim os ac fauces per aquam frigidam abluimus, vel medicamento ex moris ſylueſtribus compoſito, quod reprimat, & partes communiat. Quod ſi aliqua adfluxerint, nonminus erunt idonea, purgatione omnino, & potiſsimum in febribus, vniuerſi corporis præmiſſa. nam ſi qua portio ſuperfluitatis per adſtrictionem inductæ remanſerit, ea poſtmodum per relaxantia facilè diſcuti poterit. Porrò iam affectas particulas, aut abſceſſu, aut vulnere, aut infirmitate aliqua; præmiſsis ſemper opportunis præparationibus, per con-

Lib. III. de membris nutritionis. Reprimentia XI. Metho.

confortantia fouere conuenit, cùm vt nè ſuccumbant malo, & cauſſæ: tùm vt in reliquias corroboratæ præualeant.

Epithemata.

VERVM, quia id efficere principalium maximè partium corporis munus eſt, aut cordis .ſ. aut ventriculi, aut hepatis, quorum ſalus eſt cæterorum membrorum vita; ideo tota confortantium ratio in Epithematis poſita eſt. Quo nomine omnia fomenta dicta ſunt, apud antiquos etiam (teſte Paulo) quæ circa medias corporis partes adhibenda veniunt. Lib. 7. Quare vtroque confortantium aliorum vſu recipiuntur, tàm ſcilicet affectis ipſis principaliter viſceribus, quam periculo obnoxijs, commota in vniuerſo corpore, vel in parte aliqua intemperie. Vna verò communis omnibus præceptio eſt, vt quicunque ſcopus ſit, viſcera à nimium relaxantibus caueantur, ſemper quæ firmitatem partibus ipſis adiungant, admiſcendo. Quam ob rem ex aromatis plerumq. conficiuntur, ac ijs præſertim tùm liquoribus, tùm ſpeciebus aromatum, quæ peculiarem loci tutelam, ſeu qualitate aliqua ſeu tota ſubſtantia obtineant: Gaudent hepar, ac ventriculus (11. Methodi) ijs, quæ compoſitam vim habent ex relaxante, ac tenui & ex amara, ac adſtringente. Eſto autem quod Ventriculo. ventriculo adhibendum eſt, cùm imponitur abundè calens (VIII. Methodi) quippe quæ tepida ſunt, omnia ventriculi firmitatem diſſoluunt. Amica ei maſtiche, roſa abſynthium, melilotus, ſampſucus, mentha, nardus. Vtile & in principio, vt cuius actio, & concoquendi munus, reliquis corporis partibus commune eſt; atque eius rei cauſſa (inquit Galenus in XI.) inſtrumentorum, quibus concoctio perficitur, in omni febri, haud leuis cura habenda eſt. Hepati. In hepatis verò phlegmone calida adhibenda (XIII. Methodi) qua oleum ex abſynthio protinus calidum: calidiora malo habitu prædito, aut cùm refrixerit. amica ipſi Sandalus, abſynthium & maximè ponticum, vel noſtrum Romanum Nardus, roſa, myrobalanus, Spleni. chamæmelum. In Splene verò etiam inflammato adſtringentia ſunto. Ventri & inteſtinis. Quod ſi colon fuerit affectum, aut alia inteſtina tenuia, aut peritonçum, aut præcordium muſculi, nequaquam adſtringentia commiſcenda ſunt. Veſicç & vtero. Neque in vtero, neque item in veſica, vt quæ craſſis plerumq. ac infixis humoribus laborare ſolent, XI. Methodi. Renibus. Thoraci. In Renibus verò & Thorace, quantum ipſorum intereſt, mediocris adſtrictio ſit: nam neque exſoluere conducit. Cùm ſanguis tamen eijcitur (inquit Paulus) adſtringentia proſunt, ſiccantiaq. ſicut etiam in alui fluoribus adſtrictoria adhibentur, alumen, œnanthe, melinum oleum, & huiuſmodi Præcordijs. alia. Neque præcordijs, etiam in principio incommoda ſunt, ſi adſtringendi vim obtineant, quæ (damnatis, vt diximus, relaxantibus Galeni ſententia XI. Methodi) duplici ratione conferunt, quod robur (inquit) particulis inferunt, vnde minus promptè adfluxum, excrementorum in ſe recipiunt; & quòd ſuperfluitatum aliquam partem iam delatam, retrorſum exprimunt. Quanquam & nimium adſtringentia vitanda ſunt, ne inſigniter compingant.

Humectantia.

SOLITVM verò eſt Humectantia poſt fomenta prępoſita adhibere: quæ nimirum (vt ſcribit Aëtius) eo à prædictis differũt, quòd præſeruantem ex adhibito auxilio præſtant vtilitatem. Nam perfuſione facta, ac deterſa, aut lanam, aut linteum humectantes partibus ipſis imponimus. Vtimur quoque ijs ad caput, quod non probè ad cataplaſmata diſpoſitum, vt in phreniti, ac letargo. Et ad pręcordia inflammata, circa morborum principia, quùm intempeſtiuus ſit tunc cataplaſmatum vſus. Vſus verò frequentior nobis poſt fomenta, ex oleo vel vnguento aliquo. Aut quidem quod applicat tantum, impreſſumque per fomenta robur, conſeruet, ne diſsipetur: quo modo in aſtringentibus laudat Galenus omphacinum oleum, hiſpanum, & alia. Et in ventriculi vſu abſynthinum, vel eius vice maſtichinum, vel melinum, vel lentiſcinum. Aut quod ad primariam roboris intentionem faciat, quale laudatur ab eodem Galeno nobiliſſima tunc temporis confectio Nardini olei, aliorumque, quæ præcioſa retulimus. Quorum hodie penuria ſpicatum noſtrum ſufficimus, Santalinum, ex vernice, ac magiſtralia alia.

Anodina.

EORVM autem quę ad dolores adhibentur, triplex eſt differentia, vt ex Galeno elicitur. V. Simpli. cap. XVIII. Anodinorum differentiæ. Alia enim operantur remouendo cauſſam: atque id, vt totam amplectitur Medicinam, ita generoſum, atque optimum præſidij genus eſt. Alia exquiſitè ſine dolore intelliguntur, vt ſi quiſpiam hominum mortuum dicat ἀνώδυνον: quorum natura abſolutè frigida eſt, quæ adhibitam partem ſtupefaciunt, ac inſenſibilitatem inducendo, falsò lenire dolorem dicuntur, vnde non niſi ſeruatis caſibus vtenda veniunt. Alia propriè

Ano-

Anodina, & quæ re vera talia ſunt: quæ videlicet tenuium partium, & ſymmetro vſque ad primum gradum calidiora eſſe conuenit. Vt,ſcilicet enacuent è locu,digerant,extenuent, concoquant,& quicquid nociuum eſt, quouis modo æquabile reddant. Quale propriè eſt oleum Anethinum, & quale antiquis erat Balſamum. Horum tamen varia eſt apparatio, prout dolores ipſi, ac partes, aut occaſio poſtulat. In Podagricis doloribus oleum roſaceum adhibemus,incoctis interdum cum eo Vermibus terreſtribus, qui cum eiuſmodi artuum doloribus multam habent conuenientiam. Fit & in Conuulſis aſſiduus ex ſimplici oleo fotus. Vſus porrò aquæ calidæ temperatæ,ad dolores leniendos non modicè confert, vt iam toties diximus. Magis verò ad id reddetur idonea, ſi per aliqua valde talia ſit alterata:perinde eſt ipſum anethum,chamæmelum,iris,melilotus,fœnum græcum, ſemen lini,milium, althæa, abſynthium, chamæpythis, peucedanum,ſagapenum. Et calidiora aliqua,vt ſampſucus, çalamintha, rutha, centaurium,carui. Nam in Coli doloribus diſcuſſoria fomenta eſſe oportet, ac mordacis etiam caliditatis. Sicut & ſinapi, & caſtoreo vtimur,ad ea, quæ intrà cranium diſcutienda ſunt & per aëris penetrationem. Et quales ſynapiſmi parantur in coxendicum dolore. Aliqua item frigida ſub Anodinis veniunt,nimirùm pro qualitate affectuum, qui ea poſtulant, vt quibuſdam inflammationibus ſumuntur roſa,viola,ſantali,ceruſſa, & ex his parata olea, atq; vnguenta. Et quæ partium ipſarum natura deſiderat;quarum claſſis multiplex eſt,vt quæ pedibus facit Iua: Arthemiſia vtero, abſynthium ventriculo,betonica capiti,& ex his compoſita. Pro anodinis aſperſionibus in capitis dolore,iſtis vtitur Rhazes: Incoquenda ſunt,inquit,in aqua,menthaſtri folia, ſampſuci,meliloti,radicibus Ireos,anethoque,cum quibus abſterſionem facito,vel caput abluito,vt moris eſt.

Anodinorum. Varium temperamentum.

Anodina frig.

Anodina particularia.

Capitis lauacrum.

IN lauacro verò capitis hæc prima ratio habenda eſt,nùm ſano capiti ſit adhibendum, nùm infirmo,& quaſi medelæ genus. Sano,quidem, quoniam abſterſio tantum requiritur, ſtudendum dumtaxat eſt, vt caput ipſum, quod facilè à quacunq; re læditur, nulla exinde noxa affici poſſit,ſed tergatur dumtaxat. Quod facilè vitabitur, ſi ad ea inſtituta lauetur, quæ communiter ſuprà de balneis,& de ritu ſtupharum præcipuè diximus,eſſe ſeruanda. Nempe ieiuno corpore lauandum,ac ventre vacuo,mediocris temporis conſtitutione,ſerena die, atq; hora minimè noxia. Qui de mane lauant,optimè quidem: cæterum cauendum ea die erit,maximè hieme,ab aëre nubilo,ac frigido,aut vento aliquo infeſto. Altero duorum modorum,aut vt domi tota ea die quieſcant: quo nomine veſpertinas lauationes diximus magis idoneas, vno excepto periculo, vt iam præſumptum in prandio alimentum à ſtomacho deſcenderit, ne per lauacrum aliqua fiat vaporum ad caput attractio. Aut ſi manere domi minus per negocia concedatur,caput ea die plus ſolito tegant,tueanturque. Omnia verò id genus diſcrimina vitari poterunt,ſi & anni temporum, & particularium aëris conſtitutionum ratio habeatur. Vt communis conſuetudo Italiæ eſt, hieme & conſtitutione temporis frigida,veſpere & ante cœnam lauari: æſtate verò antè prandium. Semper mulieres de mane,& antè prandium lauentur: habent enim caput de natura prahumidum, nec noctu ex capillorum copia facilè exſiccantur; vbi die ſiccantur facilius, & capillos ſub ſole efficiunt pulchriores,& aureos. Nec dum habuerint menſtrua lauari conſulo:multarum exemplo,quas vidimus,retenta per lauacrum capitis naturali purgatione, ægritudines incurriſſe lethales. An raró,an crebrò ſit lauandum;hoc quoq; multum in conſuetudine repoſitum eſt:quemadmodum laudabilis ea eſt quarũdam Italiæ ciuitatum, vt uniuerſa familia ſingulis ſabbathis lauetur, & caput,& pedes,quod facit non ad lautitiã corporis ſolum,ſed caput quoq; exonerat, ac animum reddit ad omnes actiones magis expeditum, & liberum. Qui uerò capite uel naturaliter,uel ex affectu ſunt debili;hi quidem lauari rarius iubētur, & quòd iuxtà ritus in Thermis, recuratoria ablutione utantur: ſanè ut poſt lauacrum,uino ſtiptico, roſis admixtis, ac adſtringentibus id genus alijs caput relauetur, benè, ac leuibus linteolis,ſine forti affrictione tergātur. Temperatum uerò,an minus temperatum, vel acre lixiuium eſſe debeat:id ſimiliter penes tempora diſpenſandum,conſuetudinem hominis, ac naturam,& penes alias ætatis,ſexuſq. diſpoſitiones,& maximè capitis. Omnino qui leuiter etiam febricitant,aut defluxionibus tentari ſolent,& caput grauari ſentiunt, haud tuto ſe lauacro ſubijciunt,nec multa permitant deterſione agitari. Sapone communiter vtendũ, vbi multa abſterſione capitis,ac exſiccatione humiditatum opus ſit. Vbi minus,leni,& qui hodie Bononiæ comparatur,odorifero. Pueris uerò,& qui ulcera ſuſtinent capitis manantia,his pro ſapone ex vitellis oui lenis deterſio ſatis ſit:quẽ audio vſum in Gallia eſſe communem,& laudabilem. Infirmis autem pro capitis lauacro nunquam lixiuium adhibendum

In ſanis.

Mane an veſperi vtilius lauetur.

Aeſtate & hieme.

Mulieribus quando caput lauare expedit.

Crebrò an raró ſit lauandũ caput. Lauare pedes.

Lixiuij electio.

Saponis vſus.

Ex vitellis ouorũ Infirmis.

eſt;ſed aqua,aut ſimplici,aut alterata,pro ratione affectus. Simplici quidem capitis lauacro vſus Hippocrates in Epidemijs in Metone infirmo,cui capite grauato, cœperat in indicatione ſanguis è naribus fluere,ſed cùm minus iuſto fluxerit, per lauacrum ita erat excitandus. Alioqui in ſanguinis fluxione non conuenire lauacrum, in 3.de rat. victus docetur. Simile eſt quod tradidit Paulus,ad grauedines,& deſtillationes caput copioſiure aqua calida perfundendum,præſertim ſi à cauſa calida orta fuerit affectio. Vitanda autem eſſe ſulphuroſa,ac naturalia eiuſmodi calida,vt pote quæ Galeno auctore,vſu noxia perhibentur capitibus natura calidis. quo in caſu & nos lixinium abrogamus. Infirmo item capite, hæc quoque ratio præbabenda eſt: aut affectus in ſumma erit cuticula, tumque haud alia lauandi, irrigandique ratio eſſe debebit,quàm quæ in fomentis anteà dicta eſt,adiuncta etiam per oleum humectatione aliqua. Aut ab alto trahendum à pilorum radicibus: quod vſu hodie frequenter euenit in pilorum defluuio ex morbo Gallico. Quo in caſu lixinium paramus acre, ac ſubtilium admodum partium: quale nos docuimus, Dioſcoride teſte,ex ſarmentorum cinere parari;nec non ex eo qui ex radicibus harũdinum fit, eodem teſte lib. 1.& Gal.7. de ſimpl.med.fa. Vtpote quorum virtute ex alto cutis trahere humorum acritatem intelligimus,eoſq. diligere,cute interim confortata. Vnde & alia multa pro hac ratione admiſcent lixiuio, lauri folia, chamæmeli) calamenthi, pulegij, abrotani, mentæ,ſtœchadis,roſarum rubearum. Alij & ſenam,& agaricum,quo lixiuium magis deterſorium fit. Alternis caput lauant diebus, ac ſubinde paratis ex ladano ac myrtino, vel lentiſcino,vel laurino oleo linimentis inungunt.

5. de ſan. tuen.

Alopeciæ ex morb. Gallico.

De lixiuio lib.6. cap. 9.

Lixiuium medicatum.

De Balneis ex Hydrelæo. Cap. XXXII.

HYDRELÆVM verò cum Græcis appellamus aquæ, & olei mixturam. Quo ſanè medicamenti genere in balneis ſæpiſſimè vtimur, & quando maximè diu humorem,vel aquæ qualitatem inhærere corpori volumus. Vt in exſiccatis, & ſqualidis vſuenenit:cùm enim aqua ex ſui natura madefaciens, atque humectãs actionem non obtineat diutinam,leniter prodeſt: cogit verò oleum ſui tenacitate plurimũ eam inhærere,particulæ,cui opus eſt. Partium verò mixtionis huius non eſt certa menſura: cùm & pro affectus qualitate, & prout collibitum fuerit, in capaci aquarum pelui admixto oleo temperari poſſint. Oportet (inquit Aëtius ex Galeno) quintam olei partem ad ignem calfacere,reliquum verò in Solium mittere. In quo æger inſidat vſque ad vmbilicum,& pro loci affecti affuſione. Inſeſſus ex Hydrelæo,conuenit (Galeno teſte) diuturnis in frigore febribus, Hemicranicisque, & laſſatis, & dolentibus neruis, qui oſſibus incumbunt,& conuelluntur. Ad Cæphaleam,ac hemicranicos dolores, cum febre, & ſine febre epithematum more vtebatur Paulus, ac id eſſe teſtatur mirificum. Radicem autem cucumeris ſylueſtris minutim conciſam,abſynthiumq. cum hydrelæo incoquebat,dum incaleſceret, ac eo calente mediocriter partem affectam irrorabat, radicem verò & abſynthium in puluerem contritam oblinebat. Iuuat item laſſitudines,apprimeq. ſola calida, non quidem quòd ſuæ vires oleo intendantur,ſed quòd quibus opus eſt particulis diutius inhæret,vt diximus. Vel,vt inquit Ariſtoteles 5.Problematum Sectione,quoniam aqua calida ex oleo magis penetrat, itaque reſiccata membra magis humectet. Præſentiſſimum verò remedium eſt ad vulnera,quæ conuulſionem indicant. In inflammatione verò, quam conuulſio comminatur emollientium quoddam genus, ac perutile eſt hydrelæum; præſertim incoctis prius in aqua fœnugræco, lini ſemine, malua,meliloto, & eius generis mollibus,ac lenientibus. Facit etiam ad conuulſiones inanitione fientes. Et propterea ad venenum ex Sardonia herba,aut epota, aut comeſta, ſummatim (inquit Paulus) curatio eadem, quæ in conuulſione miniſtranda eſt, quandoquidem rictus oris, qui ex huius veneni proprietate fit,conuulſionis quædam ſpecies eſt,vnde in prouerbijs RISVS SARDONIVS, pro acerbo,& triſti riſu. Ad omne venenum,tradit Aëtius, Hydrelæum eſſe conuenientiſſimum,vbi in veſicam impetum fecerit,lenientibus quibuſdam additis,dum calefit,fœnugræco, malua, althæa, & quæ diximus. Similiter ſi virus ad cutim delabatur. Benefacit etiam in colicis cruciatibus, qui ſi ex frigidis humoribus pendeant, calfactorijs, & diſcutientibus incoctis hydrelæum ipſum alterandum eſt,vt ſunt pulegium, centaurium, Lauri folia,ac baccæ. Similiter ad Voluulum ex Archigene,althæa,ruta,& coniza admixtis. Miniſtratur etiam vtiliter in vteri abſceſſibus, & in vrinæ difficultate, quæ ex bilis, vel quapiam humorum acrimonia gignitur. Quandoq; etiam in podagra adhibetur, immergendo in ipſum pedes. In omni item articulorum morbo,incoctis aut vulpe, aut hiena in ipſo oleo. Atque alij quidem ipſas viuas in maximum lebetem inijciunt, Galeno teſte, alij verò mortuas, ac deinde vna cum oleo quàm diutiſſimè coquunt. Solia,ac vrnas oleo calido

Hydrelæi partes.

Vtēdi modus.

Laſſitudinibus.

Vulneribus.

Conuulſionibus.

Riſo ſardonio.

Veſicæ morbis.

Colicis dolo.

Arthriti.

Digitized by Google

lido explent, atque ita arthriticos inſcendere, ac diu in eo immorari iubent. Porrò oleum hoc maximè diſcuſſorium redditur, atque adeò vt ad ſuperficiem etiam extrahat ea, quæ in profundo corpore continentur. Cæterùm perfuſiones iam prædictas arte compoſitas, conſilium quoque Manardi eſt lib. 14. epiſt. 2. ad hemicraniam ſpecialiter adhibendas, ad tinnitum aurium & ad antiquam ſurditatem. quæ ſcilicet vt promptior fieret diſcuſſio, ducciarum naturalium more diu multumq. ex alto cadentes, in capite reciperentur ex quibus tamen cõtumacibus affectibus, vtilius idem Manardi lib. 20. epiſt. 2. naturales conſulit duccias, vel Aponi, vel Montis Grotti, vel Petrioli, adde & S. Philippi, quæ potentiores ſunt, & quas ad diutinam aurium grauitatem in ſeipſo Fallopius expertus meminit Corſeni duccias.

De Balneis ex Oleo. *Cap.* XXXIII.

OLEI quoque ſimplicis inſeſſus multiplicis vſus eſt, multum ac diu humectans. eos qui ex inanitione conuelluntur, vel eſt vulneribus inciſo, aut puncto neruo aliquo, oleo hydrelæi inſeſſu calido fouere expedit. Et ſi nihil prohibet etiam ad lauacrum deducere, temperatoq. ſolio fouere. Ex punctura, aut nerui vulnere, membrum patiens eſt immergendum, vel veſica calida plena oleo alternatim alliganda, roborat enim cutim, lædentemq. materiam diſſipat. Roſaceum in cauſa valida valentius putatur. At in conuulſionibus caninis oleo Syclonio calido, aut alio huiuſmodi caput perfundendum: & item in his quibus nerui, vel tortura, vel caſu, vel percuſſione fortiter ſunt afflicti. Si verò frigiditas, & tremor afflictionem neruorum conſequatur, etiam caſtoreũ cum Sycionio immiſcendum eſt. Iuuat quoq; olei fotus ad tremores, qui interdum è febribus diu remanent. Primùm verò corpus totum oleo ſabino, aut tenui perſundatur. vbi autem acceſſiones remittunt, veteri, aut eodem Sycionio. In perfrictionibus autem, ac immodico frigore, quale & in Epialis, & in quotidianis aliquando accidit, largiùs in oleum, quod incaluerit, nonnulli deſcendentes, pertinaciſſimos etiã tremores compeſcunt, ex Archigene. Et illis in febribus, in quibus iuncturarum laxitati timendum eſt: facit enim ad podagricos, aliosq. articulorum dolores, & ad tophos. Quandoq; in difficulter parientibus vtiliter adminiſtratur, vias enim dilatat, poros aperit, dolores mitigat. Non nullis vrinas educit, quin etiam tanquam miraculo quando calculos aliquando fregiſſe, extrudiſſeq. viſum eſt, vſq; à renibus; & qui ſecta veſica ob calculum, vel herniam periclitãtur, admodum fuiſſe iuuatos. Ad voluulum, & Colicam commodat; nimirum aut humoribus exinde frigidis, impactisq. diſcuſſis, aut fæcibus duris emollitis, aut flatibus euentatis. Facit ad venena omnia, & quæ præſertim ad extrinſeca proiicere oportet. Præter oleorum compoſitorum vtilitates, quæ in fomentis huiuſmodi, pro natura, ac virtute rerum commixtarum, variant temperamentum.

[Conuulſionibus.] [Neruorũ puncturæ] [Neruorũ contuſionibus.] [Tremoribus,] [Partui difficili.] [Colicis.]

De Balneis ex Lacte. *Cap.* XXXIV.

LACTIS verò balneum ad vſum Emollientium quandocunq; recipitur. Humanum præcellit cæteris Galeno teſte; quòd calidius, humidiusq. habetur, deinde capræ, aut certè aſinæ, in balneis præcipuum, quia tenuius eſt, atq; humentius. Qualis in Italia erat vſus apud veteres domeſticus; haud enim illis grauia putabantur, quæ eſſent hac noſtra tempeſtate miracula. Apud gentiles præſertim mulieres, vt quòd in exemplis tradidit Plinius, Poppeam Domitij Neronis coniugem, quingentas aſinas fœtas per omnia ſecum trahere ſolitam, eoque lactis ſolio totum corpus macerare; conferre enim aliquid candori, & molliciei carnium putabatur, cute etiam extenſa, quam taxauit Iuuenalis, illis verſibus.

[5 Methodi.] [Decorationi.] [Sat. 6.]

— Aut pinguia Poppeana ſpirat, &
Incipit agnoſci, atq; illo lacte fouetur
Propter quod ſecum comites educit aſellas.

Ad vſum verò medicinæ princeps Auicenas Arabum in Hecticis nimio calore arefactis, alijsque conſimilibus vitijs, balneum ex lacte conſuluit. Hodie verò rariſſimè fit, quòd; niſi alia de cauſſa ſit difficilis tantæ lactis copiæ paratio ad balneum. Ac quidam propterea hodie παρὰ ἀντιβαλλόμενα curioſi, labrum temperatum ſubſtituunt, in quo ſalicis ac harundinum folia excoxerint, hordeum item confractum, violam, nenuphar, citrulli, & cucurbitæ ſemina. Vel, melius opinati, totam ipſam tinam ex ſucco cucurbitæ, & roſacea aqua comparant, aut elixis capis, caſtratorumque capitibus, & alijs eiuſmodi inſculentis in ſimplici aqua; quod balnei genus, quidam hac quoque ætate ſcriptores in ſe-

[Hecticis feb.] [Baln. brodij. Recentiorum.]

certis habent, ſingulis diebus ægrotanti ieiuno ſtomacho miniſtrare. Verum hi haud ſciunt naturam balnei nec ſine ægrotantium iactura faciunt, iſtiuſmodi craſſis atque emplaſticis vtentes. Nam dum intentio eſt humectare apprimè, & refrigerare; concraſſata eatenus aqua eademq. affatim inepta ad penetrandum reddita, calfaciunt ea ſuperficiaria caliditate indita, adeoq. incidunt, elixantq. miſellorum corpora, minime humectant. Vt rectè inpoſterum & pro vetuſto more balneum miniſtrent.

De balneis ex ſanguine. Cap. XXXV.

Lepra, & ſuum bal.

MVLIEBRE id quidem, ac luxuoſum ex lacte parari balneum; impium verò atque inhumanum ex ſanguine videri poterit. Nam antiquis illis primis ſeculis, quando vix erat adhuc vlla humanitatis diſtinctio vſitatum, & dumtaxat Regibus. Plinio teſte lib. XXVI. cap. 5. Vbi de Elephantiaſi, quæ & Lepra dicitur, ita ſcribit. Aegypti peculiare hoc malum, & quum in reges incidiſſet, populis funebre. Quippe in balneis Solia temperabantur humano ſanguine ad medicinam eam. Hanc porrò medicinam ſequi olim perſuaſum Conſtantinum Magnum in Concilijs legitur Tom. III. Adriano Pontifice teſte ad Irenem. Ille enim cùm lepra teneretur, ac balneum idcirco ex infantium ſanguine paraſſet, adſtitiſſe dormienti D. apoſtolos Petrum, & Paulum qui diſſuaſa Ipſi ſanguinis infantium effuſione, per ſacri baptiſmatis lauacrum ſanitatem obtulere; itaq; baptizatus, ac ſanatus eſt. Idem atteſtari Zonaram græcum hiſtoricum legitur tom. II. Ex inde de ſanguinis balneo, nec vſus (quod ſciam) nec vlla extitit mentio.

De balneis ex Vino. Cap. XXXVI.

Vini vtilitates.

VINVM quidem ſingulares obtinere virtutes experimur, perinde extrinſecus competenter adhibitum, ac ebibitum. Siquidem omne vinum in balneis vim habet calfaciendi, atque exſiccandi, & corroborandi membra. Summa verò vtilitatum eius hæc eſt, quòd quantum indecenter ebibitum nocet cerebro, neruis, atque iuncturis, tantum vel amplius foris adhibitum rependit vtilitatis in earum partium vitijs emendandis. Dolores leuando, tumefactiones inhibendo, laxitates confirmando; ac maximè ſi additis aliquibus medicatis rebus, Vini qualitates augeantur. Quo modo podagricos ſæpè lauamus vino, cui incoctum ſit Marrobium, vel ſtoechas, vel eius generis aliquod. Simplici vino lauamus vtiliter quandoque vlcera, ac vulnera, vt commonent & Hippocrates, & Galenus. Vetuſta enim ac dulcia vina (inquit Dioſcorides) renibus, veſicæque accommodant, vulneribus, ac inflammationibus ſuccidæ lanæ eo imbutæ vtiliter imponuntur. Loquentur his etiam aſperiora, & phagedenica, & quæ ex deſtillationibus fluunt vlcera, qualia ſæpenumero in cruribus inueterantur. Hæc & ſimilia habemus ex antiquis. Cæterum ad vſum balnei, quod nobis propoſitum eſt, pro tanta vinorum diuerſitate, habenda in primis ipſorum generum ratio eſt, ac omne genus per ætates, prout nouum, aut vetus, aut mediocre intelligitur, diſtinguendum. & quo varient cultu hæc noſtra à vinis antiquorum. commune habemus ſimpliciter muſtum. Vinum vero intelligebatur quod menſis idoneum, crudum, coctum, defrutum, lora, & ſapa, hoc vel nouum, quod erat à biennio, & triennio vſq. in decennium: Vel vetus vſq. triceſimum. Quibus ſuppoſitis differentijs iudicanda ſunt quæ ſcribuntur ab auctoribus Vina. Plinio, Dioſcoride, Gal. Itaq. vinum nouum Dioſcorides, & Galenus ponunt minus calidum, & magis humidum: nimirum quod ob ſeroſæ partis copiam, remiſſum in calore ſit, & ſiccitate; ob quam cauſam & in balneis remiſſæ actionis videtur, parum penetrans, minus exſiccans, ac minimè abſtergens membra, imò opplens, atq; exaſperans cutim. Verum tamen, cùm foris adhibendum ſit, nos conſideramus in recenti vino, non craſſam vini ſubſtantiam, ob quam illis vitijs ſubiacet; ſed ipſius quoq; ſpiritus principaliter, qui in nouo ſoluti ferè ſemper ac in continuo motu, in membra, quibus adhibentur permeant, fouentq; magis, quam vini antiqui vigor intrinſecus. Adeoq. balneum, quod ex muſto fit, dum vegetali ſuo ac inſito calore in torculari ebullit; vtilius experimur, quam ex vino, quod vel mediocris ætatis ſit, in quo ceſſauerit ebullitio, vel omnino ſeneſcens; quæ ambo genera niſi calefiant prius actu, aut nihil, aut ſegniter admodum, quæ à vini balneo deſiderantur, operationes præſtant. Id verò multiplici experimento compertum, ac comprobatum eſt ab omnibus iunioribus medicis, qui ad articularios affectus, inſeſſus, fotuſque comparant ex vinaccis, dum adhuc tribus parant modis, per autumnum feruores continent, vtiliſſimos. Alij quidem mittentes patientes ipſos in torculare, vuarum ſcapis cum muſto ipſo ebullientibus. Alij vino iam excolato, ac lora ſubinde expreſſa, quod minus va-

Medicatæ ex vino lotiones.

Vinorum genera.

Noui differentiæ.

Baln. ex muſto.

Bal. ex vinaccis.

lidum fit, ſpiritibus illis calidis iam per aquam remiſſis, ac exhalatis. Aut ex vinaceis, quæ vino dumtaxat expreſſo remanent: quod validiſſimæ actionis ſit, ac commodiſſimum, adhibendum etiam in cubiculo per priuatam tinam. Excitatur enim paucis poſt diebus ex vinaceis ipſis fomes quidam putredinis, ac feruor intrinſecus, qui pro cuiuſq. arbitrio & intendi poteſt ad operationem, & remitti pluri ex eis copia adhibita, vel remota. Hoc calfacit etiam valenter, ſiccat, aperit, diſcutit, confortat, remouet dolorem. Perpetuo autem intelligas præmiſſam purgationem. Itaq; ex iuncturis (quarum maximè cauſa hoc genus remedij inuentum eſt) inciſis etiam neruis, aut contractis, vt inceſſum lædant, tumores diſſoluit, dolores ſedat, duritias ex vulnere contractas emollit, membraq. ipſa tandem, quo ad ex affectu licet, ad propria munia reddit idonea. Vtilis pariter fotus hydropicis, oedematoſis affectibus, ac id genus inflationibus omnibus. Ex quibus omni genere balnei, quod ex vino parabile ſit, in primo loco huc ex vinaceis inſeſſum ponemus, qui & facilè paratu ſit, & vtiliſſimus. Secundum dabimus vino cum ſcapis adhuc bullienti: vt ſciam articularios quoſdam, ſe totos, excepto capite, in hoc balneum immerſos, ac mirificè fuiſſe iuuatos. Tertium erit ex vino veteri balneum: Vino inquam excalefacto per ignem in caldario, ac in Tina adhibito. quod quidem ex actuali caliditate acquiſita, non calfacit ſolum actu, & potentia, atq; exſiccat; verum etiam vim ſubinde concipit penetrandi in altum, attenuat, aperit, diſcutit, inſtaurat membra, ac iuncturas, bonum halitum, bonumq. odorem conciliat. Quod ſi inuicem hæc balnea comparanda ſint, & quid differãt: hoc ex veteri vino balneum impensè exſiccabit, adſtringetque, & corroborabit. Simplex verò ex vinaceis inſeſſus aget mitiùs, & pro arbitrio patientis, Illud nequaquam humectabit quæ humectanda erunt: hoc tendines extenſos, ac induratas, & quæ occalluerint partes moderatè emolliet: dolores clementius ſedabit, non vret. neque incendet. Vtilius illud in fontibus particularum, & vbi præſertim confortare ſit opus, Ventrem, cor, vterum, atque vulnera ipſa. Atque hoc genus balnei habebit quoque ſuas differentias: efficacius enim hæc præſtiterit vetus vinum, quod album, odorumq. ſit, & ſiccum, atque hoc magis ſi tenuium partium vſu compertum ſit. quibus certè dotibus noſtrate Græcum ſuperat omne phalernum antiquorum, aureum colore, & perſpicuum, ſyncerum, odorum, gratum oculis, palato, guſtui, cordi, cerebro, & quod non ſitientem etiam ad ſe allicit bibendum. Rubrum adhibitum difficulter permeat, album verò, ac fuluum valentiſſimè, cum plus illud exſiccet, exaſperetque, ac roboret. Coctum, quod Latini veteres defrutum dixere, vetus propemodum in balneis æmulatur, & ſi non adeo videtur ſubtilium partium, iam illis inter ebulliẽdum difflatis, ac incraſſata ſubſtantia, veluti mel. Dulce, præſertim recens, minus balneo idoneum eſt, idque inodorum vt minus exhalans. Quod vero in acorem tranſit, quum valenti penetratione opus eſt, haud inutile: quemadmodum in tophis iuncturarum diſcutiendis, frequenter ex acido vino fomenta, ac ex ipſo interdum, aceto parantur. Quale portentoſum remedium putatur Plinio, M. Agrippam graui pedum dolore tentatum, demerſis in acetum calidum cruribus, euaſiſſe. Reliqua de uinis ſeorſum explanari dignius eſt.

Qualitates.

Operationes.

Iſchiadiſcis.

Balneum ex vino vetere.

Comparatio balneorum ex vino.

Vini greci facultates.

Bal. ex aceto.

LIBRI SEPTIMI, ET VLTIMI FINIS.

Digitized by Google

INDEX LOCVPLETISSIMVS OMNIVM RERVM, QVAE TOTO HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

A

ABiſſus quid. pag. 10
Abuſus in balneis. 71
Abuſus tres in balneis. 81
Acetariorum vſus dãnatus in balneis. 84
Aceti vires. 335
Aceti natura penetrans. 335
Acetum vermiculoſum. 332
Acceſſus ad balnea. 60
Achelous flum. 353
Acheron, & Acheruſia palus in auerno. 175
Accidentium febrium communia remedia. 104
Accidentia poſt balneum. 116
Accidentia incendiorum. 166
Acis flu. 354
Admirandæ in hyperboreis, & in Iſlandia ex ſubterraneis effectibus. 222
Adriatici ratio. 45
Aedificatio antiquorum. 396
Aegris conſilium in balneis. 64
Aequoris ratio. 45
Aeolus ventorum rex. 261
Aeris incrementa. 334
Aeris fluentum. 267
Aerugo, & æris viride. 328
Aer facile alterabilis. 397
Aeris flu. 303
Aeris eſſentialia. 334
Aeris, & atramenti affinitas. 266
Aeris ratio. 86
Aer puteolis medicinalis. 178
Aes Caldanum. 304
Aeſis flu. 304
Aes Cyprium. 304
Aeſtas duplex, & hyems in peru. 323
Aeſtus Luſitani maris, & cantabrici. 44
Aeſtus ex balneo. 141
Aeſtus maris indici. 44
Aeſtus ſiue fluxus, & refluxus. 92.c
Aeſtus mœotidis paludis, & propontidis maris. 45
Aeſtus ſcyllæ, & charybdis perpetui. 45
Aeſtus maris britannici. 44
Aeſtus maris perſici. 44
Aeſtus maris aphryci. 44
Aeſtuum cauſæ tres. 44
Aeſtuum propria ratio. 44
Aeſtus in alto mari an ſit. 45
Aeſtus irregulares. 44
Aeſtus maris mediterranei paucus. pag. 45
Aetnæ profluuij vaſtitas. 160
Aetnæ lapides combuſti fiunt latamen. 248
Aetnæ mons ex Cineribus factus. 158
Aetnæ auctorum opinio. 158
Aetnæ materia, vnde ſit æterna noua cauſa. 227
Aetnæ cinerum ſæuitia. 158
Aetnæ cauſæ mirandæ. 158
Aetnæ vnde perpetui ſit pabulum. 159
Affectus aquarum tempore peſtilentiæ, & terræmotus. 63
Afri lapidis vſus. 80
Agens cauſa putrefactionis aquæ, & materia. 171
Ager ardens in mutinenſi. 176
Alabaſtrytes lapis. 241
Alba animalia in niuoſis terris fieri. pag. 350
Alexandri magni periculum. 275
Alexandri Petronij opinio de cauſa caliditatis in aquis ſponte manantibus. 186
Alimenti, & medicamenti oppoſita ratio. 82
Alimentorum delectus in balneas. 84
Altera fluuius. 26
Alphæus vnde dictus. 340
Alumen inuentum in Italia. 252
Aluminis ſapor. 251
Aluminis primum genus. 250
Alumen liquidum ſciſſile. 250
Alumen non clarificat aquas. 29
Aluminis liquidi impreſſio. 250
Aluminis ſciſſilis impreſſio. 256
Aluminis qualitas an calida an frigida. 251
Alumen quid. 97
Aluus nimium ſoluta ex balneo. 140
Aluus adſtrictus ex balneo. 139
Amalthei cornu. 354
Amaritudo in aquis. 22
Amaritudinis aquarum triplex cauſa. 22
Ambra cane. 277
Ambra nigra. 278
Ambræ coronariæ maria. 277
Ambrum flumen. 313
Amethiſtus lapis. 206
Amnes ſalſi in Hiſpania citeriore. pag. 235
Anienis infernum. 86.b
Anienis præcipitia. 29
Animalia intra lapides. 28
Animalia lapideſcere in aquis. 28
Animi deliquis frigidæ perfuſio commoda. 71
Animi affecti ratio. 86
Animi defectus ex baln. 141
Anio inſtauratus. 256
Anio nouus. 371
Anio flu. dulcis. 256
Anodina frigida. 421
Anodinorum differentiæ. 420
Anodinorum varium temperamentum. 422
Anſeres arboreæ. 347
Antipodorum manifeſta ratio. 218
Antiquorum de balneis ſententia. 52
Antrum Iunoni ſacrum. 173
Antrum Cilicum. 172
Aurra terræ, & ſcrobes praui habitus in Myſia, Caria, & Phrygia. pag. 175
Apodyterium quid. 365
Apodyterium ſiue tepidarium. 381
Aphronitrum. 242
Aphrodiſius flu. 343
Apollo Thermites, vnde dictus. 166
Apollo Thermites. 357
Apponi colles in Mutinenſi. 170
Appetentia collapſa ex balneo. 138
Appetentia immoderata ex balneo. pag. 233
Aqua vbi frigidiſſima. 89
Aquæ calidæ in fluuijs naturales. 30
Aquarum mixtarum tria genera. 20
Aquæ bulloſæ. 30
Aquæ fumoſæ. 30
Aqua chalcantoſa, & pluuioſa. 268
Aquæ frigidæ conſperſio hecticis neceſſaria. 406
Aquæ fabularum origo. 352
Aqua inaurata. 318
Aquæ neceſſitas. 8
Aquarum acidarum ſigna diſtinctiua. 334
Aquæ calidæ in Corſica. 207
Aquam adorantes Aegyptij. 356
Aquæ ad flumen burmudam. 262
Aquæ coloratæ Plinij. 351
Aqua pluuioſa in Pantalia Inſula. 271
Aquæ fontium non omnes ex aere generantur. 6
Aqua chaleanto participans. 266
Aquæ acidulæ ſuperſtitioſæ. 330
Aquæ ferratæ in baianis. 300
Aquæ cur inficiantur ex vaſis plumbeis. 308
Aquarum colorandi vis. 349
Aqua cibis ſuperbibita calorem vrit innatum. 58
Aqua impura quæ. 20
Aquarum ductuum magnitudo. 370
Aquæ pluuiales ex tubis æneis non ſunt inutiles. 24
Aqua ſancta. 213
Aqua de prochita Inſula. 207
Aqua ferrata ſub Tybure. 266
Aquarum ſitus cum terra. 9
Aqua cruda inutilis. 18
Aquę ſanctę cur dictę. 357
Aquę cellenſes in heluetijs. 306
Aquę ex Chalcanto in Cypro. 268
Aqua an ſit maior quam terra. 2

Aqua-

Digitized by Google

INDEX.

Aquarum mutationes totales. 42
Aquę æſtimatio a venarum qualitatibus. 58
Aquę communes vtilitates. 55
Aquę attramentoſę in balneis vtiles. pag. 167
Aquę ſulphuratę in hiſpania. 190
Aquę Burmienſes calidę. 183
Aquarum caſtella quę. 370
Aqua retrubij in agro Ticinenſi. 301
Aquę Geptę. 190
Aquę ad Eugeſtam. 265
Aquę paluſtres. 231
Aquę potulentę ſanis vtiles. 133
Aquę Tylphoſę. 352
Aquæ deiectorię. 100
Aqua repula. 370
Aquę deiectorię commoda. 100
Aquę caldanellæ in Senenſi. 292
Aquę putidiſſimę. 24
Aquę tertuccij. 239
Aquę nouę ex gypſo. 265
Aqua cur ferucfacta fortius infrigidatur. 87
Aquę porretanę. 257
Aquam timenti remedium mirabile. pag. 185
Aquarum alterationes alię naturales, alię ex accidenti. 4
Aqua Caſtilionis in ęnaria. 207
Aquae bituminoſae non verae. 279
Aquae ad Terracinam. 211
Aquae aeſtimatio à reſolutione per ignem. 58
Aquae deſtilatae ex auro. 310
Aquae marinae morbis oſſium vtiles. 121
Aquae abſterſoriae renum, & veſicae morbis vtiles. 225
Aquae Virginis ad M. Orthonis ſub Parauio. 237
Aquae Iaſielli in Viterbienſi. 305
Aqua Vmbronis. 294
Aquae aponi cur puellis rudes. 295
Aqua eſt magis per frigidum, quam per humidum. 28
Aquae ad ruſellas in potibus. 134
Aquae frigidae lotio. 400
Aquae Virginis ad Vrbem perductio. 372
Aquarum ſtrepitus, & fragoris cauſa. 29
Aquae cur latices dictae. 8
Aquae acidae ad ripam Tyberis. 337
Aquae Virides. 25
Aquae aeneae. 68
Aquae vinolentae. 23
Aquae exſiccantes tumoribus vtiles. pag. 124
Aquae ſtygos in Arcadia. 165
Aquae ex Cadmia ad aquiſgranum. pag. 326
Aquae indomitae. 12
Aquae temperatae ad budam in Hungaria. 224
Aquae ſalſae In agro Firmano. 204
Aquae in cauernis terrae. 8
Aquae ſuperſtitioſae ſolini. 207
Aquarum ſpecies perfecta. 39.c
Aqua frigida ſubito intranda, & non paulatim. 412
Aquarum potus hyeme cur inutiles. pag. 69
Aquae ex argilla. 18
Aquae ſimplicis calidae balneum animi affectibus commodum. 127
Aquarum qualitates ex minio. 321
Aquae marinae corpulentia. 26
Aquae namphae cur diu olidae. 24
Aquae pelluntur. 9
Aqua frigida ad morſus venenatos probata ſub nuccrio. 324
Aqua glacialis. 316
Aquae quales ſub canicula vtiles. 69
Aquae aeſtimatio ab excrementis. 58
Aquae in balneis vtiles. 61
Aquae caldanae in potibus, & cibis an vtiles. 297
Aquarum naſcentium catholica. 7
Aquae variae ad ſuperficiem, & fundum. 320
Aquae aeſtimatio à pondere. 58
Aquae ſulphuratae ſub Maguntia. pag. 184
Aquae fortes. 269
Aqua bulla ad Puteolos. 181
Aquae ſanguinolentae. 25
Aquae argentiuiui virtutes. 318
Aquae luteae. 26
Aquae Tungri ad Leodium. 315
Aquae ad Vianum Hiſpaniae ciuitatem. 299
Aquae aeneae, ac attramentoſae affines. 302
Aqua Leucothea. 354
Aquae aponi cur tardae bulliant. pag. 195
Aquae acidae ad Vrbem in cibarijs damnantur. 82
Aquae frigidae pericula. 57
Aquae cytros in Thermopylis. 191
Aquae fortes. 23
Aquae mixturarum vitia. 28
Aquae in aemilia purgatiuae. 143
Aquae vinolentae in belgis. 340
Aquae tonitruoſae. 13
Aquae frigidae medicinales in Corſica. 228
Aquae medicatae in cibis an conueniant. 81
Aquae anticoli mirificae operationis. 59
Aquarum mixtarum naturalia principia. 4
Aquae acidae ad rotemburgum. 338
Aquae facultates à calore. 61
Aquae mentem laedentes. 322
Aquarum acidarum materia non vna. 333
Aqua frigida, quae accenditur. 218
Aqua acida ſaliens. 339
Aquae fontanae in ænaria. 209
Aqua ſincera, & immunda. 11
Aquae calidae ex calce in Dacia. 330
Aquae aureae Viterbienſes. 314
Aquae ſole exuſtae. 11
Aquae calidae ad Capranicam. 337
Aquae marinae ebibitae nocumenta. 228
Aquae ſulphureae in picenis. 204
Aquae acidae ad Goppingam. 339
Aquae niuales, & glaciales inutiles. pag. 13
Aquae amphiarati. 12
Aquae virides in perſide. 308
Aqua an ſit altior terra. 8
Aquarum multarum partium malitia. 18
Aqua alſietina. 337
Aquae venarum origo. 4
Aquae de buxo ad S. Caſſianum. 1
Aquarum naturae prima capita. 3
Aquae ſalſae montis Catini. 233
Aquae ex athenaeo. 206
Aquae aureae S. Caſſiani. 314
Aquae aciditatis duo genera. 332
Aqua marina maculat veſtes. 227
Aquae frigidae vſus naturalis. 94.d
Aquae tiguriae in heluetijs. 306
Aquae ex ferro extincto. 296
Aqua Cimina. 371
Aquae borrae bituminoſae. 280
Aquae acidae, materia aeris propria. pag. 334
Aquae ſalſae in Leſbo inſula ad Mitylenae. 237
Aquae ad antecheram ciuitatem in andalogia. 338
Aquae Imperatoriae in baianis. 300
Aquae vbi paucae. 5
Aquarum dulcium loca. 18
Aquae ex marmore. 324
Aqua aerea haud impura. 17
Aqua Sancta Pelicana ſub oppido monticoli in Picenis. 244
Aquæ calidæ regales in Hiſpania. pag. 208
Aqua Iulia, quæ & aureliana. 371
Aqua Claudia quæ. 370
Aquæ ferinæ, ſiue ſilueſtres in ſilua martiana. 306
Aqua Sancta in potibus ad montem albodium in Picenis. 298
Aquæ cinereæ, & loca cinerea in Senenſi. 329
Aqua Iſerbone. 299
Aqua S. Laurentij. 243
Aquæ aponi cur ſint varij caloris. pag. 194
Aquarum calidarū refrigeratio. 102
Aquæ ſalſæ cauſa naturalis duplex. pag. 233
Aquarum grauitas, in quibus omnia fluitant. 271
Aquarum perducendarum Romæ decretum. 366
Aquarum variæ mutationes, & elementorum. 354
Aqua frigida cum luto, ad montem Alceti. 228
Aquæ facultates ab odoribus. 61
Agua Gabiuſa, quæ eſt mariana. 380
Aquarum naſcentium finis. 360
Aquæ acidæ S. Ioannis. 336
Aquæ quæ frigidæ, & quæ calidæ intelligantur. 350
Aqua ſine colore. 25
Aquarum acidarum qualitas eſt aceti temperati. 335
Aquæ hellopiæ in Achaia. 307
Aquæ acidæ, & acres, & minerales. 30
Aquarum in quarto ordine cenſura. pag. 185
Aqua ex arboribus. 342
Aqua Villæ in agro Lucenſi. 294
Aquæ, & metalla in Iſlandia. 221
Aquæ Troelenæ. 234
Aquæ an omnes calidæ, ſint medicatæ. 209

Aqua

Digitized by Google

Aquæ Virginis quam vocant Salo- niam. 371
Aquæ elambicatio. 59
Aqua medicinæ ſuperbibita. 58
Aquarum occulta proprietas. 341
Aqua plaga Romana in ænaria. 302
Aquæ in agro Biacenſi in Hiſpania ſimiles anticoli. 338
Aquæ Tyberinæ potus dimiſſus. 366
Aquæ plures, vnam aquã efficiunt. 19
Aquæ conſtringentes decorationi v- tiles. 122
Aquæ calidæ ad vetulonios. 296
Aquæ bituminoſæ quę apud veteres intelligantur bibendo vtiles. 279
Aquę proprietates à cauſis ſecundis Cœli, & ſyderum. 342
Aqua balneoli. 239
Aquarum aurearum ſpeciales virtu- tes. 313
Aqua acris ad Valentiolam. 320
Aquæ & ignis concurſu in ſulphur calefiunt aquæ, 33
Aquæ Emps. 263
Aquæ calidæ ciuitas. 322
Aquæ Aeneæ attramentoſæ, 303
Aquas ſumendi tempus. 69
Aquarum Thermalium tres prærogatiuæ. 23
Aquæ cur non omnes acidæ ex materia æris. 334
Aqua ſancta ad S. Philippum. 197
Aquarum acidarũ temperamentũ. 324
Aquarum eiuſdem mixturæ cur ſapor diuerſus. 22
Aquæ bituminioſę antiquis incertæ. pag. 278
Aqua cibis ſuperbibita cruditati, & repletioni iuuat. 55
Aqua in Ilua inſula. 324
Aquarum mutationes à terręmotu. 45
Aquæ prima electio. 11
Aquæ æſtimatio à ſubſtantia. 58
Aquas putreſieri an bonum. 13
Aquæ frigiditatis intollerabilis. 29
Aquæ ſulphureæ frigidæ ad ardeam. pag. 217
Aquæ indulgendũ in potu frigidæ. 92
Aquæ bullientes ac ſalientes. 177
Aquæ ſuopte ſpiritu feruntur. 9
Aqua mattiace. 284
Aquarum quot loca, tot ſpecies. 17
Aquæ frigidæ in ſuidis montibus, 300
Aquę dulces in littore maris. 232
Aquę cutiliæ in ſabinis. 242.
Aquæ ferratę. 68
Aqua paucos, & dilutos concipit colores. 349
Aquæ labanæ in agro nomentano. pag. 252
Aquæ zamæ in Africa, 323
Aquę ex ſabulo. 18
Aquas balnei quot diebus ſit bibendum. 70.
Aquæ feruentis difficultates. 361
Aquæ quę lonhe deferuntur. 69.
Aquæ purificandę modus. 231.
Aquę ſubeunt. 9
Aquę metallares, an vitioſę. 347
Aquę vliginoſę quę. 11
Aqua facilis impreſsionis. 2
Aquę electiſsimę ratio. 26
Aquarum albularum oblinio. 255
Aquę ſalientis fontes in ardentibus febribus. 96.f
Aquę ſpeciales differentię. 94
Aqua a grotta Viterbienſi. 304
Aqua noua Felici Sixto V. Pontif. Max. 373
Aquę putridę ſubſtantia à natura. 171
Aquę à grotta. 212
Aqua ex magra. 331
Aqua in Tranſiluania. 325
Aquę motus, Vitruuij opinio, 8
Aqua S. Georgij. 245
Aqua dulcis quę. 11
Aquę in Tuſcia, & in Hetruſcis nunc Viterbienſes. 212
Aqua Dei, & vitę. 206
Aquarum ſimplicium differentię. 17
Aquarum diuinæ prerogatiuę. 356
Aquarum origo, & qualitates. 175
Aqua nauſei, & aliæ Viterbij. 305
Aqua pugilli. 245
Aquę medicatę vlceribus accommodatę. 125
Aqua feruida ex medio amne. 281
Aquę martię emiſſarium. 376
Aquę quo tempore anni ſint colligendę. 13
Aquę diurnę, & nocturnę quę meliores. 13
Aquarum differentię à locis. 18
Aqua ex chalciti, myſio, & Soryo. 266
Aquarum amaritudinis cauſę. 331
Aquę ferratae operationes. 285
Aqua cur nutricationi neceſſaria. 55
Aquę crudę natura. 21
Aquę differentię proprię, frigiditates & humiditates, aquę quę conueniant artuum, & carnoſarum partium doloribus. 120
Aqua craſsi bituminis. 278
Aquę marinę operationes. 228
Aquę acidę. 23
Aquę acidę in Germania. 338
Aquę acidę ad Vrbem. 336
Aqua, aluminis ſquammoſi ex talco, 251
Aquarum acidularum ex calchanto natura, 267
Aquę Sextię in Prouincia Narbonenſi. 213
Aquę aurarię duplices. 311
Aquę ex ſublimato, & argento viuo. pag 311
Aquę argenteę ſub Parrano caſtro in Clanis Tuſcię. 314
Aquæ appię origo. 372
Aquae vena calida, cum frigida. 261
Aquarum penuria. 235
Aquae appiae noua perductio in Vrbem. 373
Aqua aſcendit per filtrum, vel linteum. 94.c
Aquae frigidae potus in febribus quando dandus. 57
Aquae communes interpretationes. pag. 127
Aquae optimae conditiones. 94. d
Aquae facultates à ſaporibus. 61
Aqua quaſi aequa, & aequilibris. 87.a
Aqua cibis ſuperbibita capiti prodeſt. 56
Aquarum mira conſtitutio, ac diſtributio. 359
Aquae, cutis morbis commoda. 122
Aqua quomodo ſubeat terrae globum: 8
Aquae ferrugineo ſapore potabiles. pag. 287
Aquarum genera, & bonitatis gradus. 35
Aquae ad oppidum aquarum. 239
Aquarum naturae tres opiniones. 3
Aquae paluſtris qualitates. 231
Aquae temperatae ad Peſtien in Hungaria. 28
Aquae Thermales an refrigerent. 102
Aquae Tungri quae hodie ſunt ad Leodium in Belgis. 299
Aquae ad vſum ducciae conuenientes. 196
Aquarum temperamentum, differentiae. 38
Aquae lanas, & capillos tingentes. pag. 345
Aqua S. Victoris. 325
Aquae motus Thaletis Mileſij opinio. 8
Aquarum ſapores omnes mixti. 21
Aquae marinae calidae vſus. 228
Aquae arte chalybeatae. 287
Aquarum figurae. 352
Aquae ſubuirides. 25
Aquae aponi cinereae: 330
Aquarum mirabilium cenſura. 341
Aquae acidae in Pannonia. 339
Aquae à coloribus cognominatae. 26
Aquae bituminoſae vtiles. 278
Aqua cur [illegible] dicta. 353
Aqua nili tenuiſſima. 22
Aquae potulentae in baianis. 244
Aquae nimboſae. 13
Aquae conſperſio vlceribus. 75
Aquae Tranſcheri ſub Bergomo. 339
Aquae ſulphuratae in Cotiſcolis. 205
Aquae quae gulae tumorem gignunt in Italia. 349
Aqua olida ex natura. 24
Aqua ſcarpetta. 259
Aquae cryptae, & aliae. 299
Aqua S. Chriſtophori. 243
Aquae marinae venenis vtiles. 229
Aquae naturalis ſubſtantia. 261
Aquarum ſapores an proprij an accidentales, 21
Aquarum forma bonarum. 37
Aqua calida Bathoniae. 308
Aquae potus in acceſsionibus nocentiſsimus. 55
Aquae acidae cum dulcibus. 23
Aquae calenae. 340
Aquae alſatiae. 264
Aqua Lynceſtis. 340
Aqua non nutrit. 54
Aquarum mixtarum ſpecies determinatae. 248
Aqua aurea Regum Perſarum. 314
Aquarum albulae notae. 253
Aquae veloces frigidae. 24
Aqua borra in agro Florentino. 246
Aqua ad anagnum in Piſanis. 324
Aqua caldanae in Corſica. 309
Aquae delphis. 29
Aqua Sabatina. 378

Aquae

Aquae tres acidae Plinij. 337
Aqua anienis vetus. 370
Aqua chalybeata. 284
Aqua alſietina. 371
Aquarum differentiarum cauſae communes. 247
Aquae nitroſae in volaterrano. 247
Aquarum medicatarum vſus. 67
Aquae & loca ex natura gypſi in Italia. 265
Aquarum acidarum differentiae. 334
Aquae cinereae, & ſulphuroſae in ardentibus terris mundi noui. 330
Aqua tunc ſufficit quum exuberat. 1
Aquarum ſecundi generis mixtarum conditiones. 21
Aquae potulentae in puteolanis. 245
Aquae noxius in morbis vſus. 35
Aquarum impreſsiones ex ſulphure cuius generis tẽperamenti ſint. 151
Aquae nitroſae in Germania. 247
Aquae mouentes per venam. 100
Aqua terrae admixta minus frigida. pag. 28
Aqua acris ad bolagnum. 320
Aquarum puteolanarum, & bucanarum cenſura communis. 244
Aquis albedo. 254
Aqua, & terra vnus globus. 6
Aquae frigidae lauationis vtilitates communes. 411
Aqua ferrata, quae eſt in Luculliano iuxta Neapolim. 370
Aquarum plurium inuicem differentia a mixtionibus innominata. 17
Aquae parum deterſoriae noxiae. 68
Aquae calidiſſimę potabiles. 190
Aquarum acidarum tres cauſae. 333
Aquae venarum propagines. 7
Aquarum albularum pocus. 68
Aquarum paſſionum, ac mutationum tria genera. 46
Aqua ad hierapolim in phrygia tingentes colore purpureo. 349
Aquae nihil ſuſtinentes. 27
Aquarum calidarum vniformitas a proportione. 361
Aquae Tolphae. 35
Aquae ſalſae in Germania. 235
Aqua mortiferae naturae. 328
Aquae ad viuares in delfinatu. 315
Aquae acidae Ariſtotelis duae. 338
Aquae medicatae medentur ex accidenti. 21
Aquae natura calidae cauſa mirabilis. 360
Aquae electiuae an purgent. 71
Aquae Campeſtris natura. 11
Aquarum putealium origo. 14
Aqua aurea, & piconia. 370
Aquae frigidae lauationis noxae. 11
Aquarum originis mira proprietas in inſulis fortunatis. 343
Aquae naturalis appetitus. 9
Aquae an ebibitae omnes aliqua faciant ſedimenta in corpore. 72
Aqua maris maioris amara. 332
Aquarum mutationes accidentales. pag. 41
Aqua Crabra. 371
Aquae rubrae. 25
Aquae calidae in primo gradu ex mixturis. 209
Aqua chalcanti ſincera. 266
Aqua Ciceronis in baianis. 326
Aquarum natura ex argento viuo in Hiſpania. 319
Aquae mixtae. 20
Aquae lacteae, & dulces. 33
Aquae aluminatae in Germania. 263
Aquarum ferratarum qualitates. 284
Aquae ſalſae ſteriles. 232
Aquae aerethryae. 12
Aquarum acidarũ calor exiguus. 335
Aquae ſalnitratae vſus ad infrigidandum. 249
Aquae potulentae vtilitates communes. 71
Aquae chalybeatae vſus. 284
Aquae ficuncellae. 289
Aqua plumbo agitata frigidior. 245
Aquae ad docciam idoneae. 76
Aquae marinae motu fieri leuiores. pag. 29
Aquae acerrimae in Volaterrano. pag. 329
Aquae aeſtimatio à reſolutione ſub tale. 58
Aquarum inutilium genera. 11
Aquae gulae tumorem gignentes in alpibus. 348
Aqua ficuncella, & de buxo, & aliae quaedam mediocriter calidae, nec vltra primũ gradum ſiccantes. 103
Aqua giboeroſ. 244
Aquarum aponi cur varij motus, & variae alterationes. 195
Aqua ſub meuania in Vmbria. 314
Aquae prima ſanctificatio. 358
Aquarum ſagio purgantium. 71
Aquae acidae non fiunt per indigeſtionem, nec per putrefactionem. pag. 332
Aquarum Tyberis in Vrbem concurſus. 51
Aquae atrae, & horridae. 25
Aquae aponi cur plantas nutriant. pag. 195
Aqua orbis ſuperbibita aluum prouocat. 55
Aquae medicatae, quae ſint. 57
Aqua, & aer non atteritur motu, ſed extenuatur. 19
Aqua ſalnitra frigidiſſima. 248
Aqua nigrae. 25
Aquae omnes vna aqua. 6
Aquae paludoſae ſiccae. 30
Aquae ſulphuroſae. 68
Aquae tepidae in Luſitanis. 29
Aqua an terrea odores. 24
Aquae cur motu frigeſiunt. 29
Aquae gradus intenſi ac remiſſi. 191
Aquae ſalſae in Enna monte Siciliae. pag. 236
Aquae albae. 61
Aquae adiſ ingeores. 23
Aquae naturales, quae expilant. 323
Aquae ſulphure omnes calidae. 57
Aquas purificandi artificium. 18
Aquarum mixtarum tertij generis conditiones. 21
Aquae calidae Vrbs. 183
Aquae albae, & lacteae. 26
Aqua ex lotura ſublimati innoxia. pag. 319
Aquarum mutationes ordinariae. 40
Aqua primum principium rerum omnium. 1
Aqua caburę. 24
Aquę ſalientes. 40
Aquę motus Plutarchi opinio. 8
Aquę frigidae in terra auſtrali. 29
Aqua ſuperficie maior. 8
Aquae deſtillatae cur non putreſiunt. pag. 24
Aquae ſiluae. 29
Aquae ceruleae, glaucae. 25
Aquae vnctuoſae pingues. 23
Aquae albulae inſtauratio. 259
Aquae lapideſcentes. 37
Aqua Linceſtis. 27
Aquae coctio. 58
Aquae acidae ad Vrbem. 265
Aquarum tepidarum qualitas promiſcua. 410
Aquarum noua partitio. 17
Aquarum neptunij origo. 353
Aquae ſacrae cur dictae, & fontes ſacri ac flumina. 355
Aquae pulueris puteolani. 287
Aquae natura Lunae ſimilis. 2
Aquae vitioſae Troeleniis. 347
Aquae compoſitae, vt plurimum ſalſae. 232
Aquarum aurearum impreſsiones. pag. 311
Aquarum multae proprietates. 39
Aquae Caiae in Viterbienſi. 182
Aquarum albularum primum inſtitutum in balneis. 214
Aqua frigidi in agro tigurino. 219
Aquae ſequeſtratio per filtrum. 59
Aquae veſicatoriae in Tuſcia. 296
Aquae ebibitae qua tranſeunt. 71
Aqua frigida nigrum calidae album pilum faciunt. 350
Aquarum conditiones primi generis. 20
Aquae ex puteolano. 265
Aquarum bullientium tres differentiae. 39
Aquae liquidi bituminis. 278
Aquae cardiae. 23
Aquarum mineralium, & compoſitarum catholica. 12
Aquae albulae morbis extremorum viles. 135
Aquae proprietatum cauſae naturales. 341
Aquarum vera miracula. 341
Aquae calidae admirabiles. 357
Aqua martia quae. 370
Aqua Virgo Salonia. 372
Aquae ſalſae an ſeruentur. 234
Aquarum albularum antiqua ac digniſſima inſtituta. 233
Aquae aureae, & argenteae in aenaria. 316
Aquae ad Callim. 265
Aquae albuneae quae, & albuneus fons ſub tybure. 253
Aquae lapidoſae. 325
Aquarum ſtillicidiũ conuerti in lapides. 284
Aquae badeniae in heluetijs. 284
Aquae experiundae tempus. 12
Aquarum fiſtulae. 382
Aquae tepidae potus. 56
Aquae vitioſae athenis. 347

Digitized by Google

I N D E X.

Aquae minerales pudendorum vitijs vtiles. 118
Aquae quae lanas tingunt in Tracia, & Phrygia. 270
Aquae potio ſudanti mala. 56
Aquae campeſtres cur malae. 4
Aqua, vt aqua, nec nutrit, nec humectat corpus. 407
Aquae non ſolae in Dacia. 268
Aquae impetuoſiſſimae, ac lixa eijcientes. 40
Aquae feruidae, ac flumina, & campi ardentes in Caria, & Phrygia. pag. 189
Aqua acris in via Toleti. 320
Aqua ſalſa acida. 338
Aqua Traiana. 370
Aquae cinereae potabiles in Iſchia, & in baianis. 330
Aquae medicatae morbis vteri vtiles. 117
Aquae bituminoſae in balneis vtiles. 279
Aquae Tyberinae an coquendae. 56
Aquae ad tertium caloris gradum reducendae. 191
Aquae ſuperſtitioſae. 56
Aquae tres motus. 9
Aquae ſcantiae ardentes. 274
Aqua in Valle ſancti Marini apud viam Flaminiam. 243
Aquis Thermalibus potulentis in purgationibus vernalibus, an ſit vtendum. 101
Aquae atramentoſae in Volaterrano. pag. 269
Aquae ſalientes frigidae. 40
Aquae medicatae non lubricant, nec leniunt, ſed abſtergunt, & abluunt. pag. 71
Aquarum ſpecies. 10
Aquae atramentoſæ ſincera operationes. 267
Aqua in alpibus. 318
Aqua appia. 320
Aqua blandula ſub Carpo. 261
Aqua anigri, & alphei in Achaia. pag. 340
Aqua vitrioli in Campania. 333
Aquae detectoriae inteſtinorum morbis vtiles. 114
Aquae aponi cur animalia contineant. 193
Aquae purgatoriae teſticulorum, & ſcroti morbis vtiles. 116
Aquae nitratae qualitates. 241
Aqua cocta. 11
Aqua ſimpliciter inodora. 23
Aquae Thermales an extra proprium vium ductiae ſint vtiles. 85
Aquae acres. 319
Aquae flammam iactantes. 174
Aquae ca glarea. 18
Aquae feruentiſſimae vtilitas. 192
Aquae ex magnete. 285
Aqua borra in Senenſi. 246
Aquarum in Perù qualitates coeli, & terrarum. 223
Aqua corrupta inutilis. 13
Aquae ſpumoſae. 39
Aquae an purgentur mixturis in totum. 19
Aquae feruidae cur herculanae dictae. 179
Aquae ferratae vſus. 285
Aquae optimae prima conditio, vt ſit aerea. 11
Acuae lucales. 91
Aqua comburens apud Germaniam. pag. 275
Aquae acres. 25
Aqua acris ad almagiam oppidum. pag. 320
Aqua attramentoſa in Panoonia. 268
Aqua indomita. 26
Aqua ſuccellaria in ænaria inſula. 245
Aquarum lacuum, & ſtagnorum ſubſtantia. 129
Aqua non tantum aſcendit, quantum deſcendit. 9
Aquæ aſperæ. 23
Aquæ frigidæ, ac lapides medicinales in Vngaria. 229
Aquę auſteræ. 23
Aquæ marinæ tepidæ vſus. 228
Aqua cocta. 56
Aquæ feruidæ. 39
Aquę bimettæ. 290
Aquae facultates à tactu. 62
Aquæ vaporatio. 59
Aqua penſilis. 385
Arar flu. 87.b
Arenatio in ænaria inſula. 123
Arenatio quid. 29
Arenæ aggeres inſtabiles. 231
Arena quid. 230
Arenae maris vſus. 228
Arenaria fodina. 265
Ariciae campi cur ardeant. 157
Argenti viui laeſio. 313
Argentum viuum per os vtile. 319
Argilum ratio contra aquas. 9
Argumentum a gutta, cur ſit figura rotunda. 87.a
Armonij lapidis natura. 327
Arnus vtilis in balneis. 217
Ars attramenti. 266
Ars deſtillatoria. 4
Ars puteorum. 8
Ars ſalis nitri. 243
Arſenicum chriſtallinum. 323
Artificialis ducciae. 98.h
Aſphaltites Iudeæ lacus. 275
Aſphaltitis Iuſtini, & Galeni contradictio. 27
Aſperſio aquae frigidae in ardentibus febribus. 74
Aſo flu. 230
Aſtronomorum poſitio de cauſis caliditatis in aquis ſponte manantibus. 88.b
Athamas flu. 88.b
Attramentum naturale. 266
Attramenta quae. 87
Atlanticum mare ſine aeſtu. 44
Atria Thermarum. 376
Attritione fit calor. 19
Aeampace poſitio, mare circulanter moueri. 92.c
Auaritia in abuſum balnearum. 96.c
Auernus in campania. 175
Auicennae balnae. 385
Auri perfectio. 310
Aurei velleris ratio. 313
Auri pigmentum. 322
Aurum quocunque calore immutabile. 315
Aurorae nominum ratio. 92.c

B

BAlnarum ſitus. 162
Balneum Cornelianũ aquis grani. 202
Balnea cordis morbis vtilia. 114
Baln. ad aquas oppidum vulgo ais in Sabaudia. 200
Balnea Caroli quarti in Bohemia. pag. 185
Baln. conuulſioni tremoribus, oculorum morbis, viſui reſtaurando vtile. 408
Baln. à eibn noxae. 413
Baln. ad caſtrum. 199
Balneum ad borbonium aurerici. 183
Baln. aſſueti minus laeduntur. 132
Baln. in armenia. 152
Baln. in Calaguria Hyſpaniae parte. pag. 190
Baln. diuina praerogatiua. 358
Balnearum antiqui auctores. 58
Baln. ex aceto. 425
Baln. de lapidibus, & alia ſub petriolo. 187
Baln. Petrolei in Picenis. 280
Baln. magnum. 190
Balneum ad Ancianum. 292
Baln. mulieribus incommoda. 128
Baln. Varmocij. 213
Baln. vtentis conditiones. 405
Baln. vtiles viſcerum morbis. 110
Baln. Talus. 208
Baln. ad grauiſcas. 294
Baln. penſilium ratio. 386
Baln. vſus laſsitudini ex gracilitate cuti adſtricta, papulis, ventris inflationibus. 410
Baln. ex minio ad Orenſem Ciuitatem. 322
Baln. ventriculi morbis accommodata 111
Baln. S. Caſſiani. 288
Baln. Puteoli. 186
Balnearum in Gothia vſus ſuſpectus. pag. 220
Baln. naturalia frigidis affectibus conueniunt. 104
Baln. naturalia morbo gallico an conueniant. 129
Baln. gracilibus incommodum. 128
Balnearum potio. 105
Balnei in febribus diſcrimina. 404
Balnei ordo. 73
Baln. epilepſiae auxiliatur. 407
Baln. Luxatis, vlceribus fractis, neruis vulneratis, hyrudini, opio cantharydibus, fungis, phalangis, ſcorpionibus, medicinae non purganti. 409
Balnea Sabatina ad vicarellum. 198
Baln ſitaue in agro Piſano, & alterum in Senenſi. 218
Balnea primo gradu calida. 104
Baln. Henderegge. 215
Baln. vera ratio in febribus. 103
Balnei in febribus tertianis vſus. 406
Balneo pueris quando vtendum. 401
Balnea S. Martini ſub Como. 206
Baln. Caroli magni vſus. 201

Bal-

I N D E X.

Balnei quinque capita. 72
Baln. oculorum morbis vtiles. 208
Baln. neruorum morbis commodæ. pag. 109
Baln. rapolanum. 187
Balnearum obſeruantia apud veteres. 53
Baln. frigidæ, & humidæ temperiei quæ. 403
Baln. regia, & inferi budæ. 214
Baln. ad Sinueſſam. 212
Baln. S.Mariæ in Filice. 198
Baln. ex græcis auctoribus. 203
Baln. vetus in Iapygia Calabriæ. pag. 199
Baln. S. Mariæ in balneo. 189
Baln. Trituli in baianis. 205
Baln. S. Ladiſlai in Vngaria. 214
Balnea hecticis, quæ commoda. 406
Baln. coitu debilibus cauendum. 128
Baln. letargiæ, attonitis, vertigini, commodum. 407
Baln. roſanelli in agro Tolentinati. pag. 262
Baln. ſalubritatis ſumma ratio. 389
Baln. herculana. 191
Baln. ſecundo gradu calida. 104
Balnearum noxæ accidentales. 63
Baln. ex multo. 424
Baln. Talagi. 207
Baln. vulcaniæ, & nemulcæ. 357
Balnearum poſteriores auctores. 54
Baln. ad quinque frondes terræ nouæ. 199
Balneo, & potu an ſimul ſit vtendum. 70
Balneo ſenibus quo vtendum. 402
Balnearum S.Caſſiani conſideratio in communi. 189
Balneo in diaria plurium dierum quando vtendum. 405
Baln. in Calcide, quæ hodie ſub negroponto. 307
Balneæ oris morbis, & palati, & fancium commodæ. 109
Baln. inæqualibus diſpoſitionibus noxium. 129
Balneæ ſuaues, quæ intelligantur. 81
Baln. S. Petri ſub apono. 191
Baln. ocioſis quæ. 402
Baln. ad Turrim. 340
Baln. quatenus conueniant, aut non conueniant calidis affectibus. 112
Balneum porretanum aquiſgrani. 202
Baln. vltimellæ. 316
Balnearum, & exercitationum mutua beneficia. 377
Baln. morazzani. 203
Baln. montis Falconis in carnis. 206
Baln. priuata in caſtris. 399
Balnei vſus in viſcerum morbis duplex. 110
Baln. aliquando repetenda. 146
Baln. tempora, ver, æſtas, autumnus. 65
Baln. non temere, ſed ex ratione miniſtrandum. 64
Balneæ in baianis ſubmerſæ. 189
Balneum, buſſetum Viterbij. 167
Baln. montis grotti ſub apono. 196
Baln. Caroli magni. 74
Baln. coctum. 170
Baln. Reginæ. 333
Baln. alterum ad ais in potibus vtile. 201
Baln. febribus, & morbis auctis vitandum. 229
Baln. arcus, & arculus. 189
Baln. S. Helenæ ſub Patauio. 258
Baln. abodraci caſtelli in baioaria. pag. 201
Balnei ratio ieiuno, & non ieiuno. pag. 405
Baln. aſtruni in Puteolano. 198
Baln. commodum eligendum. 65
Balnearum hiſtoriæ modus. 153
Baln. reliquę ex mixturis ſecundi ordinis. 203
Balneum vteri tumoribus commodum. 129
Baln. calida viſcerum intemperantiæ. 102
Baln. quædam in heluetijs. 213
Baln. Syluana. 163
Baln. S. Michaelis. 269
Baln. plura Viterbij. 279
Baln. Roſſeti. 218
Baln. plumbea in Lotharingis. 309
Baln. caldagna cum duccijs. 290
Baln. ſomno vtile. 403
Baln. ad S.Euphemiam oppidum in Calabria. 199
Balnea aquæ Sanctæ ſub Aſculo. 204
Baln. porcetanum. 213
Baln. a caſtello. 292
Baln. de Fabaris in Rhetijs. 316
Baln. lepræ, & lepra quid. 424
Baln. de molgius in gallecia. 291
Balnearum claſſes. 153
Baln. temperati duplex virtus. 405
Baln. herculana cur dicta. 72
Baln. quæ febri ardenti conueniant. pag. 406
Baln. aquiſgrani in brabantia. 201
Balneum ægrotorum ſub apono. 196
Balneę muliebres. 338
Baln. cantarelli ſub puteolis. 300
Balneum S. Bartholomæi ſub Patauio. 153
Baln. laconici vſus. 383
Baln. barici. 207
Baln. luti. 291
Baln. calida in Corſica. 189
Baln. Petrolei. 305
Baln. Pipini. 305
Baln. morbis Iecinoris, quæ conueniant. 112
Baln. vnde dictum. 377
Baln. antiquiſſimæ in hetruria. 296
Baln. regium aquiſgrani. 201
Balnei ex vino vtilitates. 414
Balnearum tres communes intentiones. 97
Baln. ad morbum. 269
Baln. ex lacte. 423
Balneę an vno tenore calidę. 383
Baln. petrę polę. 190
Baln. volaterrana ad caſtrum nouum. pag. 169
Balnei vſus in febribus quotidianis. pag. 408
Baln. Sanctum ad ſartianum in Tuſcia. 293
Bal. Auinionis in Senenſi. 287
Baln. Patauina aponi. 192
Baln. vnguentis conſperſa. 384
Baln. naturalium noua inuentio. 53
Baln. in Comitatu lapronienſi. 213
Baln. de Corſena ſub Luca. 259
Baln. reginę in Piſano. 296
Baln. Eucentia in Valeſijs. 306
Baln. planiciei. 269
Baln. caſei cocti. 269
Baln. quibus febribus contraria. 406
Baln. temperamenta. 21
Baln. inueteratis inflationibus commodum. 129
Balnea ſegeſtana vbi nunc drepanum in Sicilia. 190
Baln. montis alceti vulneribus vtile. pag. 116
Baln. operatio ab affectu, & cauſis. pag. 99
Baln. temperati vniuerſales operationes. 407
Balneo in febribus putridis, & continuis quando vtendum. 405
Baln. de buxo, & de grotta. 290
Baln. vſtis, & melancholicis incommodum. 128
Baln. fluxionibus omnibus incommodum. 129
Balnea in nigritis. 152
Balnea tertio gradu calida. 204
Balnei vſus penes anni tempora. 389
Balneę penſiles quid. 385
Baln. ad narnim fluuium. 298
Baln. ſiccis habitudinibus incommodum. 128
Baln. de Ruſellis. 334
Balnea ex ochra. 328
Baln. de agnano in agro Piſano. 218
Balnea quo nomine fiant illuſtria. pag. 84
Baln. vſus in febribus. 404
Balneo iuueni quo vtendum. 402
Baln. de duccijs ad Corſenum, item ſub Lucca. 260
Balneolum iuxta grottam Viterbij. pag. 305
Balnea cluſina. 288
Baln. S. Marię. 291
Balnea in febribus intermittentibus vſus. 405
Balnea Tripergulana. 163
Balneę ſacrę. 356
Baln. quędam in Nauarra. 208
Balnea aurea in Italia. 314
Balnea apud clembogium in Bohemia. 203
Balneum capitibus natura calidis noxium. 128
Balneum naturale ſenibus incommodum. 128
Balnei prępraratio. 75
Balnea ſtygiana prope Romam. 188
Balnea pueris incommoda. 128
Baln. S. Gregorij. 291
Baln. vnguenti pretioſi. 384
Baln. hęmoptoicis, pleuritidi, Tabi Syncopi, defluxionibus in ventrem, cholicis, vomitibus, ventriculi intemperiei, crapuloſis, inteſtinorum intemperiei, lienoſis, ictericis, calculoſis, ſemen fluentibus, priapiſmo, menſibus, & vrinę difficultati vteri affectibus, infantarijs, fœtui mortuo, molę vteri, arthryti, fluxionibus articularibus,

bus, elephantiaſi, cutis ſcabiei, & pruritui capitis vlceribus accommodatum. 408
Baln. Herodis in Iudęa, & Syria. 197
Balnea reconualeſcentibus. 403
Baln. thoracis morbis vtiles. 109
Baln. dei Poggio. 290
Baln. ad vogheram. 200
Baln. digerentia dicuntur, & calida. 62
Baln. callatura in puteolanis. 198
Baln. inſanis, maniacis opitulatur. pag. 407
Baln. S. Ioannis ſub Lucca. 259
Balnea ad Vagum flu. in Vngaria. pag. 213
Balnearum primum inſtitutum in Hetruria. 186
Balnea, quę ſanis vtilia. 132
Balneum Petrolei, culina, in baianis. 280
Balneæ naturales Galeni. 214
Baln. in aquis bibendis regulae ſeruandae. 68
Baln. montis Orthonis. 238
Baln. memoriae collapſae, triſtitiae, apoplexiae, paraſi, commodum. pag. 407
Baln. cinerea ſulphurea. 330
Baln. de Prato. 326
Balnea, & aquae medicatae. 2
Baln. de duccijs, & reliqua ſub Petriolo. 187
Baln. an ſint prohibita paſſis morbum Gallicum. 130
Baln. ad Caſtrum Vinadum. 199
Baln. affectibus calidis noxium. 129
Baln. ſacra. 35
Baln. virilia, & muliebria. 382
Baln. Iudæorum, & hærodis. 365
Balnearum propriæ electiones à loco. 66
Balneum excrementorum retentioni vtile. 403
Balnea recuratoria dicta. 327
Balnea in Europa. 152
Baln. S. Crucis. 189
Balnearum vſus in medicina. 392
Balneis dyſentericos tandem perſanari. 104
Balnea ſuſpenſa. 386
Baln. dulcia. 142
Balnea temperatæ qualitatis ex Galeno. 215
Balnea mulieribus quando interdicenda. 402
Balnearum penſilium inuentor. 385
Balneo adoleſcentibus quo vtendum. pag. 401
Balnearum frigidarum prærogatiua. pag. 384
Baln. à vulturibus. 213
Balnea promiſcua. 388
Baln. aurium morbis commodę. 108
Baln. quæ extra fontem idoneæ. 95.c
Balneæ ſacræ. 94.c
Balnearum ſubmerſiones ex inundationibus. 91.c
Baln. S. Philippi. 197
Balnea Petrolei in Italia. 280
Balnea bortana prope Tyberim. 217
Balneum alli aſinelli. 305
Baln. Saturniæ. 204
Balneum ex lotio, Catonis de re ruſtica. 418
Balnearum vſus corruptus. 52
Baln. capitis, & hæmycraniæ doloribus commodum. 407
Balnea ad loca feruida. 89.b
Balnearum naturam an arte aſſequi poſſimus. 416
Baln. ad orenſem Ciuitatem. 208
Bal. infantium morbis, quæ vtilia. 105
Baln. in Calidano. 395
Baln. domus nouæ ſub apono. 238
Balnea Caretana. 188
Balnea noui Orbis. 413
Baln. Conſtantinopolitana. 214
Balneatores, & balneatorum legatum. 367
Baln. in Sardinia. 207
Baln. ad aquas in Liguria, vbi nunc Monferratum. 261
Balnearum ſumma prærogatiua. 91.c
Baln. montis Alti ſub Peruſio. 280
Balneum primum regale. 200
Baln. de palatijs Viterbij. 183
Balneum phrenytidi ſuccurrit. 407
Baln. gengiuarum morbis, dentibus, ori, & faucibus, voci ſalubre. 408
Balneum de macerato. 198
Balnei commoda ab experientia. 96.c
Balnea, quæ miniſtranda lienis morbis. 112
Balnea Trincinij. 213
Balnea Hetruriæ. 185
Balneum Bigenſe in Valentijs. 20
Bal. dominarum in Viterbienſi. 182
Bal. ad arſani fluuium in Iſtris. 205
Balnea ſex modis vtilia. 97
Bal. in Comitatu Thurocio. 213
Balneum longum in bullicano. 298
Bal. Venafri, & aqua ſipunti. 337
Bal. multa ad Hierapolim. 178
Balneorum ex vino comparatio. 415
Bal. vſus poſt potationem aquarũ. 140
Bal. ſiccæ intemperiei, quæ. 403
Baln. an idem ſtylus vbique. 385
Balnea domeſtica. 369
Balnea in Gallia. 183
Bal. febribus accidentalibus poſſe dari. 103
Balnea ſcopuli. 305
Balnea ſummo gradu calida. 104
Balnearum, & morborum variæ rationes. 130
Balnea ex mixturis temperata. 215
Balneum amantibus vtile. 403
Bal. nominum ratio. 66
Balnei tempus, febris declinatio. 405
Bal. Papæ. 304
Balnea ſoluentia confortando. 68
Balnea olim Vrbis Saluiæ, & Caldarolæ in Picenis. 263
Bal. Thoracis anguſtiæ; & voci nociuum. 228
Bal. abſtergentia quæ. 68
Balnearum priuatarum abuſus. 96.c
Bal. ex Vino vetere. 425
Balnearum ſitus. 380
Bal. electiones a neceſſitate. 66
Bal. vſus ſemper ventre vacuo. 67
Bal. priuata ad cutim rugoſam. 147
Bal. ſigna inutilia. 131
Bal. febribus pituoſis, & ſalſis incommoda. 406
Bal. de aquis in agro Piſano. 295
Bal. Calderianum in Veronenſi. 296
Balnea S. Iuliani montis in Piſano. pag. 166
Balnearum ſcripta municipalia. 54
Balnearum regis ad montem gretumnum in Senenſi. 286
Bal. ex vinaceis. 425
Balnea ſanis periculoſa. 64
Balnea ſulphuris, & bituminis. 223
Balnea an vltimum ſint remedium. pag. 63
Balnea laborioſis, quæ vtilia. 402
Balnea dulcis; & temperatæ aquæ febri diaria commoda. 405
Balneum potus. 292
Bal. in ſcyrrhis exquiſitis noxia. 129
Balnea in Bethicis. 208
Balnea, quæ gracilibus. 403
Baln. bogliora. 292
Balneum brodij recentiorum. 413
Balneis vt quis inculpatè vtatur tria pericula vitanda. 413
Balnea operantur confortando, & tanquam anthidota. 98
Balnea Badenia in Auſtria. 203
Balneatoris officium. 73
Barbaruſſæ mors. 207
Baſilica in Thermis quid. 376
Bathonia inſula in Anglia. 208
Bilbilis fluuius. 286
Bitumen non eſſe cauſam caliditatis aquarum. 31
Bituminis ardentis exempla in Italia. 274
Bituminis origo. 270
Bituminis Iudaici natura. 272
Bitumen cum aqua naſcens. 271
Bituminis materia. 37
Bitumen in aqua conflagrat, & oleo reſtringitur. 271
Bitumen cur accenditur imbribus, cur terra, ac ſtypula extinguitur. pag. 272
Bitumen quomodo colligitur. 272
Biſſextilis anni vulgares mutationes. pag. 96.c
Biſſextus annus an aduerſetur balneis. 62
Bombi in Mutinenſi. 276
Borax aurificum. 327
Boſphorus Tracius. 114
Boſphori duplex mare. 86.2
Bullicani natura. 179
Bullicanum Viterbij. 178

C

Cadmia duplex. 325
Cadmia factitia. 325
Cadmia naturalis. 325
Caerulei ſiue lapidis Caruli natura. pag. 325
Caeſis ſpecus frigidiſſimi. 87.b
Caeſtus quid. 377
Calabria vnde ſic dicta. 199
Calamita inſula. 286
Calculorum, & arenularũ materia. 72
Calaſtricum nitrum. 240
Caldanae flu. 176
Caldanę in Piſano. 196
Caldarium vas in Thermis. 382
Calidarium in ſtuphis. 396

I N D E X.

Caliditas an poſſit connaſci cum aqua. 33
Caliditatis ratio difficilis. 30
Caliditatis impreſſio. 30
Calidum ſolum. 383
Calidarum aquarum communis cenſura in ænaria inſula, & a ſpelunca aqua. 182
Calidorum in quarto gradu operationes. 181
Calor naturę, & artis quid differant. pag. 96.h
Calorum ac fontium genera. 33
Calorum proportiones in aquis. 33
Calores in metallis occulti. 284
Calorum vehementium tres cauſę. pag. 48
Calorum ac fontium differentię, & ſpecies. 33
Calor in Thermis qui intelligatur. pag. 181
Calor agens cauſa odoris. 24
Calor ex bitumine inualidus. 274
Caloris graduum cenſura, ac latitudinis. 121
Calores actuales in terris. 36
Calor per antiperiſtaſim. 30
Calor ęthereus, & lumen. 355
Caloris temperamentum in mineris. pag. 282
Calores penetrantes. 89.b
Callyrhoę fons. 273
Callyrhoe aquae calidae trans Iordanem amnem. 279
Calx naturalis. 330
Calx cur albumini adglutinatur. 249
Calx lota remedium ad ambuſta. pag. 329
Calx cur aqua diſſoluitur. 248
Calx cum aqua, oleo, & oui albumine. 241
Calx ſpecies cineris. 331
Camerae vitreae gemmis, ac argento ſtratae. 386
Camerae quaternae in balneis. 382
Caminus nouum inuentum. 396
Camphora maritima. 277
Campus & aquae in Cilicia ardentes. 274
Campi Martij magnificentia. 377
Campi Vulcani ardentes. 32
Campi in Thracia ardentes. 274
Campi in media ardentes. 274
Campus Babylonię ardens. 275
Campi Megalopolitani ardentes. 274
Carbones bituminoſi. 271
Carbones in petris. 22
Cardani de quarto elemento opinio. pag. 354
Carnae tellus pinguis. 178
Caſuia flu. 296
Caſtalius fons. 354
Caſtellarium, & Truentum fluuij. 140
Caſtellarij qui. 370
Caſſiterides inſulæ. 309
Caſus curatus Helleboro. 319
Caſus memorabilis. 131
Catadupa Nili. 30
Catadupa Nili. 16
Cataractes flu. 30
Catonis locus contra ebrietatem. 85
Cauernae montium cur frigidae. 4
Cauernae metallicae Pont. 173
Cauernae frigidae. 29
Cauſarum concurſus in incendijs aetnae. 160
Cauſa efficiens Thermarum terreſtris ignis. 149
Cauſa fulgurum, & varietas. 218
Cauſa laſſitudinis in baln. 148
Cauſa prima incendij aetnae. 158
Cauſa propria dominationis Lunę. 91
Cauſa per emanationem amari. 46
Cauſa mira cur rabioſi aquam timent. pag. 127
Cauſae mutationum communes. 90.c
Cauſae naturales fluxus, & refluxus. pag. 92.c
Cauſae naturales ſuperſtitionis. 125
Cauſae naturales vaporum, terreſtrium, ac ſuorum effectuum. 222
Cauſae ſaporum ſuaues, & inſuaues. pag. 98.a
Cauſae ſecundae operantur ordine. pag. 344
Cauſae varietatis incendiorum. 162
Cauſae vniuerſales fluxus, & refluxus. 44
Cautio ſternutamenti. 335
Cella caldaria pro ſtupha. 396
Cella olearia, & tonitrua in Thermis. 384
Cennabrum naturale. 321
Cennabrum factitium. 321
Chalybs quid. 283
Chalybs aluminus. 286
Chalybe flu. 286
Chalcanthum vitriolum dictum. 266
Chalcytis natura. 392
Charoneae ſcrobes loca mali halitus. 172
Catholica inundationis Nili. 49
Chymera mons ardens. 273
Chymiſtarum experimenta. 38
Choriceum in Thermis. 376
Chriſtianę victorię memoria. 86.a
Chryſocolli natura. 322
Cibus ante balneum. 148
Cibus & potus a balneo frigido. 412
Ciconum flumen. 348
Cimoliae terrae vſus. 80
Cineris differentiae. 331
Cineris & calcis natura falſa. 330
Cymmerij, & Cymmeriae ſpeluncae. pag. 169
Ciſternae quales eſſe debent. 14
Ciuitatum ruinae. 3
Ciſternarum ratio. 16
Clanes in Senenſi. 230
Clanis fluuij clauſura periculoſa. pag. 93.d
Claeo theſium in Thermis. 376
Clitumnus flu. 350
Cluentum amnis. 204
Clyſteres in balneis. 70
Clyſteres aquae marinae. 218
Clyſteres vel non ſufficere, vel fruſtra eſſe in balneis. 82
Cœli diuiſio, ac Lunae motus per quartas. 91.d
Cœli, & ſyderũ virtus manifeſta. 342
Cœleſtium fauorum ordines. 343
Cocroma quid. 79
Cognomina deorum ex aquis. 152
Cognomina locorum a Thermis. 153
Cognomina locorum ab aquis. 152
Cognomina locorum à balneis. 153
Cognomina Thermarum à ſimilitudine. 153
Color aquas variè colorat. 65
Colorum genera. 24
Colores ex aſpectu ad aquas. 350
Colores ex aquis ex Vitruuio. 350
Colorum in aquis duplex ratio. 25
Colorum natura in aquis. 349
Colorum varietas ex potu aquarum. pag. 350
Collyrium. 324
Collis Iani. 344
Collis Vulcanius. 175
Commoda à balnei viribus. 96.c
Commoditatis ratio, & commoda. pag. 95.c
Comparatio ac cultus in templis. pag. 394
Communes vtilitates ex potulentis. pag. 200
Concha lignea, ſeu pelicis. 399
Conditiones tres vt baln. fiat vtile. pag. 98
Conditiones requiſitae ad natationem frigidam in febre ardente. pag. 413
Confecta lapidea. 251
Conflagratio Orbis. 164
Confuſio ſpecierum mixtorum terreſtrium. 149
Coniſterium quid in Thermis. 376
Conſeruarum aquae modus. 18
Conſperſio ſiue embrocha diſcuſſoria. 418
Conualeſcentium purgationes ex aquis Thermal. 108
Conuulſio ex balneo. 132
Coralli ſuccus. 202
Coronarum ratio in conuiuijs. 384
Cornicula in ſtuphis. 394
Coſmographorum poſitio reprobata. 8
Corruptela in Thermis. 391
Crather nymphei. 274
Cratis electri flu. 277
Cratis ac ſybaris flumina in Calabria. 169
Crypta obſcura Fabriani. 247
Cryptoporticus. 381
Cultus ignis. 156
Curatio laſſitudinis ex baln. 148
Curſus Tagi. 7
Curſus arni. 7
Curſus Hyberis. 7
Curſus Nili. 7
Curſus Rheni. 7
Curſus Rhodani. 7
Curſus Tyberis. 7
Curſus volgę. 7
Cuſtodia ſanitatis ab exercitio. 400
Cyanae ſtagnum. 354
Cydnus Ciliciae flu. 217
Cydni flu. bonitas. 18

D

DAemones Theſaurarij. 172
Daemonum opinio in Gothiae metallis. 172
Damna ex incendio Veſuuij montis. pag. 162
Danubij flu. impetus. 27

Da-

Danubij vitium. 16
Debilitas viſus ex balneo. 138
Decorationis ars in Thermis. 389
Decubitus in tritico. 80
Decubitus in corio ad ſolem. 81
Decubitus in ſide. 80
Decubitus in furfure. 81
Defectus balnei ſi non vacuetur. 140
Defluxionis humorum periculum ex balneis. 413
Deiectionis per aquas tres fines. pag. 101
Delectus militaris. 391
Deliramento ex ebrietate frigidae perfuſio commoda. 74
Democriti opinio de cauſis caliditatis in aquis ſponte manantibus. pag. 88.b
Deriuationes fluminum. 93.d
Deſperatis conſilium de balneis. 64
Deterſoria in ſtuphis, & ſaponis apparatus. 395
Deterſorium ex farina fabacea. pag. 410
Diapaſmata in balneis. 385
Diæta in Thermis quid. 376
Dies quadrageſimus à balneo obſeruabilis. 146
Dierum ac noctium longitudo in Aethiopia. 49
Differentiae naturarum. 128
Diligentia medici in balneis. 81
Diluuium vniuerſale. 43
Diluuium ſub deucalione. 43
Dolor capitis ex balneo. 137
Dolor ventriculi ex balneo. 143
Dotes naturae in terra Perù. 221
Duccia ab aptitudine loci quibus conueniat. 96.g
Duccia cauendum paſſis morbum Gallicum. 131
Ducciarum duplex modus. 187
Duccia frigidis omnino conueniens. pag. 95.g
Ducciae loca idonea. 106
Duccia duplex. 76
Duccia ex marinis. 95.h
Ducciæ locus in vertice. 96.g
Ducciæ modus & ordo. 96.g
Ducciæ magnum præſidium. 105
Ducciæ neceſſaria præceptio. 76
Duccia in nuca. 96.g
Duccia in nuca quando ſit vtendum. pag. 96.g
Ducciæ operatio ac noxa. 95.g
Duccia quibus conueniat morbis, & naturis. 95.g
Duccia quibus affectibus adhibenda. pag. 107
Duccia S. Caſſiani. 291
Duccia S. Philippi. 197
Duccia viſceribus noxia. 95.h
Duccia vtendi modus. 76
Ducciæ ſingulare iuuamentum. pag. 106
Duccia ſeu cruciati baln. Viterbij. pag. 188
Ducciæ vſus. 105
Ducciæ vſus in medicina. 96.g
Ducciæ vſus præcipuum periculum. pag. 106
Duplex paſſionum interiorum origo. pag. 119

E

EDulia ſuffocata in vaſis æneis cur noxia. 308
Effectus catharti. 135
Electrum in inſulis occidentalibus. pag. 278
Elementa omnia in terræ viſceribus conſtare. 32
Elementa an colorata. 25
Elementa impura. 11
Elſæ flu. præcipitia. 29
Elyſter flu. 26
Ephæbeum in Thermis. 376
Epheſti montes igniferi. 274
Epithemata. 420
Erganes flu. 339
Eridanus flu. 16
Error quorundam in frigidâ. 95.c
Etheſij venti ſiue flatus etheſiarum. pag. 48
Eurota flu. 273
Exampeus fons. 26
Excrementum metallicum. 317
Excrementa ac ſulphur ex metallicis redundantia. 89.e
Exercitia Chriſtianorum in templis. pag. 391
Exercitij ac balnei incommoda. 400
Exercitationum differentia ex Galeno. 378
Exercitij, & balnei vtilitates. 400
Exercitatio lenis, lectio, & ambulatio. 379
Exercitij neceſſitas ad vitam. 378
Exercitatio neceſſaria ante lauationem. 412
Exercitationum genera. 378
Exercitij ratio in balneis. 85
Exercitij ratio in poto baln. 70
Exercitia noſtri temporis inertia. pag. 378
Excretiones, & retentiones. 86
Exedræ, & hemicycli vſus. 375
Exhalatio terreſtris ſimpliciter non eſt apta ad effectus ignis. 90.b
Exhalationum duo genera in terris. pag. 31
Experientia à corporis affectibus in balneis neceſſaria. 95.f
Experientia in balneis neceſſaria. pag. 95.f
Experientia à Virium robore in balneis neceſſaria. 95.f
Experimenta ex ſublimato. 329

F

FAbula de aquia. 351
Fabula electri ac phætontiadum. pag. 349
Fabula gigantum ſub ætna. 160
Fabula melampi, & filiarum præti. pag. 340
Fabuloſa ſpectra hyberniæ. 221
Fabulæ Triphonis de incendio ætnæ Prodari. 162
Facultates ſudatoriorum communes. pag. 77
Fauores ſyderum in fontibus. 355
Febris curatio ex balneis. 145
Febris ſuperueniens ex baln. 144
Feneſtra hypocauſti. 396
Ferrum an calidæ naturæ an frigidae. 283
Ferratæ aquæ quomodo aperiant. pag. 285
Ferri fodinæ in Italia. 286
Ferri fodinæ in Hiſpania. 286
Ferri fodinæ in britannia. 286
Ferrum mutatum in cuprum. 268
Ferri pluuia. 286
Ferri prima proprietas. 283
Ferri principia calida. 284
Fermentare quid. 339
Ferrugo. 328
Feruidæ balneæ inutiles. 302
Fibulæ vſus in balneis. 389
Figuræ aquarum à neptuno. 353
Figuræ aquarum ex transformationibus Ouidij. 353
Figuræ aquarum diti, hoc eſt Plutoni adſcriptæ. 353
Figuræ deorum gentilium. 353
Figura equi Pegaſi. 7
Figura Thetis. 7
Flandriæ ſubmerſio. 48
Flatus ex balneo. 142
Flatus inſtabilitas. 156
Flos ſulphuris quid. 178
Flumina aurifera. 313
Flumen auri. 163
Flumina aliqua cur ſubmergantur. pag. 3
Flumina ac pluuiæ calidę. 180
Flumina ac mare ad cubam feruidum. 180
Flumina bituminoſa. 273
Flumina cinerum. 330.163
Flumina cur non intrant propinquum mare, & abeunt in longinquum. 2
Fluminum diuiſiones. 7
Flumina feruida ac varia. 180
Flumina feruida. 152
Flumina horrendi ſtrepitus. 30
Flumina, lacus, maria cur nulla calent. 33
Fluminum magnitudo. 7
Fluminum magnitudinis cauſa. 8
Flumina meridionalia. 6
Flumina mundi noui maxima. 7
Fluminum origo. 4
Fluminum origenes variae. 6
Flumina oriri è montibus. 5
Flumina retro fluxiſſe. 42
Fluminum ratio curſus. 7
Flumina ſulphuris, atque ignis ex aetna. 166
Flumina pernatantia. 27
Fluminum ſuperſtitiones. 356
Flumen Timauus. 9
Flumina vbi frigida. 29
Flumina vbi maxima. 5
Fluuiorum ac lacuum profunditates. pag. 2
Fluuiorum ac lacuum origo. 7
Fluuij duo in antandro. 350
Fluuiorum collectiones. 331
Fluuialium aquarum ratio bonitatis. 15
Fluuiorum Italiae inundatio. 50
Fluuius in Thracia pſychrum. 350
Fluuij qui vtiles in balneis. 217
Fluuij penſiles. 385
Fluuius ligeris. 183
Fluctus paſſeris vnde dictus. 218

Fluxus, & refluxus ex ſolis virtute in aëre. 92.c
Fluxus ad moluccas. 45
Fluxus ad Indum. 45
Fluxus ad ginegam. 45
Fluxus ad gades. 45
Fluxus ac garumnam. 45
Fluxus curationis ratio triplex. 136
Fluxus, & refluxus. 44
Fluxio ſuperueniens in balneo. 135
Fœcunditas terræ ex igne. 154
Fomenta anodina. 420
Fomenta in balneis inutilia. 81
Fomenta conſortantia. 419
Fomenta relaxantia. 419
Fomenta humectantia. 420
Fontes aquæ primæ ſalſæ. 225
Fontes, ac putei ſalſi. 336
Fons albunea. 356
Fons aegeriæ. 348
Fontium ac balnearum ſubmerſiones. pag. 49
Fons arethuſa in ſcyllareo qui vocibus humanis excitatur. 344
Fontes, ac muſcæ in Thermis. 376
Fons acadmus. 342
Fons azaniæ. 340
Fontium ardentium ratio. 274
Fons alphæi atque arethuſæ. 352
Fontes ambaris candidi. 277
Fons albudinus. 375
Fons andriæ. 23
Fons aponus vnde dictus. 292
Fons ad callipiſ. 349
Fons æſculapij. 9
Fons bacchi. 352
Fons bituminis in Perù. 273
Fons bracchulæ. 245
Fons caballinus, & pegaſeus. 235
Fons caſtalius. 356
Fontis calidi conſideratio. 360
Fons carbonaria. 337
Fons cleon. 352
Fons clitorius in arcadia. 340
Fons clitorius. 351
Fons copidinis. 352
Fons chryſo collæ in dacia. 327
Fons cychros. 318
Fons cornetum. 318
Fons Dianæ, vel Triuiæ. 371
Fontis dodonei flamma. 275
Fontes duo in Boeotia contrariæ naturæ. 322
Fons dulcis in littore maris Adriatici. 232
Fons eperienſium. 236
Fons faliſcorum. 318
Fons feruentia. 344
Fonticulus frigidæ qui paulatim caleſit. 258
Fons gelon. 352
Fons hierapoli. 270
Fons in bonicca. 352
Fons in Illyrijs. 352
Fons in Cea. 351
Fons in Cranone. 340
Fontes intus ardentes. 275
Fons in æquicolis. 349
Fons in Tarentino fœtidiſſimus. 272
Fons in Trogloditis. 343
Fons in gadaride, pilos, vngues, & cornua auferens. 323
Fons in Cantabria. 343
Fons Iouis. 352
Fons Iouis in Dodone. 343
Fons Iouis hammonis. 343.354
Fons Ioppæ. 25
Fons lactis. 26
Fons lacteus qui reciprocum habet. pag. 27
Fontium, lacuum, fluminum, ac paludum noua origo. 42
Fons liberi patris. 339
Fons Leontinus. 352
Fontes mellis. 276
Fons neptunius. 318
Fons Neptuni cum piſcibus ſubmerſus. 352
Fons olei, & mannæ admirandi. 277
Fons olei Romæ miraculoſus. 277
Fons olei ad tabernaculum Alexandri. 277
Fontes olei. 275
Fons Pyrrhæ. 343
Fons plinianus. 45
Fons plinianus ad larium lacum. 345
Fontium natura qui aliquibus temporibus creſcunt, aliquibus ſiccantur. pag. 90.C
Fontium perennitas. 4
Fons phoeta. 343
Fontium originis epilogus. 10
Fontes qui lucifugas pellunt ex cadmia. 326
Fons in Portugallia, qui coniecta in eum tenaciſſimè trahit, & abſorbet etiam animalia. 344
Fons in beroſo. 328
Fons in Aegypto caluos faciens. 325
Fons ruber. 25.324
Fons ſacer ad auernum. 175
Fons ſanguinaria. 337
Fons Salmacidus in Caria qui effeminat. 348
Fontes futuram annonam prænunciantes. 41
Fontium ſalſorum duplex cauſa. 22
Fons ſanctus ad caſtellum durantis. pag. 343
Fons S. Reguli. 41
Fontis ſimplicis conſideratio. 360
Fons theſpiorum. 343
Fons Tænos. 340
Fontes tres ſplendentes. 316
Fontanæ tres. 336
Fons Thyanæ Iouis. 352
Fons tatta. 343
Fons Tophanus 9
Fons Triuiæ in Vrbe. 356
Fons Veneris. 371
Fons venenoſæ naturæ in Perſia. pag. 323
Fontes virtutem inſitam à cœlo habent. 324
Foramina ſodatorij particularia. 77
Frigidum ſocium. 384
Forma, & differentiæ ignis terreſtris. pag. 16
Forma victus in balneis. 83
Forma quomodo ſit principium omnium operationum. 342
Forma ſudatorij humida. 77
Forum Vulcani ſulphurariæ. 377
Frictio, & vnctio a balneo frigidæ. pag. 418
Frigidæ conſperſione an ſit vtendum. 96.F
Frigiditas in aqua. 28
Frigidæ in vulneribus damnatio. 75
Frigiditas in potu abreuiat vitam. pag. 150
Frigidarium in Thermis. 382
Frigidæ potus in febribus ex galeno. pag. 93.C
Frigidæ perfuſio pectori incommoda. 74
Frigidæ nocumenta. 94.d
Frigidæ perfuſio capiti incommoda. pag. 74
Frigidæ perfuſio. 74
Frigidum folium in fluphis. 295
Frigidaium in Thermis. 376
Frondes conuerſæ in volucellis. 347
Frondes humi repentes. 347

G

GAlanza in Coſentinis. 308
Galeni cenſura de balneis. 58
Gangis ſtrepitus. 30
Genus impreſſionum in aquis ex ſulphure. 216
Germanorum ritus in balneis. 378
Gigantes in Perù. 273
Gigantum imagines, ac turbines ante incendium. 262
Gloten Iudaicum. 270
Gomera inſula ardens. 343
Gemma obſidiana. 278
Gela flo. 19
Grandines, pluuiæ & niues æris in Africa. 99
Grotta ſcura. 285
Gymnaſia, ſcolæ, paleſtræ in Thermis. pag. 374
Gymnaſiorum vſus. 378
Gypſum quid differat à calce. 264
Gypſi variæ impreſſiones. 264

H

HAbitatio qualis in balneis. 86
Hala Vrbs. 235
Halis fluuius. 235
Frama tites ſapis. 328
Halteres quales eſſent. 378
Harpaſtum quid. 370
Hebrus flu. 318
Herticis balnei quæ conueniant. 204
Heliocamini vſus. 80
Hierapolis dicta à balneis. 292
Hyris flu. 354
Hiſtoria inundationis nili. 47
Hiſtoria Plinij. 326
Hora bibendi aquas baln. 69
Hora lauandi. 388
Horarum ratio duplex. 44
Horologij vſus apud antiquos. 388
Horroris cauſæ extrinſecæ. 414
Horroris periculum. 404
Hortatio ad medicos balnearios. 3b
Humiditatis ratio in aquis. 3b
Humor melancholicus acidus non ſine calore. 344
Hyberniæ flu. in quo piſces generantur ex frondibus. 348
Hydriæ ſtaunatæ. 14
Hydrelæi partes. 428
Hydreloeo vtendi modus. 422

Hypa-

Digitized by Google

I N D E X.

Hypanis flu. amarus. 331
Hypanis flu. 16
Hypocauſtum. 383
Hypocauſtum pyriaterium. 383

I

IDoneæ ad quemque vſum aquæ. 98
Ientaculum & cœna. 396
Igilium inſula. 287
Ignis ætnæ vis. 159
Ignis cur non vno tenore vbique fit. 36
Ignis diſſipatus minus calefacit. 29
Ignis e cœlo. 273
Ignis & aquæ cum bitumine diffidium. 174
Ignis inferni, & æterni probatio. 154
Ignis in terris manifeſti, ſunt camini. 165
Ignis in Italia naturalis. 88.b
Ignis in delphinatu. 183
Ignis in locis abditis, vt acquirit vires. 177
Ignes in quibus terris naturales. 32
Ignis mixti genus. 36
Ignis omnium rerum principium. 164
Ignes quibus in terris naturales. 88.b
Ignis ſpiraculum ad petram malam. pag. 157
Ignis ſubſiſtentis varij effectus. 89.b
Ignis ſub terra. 3
Ignis ſubterraneus an ſit pars elementi. 36
Ignis terreſtris difficultates. 361
Ignis terreſtris conſtitutio naturalis. bag. 164
Ignis, terræ, & aquæ varius ſimul occurſus. 165
Ignis terreſtris ab elementari quid differat. 155
Ignis terreſtris manatio e cœlo. 273
Ignis terreſtris mixtio, ſpecies intenta a natura. 36
Ignis terreſtris à natura inuětus. 154
Ignis terreſtris neceſſitas. 154
Ignis tres primi effectus in terris. 165
Ignis terreſtris vis. 155
Ignem venerantes in Perù. 155
Ignis Veſtalis apud Aegyptios. 155
Ignis veſtalis. 317
Ignis vis incomparabilis. 164
Ignis vbi, ibi fontes. 165
Iza flu. 26
Imaginum, ac titulorum ratio in baln. pag. 167
Imbecillitas věetriculi ex balneo. 142
Ilua inſula. 287
Illutamentum ex arte. 79
Incaleſcentia hepatis, ac viſcerum a baln. 144
Incendiorum, ac flammarum tres primæ cauſæ. 156
Incendium balnearum ad baias. 162
Ignis crateres qui dicantur. 158
Incendia ex temporanea. 155
Incendia antiquiſsimæ famæ in Perù noui orbis. 275
Incēdium cur augetur imbribus. 275
Incendiorum cauſa mare concurrens. pag. 156
Incendia amaria, & inſularum in ſinu baiano. 161
Incenſa, & conflagrata Italiæ regio. pag. 159
Incendium, & flamma de natura accidentis. 155
Incendium ætnæ. 157
Incendium fodinarum mutinæ. 276
Incendia in Italia. 156
Incendiorum indicia. 156
Incendia in balneis. 162
Incendia in exteris terris, ac noui orbis irregularia. 163
Incendium in vna inſula heſperidum. pag. 163
Incendium in Iſtris. 193
Incendium ingens Romæ. 162
Incendium maris. 161
Incendia maiora fiunt in inſulis quam in alijs terris. 156
Incendiorum noui Orbis mira exempla. 16
Incendiorum nouorum cauſæ. 37
Incendium quid. 159
Incendium Syriæ. 273
Incendium Syriæ paleſtinæ. 272
Incendium Randaui. 161
Incendium Veſuuij horrendum ex dione. 161
Indigenarum conſilia de balneis. 67
Infantibus thermæ inimicæ. 401
Infernalium fluminum, ac partium ratio. 154
Ingentes fontium, ac maris mutationes. 90.c
Inflammationibus viſcerum quæ balnea conueniunt. 111
Inodora quæ ſunt. 23
Inſolatus. 80
Inſulæ æoliæ omnes olim arſiſſe cum mari. 161
Inſulæ cur factæ. 229
Inſularum & lacuum nouarum origo. pag. 229
Inſularum fluctuantiũ rationes. 216
Inſulæ fortunatæ, ſeu canariæ. 163
Inſulæ hepheſtiades cur dictæ. 161
Inſula hyera Vulcano ſacra. 161
Inſulę marinae, lacus, & ſtagni. 229
Inſulę natantes. 216
Inſulae natantes in mari. 30
Inſulae natantes in lacubus. 216
Inſulae nouae. 91.c
Inſulae ſaltantes. 217
Inſulae Simplegades. 216
Inſula Taprobana. 229
Inſulae thermaſiae cur dictae. 161
Inſularum ruinę. 229
Inſtituta medicinae ad delicias. 127
Inſtituta tria in vſu balnei. 97
Inſtituti ducciae ratio. 76
Intemperies in morbis attendenda. pag. 110
Intentiones praecipuae in balneis miniſtrandis. 90
Intrinſeca naturae virtus in aquis. pag. 93.c
Inuentio noui orbis. 221
Inundatio Achaiae cum terraemotu. pag. 46
Inundatio rheni. 50
Inundatio acthesis. 50
Inundationibus amnes retro fluere. 51
Inundationes a diuino iuditio. 43
Inundatio britannici maris in Handria. 45
Inundatio cur non incipit à mari. 51
Inundationum differentia. 47
Inundatio diuidnae. 50
Inundatio ex mari. 90.c
Inundatio euphratis. 50
Inundationum fluminum, ac terrarum mutationes. 91.c
Inundationes fluminum ſeptentrionalium. 50
Inundatio gangis. 50
Inundatio Nili. 50
Inundatio lacus albani. 46
Inundationes maris. 45
Inundatio mira Nili. 47
Inundationum omnes cauſae. 46
Inundatio padi. 50
Inundatio panormi. 50
Inundationum potiſsima cauſa. 47
Inundatio ptolomaidis. 46
Inundationum pluuias eſſe cauſas. pag. 48
Inundatio quid. 43
Inundatio Rhodani. 50
Inundatio Sicilię. 46
Inundatio ſine imbribus. 46
Inundatio Tyberis. 50
Inundatio Tyberis cur rara. 51
Inundationis Tyberis exitium. 51
Iordanis flum. 272
Irrigationes. 12
Iſaurum nunc Peſaurum oppidũ. 204
Italię prærogatiua. 229
Italia vbique ſulphurea. 157
Iudaicus lapis. 271
Iuſcula medicinę ſuperbibita damnátur. 55
Iuſcula quando danda. 55
Iuſculenti à Pharmaco vſus. 223
Iuturna nympha. 378
Iuſiurãdum dijs cur per aquas. 353
Iuuamentum á balneo duplex. 145
Iuuamentum á balneo an præſens, an futurum. 145
Iuuamenta inſolatus. 80

L

LAbra in Thermis. 386
Labra marmorea in Vrbe. 386
Labrum quid. 399
Laconium in ſtuphis. 394
Lacte & ſanguine pluiſſe. 26
Lacuna ad mon. fullonicum. 176
Lacuna ad montem politianum. pag. 176
Lacus ad Circhnitrum in finibus Auſtriæ. 344
Lacus albus. 26
Lacus aquæ viridis. 268
Lacus trium aquarum qualitates. 230
Lacus arſchus. 248
Lacus auernus. 230
Lacus auerni. 174
Lacus auerni in Hetruria. 176
Lacus benacus. 230
Lacus bis anna. 173
Lacus bituminoſus. 331
Lacus canelli. 294
Lacus cenisij montis. 5
Lacus ceniſius. 230
Lacus ciminus. 230
Lacus cur longe à marinis. 229

INDEX.

Lacus cur minus arenoſi. 230
Lacus dellis. 352
Lacus elbij, & ciminus. 178
Lacus fraticelli. 292
Lacus herbeſus, alias gargus. 190
Lacus letis. 242
Lacus lucrinus. 23
Lacus meler. 286
Lacus muſicus. 230
Lacuum natura. 229
Lacus niger. 25
Lacus nitroſus. 230
Lacus nouiter naſcentes. 229
Lacus palicorum in Sicilia. 174
Lacus ſapientiæ putida. 176
Lacus pilati in nurſinis. 89.c
Lacus plumbeus in Perù tiquica. pag. 310
Lacus poeſa. 259
Lacus proſerpinæ. 174
Lacus Italiæ. 229
Lacus in alpibus ſine exitu. 5
Lacus in armenia. 230
Lacuum in montibus origo. 6
Lacus in Senenſi. 230
Lacus in montanis portugalliæ qui admirabilem conſenſum habent cum mare. 343
Lacus in Vrbe quid. 370
Lacus in Scotia. 208
Lacus ſacer putidus. 374
Lacus ſabatus. 371
Lacus ſe abſorbens. 330
Lacus ſeu mare galilææ, & mare tyberiadis. 272
Lacus ſiue ſtagnum ſogdomorum. pag. 272
Lacunæ ſulphureæ. 269
Lacus ſuperſtitioſus. 221
Lacus ſputæ. 275
Lacus ſubmerſio. 320
Lacus tatta. 235
Lacus tres ſulphurati, ac feruentes in Gothia, noruegia, & balnea. 220
Lacus thesbrotiæ in epyro. 176
Lacus Themeſtitam. 230
Lacus vadimonis. 41.216
Lacus Veneris. 286
Lacus Veſuli. 5.230
Lacus vineus. 30
Lacunę Volaterranę. 176
Lacus trium aquarum vſus. 230
Lapidum ac marmorum origo. 28
Lapidum communes differentię. 325
Lapidum natura. 28
Lapis plumbarius duplex. 309
Lapis tyburtinus. 27
Lapidis tyburtini generatio. 237
Lapidum vtilitates in aquis. 28
Lares, foci, & camini antiquorum. pag. 396
Laſſitudo, & debilitas corporis ex baln. 141
Laſſitudinis duo genera. 402
Laſſitudo inflammatoria. 403
Laſſitudo vlceroſa. 403
Lauacrum capitis. 421
Lauacrum ęnearum aquarum, morbis iuncturarum, & articulorum vtile. 119
Lauationum electio per naturas, & tempora. 401
Lauandi capitis tempus. 421
Lauatio frigidę ephemeris, putridis febribus, & hecticis vtilis. 412
Lauatio frigida duplex. 410
Lauandi in frigida ętas, corporis conditiones. 411
Lauationis in calida vſus antiquior. pag. 411
Lauationes in Tyberi. 366
Lauacra in baln. 86
Lauiſſe quoſdam ſepties in die. 388
Lauandi tempus in frigida, hora, & dies. 411
Lauationum neceſſitas. 366
Lauandi in frigida prima laus. 411
Lauandum mane an veſpere. 394
Laus Chriſtophori Columbi. 283
Lectuli non erant in Thermis. 386
Lelantus campus. 307
Lelantum flum. oppidum, & ſinus. pag. 307
Leges de aquis Vrbanis. 370
Lex in balneis contra fures. 385
Lex in Thermis. 392
Lex in balneis. 83
Leucogei phlegra, & phlegrei colores. 178
Leucothea ſylua. 254
Limitatio graduum aquarum in calore. 185
Limneas phaltites babylonię lacus. pag. 272
Linimentum poſt lauationem. 78
Linus flu. 343
Lituania, & moſcouia paludoſa. pag. 50
Lixiuium ex calce. 331
Lixiuium ex arundinibus. 331
Lixiuium ex ſarmentis. 331
Lixiuij in lauacro capitis electio. pag. 421
Lixiuium medicatum. 422
Lixiuium quid. 331
Locus ardens in mundo nouo. 89.b
Locus apollonij thianei. 10
Locus ardens in aphrica. 89 b
Loca ab aquis celebrata. 190
Loca ardentia in Perù. 223
Locus ardens in hyperboreis. 89.b
Locus ardens in Gręcia. 89.b
Locus ardens in Aſia. 89.b
Loci Ariſtotelis noua expoſitio. 36
Loca communia in Thermis. 387
Loca duccię ſupponenda. 76
Loca exercitationum varia. 377
Locus emiſſarij. 382
Loca & fontes in Sicilia grauis halitus, ac ſuperſtitioſi. 173
Locus hypocratis de vſu aquarum mineralium. 82
Locus idoneus in vertice pro duccia. 95.g
Locus Lucretij. 10
Locus pluuię. 49
Loca quibus propriè conueniat duccia. 95.g
Locus trimegiſti. 20
Locus Virgilij de ętna. 161
Lomentum ex farina fabacea. 395
Lotiones ex vino medicatę. 424
Lucta quid. 378
Ludi olympici. 374
Lunę concurſus in fluxu, & refluxu. pag. 91.d
Lunares motus. 63
Lupinorum farina. 395
Luſtra, & olympiades. 374
Luti electio. 78
Lutum ad grauiſcas in maritimis ſenarum. 218
Lutum ad mellam flu. ac boli genus in brixiano. 305
Lutum in balneis porretanis. 259
Luti genera ac elutatio. 96.h
Lychni in thermis. 389
Lutum mixtum. 78
Lutum montis catini. 239
Lutum nauſei Viterbij. 305
Lutura plumbi. 308
Lutationes priuatę. 96.h
Lutum quid differat à terra. 78
Lutum S. Helenę ſub Patauio. 259
Luti vtilitates. 78
Lycus fons in Sicilia. 318
Lyparis flu. 273

M.

MAgnificentia Eccleſię S. Petri in Vrbe. 392
Magnetis natura. 286
Malacia maris, & bonacia. 44
Manna S. Andreę. 277
Maona S. Ioannis. 277
Maramnon flu. 223
Mare aquilonare. 7
Mari aquæ dulces ſubſunt. 226
Mare auſtrale. 7
Maria, ac flumina ſeruant ſuos terminos. 359
Marinæ aquæ cur tardius gelentur. pag. 227
Mare aurę ſalubris. 228
Mare caſpium. 7
Marinæ aquæ cur accendantur. 227
Mare authumno cur ſalſius. 226
Maris craſſities, ex vnctuoſitas. 227
Mare cur vtile morbis canis rabidi. pag. 228
Mare cur non putreſit. 172
Mare feruidum ſub Zonatorrida. pag. 180
Maris fluxus naturalis. 43
Mare hyrcanum. 231
Mare mediterraneum. 6
Mare mortuum. 272
Mare plus, & minus ſalſum. 226
Mare ponticum dulce, & candidum. pag. 226
Mare purpureum. 26
Maris qualitates, & proprietates. pag. 227
Mare quid, & ſinus qui, fretum quid. 6
Mare ſynarum. 312
Mare Tyberiadis palus. 231
Mare tria præſtat in cauſam aetnę. pag. 159
Marmorum, & lapidum frigora. pag. 29
Marmoris materia. 254
Marrubius flu. ſalſus. 236
Marſias flu. 354
Materialia calorum duplicia. 37
Materia duccię. 95.h
Materia ignis cur non abſumitur. pag. 36

Ma-

I N D E X.

Materia ignis ſemel combuſta reuegetatur. 358
Materia inundationum. 45
Materia metallorum, propinqua, & remota. 282
Materia pluuiarum. 49
Materia thermarum ſulphur. 149
Materia ſalnitri. 242
Materia terreſtris ignis. 155
Mauſoleum Auguſti. 377
Meander flu. 313
Medicinarum acrium vſus. 389
Medicina argenti viui ad omnes morbos. 318
Medicina in ſuperſtitionibus antiquis tradita. 373
Medicamentum lapidem frangens. pag. 335
Medici officium. 62
Melanteria. 302
Mele flum. clauſura, ac pernicies. pag. 93.d
Menſura bibendarum aquarum balnei. 70
Metalla eſſe inuicem tranſmutabilia alchymiſtarum ratio. 222
Metalla imperfecta. 314
Metalla inuenta in Senenſi. 186
Metalla in Perù. 223
Metallorum genera ſex. 283
Metallorum materia ſulphurea. 38
Metallorum natura. 283
Metalla non patiuntur incendia. 37
Metallicæ partes an ex elambicatione declarantur. 39
Metallorum principia ſoluta. 282
Metallorum propagatio. 225
Metalla, quae ament loca. 57
Metallum quid. 224
Metallorum ſpecies mixturae. 282
Metaurum flu. fanum fortunae oppidum. 204
Methodus medendi capitis, cerebri, & catharralibus affectibus. 105
Methodus medendi neruorum affectibus. 106
Mineralia an de vegetalium genere ſint. 151
Minera commune nomen metallis, & mineralibus. 148
Minera dicta quaſi nimis aria. 321
Minerales aquae calidae in potulentis quando vtiles. 16
Minera imperfecta. 225
Mineralium loca propria. 151
Mineralia loca. 57
Mineralia media. 225
Minerae perfectae, & imperfectae. pag. 149
Minera quid. 177.224
Minerarum, quae partes facilis impreſſionis. 149
Minerarum ſitus in terra. 151
Minerae ſulphure dupliciter participant. 37
Mineralis virtus. 152
Mioium commune, & foſſile. 321
Minius flu. in hiſpania. 322
Minium, ſeu ſandix factitia, quae & ſandaracha. 321
Minij tria genera. 321
Mira ars ad imitationem naturae. pag. 382
Miracula fontium trifariam dicta. pag. 351
Miracula in balneis. 64
Miranda nili excurſio. 360
Mira origo aquarum è montibus. pag. 359
Miracula particularia. 358
Miracula, quæ verè dicantur. 358
Miraculum veli S. Agathæ. 161
Myrrhites lapis, & tracius. 130
Miſa flu. 204
Miſia conflagrata. 173
Myſteria in aquis prima tria. 358
Myſias natura. 302
Mixtorum iudicandi via duplex. 57
Mixta an omnia. 225
Mixtorum infimum genus. 24
Mixtorum terreſtrium natura. 36
Moderatio balnei ad vſum. 130
Modus cognoſcendi in ſcientijs naturalibus. 341
Modus diſtributionis aquarum in Thermis. 382
Modus eliciendi aquas dulces. 226
Modus generationis metallorum. pag. 89.c
Modus parandi ducciam. 95.h
Molaris lapis. 231
Molybdos, & molybdena galeni. pag. 309
Molybdena dioſcoridis. 308
Mons æris oppidum. 303
Montes diſiecti, valles & lacus. pag. 360
Mons modernus ex incendio baiarum factus. 163
Mons Ida abundans multis fontibus. pag. 215
Mons olympus. 215
Mons ſalis. 207
Montes ſalis, lacus, & fluuij. 223
Montes ſalſi ſub mare. 230
Montes tres in Iſlandia ardentes. pag. 221
Mora ad balneas. 66.400.73
Mora in aqua frigida. 412
Mora in duccia ferenda. 77
Mora ſub duccia. 95.h
Morbi quiddam habent diuini. 127
Morbis a debilitate robur procurandum à balneis. 110
Mors in balneis excuſatur. 145
Motus elementorum circularis. 360
Motus ad larium lacum. 345
Motus maris. 43
Motus quos pariat effectus in aquis. pag. 29
Mucoſium Cotilis, & lauiſium fluuij. pag. 269
Murex quid. 321
Mures in aquis. 346
Muſæum mediceum. 322
Mutationes balnearum. 167
Mutationes naturæ rerum. 167
Mutationes terrarum, & maris. 167

N

Naphta bitumen. 270
Naphtæ fontes. 174
Naris, & velini clauſura perniciosa. 93.d
Narnis flu. nigra. 26
Natatio exercitium. 379
Natare in mari melius eſt quam in fluminibus. 411
Natationis tres fines. 412
Natationis vſus curationibus morborum, calori roborando, laſſitudinibus, exulcerationibus, iter agentibus, canino appetitui, menſtruis, ſanguinis fluxioni, oculorum vitijs, venenis, canis morſui, aquam timenti vtilis. 412
Natura cryſtalli. 106
Natura caloris actualis in terris. pag. 82.b
Natatio in thermis quid. 376
Naturæ circulus in ſuis principijs. pag. 359
Natura circulo tota mouetur. 91.d
Natura ſalis oppoſita ſulphuri. 150
Natura ſulphuris. 194
Natura ſulphuris bifariam permixta. pag. 150
Natura terreſtrium rerum duplex. pag. 224
Naturalis temperies balnei. 83
Naumachia Auguſti. 380
Naumachia Domitiani. 380
Naumachia Heliogabali. 380
Naumachia in circo Maximo. 380
Nauigia in mare abſorpta. 3
Niger amus. 16
Niger flu. Aphricæ. 26
Nidor bituminis. 275
Nilus an præcipitat. 16
Nilus an amarus. 49
Nili aquæ vtilitas. 25
Nili aquæ à Ioue. 16
Nili cauſæ bonitatis. 16
Nili corruptio. 63
Nili deductiones. 93.d
Nili fœcunditas. 343
Nilus feliciſſimæ naturæ omnium fluminum. 3
Nilus flu. 15
Nili latitudo. 16
Nili longitudo. 15
Nili origo certa. 15
Nilo ſcopium. 47
Nili nomina varia. 15
Ningaria inſula, niuoſa, & ardens. pap. 343
Nitrum, & aphronitum quid. 395
Nocumenta potuum frigidorum. pag. 249
Nocumenta ſudatorij. 78
Noè, & deucalionis diuerſa diluuia. pag. 91.c
Noua terra viſa ſub antarctico. 221
Nouorum fontium in ſyluis ratio. pag. 41
Nubes & pluuiæ à mari collectæ. 13
Nuditas in verecunda antiquis. 387
Numerus, & conſuetudo victus in baln. 83
Nutritionis inſtrumentis, quæ balnea conueniant. 111
Nymphæum Apolloniæ. 275
Nymphæum mirabile. 256
Nymphæ ſacræ, & lympha aqua. pag. 356

O

OCeani partitiones. 6
Ochra flum. 26.328
Ochræ natura. 328
Oculorum affluxioni commoda frigidæ perfuſio. 74
Odores calidi omnes, non tamen omnes habent vim calefaciendi. 61
Odor duplex bonus, & malus. 23
odorum grauium natura. 24
Odorum materia fumoſa. 23
Odores nidoroſi. 24
Olachas flum. 275.352
Oleum cur ſupernatet aquę. 27
Oleum cum calce cur vnitur. 148
Oleum de ſaxo, petroleum. 275
Oleum de Tocco. 275
Olea & vnguenta pretioſa in balneia. 384
Oleum medeæ. 275
Oleum munus publicum. 384
Oleum quibus admiſcetur. 248
Oleum roſaceum ex plumbo. 308
Oleum S. Matthæi. 277
Oleum S. Nicolai. 277
Oleum S. Viti. 277
Operationes baln. quatuor. 99
Operatio balnei præiens. 145
Operatio baln. a natura balnei. 99
Operatio baln. à natura patientis. 99
Operatio baln. per ſudatorium. 99
Operatio baln. per illutationem. 99
Operatio balnei tarda in magnis febribus. 146
Operatio per clyſteres quæ. 102
Operatio quæ in potibus balnearum per alui deiectionem fit. 100
Operatio quæ per ſudorem fit in balneia naturalibus. 99
Operatio quæ in potibus balnearum per vrinas fit. 100
Operatio quæ ex potibus aquarum per vomitum fit. 100
Operatio temporanea. 146
Opinio de bitumine reprobata. 34
Optimæ aquæ conditiones. 94.d
Oracula apud aquas. 336
Oraculum Plutonis. 175
Oraculum Sybillæ ſacrum. 254
Orcia flum. 257
Ora Inferni. 172
Os Plutonium. 173
Oxirodinorum paratus. 75
Oxus flum. 313

P

PActolus flu. 313
Padi incrementa. 16
Pabulum piſcium. 21
Padi lacus flumina, & ſtagna. 16
Padi puteales aquæ probatæ. 14
Paleſtræ cum thermis coniunctio. pag. 367
Paluſtrium aquarum vſus. 231
Palus moeotis aquæ dulcis. 231
Paludes nili potabiles. 231
Palus pallantia. 231
Palus pontina. 212.231
Palus ſtygia. 188
Palus lutoſa, ſulphurea cum ſudatorio ad caſtum. 218
Palus, & ſtagnum quomodo differunt. 231
Panis electio. 84
Panis ex vino in prima menſa intinctus noxius. 84
Paradiſi quatuor flumina. 15
Paſſionum in aquis tria genera. 90.c
Pectori incommoda frigidę perfuſio. pag. 74
Pericula quæ ſanis accidunt ex balneis. 132
Periſtilia quid. 375
Perſonarum exercitationes. 372
Perù ſitus. 223
Petriolum caſtellum. 186
Petroleum mutinenſe. 276
Petroleum oppidum. 280
Phtiſicis & hecticis conuenire in ſeſſus in aquis medicatis ſaltem domeſticos. 103
Pila trigonalis. 379
Pilæ Varia genera. 378
Phyſicorum de natura ignis terreſtris opinio. 155
Phyſicorum opinio de cauſis caliditatis in aquis ſponte manantibus. pag. 88.b
Phyſon ſeu ganges flum. 360
Piſces ex aquarum coloribus. 351
Piſces letales. 351
Piſcina publica ad cliuum capitolinum. 366
Piſcina S. Caſſiani. 292
Piſcinæ ſalſorum piſcium in Tranſyluania. 236
Platta flum. 312
Platta flum. & S.Marthę. 223
Platonis duo maxima hominum, ac mundi exitia. 164
Plenitudo cum febre. 414
Plenitudinis & cachochymiæ cauſæ. pag. 402
Plinius Veſuuij incendio obrutus. 162
Plumbum album. 309
Plumbei canales noxij. 14
Plumbi & ſtanni comparatio. 309
Plumbi generatio. 12
Plumbum nigrum. 309
Pluuialis aqua optima. 13
Pluuialis aquę vtilitas. 13
Pluuiæ feruidæ. 152
Pluuialis inſula. 343
Pluuiæ in Aegypto delicioſæ. 48
Pluuiæ in Nilum. 16
Pluuia lapidum. 220
Pluuiæ, niues, ac maximi amnes in Perù. 223
Pluuiarum noxa in baln. præcipua. pag. 63
Pluuiarum ratio in Aethyopia. 48
Pluuialium aquarum ſubſtantia. 13
Pluuiæ ſulphuroſæ. 20
Portenta cœli, & aquarum mira in hyperboreis. 220
Portenta ex incendio Veſuuij montis. 162
Porticus in balneis. 86
Porticus natationis quid. 376
Porticus ſtadiatæ quæ in Thermis. pag. 376
Poſt cyum quid. 375
Potationum ordo in baln. 70
Potentia Vrbs. 204
Potus iumentorum. 11
Præcepta ad vſum balnearum vtiliſſima. 95 c
Præcepta tria circa electionem baln. pag. 72
Prægnantibus cautio à balneo. 415
Præparatio ad ſtuphas. 394
Præcipitantes fluuij in hircanis. 87.b
Pręparatio ducciæ. 95.g
Præparatio necesſaria in morbis interiorum. 110
Præparandi methodus ante balnea. pag. 64
Præparatio ſudatorij. 77
Prandij, & cœnæ vſus apud Romanos. 368
Prandia veterum curara. 83
Primà duo mundi, atque hominum exitia. 42
Primarum qualitatum gradus in aquis. 60
Primus lauationum vſus. 364
Principium in cœnis ab ouis ad mala. 84
Priuatæ ducciæ argumentum. 95.h
Problemata duo de varietate agentis caloris. 33
Procella & ſonitus maris. 30
Procella ad mare botnicum. 30
Promalacteria balneorum pars. 268
Promontoria ac capita terrarum, & inſulæ in mari ſupereminentes. pag. 86.a
Propingeum quid in thermis. 376
Proprij ad ducciam affectus. 95.9
Prouerbium ab Euripo. 45
Pſylotum quid. 410
Pſycros flum. 270
Puerorum ac iuuenum exercitationes. 377
Puluis bumbardicus. 248
Pumicis natura. 265
Purgatio ad vſum ducciȩ neceſſaria. pag. 105
Purgatio in balneis. 136
Purgatorium fons feruidus in Hungaria. 180
Purgandi ratio ante balnea. 64
Purgatio ſi non fiat quid agendum. pag. 70
Puteus acidus ſiderius in Rhetijs. pag. 339
Putealium aquarum origo. 14
Putei Bononiæ. 265
Puteorum bononię vitia. 15
Puteola ad S. Cæciliam. 176
Puteus S. Marci ſub mecha. 235
Puteus ſacer, & cianę fontes. 174
Puteorum ſitus. 15
Puteus politianus. 371
Puteus ratinianus. 342
Puteales Romæ, duræ, & inſuaues. pag. 14
Putrida ac fœtida inimica. 85.a
Pyrami flum. mira exempla. 87.b
Pyrites ardens. 271
Pyritidis lapidis genus. 271

Q

QVęſtio nobilis quomodo ſpecies aquarum mutabiles. 90 c
Qualitas in baln. 83

Quan-

Digitized by Google

Quantitas victus in baln. 83
Quantę operationes in aquis. 60
Quies in baln. 75
Quinta eſſentia rerum. 24

R

Ranę ac piſces in aquis calidis. pag. 346
Rafagallum. 383
Ratio fabularum, & poematum. pag. 153
Ratio mixturarum. 194
Ratio victus à balneo. 82
Refluxus aeris. 92.c
Refluxus in freto cur non fit. 45
Refrigerium ad priuatas balneas. pag. 95.c
Reges cum plebe lauabant. 337
Regimen à balneo. 74
Regimen particulare doccię. 97
Regimen particulare ſub duccia. pag. 95.h
Regiminis ratio poſt baln. duplex. pag. 146
Regula cauendi communiter à periculis balneorum. 128
Remedia ad promouendam vrinam. pag. 140
Remedia ſuffraganea periculoſa. pag. 96.h
Remediorum ſumma ab inundatione Tyberis. 51
Repagula & argines contra excurſiones maris. 87.a
Requiſita io balneis. 399
Rerum vrtus duplex. 60
Rhazæ de balneo in febribus cenſura. 414
Rheni caſura. 29
Rhodani bonitas. 18
Riuus in Cilicia. 351
Riuus ſyponti. 330
Romanorum in Thermis vitę ratio. pag. 377
Romanorum ſtudia. 366
Rotę ac tympana aquarum. 382
Rubicon flu. 26
Rubrum mare. 26

S

Sabulum minerale. 79
Sabulum foſſicium. 79
Saburrę quid. 79
Saburrę vſus. 80
Saburrare, & ſaburratio quid. 79
Sacca ciuitas. 167
Sacellum in balneis. 288
Sacella in Thermis. 375
Sacramentum aquę. 358
Sacrificium cum igne vbique. 155
Sal an alat plantas. 232
Sal an adſtringat an laxet. 233
Salſedo an ſit proprium mari. 226
Saliua ad nutritionem neceſſaria. 233
Salſedinis cauſa. 22
Salis colores. 233
Sal cur incendium extinguit. 274
Sal cur condimentum ciborum. 233
Sal cur crepitat in igne. 233
Salmacida Aſculi. 240
Sal ex omni mixto dicitur. 94.c
Sales, & ſalaria vnde dicta. 234
Salis duę ſpecies. 234
Salza fluuius. 236
Sal foſſicius in britannia. 235
Salo flu. 287
Salſus flu. alabaſtri. 242
Sal foſſile. 234
Salſus flu. 236
Sal foſſicius in Polonia. 235
Salinus flu. 237
Sal Cyrenaicus. 235
Sal gemmeum. 254
Sal hydropis commodum. 237
Sal indus. 235
Salinę io agro Vrbinati. 237
Salſedo in aquis, prima impreſſio. pag. 22
Salinę in ęmilia. 237
Salinę in Comitatu Tyroli. 236
Sal in hyperboreis. 235
Salinę in Polonia. 236
Salinę in Sicilia. 234
Salinę in Burgundia. 236
Salſedo in terris, & in aquis prima impreſſio. 22
Salinę in Volaterrano. 237
Salſedo maris. 22
Salis marini ſpecies. 234
Salis natura, quę vegetatur, & creſcit in Tranſyluania. 236
Salis nitri materia. 38
Sal nitrum in genere ſalſugineorum. pag. 249
Salis nocumenta. 234
Salis odor. 233
Salis operationes. 233
Sal oromenus. 233
Salſę partes an ſubſiſtant. 226
Sal petrę. 234
Salſedo pluuiarum. 226
Salinę in Piceno. 237
Salſugineorum qualitates. 225
Salis ſapor terrę proprius. 232
Salis ſapor. 233
Salis ſapor ſalſus. 88.a
Salis ſpecies colorati. 233
Salis ſubſtantia. 194
Salis craſſa ſubſtantia. 233
Sal ſolutiuus. 308
Salis ſupernaturales facultates. 94.c
Salſę aquę ſub Caſtello Florentino. pag. 239
Sal tartarus. 234
Sal hammoniacus. 235
Salis lapidicinę, & aquę ſalſę in Hungaria. 236
Salubritas aeris in tabijs ex Galeno. pag. 210
Salubritas aurę marinę. 210
Sanguinis effuſioni commoda frigidę perfuſio. 74
Sandix duplex. 321
Sandaracha duplex. 323
Sandaracha arſenici. 323
Sapor acerbus. 88 a
Sapor amarus. 88.a
Sapor auſterus. 88.a
Sapientum atteſtationes de ſubterraneis ignibus. 89. b
Sapor acidus. 88.a
Saporum inſuauium cauſę. 88.a
Sapor acris. 88.a
Saporum gradus. 22
Saporum octo genera. 22
Sapor pinguis. 88.a
Sapores terrae. 22
Saporum putridorum, ac fœtidorum cauſae. 88.a
Sapor ex Vitellis ouorum. 421
Saponis vſus in lauacro capitis. 421
Sarnus flu. 29
Scamandrus flu. 26
Schiſton. 318
Scylla, & Charybdis. 237. 354
Scyllae, & Charybdis rabies. 30
Selennius flu. 352
Semicupium quid. 399
Senum exercitationes. 377
Senſus, & ſenſatum quid. 23
Senſus qui neceſſarij. 61
Sententia aurea hypocratis. 400
Sentinum flu: & oppidum. 264
Septempeda vetuſta nunc ſancta Seuerina. 204
Serpentes in aquis calidis. 346
Serra morena. 319
Seri ſumendi vera ratio. 70
Siciliae diſpoſitio ad incendium. pag. 158
Siccitas oris, & gutturis ex balneo. pag. 138
Signa in aquis diſtinctiua. 20
Signa quo loco aqua ebibita retineatur. 140
Signum peractae purgationis. 70
Signa periculi in balneis ciuitati appenſa. 169
Sindones io Thermis. 386
Singultus ſuperueniens ex balneo. pag. 143
Singularia iudicia de aquis. 63
Sinus mœoticus propter arenam innauigabilis. 131
Siracuſae homothermon dictae. 166
Sitis noxiae ſigna. 134
Sitis ſuperueniens ex balneo. 134
Situs S. Caſſiani. 283
Soboles caliginis in ventre terrae. pag. 159
Sogdomae, & aliarum Ciuitatum euerſio. 272
Sol agens cauſa in pluuijs. 49
Solis calor communis non penetrat viſcera terrae. 90.b
Solares radij non penetrant terram. pag. 34
Soli tremor. 3
Solis virtus penes acceſſum, & receſſum mutabilis. 90.b
Solium ligneum. 399
Solutio quadrantia in balneis. 387
Somni à balneo vtilitas. 414
Somni beneficia. 85
Somni diurni nocumenta. 85
Somni, & vigiliae ratio. 85
Somni in balneis inſtitutum. 102
Somni vtilitas ex balneo. 401
Somnolentia ex balneo. 135
Sordes balnei. 79
Soryos natura. 302
Species metalli ardentis. 164
Species mutabiles in indiuiduis. pag. 90.c
Specus vaporis ignei, ac pluuioſus in pantalaria inſula. 171
Specus tryphonis. 172

Spe-

Digitized by Google

Specularij lapides in Thermis. 392
Spectra in Iſlandia admiranda. 221
Sphæriſteria, quae in Thermis. 375
Spiracula vaporum in balneis. 94.c
Spiramenta Plutonis. 172
Spiritus minerales fermi cęleſtes in aquis. 283
Spondium ſiue Cinerula. 325
Spongiae cum frigida vſus. 74
Spuma maris. 228
Stadium quid in Thermis. 375
Stagnum ad Petram. 174
Stagnum cocanicum. 234
Stagnum gelae. 274
Stagna Neronis duo. 380
Stagnum nauale, naumachia. 380
Statuae aeneae in hypocauſtis. 397
Stymon flu. 87.b
Styriae lapidum ex aquis. 28
Strigiles, & ſmegmata in balneis. pag. 385
Strigmenta olei. 79
Studia ſanitatis in ſanta religione. pag. 313
Studij ratio, & luſus. 86
Stupharum artificia. 397
Stupha, & hypocauſtum quid. 396
Stupharum diſpoſitiones. 394
Stuphae Germanorum. 397
Stuphae humidae. 398
Stuphae mercenariae noxiae. 394
Stupha morbi Gallici. 398
Stupharum nouarum conſtitutio. 394
Stupha quid. 393
Stuphae ſiccae. 398
Stygia Sybillae Cumanae. 288
Stygos in tempe monte. 318
Subligar quid. 388
Subligaculorum vſus. 387
Sublunarium mutationes. 63
Succinum odoratum. 277
Sudatoria ad thermas in Sicilia. pag. 167
Sudatorium ad Cumas, ac ſingulares in eis allegoriae. 169
Sudatorium ad baias ſuper baln. Trituli. 168
Sudatorium ad lacum Aguani in puteolano. 169
Sudatorium ad nimium flu. in Hiſpania. 170
Sudatorium. 383
Sudationes apud niſam, & tralleis. pag. 168
Sudatorium cum balneo in aenaria inſula, & alterum nouiter inſtitutum. 170
Sudationes doliares vaporarij. 399
Sudationum duo genera. 166
Sudor ex copia noxius. 9
Sudatio, & arenatio in aenaria inſula. 170
Sudationes, & thermarum genera in Sicilia. 166
Sudatorij forma ſicca. 77
Sudationes aſſae. 166
Sudor immodicus ex balneo. 141
Sudor in porulentis noxius. 99
Sudationes in furno. 399
Sudatorij locus ad Cumas. 169
Sudationum loca ad baias, & cumas, & ſuarum balnearum cenſura. pag. 167
Sudationes in myrthetis ad baias. pag. 168
Sudationes in veſuuio. 170
Sudatorium nouum in aenaria inſula. 170
Sudationum operationes. 166
Sudationes ſubterraneae. 215
Sudationes ſiccæ. 170
Suffumigium. 398
Sulphuratae aquae in baianis. 189
Sulphuris ac ſalis regionea. 152
Sulphur an ſit in Aphrica. 152
Sulphuraria ac bullientes aquae ad Puteolos. 278
Sulphur cur non ardet vbique. 35
Sulphur, & ignis fundamentum Thermarum. 153
Sulphuris, & ſubtilium, partium praerogatiuae. 95.f
Sulphur, & bitumen quomodo conueniant, & differant. 273
Sulphuris fœtor inſeparabilis. 150
Sulphuris impreſſiones ſunt, vt plurimum ex accidenti. 151
Sulphur in Perù. 152
Sulphur graecè θεῖον quaſi diuinum. pag. 35
Sulphuris diuerſitatis ratio. 35
Sulphur materia eſt in aquis. 74
Sulphur materia propria, & adequata thermarum. 151
Sulphuris qualitates communes. 155
Sulphur quid. 150
Sulphur ſeminarium mixtorum terreſtrium. 159
Sulphuris ſpecies, ac propagatio. pag. 35
Sulphuroſae ſudationes. 204
Superſtitioſa gentium numina. 155
Sybaris, & ſybaritae nunc terra noua. 350
Syderum aſpectus an in balneis obſeruandi. 62
Syncope in balneis. 141
Syrtes in lybico mari. 231
Syxti V. opera egregia. 323

T

TAgus flu. 313
Tanarus flu. 313
Tarus flu. 313
Tartarus quid. 10
Telum ardens in lacu. 275
Tellus vaporoſa in pantalaria inſula. 171
Temeritas vulgaris in balneis. 128
Tempe amœniſſima loca in eſſalia. pag. 211
Tempe montis ruina. 90.c
Tempe Rheatina. 211
Tempus balnei. 400
Tempus quo duccia eſt ſumenda. pag. 77
Tempus quo ſub duccia perdurandum. 25.h
Tempus victus in balneis. 83
Terra ardens ariciae. 37
Terrae aegypti luratio. 78
Terra cur patens. 9
Terrae calentes cur abundant aquis. pag. 32
Terrae, & maris amplexus. 8
Terrarum, & aquarum natura in terris noui orbis, & in Perù ſub Zona torrida. 221
Terrae diſpoſitio cauernoſa. 2
Terra, & lapides quo diſtinguantur. pag. 224
Terrae, & maris partitio. 6
Terra intus plena impreſſionum elementarium. 2
Terrae noue enatae. 41
Terra nuſquam otioſa. 259
Terrarum ſubmerſiones. 41.90.e
Terrae ſegmenta. 9
Terra tota interuacua. 31
Terra vbique altior quam mare. pag. 92.e
Teſinus flu. 313
Thalaſſomeli medicamentum. 328
Thermae an publicae, an priuatae. pag. 367
Thermae Alexandrinae. 368
Thermae Agrippae. 368
Thermae Antonianae. 368
Thermae artificiales. 2
Thermae aſiaticorum luxurioſiſſime. pag. 316
Thermae Aurelianae. 368
Thermae Agrippinae. 368
Thermae Baiaræ. 369
Thermae Comodianæ, & Seuerianae. 368
Thermae Conſtantiae. 368
Thermae communes. 387
Thermæ calidae, aliae, frigidae aliae. pag. 383
Thermarum deſcriptio. 367
Thermae delicioſae. 327
Thermae Diocletianae. 368
Thermarum dignitas. 364
Thermarum Diocletianarum ars mirifica, & deſcriptio. 376
Thermæ externæ Hebræorum, & Hiſpanorum. 369
Thermarum ceſſatio. 392
Thermarum fines, & vtilitates. 38
Thermarum forma, & partitio. 374
Thermae herculeae. 190
Thermodoon flu. 217
Thermarum inſtaurandarum rationes. 393
Thermae interdictae. 391
Thermarum inſtituta ac fines. 376
Thermae in graecia. 191
Thermae in baianis amœniſſimae. pag. 209
Thermae in Hetruſcis.
Thermae in Phrygia. 191
Thermae in Sicilia. 190
Thermarum Lacones primi inuentores. 365
Thermae in minio flu. 322
Thermae hiemales, & æſtiuae. 389
Thermarum naturalium primum inſtitutum. 166
Thermae Neronianae. 368
Thermarum magnitudinis ratio. 367
Thermopylae. 191
Thermae extra Vrbem. 369
Thermophili opinio de cauſis caliditatis in aquis ſponte manantibus. pag. 88.b
Thermae Palatinae. 367
Thermarum prima inuentio. 364

Thermae

I N D E X.

Thermae promiſcuae. 391
Thermarum primum inſtitutum. 364
Thermae pars medicinae optima. 2
Thermarum numerus. 368
Thermae quid. 1
Thermae priuatae quot. 368
Thermarum ſpatium: 374
Thermiſcira Vrbs amazonum. 217
Thermae Traianae. 368
Thermae Titi. 368
Thermarum tria prima principia. 319
Thermae Romae conſtitutae. 366
Thermae Philippi, & Gordiani. 368
Thermae ruſticanae. 369
Thermae voluptuanae. 392
Thermae xeniae publicę. 367
Tina in balneis. 85
Tina quid. 399
Tinnuim flumen. 204
Tintinnabula in Thermis. 367
Trabes marmoreae. 28
Torrentes, & fluenta. 16
Troglodytis lacus. 33
Trophęa Marij. 370
Truentum flu. 204
Tubi aeoei. 24
Tubi, & epiſtomia in Thermis. 362
Tubi fictiles. 14
Tubi lignei. 14
Tubuli quid. 396
Turris balnearum. 212
Tutia pompholyx. 325
Tuſſis ex balneo. [illegible]
Tyberis aquae aeſtimatio. 17
Tyberinae aquae cur non putreſcunt. pag. 18
Tyberis bonitas. 17
Tyberis bonae mixturae. 18
Tyberis clauſura ac deriuationes difficiles. 93.d
Tyberis color olim albula. 26
Tyberinae, & Vrbanae aquae. 270
Tyberis fluuius. 16
Tyberis tenuitatis cauſa. 27
Tyberis vtilitas in balneis. 217
Tygris flu. 87.b
Tygris, & Euphrates. 360
Typus, & tres cauſae propriae de fluxu, & refluxu. 91

V

Vallis Sylueſtris vbi mare ſalis. pag. 272
Vaporarium ad petram malam. 172
Vaſaria aenea tria in Thermis. 381
Vaſa aurea in Thermis. 386
Vaticinium Virgilij. 372
Vaticinium Senecae. 223
Vegetatio ſomnis vnde ſit perpetua. pag. 148
Velini praecipitia. 29
Venarum ac fontium, qui modo ſiccantur modo abundant ratio. 41
Venae olei Iudaeius Mouteae. 315
Veneris ratio. 86
Ventorum ſpiracula in mari. 3
Verecundia inter aſſines ad balneis pag. 388
Verecundia in balneis. 387
Vertigines ex balneo. 137
Veſtitus antiquorum liber. 396
Via cognoſcendi mineras ab operationibus. 59
Viciſſitudines morborum. 389
Victoriae Chriſtianae memoria. 308
Victus ratio libera in Thermis. 84
Vigiliae ex balneo. 134
Vigilijs, & delirio commoda frigidae perfuſio. 74
Villae Luculli celebres. 210
Vini a balneo prohibitio. 415
Vinorum electio. 84
Vini [illegible] cum glacie. 249
Vini Greci faculares. 425
Vinum Grecum ex volduio. 270
Vinorum genera in balneis. 424
Vinum ſalutare aqua refrigeratum. pag. 214
Virtus aetherea cunctis rebus, & cunctis locis inſita. 354
Virtus aetherea in elementis. 355
Virtus mineralis communis. 282
Virtutis mineralis neceſſitas. 90.b
Virtus mineralis ſpecialis. 282
Vis cinerum ex incendio Veſuuij montis. 163
Vita noſtri ſeculi ab antiquorum differens. 378
Vitae cultus antiquorum. 396
Vitae licentia in balneis. 135
Vitia colliquationis humorum. 136
Vitia regionum popularia cui cauſae referantur. 348
Vitriolum Romanum. 267
Vitriinatum vſus. 14
Vnctiones ante balneum. 136.141
Vnctiones in Thermis. 384
Vnctio poſt balnea. 142
Vnctionum ratio in balneis. 400
Vnctio ſtomaci ante balneum. 401
Vnguenta ex argento viuo, & ſuffumigia. 349
Vnguentorum in conditujs ratio. 344
Vnum elementum nutrit. 81
Volutationes in puluere. 80
Vomitus periculoſus. 160
Vomitus ſuperueniens ex balneo. pag. 144
Vomitus ex aqua tepida. 96
Vota, & Sacraria in balneis. 377
Vrbs ſalua cum Thermis Caldarola. pag. 280
Vrinę difficultas, & ardor ex balneo. pag. 139
Vrina frigida cur mingitur in exitu balnei. 404
Vſus in balneis, & in conuiuijs. 384
Vſus luſi duplex. 28
Vſus ſalis nitri. 248
Vſus ſudatorij. 77
Vtenſilia in Thermis. 386
Vtilitates in balneis. 186
Vulcanum admirabile coruſcantis auro flammae. 163
Vulcani in Hiſpania decem ardentes. 163

X

Xanthus flu. 26.213.350
Xyſta quid. 375

Z

Zetę quid. 396

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

REGESTVM.

✠ A B C D E F G H ✝H I K L M N O P Q R S T V X Y Z

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo.

Omnes ſunt Terniones, præter ✠, & ✠✠, Fol. ſimpl. & ✝H Quaternio.

ROMAE, Ex Typographia Iacobi Maſcardi. MDCXXII.

SVPERIORVM PERMISSV.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ROMA
B.V.E.
Digitized by Google